



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.


Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>





<36616744260010 S

<36616744260010

Bayer. Staatsbibliothek

2 filos. 1460.

Satres latini
Tortullianus
sec. II. flor. circa 200
pag. 102.

SO OPERA
Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS, INTER LATI
nos ecclesiæ scriptores primi, sine quorum lectione nullum diem intermitte
bat olim diuus Cyprianus, per BBATVM RHENANVM Seletstadien
sem è tenebris eruta, atq; à situ pro uirili vindicata, adiectis singulorū libro
rum argumentis, & nullib; non coniecturis, ac nuper collatione Gorxiensis
exemplaris ex Mediomaticis oblata, nō solum longè emendā
tiora facta, uerum etiam pro re natā nouis ac retextis an
notationibus exposita illustrataq;. Quorum
catalogum proxima pagina
reperies.

Floruit sub c A E S S. Seuero Pertinace, & Antonino Caracalla, ualde ui
cinus Apostolorum temporibus, circa annum à Christo passo. C L X.



BASILEAE M D XXXIX
MENSE MARTIO

BIBLIOTHECA
REGIA.
MONACENSIS.

CATALOGVS OPERVM Q. SEPTIMII FLO
rentis Tertulliani, quæ in hoc volumine
continentur.

De patientia Lib.	I	Munc librum emulatus
De carne Christi Lib.	I	est diuus Cyprianus, cū
De resurrectione carnis Lib.	I	scriberet de bono patien.
De praescript.aduer.Hæret.Lib.	I	Hic antea perperam in
Aduersus Iudaos Lib.	I	duos diuisas erat.
Aduersus Martionem Lib.	V	
Aduersus Hermogenem Lib.	I	
Aduersus Valentianos Lib.	I	
Aduersus Praxeam Lib.	I	Huc lib.allegat Hieron.
Decorona militis Lib.	I	in principio Quest. sive
Ad martyres Lib.	I	traditionū, Heb.in Gen.
De poenitētia Lib.	I	Et forte est, cuius epito-
De virginibus uelandis Lib.	I	men fecisse Nonatiānum
De habitu muliebri Lib.	I	idē alibi testatur Hiero;
Deculu foeminarum Lib.	I	
Aduxorem suam Lib.	II	
Defuga in persecutione Lib.	I	
Ad Scapulam Lib.	I	
De exhortatione castitatis Lib.	I	
De Monogamia Li.	I	Hunc citat Hieronymus
De pallio Lib.	I	in epist.ad Paulinum.
Apologet. aduersus gentes Lib.	I	

AN HVR G. M. VASILIUS
OPT. M. A. 1711.

SUBEATVS RHENANVS THEO-

L OGIS ET PIIS OMNIBVS

S. D.



EPTIMIVM Tertullianū Aphrum apud Carthaginem proconsulari gente natū, uetusissimū inter Theologos Latinos, quem E V S E B I V S Cæsariensis omniū ecclesiaturum sermone celebratū afferit, dū adhuc in humanis ageret, itērum damus uobis, sed emendatiōrem q̄ antehac. Cuius rei causa, q̄ collationem eius codicis qui Gorziæ in Mediomaticis afferuat, diligentia ac dexteritate H V B E R T I Custinei uiri quū pietate tum erū ditione excellentis, adiuuātē D O M I N I C O Florentino sodali peractam, cu ra clariss. Iurecōsulti D. C L A V D I I Cantiunculæ F E R D I N A N D I Cæsarīs à cōsilio, tandem nacti sumus. Nec uero tantū profuit illa, quanq̄ multū profuit, quantū momenti attulit ad exactiōrem castigationē, quod deprehendimus subinde græciſſare s e p t i m i v m figuris & constructionib⁹ Græcis utētem, ut v i c t o r i n i illius ſaþe uenerit in mentem, quem datus H I E R O N Y M V S melius græcē q̄ latine ſcifſe ſcribit. Id quod & de J R E N A E O ſentiendū ipſa phrasis extantium librorū indicat. Apparet ſa ne noſtrum autorem in lectione Græcorū ueterum qui plurimi id temporis ex ſoli inter ſacros interpretes habebantur aſidue uerſatū, ut imbibitam & impressam memorie Græcorū dialecon etiam latine ſcribens interobliu ſci nequiret. Nos huiusmodi tropos indicauimus, & quidē ſaþe crassius mo do apertius. nam uoluimus adiuuare ſtudioſos. Iam dedit retexendarū annotationū anſam collationis iſtiſ oportunitas, ubi lectio posterior à prior te nonnunquā euariat. Hoc quoniam erat indicandū, aliam etiam expositio nem mutata uerba deſiderabant. Non licuit adere B A S I L E A E dum ædi tur opus. Verum ſ I G I S M V N D Y S Gelenius homo magni in literis iudi cijs, & eruditione ſumma præditus, in recognoscendo opere uicariā operam in officina præstítit, qui merita laude ſua non eſt fraudandus. Vestrum eſt nunc optimi uiri noſtrum hunc laborem boni cōſulere, & T E R T U L L I A N V M ardentem totum amore C H R I S T I, cuius religionē aduersum ueteres hæreticos tam enixē propugnat, tametſi ipſe quoq; non perſtitit, ſed ſecellit, quod eſt prorsum inexcusabile, uel ob hoc inquam diligenter evolare, quo uideatis quanti faciat ecclesiam Romanam, cui ſummam tribuit au toritatē, cuius etiam & omnium rectē ſentientiū iudicio haſce annotatio num mearū quisquilias ſubſiſio. Valete. Seletſtadij, ſub Calendas Mar tias Anno M. D. X X X I X.

Quæſi ſeſtis Terciis
litteris ſcripſit,
quod cum ea Regi
pſiſtunt. Vnde pſeſ.
mū Epiphanius
litteris noſtri puiſſiſt.

a * 2

SC PROVERBIA AVT PROVERBII

SPECIEM REFERENTIA, QVIBVS PASSIM
in scriptis suis utitur Septimus Tertullianus, à
vulgo maximam partem de/
sumpta.

De calcaria in carboniam ire.

In De carne Christi, Igitur, inquit, de calcaria (quod dici solet) in carboniam, à Marcione ad Apellen. Calcaria, taberna est ubi calx asseruatur aut uenditur. Sic & Carbonaria à carbonibus. Vtius erit quum res sordida aut molesta, æquè sordida aut molesta mutatur. Quoties itur de pistrino ad pistrinum, de officio laborio, so ad officium æquè laboriosum. A domino difficult & moroso, ad dominū æquè difficultem & morosum.

Media agina ferri.

In libro aduersus Hermogenem, Qui inter bonum & malū suo arbitrio agitatus, in neutrā tamen partem pronus & præcēps, medię (quod aiunt) aginę æquā librato impetu ferebatur. Dici potest de eo quod in neutrā partem propendet, nec ad dexteram nec ad sinistrā deflectēs, ut est in Numeris cap. 20. Agina foramen est librae cui scapus inseritur. Vide locum indicatum.

Ad quod uenimus, hoc age.

In Marcionem libro 4. Ut dici solet, inquit, Ad quod uenimus, hoc age! Marcion aufer etiam illud de Euangelio. Et reliqua. Hoc proverbiū, Hoc age, explicat Plutarchus in uita M. Coriolani, οὐερνὸν ὁ τομές πάτ' ἀλπες θῶντας θέτη γενής γεγονόναι, καὶ τόπον πεγκλωτον γε νομοθετῆσαι πέτις θελάθειαν τὸ ποτός. οταν γαρ αἴχην τούτο, οἱ τρεῖς πράσινοι τε τείου, ἐλάφης πρόσφοι μεγάλη φωνὴ βοῶν, οκάγη, ουμάνεις οὐδὲ τὸ τόπον πράσινον περιστέχει λιλούρατε διεἰδοῖς, Καὶ μεσθιν δέ γον ἀμβαλέμη μεταξὺ, μαζὴ γένειαν ἀρχειας, ἀς τὰ πλέστα τὸν αὐθρωπίνῳ αὐτογέναιον λιτόποτα, καὶ σῆς βίας πραυτόμενα. Hoc est. Videtur igitur Numa quum in alijs quæ ad sacra pertinent sapientissimus præceptor fuisse, tum hoc perq̄ bene instituisse ad pietatem ipsis accommodum. Nam quando principes uel sacerdotes peragunt aliquod sacrum, accedit præco magna uoce clamans, H O C A G E. significat autē Latinis ea uox, Hoc fac. Quo uerbo iubentur attendere ad sacra, & interim nulli operi locū facere aut occupationis necessitatē, quemadmodum in negotijs humanis sape contingit, quæ nunc necessitate aliqua, nunc per uiolentiam & tumultū abrupte & incompositè geruntur. Haec genus Plutarchi sensum reddidimus. Non possum mihi temperare quin hoc loco uerba Cypriani martyris adscribam ex commentario in Dominicā orationē. Quādo stamus, inquit, adorationem fratres dilectissimi, uigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis secularis & carnalis abscedat, nec quicq̄ tunc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationē Præfatione præmissa, parat fratrū mentes dicendo, S V R S V M C O R D A, ut dum responderet plebs, H A B E M V S A D D O M I N V M, admoneatur nihil aliud se quam dominū cogitare debere. Hæc Cyprianus. Fecimus huius rei mentionem in Annotationib⁹, in librum De corona militis.

Personam uel cassidem inducere.

Naso agere.

Aspis à uipera uenenum mutuatur.

Ad unam lineam congresse in dirigere.

Præducere lineas.

Ad lineas.

Ad grav.

EX TERTULLIANO

Ad gradum.

Lineæ insisterem.

A lineis excidere.

Iisdem lineis dimicare.

Extrema linea non intelligentium.

Funem contentionis ducere.

Controversiam neciere.

Clausis oculis aliquid agere.

Degradu pellere.

Degradu cedere.

Gradum figere:

Aduersus Praxeam. Hic mecum, inquit, gradū sige. Et infrā. Hic ergo iam grādū uolunt figere stulti, imò cæci. Et reliqua. In De uirginib. uelandis. Vbi enim gradū fiximus, de Apostoli absolute diffinitione. In De fuga in persecutione. Itaq; quāduces fugiunt, quis de gregario numero sustinebit ad gradū figendū suadere;

Sportulam furunculus captas.

Asinus de Aesopi puteo, modo uenis & statim exclamas.

Locum in balneis occupare.

Vixia uoce.

De limine offendere.

Malum foras.

Ex ære collatio.

Mulum de asino pingere.

Epictiarisma.

Mappa missa.

Scytha tetricor.

Hamaxobio instabilior.

Massageta inhumanior.

Amazonia audacior.

Nubilo obscurior.

Hyeme frigidior.

Gelu fragilior.

Histro fallacior.

Caucaso abruptior.

Per eandem lineam semper serram reciprocare.

In De corona militis, Et quamdiu per hanc lineam serram reciprocabimus; De
etiam & uano labore dictum.

Fibulam laxare.

In De corona militis, Cæterum subuertit totam substantiam sacramenti causa
do eiusmodi, ut etiam uoluntarijs delictis fibulam laxet.

Fibulam imponere.

In libro De Monogamia, Cur nō potuit post apostolos idem spiritus superue
niens ad deducendam disciplinam in omnem ueritatem, per gradus temporū (se
cundum quod Ecclesiastes, Tempus omni rei, inquit, super terram) iam carni fi
bulam imponere?

Fauos post fellæ gustare.

In De corona militis, Vt & illam Christi coronam æmuleris, quæ postea ei ob
uenit; quia & fauos post fellæ gustauit, nec ante rex gloriae à coelestibus salutatus
est, quam rex Iudæorum proscriptus in crucem.

OR PROVERBIA

Tanti uitreum: quantuverum margaritum?

Vtitur hoc proverbio in Martyribus, quod postea diuus Hieroymus compluribus locis citat.

Sub tunica & sinu.

In De fuga in persecutione, Tu autem pro eo pacisceris, inquit, cum Delatore uel milite uel furunculo aliquo Preside, sub tunica & sinu, quod aiunt, ut furtiuo, quem coram toto mundo Christus emit.

Qui fugiebat, rursus præliabitur, ut & rursus forsitan fugiat.

Eodem libro. Dicatum olim in Demosthenem ipsas spidem.

Quasi in limine occurtere.

In De Monogamia, Ecce statim, inquit, quasi in limine duo nobis antistites Christianæ sanctitatis occurunt.

Sua fronte.

Sua fronte proponi dicit, quod libere & aperte debeat proponi, non coacie & tecie. In Monogamia, oportebat igitur omnem communis disciplinæ formam sua fronte proponi.

A toga ad pallium.

In De pallio, Tamen, inquis, ita à toga ad pallium? Quid enim si & à diadema, & à sceptro? Et in fine libri, Hæc nimirum indignitas erit, à toga ad pallium. Pallium Græcorum erat & philosophorum. Hoc etiam Romanis toga reiecta amicieruntur. Hinc illud admirantis uulgi dicterium de potentioribus ad religionē Christianam transgressis, A toga ad pallium. Vnde motus Tertullianus ut scriberet pro pallio librū. Ammianus Marcellinus de Iuliano Aug. Namq; in pace, inquit, eius mensarū tenuitas erat recte noscentib. admirāda, uelut ad pallium mox reuersuri.

De corio suo ludere.

In De pallio, Hoc soli Chamæleonti, inquit, datum, quod uulgo dicium est, de corio suo ludere.

Omnia tempus reuelat.

In Apologetico cap. 8. Bene autem, inquit, quod omnia tempus reuelat testib. etiam proverbijs uestris atq; sententijs, ex dispositione naturæ quæ ita ordinavit, ut nihil diu lateat, etiam quod fama non distulit.

Terræ filius.

In Apologetici capite undecimo: Nam & terræ filios uulgas uocat, quorū genus incertum est.

Stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit,
quam in suo trabem.

In Apologetico capite trigesimo nono, Proverbium euangelicum Matthæi se ptimo, & Lucæ sexto capite.

F I N I S.

SUPERVERENDISSIMO IN CHRI

STO PATRI, PRINCIPI, AC DOMINO D.

Stanislao Turzo Episc. Olomucensi &c. di-

gnissimo, Beatus Rhenanus Se-

letstadiensis s. d.



V V M in hoc uere aureo tenascentium literarum seculo, s T A N I S L A E presul eximie, quo nō modo tres illustres lingue passim discunt, sed & quanto quæ scripta sunt meliora, tanto pluris fiunt, ab omnib. operâ dari uideā, ut optimis studijs quisq; pro uirili sua consulat, & alius quidē incognita ad huc Latinis auribus ē Græco uertit, alius indocte uel perperam uersa castigat aut elimat: alius Latinos autores iniuria temporū deprauatos, ueterum collatione exemplarium restituit, aut obscuros explicat: Ego sanè ne prorsus sim asymbolus, operæ preciū putavi, si Septimij Tertulliani lucubrations in publicū emitterem, autoris non minus uetusti quam insignis, quibus iam per tot secula studiosi sacratum literarum caruerunt. Atq; quum dispicerem cui nam tam præclara monimenta consecrari deberent, in primis tu dignus mihi uisus es, cui scrip-
tor antiquissimus tāquam optimo patrono dicaretur. Nam ea es eruditio-
ne, & optimarum disciplinarum peritia præditus, & r̄s perspicacissimi inge-
nij dotibus polles, eaq; uitæ sanctimonia commendaris, ut autor eruditissi-
mus, acutissimus, feruensq; Christianæ pietatis assertor, libenter in finum
tuum conuoleat, nimirum ut ipsum aduersus morosos quosdam, qui perin-
de ueteribus ac nouis offenduntur, tuo patrocinio defendas. Nec uero pati-
tur epistolaris angustia, ut uirtutes tuas hic deprædicē, quas nō solum Mo-
rauia suspicit, sed & tota Germania admiratur: nec enim latere potest uit-
us. Volumen illæ non exiguum desiderent. Quanquā has C. Vr̄sinus Ve-
lius uit quum ob morum gravitatem, tum ob insignem literaturam non im-
merito tibi charus, quem utriusq; lingua exornat peritia, felicissimū in pan-
gendis carminibus, in oratione soluta admirabilem, & Huttonus equestris
ordinis apud Germanos ingens ornamentum, ac Ioachimus Vadianus, &
clarissimus uit Ianus Dubrawius, quo tu nunc à consilijs uteris, iam pridem
dignissimis æternorum monumentorū præconijs immortalitati consecraue-
runt. Meretur id eximia liberalitas tua, quam sic in uiros doctos exerces, ut
ueteris illius Mecœnatis laudem omnium calculis proximè tibi uendicaris.
Suffecerit autem uel hoc unum incomparabilis prudentię probitatisq; tuæ
euidentissimum argumentum, quod inclytus Hungariæ rex Ludouicus in Ludouicus
maximis regni negotijs tuum plerunq; exquirit cōsilium, & in aulam suam rex Hunga-
riæ
huius rei gratia sape te euocat. Quid ni autem id faceret filius, cuius pater

a * 4 egregiam

PRAEFATIO BEATI RHENANI AD

Turzonum egregiam Turzonum fidem ac prudentiam iam olim exploratam habuit,
 & beneficij non cōtemnendis liberaliter exornauit. Sed cupis fortassis au-

dire quo nam pacto Septimij Tertulliani lucubratioes ad me peruererint.
V. Zafius Audi, tem paucis explicabo. Prosequebamur anno superiori eximiū illum
 ciuilis prudentiae & optimarum literarum antistitem **Vdalricum Zasium**,

quum sodalitatis literariæ salutandæ gratia Seletstadium uenisset; Colma-
 riāmusq; quò quum uenissetsemus, insignem illum bonorum studiorum fau-
 torem Dn. Iacobum Zimmermanū illic Decanum adiuimus. In cuius bi-
 bliotheca libris exquisitissimis instructa, forte uerustum quendam codicem
Paterniacum. arripui, nōnulla Tertulliani cōtinētem opuscula, quē is ex Paterniaco Trās-
 iurano cōnobio cōmodum attulerat. Hunc quum me uideret audītus euol-

uere, libenter pro suo candore permisit, ut mecum auferrem. Deinde quum

Tb. Rappius. paulò post agerem Argentorati, intellexissemp; Thomam Rappiū uirum

cum primis integrum & literatū ad Thermas Hercinias, quas uulgus Sylue

Hirsangiense stres appellat, proficiisci uelle, rogaui hominem ut Hirsangiense cōnobium

cōnobium quod illinc nō multum abest, adiret, & Tertulliani uolumina, quæ illic exta-

re acceperam, ad nos commodato deferret. Is cum amore nostri tum adiu-

uandi literas studio, negocium id lubens suscepit. Atq; audi fortunam, uix

dum biduū fuerat in Thermis, quum reuerendus Abbas Hirsangiensis cōe-

nobij Benedictinæ familie eximiū decus unā cum uenerabili patre Nico-

Nicolaus lao Basellio, nō tam integritate morum, quām non uulgari literarum cogni-

Basellius tione sanè quām celebri, illuc quoq; lotum uenit. Quæ res effecit, ut facilius

impetraret quod uolebat, cōsuetudine uidelicet & cōtubernij & coniuctus

fermè menstrua intercedēte, & Basellio uehemēter annitente, ut uotis meis

satisficeret. Itaq; Tertulliani libros secū attulit, quos ab illo paulò post apud

Basileam agens accepi non minori gaudio, q; si mihi gemmas misisset. Cla-

mabam statim Ὡ τὸ θεοφανίας, felicem me putans, cui tantus thesaurus

obtigisset. Et quia tum apud Frobenium præla uocabant, uixdum perspecti

libri typis excudi coepti sunt. Nolebam enim prælorum & commodati uo-

luminis opportunitatē, hoc est, occasionem ipsam amittere, quippe qui scū

rem intra præstitutum tempus codicem remittendum, & præla si semel ali-

cui operi mācipentur, expectandū fore, donec id absoluatur. Quod nisi his

rationibus inductus maturandum putassem, nō fuisset à nobis æditus Ter-

tullianus. Nam si per ocium mihi cōtigisset opus euoluere priusq; informa-

ri coepisset, tot mendis compertis ab ædendo supersedisset. quis enim cum

tam corruptis exemplaribus quicq; agere tentet? Enim uero sperabam ego

Paterniacensem codicem in hijs saltē libris quos ille complectebatur, Hir-

sangiensi subuenturū, sed diuersum evenit. Si locus mendosus accidisset, ut

sunt omnia mendis plena, tam erat utrobiq; corrupta scriptura, ut alter ab

altero uideretur descriptus. Sed quoniā hoc intraueram, iuxta prouerbium,

exedundum.

exedundum mihi fuit. Quam uero molestus fuerit hic labor, dici non potest. Hoc unum tamen mihi solatio fuit, quod hac opera uidebam consuli bonis studijs; & gaudebam uetusissimum inter ecclesiasticos scriptorē, qui primus ē Christianis apud Latinos rem euangelicam à temeritate hæreticorū studuit assere, erutum ē tenebris luce donari. Quanquam erant quae inter legendum me In Tertullianis offendenter, de quibus paulo post disputabimus: sed cogitabam apud me, esse ueterem autorem, & inter Latinos omnium primum, qui omnia cōcilia antecessisset, in quibus de uarijs rebus statutū est, de quibus aliter olim senserunt ueteres: itaque boni consulenda, & in meliorem interpretanda partem; quae apud hunc legerentur non apertis conciliorum sanctionibus, aut illuſtrium doctorum scriptis damnata. Quem animum si candidus quisque lector attulerit, nihil dubito quin in perque paucis sit offendēdus. Fateor enim in nouae prophetiae mentione, cuius nonnunquam meminit, & in Monogamia libro, ubi uim facit uerbis Apostolicis, quae ad suam causam contentio se torquet, quemlibet pium multū offendit: sed illa magis est ridicula & stultior, quod cui fides haberi possit, etiam si illam Romanus Pontifex nullus damnasset: ab hac autem hodie non ita multum est discriminis, quum polygamia tam paſſim cœlebretur: ut mittam quod autoritate patrum orthodoxorum, iuxta diui Pauli doctrinam, Monogamia relata est in classem eorum, quae cōsuluntur, non quae præcipiuntur, immo semper in eo numero fuit, quemadmodum, & cœlibatus, contra quorundam hæreticorum sententiam, qui pro secundas nuptias æquabant. Sed quanquam Tertullianum diuus Hieronymus, emulazione clericorum Romanorum in eam Montani hæresim secundas nuptias detestatis, prolapsum esse scribit, video tamen quid illum mouerit ut Monogamiam suaderet, nimis quod diem illum ultimum, quem ipse quodam loco diem expeditionis eleganter uocat, non multū abesse putabat, in qua opinione non ea solum ætas fuit, sed & Gregorius magus Tiberi inundate præter morem, adesse iam mundi finem arbitrabatur. Et quod videbat quantum periculi esset Christianismo ex imparibus coniugis, quoniam Christiana mulier gentili marito sociaretur, quod tum crebro fierbat, ut de cæteris communis uitæ officijs taceamus, quibus quum magis astringantur coniugati, fortassis nonnihil impediatur interdūis, qui toto peretore Christo seruire cupit, præsertim ea ætate, qua Christiani inter ethnos degebant, illos nonnunquam affinitate contingentes. Et affectibus mundanis magis sunt obnoxii, qui liberos habent. Prima autem illa nascentis ecclesiæ tempora ferro transigeabantur, & sanguine fundendo pro Christo, & aduersis fortiter pro religione perpetiendis erat occupata. Quam etiam ob causam diuus Hieronymus minus fauere nuptijs uisus est, ut non decressent, qui uirum optimum uelut Montanisten subaccusarent. Vnde purgas se sic Hieronymus, fautor virginitatis & uir libatus ad Marcellam scribit: Nos, inquit, secundas nuptias non tam appetimus quod concedimus

PRAEFATIO BEATI RHENANI AD

concedimus, Paulo iubente, ut uiduæ adolescentulæ nubant: Illi in tantū prætant scelerata coniugia iterata, ut quicunq; hoc fecerit, adulter habeatur. At que utinam Tertullianus tantum consuluisset unas nuptias, non etiam præcepisset, certe melius illius scripta audirent. Nam tametsi quasdam opiniores interdum secutus est, quæ hodie prorsus sunt ab orthodoxis damnatæ, tamen nihil æque in causa fuit, ut illius opuscula in numerum apocryphorum referrentur, ut quod Nouæ prophetiæ nonnunquam meminit, & Monogamiam Mōtanicam propugnat. Siquidē in notissimo illo Gelasij Pontificis decreto, cuius initium sancta Romana ecclesia, Tertulliani libellis pri mariam autoritatē adimit pontificalia censura. Non quod ueteret illos legi, sed quod nolit illos publicè legi in templis, propter nimiam autoris uerustatem, προσδοκόηνον nonnunquam uel loquentis, uel quorundam veterum dogmata secuti, quæ postea testimonij sacrarum literarum convicta sint, & ita damnata. Nam hoc significat apocryphi uocabulum, occultum uidelicet, quod nō publicè, & in templis pronunciari debeat, sed priuatim & domi legi possit. Nec mirum est uetusssimos illos scriptores, Papiam, Miltiadem, Irenium, & Iustinum apud Græcos, & Tertullianum, Apollinarium, Arnobium, & Lactantium apud nos, quædā fortassis prodidisse, quæ postea fuerint per autoritatem synodalem reprobata, quum hoc quod est in artibus & prophanis disciplinis, ut à posterioribus maiores superentur quotidie ali quid adhæcientibus, & quod ab illis utcunq; inuentū est consummatius redentibus, etiam in re theologica usu uenerit, ut Hieronymi seculo homines multo subtilius fortasse philosophati sint de diuinis quām atate Tertulliani. Et qui hodie uiuunt Theologi, multo se putat etiam acutiores omnibus ueteribus, quibus acumen quidem non adimo, sed doctrinam parem non concedo, quum hōs multi potius philosophos appellandos censeant quām Theologos. Tametsi fauore diuini numinis paſſim nunc Theologi, qui in solis istis contentiosis scriptoribus, quos Scholasticos uocant, antehac uerabantur, ueteres autores incipiunt euoluere, quæ res quantum emolumenæ additionis tisit allatura toti mundo, breui apparebit. Me sanè nihil magis extimulat, ut hunc uetusissimum Theogum in lucem emitterem, quām ut Theologis gratificarer, quorum interest non summulas modo neotericorum deuorare, uerum præstantissimum atq; uetusissimum quenq; diuinarum literarum enarratorem perquām diligenter excutere. In quo generc primum occupat locum Tertullianus omnium disciplinarum exactè peritus, & in arte canis literis nulli secundus. Philosophiam calluit egregie, disputandi rationem summe tenuit, in rhetorics exercitatissimus, in omni antiquitatis & genitilium literarum cognitione consummatissimus, quam ei laudem Eusebij ecclesiastica historia tribuit. Nam in libro de Carne Christi, & de resurrectione carnis, quantus in philosophia fuerit, aperte commonstrat, dum tantum Eruditio Sep/ tij Tertul argu-

STANISLAVUM OLOMOUCENSEM EPISC.

argumentorum illinc profert, tam apposite, tam dense, tam acute, ut nihil a
pud nos extet in hac re, quod cum illo conferri possit. In libris aduersus hæ
reticos quam animose, quam docte orthodoxā pietatem propugnat: quo
rum lectio nobis etiam hoc cōmodi præbet, quod cognoscimus plenius qui
busnam præstigijs & erroribus ueteres illi hæretici, quorū hodie tātum no
mina tenemus, hominū mentes ludificati fuerint. Nominatim aut̄ quinq̄ li
bris illis aduersus Marcionem quid doctius: in quibus insanum hominem
tam acriter urget, ut nō habentē quod respondeat, aut quo elabatur, fortissi
mis argumentorū nexibus cōstringat, quod dum facit, totum Euangeliū,
& Paulinas epistolas omneis cū ueteri instrumento confert, & pulchre con
sentire docet, quæ ille *ix οἰκεῖ τρόπος* disrepare contendebat. Acceptum du
bio procul diuinæ prouidentiæ ferre debemus, quod quum tot autorū mo
nimenta perierint qui contra Marcionem stilum exeruerunt, hoc duntaxat,
opus Tertul. in nostram usq̄ ætatē incolumē sit seruatū, ut appareat mani
festa Marcionis dementia, & Tertulliani studium erga Christianam pie
tatem tādem orbi testatū fiat. Quod sanè uolumen Aur. Prudentius quum
αὐτοὶ γέγραψαν scriberet, haud dubie uelut exemplar æmulatus est. In cāte
ris libris de pœnitentia, de cultu fœminarū ad uxorem suam, bone deus, q̄
pie monet, ut professionis nostræ memores, Christianismū non solum uer
bis, sed & factis exprimamus. Apologeticus postremo scriptus ad gentes
pro Christianorū expurgatione, quas non & eloquentiæ, & eximiæ erudi
tionis opes ostēt: in quo nō tā ethnicos superstitiones impietatis arguit, q̄
à Christianis omnem mali suspicionem gnauiter depellit. An non talia scri
pta à situ, & tenebris uindicata publicare, est thesaurum mundo cōmunicar
e: Quanquam, ut ante testatus sum, sunt quædam in his quæ me offendāt.
Sed formoso nonnunquā corpori, omnibusq̄ pulchritudinis numeris com
mēdato, neuuus aliquis turpiculus inest. Enim uero diuus Hieronymus in epi
stola ad Tranquillinum, quum Origenem propter eruditioñē sic interdum
legendum arbitratut, quomodo Tertullianū, Nouatum, Arriobium, Apol
linarium, & nonnullos ecclesiasticos scriptores, Græcos pariter & Latinos,
ut bona eorum eligamus, uitemusq̄ cōtraria, iuxta Apostolum dicentem;
Omnia probate, quæ bona sunt tenete, haud dubie significat etiam in Ter
tulliani libris quædam inesse reprehendenda, præsertim in his, ut coniicio,
quos de ecclasi cōscripsit, qui hodie non compriuntur, fortassis ab illis sup
pressi, qui tranquillitati ecclesiæ cōsultum uolebant: nam (eodem autore) in
septimo libro operis de ecclasi, Montani prophetiā pertinaciter asserit. Sed
consilium Hieron. de legendo Origene, nos ad Tertullianum quoq̄ accom
modemus, sic huius bona recipientes, ut mala respuamus. nam & hic (quod q̄uoniam le
ide de Origene narrat) scripturas in multis bene interpretat⁹ est, & prophetic⁹ geni⁹
tarū obscurā differuit, & tā noui q̄ ueteris test. reuelauit maxima sacramēta.

Porta

PRAEFATIO BEATI RHENANI AD.

Potò quum nihil sit in gentilium literis uel tam prophaniū, uel tam obsecratiū, quod non magnifice æditum à Christianis legatur, cur tam uetusstus autor qui primus inter Latinos sacris enarrādis manus est admolitus, & nascitentem Christi doctrinā laboriosissimis scriptis adiuuare tentauit, supprimi debeat nō video. Et quæ Christianismi pernicies ex impuris quorundam ethnicorum libris oriatur, notius est quām ut hic sit indicandum. Enīmuero ne quid tale ex Tertulliani uoluminib. accidat, si cui uon satis sunt argumenta singulis libris præfixa, & annotationes in marginibus adiectæ, monemus **Definitiones ecclesiastico-rū dogmatū.** ut lecturus hunc autorem, libellum illum cui titulus est: **Definitiones ecclesiasticorum dogmatum**, qui inter opera diui Aurelij Augustini extat: quum tamen non sit totus illius, sed diuersorum, diligentissime prius euoluat, ut si quid aliter à Tertulliano traditum legerit, ex eo libello sciat quid ab orthodoxis patribus in diuersis synodis sit statutum, quas quum omniis antecelsserit Tertullianus, exceptis illis quatuor synodis Apostolicis, quarum Acta meminerunt, minus mirandum est si sui seculi sit interdum opiniones sequutus. Multum sanè ad huius nos autoris lectionem animare debet, quod diuus Cyprianus hunc suum magistrum uocauerit, nullum diem transmittens in quo non aliquid in huius opusculis legeret. Et Nepotianus celebrans Hieronymus à lectione Tertulliani commendat, quum inquit, Sermo eius per omne conuolum de scripturis aliquid proponere. Illud, aiebat, Tertulliani, istud Cyprianus hoc Lactantij, illud Hilarij est. Idem ex damnato libro de Monogamia non ueritus est Paulinum docere quomodo sancti sint qui defidelibus, id est, baptizatis nascuntur, ut appareat prudētem lectorem etiam ex spinis rosam, & undecunque profectum capere posse. Satis nunc potius liquere reuerendissime pater, quid spectans has Septimij Tertulliani lucubrationes inuulgarim. Quæ sanè æditio quantis mīhi laboribus constiterit, tōnus huius paucis dicit nequeat. Non enim solum attulit difficultatem prodigiosa codicis depravatio, uerum etiam affectati stili durities molestiam addidit: Itaque quando loca mendosa deprehendebam, & non subuenirent exemplaria, sciens religiose esse tractanda autorum scripta non secus ac res sacras, nihil mutare uoluī (qui tamē multis mos est) sed cōjecturas quæ tum in mente forte ueniebant, in marginibus adieci, quarum nōnullæ nec mīhi multum arrident, uerum cupiebam lectorem dubitaturū adiuuare: quod si non ubique successit, non est idcirco damnandus conatus. Vt inam mīhi copia fuisset exemplaris, quod in Gorziensi coenobio seruatur, id abest ad tertium miliarium ab urbe Mediomaticum, & item eius quod apud Fuldam extat, uel eius quod esse Romæ ferunt. Sed spacijs iniqui temporis exclusi nō potuimus eā nancisci. Quanquam uereor nihil nostris esse emēdationa; quando codices, quibus usi sumus Hirsaugiensis & Paterniacensis tam cōstanter per omnia consentiebant, ex diuersis allati bibliothecis, & non uno tempore de,

et descripti. Sed hunc conferendi laborem alijs committemus. Nec miretur quisquam cur tot mendae in Tertulliani scriptis inoleuerint: quarum praecipue causae sunt, neglectus autoris, quo multis annis non est lectorum manus tritus, & ipsum dicendi genus affectatum & Aphricanum, quod etiam magis efficit, ut minus legeretur, quam quiduis aliud. Quod superest preceptor, ut tua celsitudo Tertullianum uelut ab inferis in hanc lucem reuersum suscipiat ac legat, aperte cognitura quantum intersit inter modum tractandi diuinas literas ueterum & recentiorum istorum. Et me suorum clientulorum numero ascribat. Bene ualeat R. D. T. cui me commendabo. Basileæ Calend. Iulij. Anno M. D. XXI.

*Cause depra
nationis oper
rum Tertul.*

VITA Q. SEPTIMII

FLORENTIS TERTULLIANI, PER
BEATVM RHENANVM.



B. TERTULLIANO, quum uicinus uixerit Apostolorum temporibus, pauca reperiuntur apud autores qui adhuc extant. Siquidem omnes fermè qui illius ætate scripserunt, & paulo post, penitus intercidérunt, quorum in catalogo scriptorum ecclesiasticorum à Hieronymo fit mentio. Proinde quum antiquiora non habeamus, uitam illius ex eo Hieronymi libello huc transcribemus. Tertullianus (inquit) presbyter, nunc demum primus post Victorem & Apollonium Latinorum ponitur, prouincia Aphrica, ciuitatis Carthaginensis, patre Centurione proconsulari. Hic acris & uehementis ingenij sub Seuero principe & Antonino Caracalla floruit, multaque scripsit uolumina, quæ quia nota sunt pluribus, prætermittimus. Vidi ego quandam Paulum Concordiæ, quod oppidū Italiae est, senem qui se beati Cypriani iam gradiis ætatis notarium, quum ipse admodum esset adolescens, Romæ uidisse diceret, referreque sibi solitum, nunquam Cyprianum absq[ue] Tertulliani lectione unam diem preterisse. Ac sibi crebro dicere, Da magistrum: Tertullianum uidelicet significans. Hic quum usq[ue] ad mediæ ætatem presbyter ecclesiæ permâisset, inuidia postea & contumelias clericorum Romanæ ecclesiæ, ad Montani dogma delapsus in multis libris nouæ prophetiæ meminit. Specialiter autem aduersum ecclesiæ texuit uolumina, De pudicitia, De persecutione, De ieiunijs, De Monogamia, De Ecstasi libros sex, & septimum quem aduersum Apollonium composuit. Ferturque uixisse usq[ue] ad decrepitam ætatem, & multa quæ non extant opuscula condidisse. Haec tenet Hieronymus. Porro quod inuidiam & contumelias clericorum Romanæ ecclesiæ in causa fuisse scribit, ut ad Montani dogma fuerit prolapsus Tertullianus, forte hoc fuit quod cum Montano fauere non nihil uideretur, statim communione ecclesiæ priuatus est priusquam illi se totum addiceret. Quare cōmotus in partes Montani transiit, planè eas approbās, quas tantum ante sibi non displicere significauerat. Atq[ue] hoc propemodū est quod Paulinus de clericis Romanis Seuero Sulpitio cōqueritur, quum inquit, Romæ quoque pauci etiam in clero ipso, à quo solo uidentur scandalizari, morsu inuidiae compungentur. Sed domino gratias, qui & mihi miserrimo peccatori suo dedit dicere:

b* Quoniam

VITA Q. SEPTIMII FLOR. TERTUL.

Quoniam oderunt me gratis. Quod tamen ad me pertinet, cum ipsis quocumque qui odiunt pacem meam, mente pacificus sum. Si quis enim uult contentiosus esse, hoc nostra consuetudo non recipit. Horum tamen ipsorum qui nos odisse, & a consilio sanctitatis suae segregare dicuntur, uix ad nos tenuis fama perlabitur, & ab auribus nostris spinarum sepe munitis, & aura frigida, uelut importunum uacui culicis Eusebius murmur excluditur. Haec Paulinus. Eusebius etiam in opere suo Chronico testatur Tertullianum sub Seuero floruisse, quum hoc imperante gesta adnotans inquit: Tertullianus Afer Centurionis Proconsularis filius, omnium ecclesiarum sermo ne celebratur. Ceterum quum in libro de Monogamia Tertullianus ait: Magis nunc tempus in collectio factum est, annis circiter c. L X. exinde productus, ab aetate diuini Pauli suppuratione temporis init: Nam post medium aetatem (ut inquit Hieronymus) ad partes Montani defecit. Igitur non admodum iuuenis de Monogamia scripsit. Lactantius Firmianus diuinorum institutionum lib. 5. capite primo, recensens quosdam ex veteribus, qui rem Christianam tutandam aduersus ethnicos suscepserunt: Septimus quoque Tertullianus, inquit, fuit omni genere literatus peritus, sed in loquendo parum facilis, & minus comptus, & multum obscurus fuit. Ergo ne hic quidem satis celebritatis inuenit. Idem in tertio capite eiusdem libri: Quanquam, inquit, Tertullianus eandem causam plene perorauerit in eo libro, cui Apologetico nomen est. Loquitur autem de causa Christianorum. Vxorem porro habuit, ad quam scripsit duos libros, adhortans eam ad castitatem & uitam uidualem, si ipsum contingat priorem evitare excedere. Autor est Aur. Augustinus, illum relicitis Montani sectatoribus, sua separatim instituisse conuenticula. Forte quod Montanistatum impietatem non probaret. Meminit in opusculis quae nos sedidimus, quorundam aliorum librorum quos non putamus hodie extare, uidelicet, De spectaculis, De spe fidelium, De testimonio animae, aduersus Apellem Hæreticum, De anima. Quorundam etiam meminit Hieronymus qui non copiuntur. Varius est in Phras. In disputationibus dilucidior est ac simplicior. In locis communibus uelut de pallio, de cultu mulierum, est durior & affectior. Vixit autem usque ad decrepitam aetatem. Ceterum omittere non possumus quod Regino scriptor ille rerum Germanicarum inter martyres Tertullianum recenset, qui in ecclesiæ persecutione pro Christo sanguinem fuderunt. Quod quia non traditur a diuino Hieronymo, qui tam cädide huic fauit, ut hoc haud fuerit omissurus, apud me fidem non meretur. Fuit igitur alius quispiam huius nominis.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUITRIS

per Beatum Rhenanum.

Scribit Tertullianus quasi Encomium Patientiae, deum ipsum afferens patientiam exemplum. Per contentionem mox impatientiam depingit, huius diabolum faciens autorem, ut illius deum. Concludit impatientiam omnis esse malum seminarium. Paulus post impatientiam causas ac stitulos Evangelica doctrina retundit. Adhortatur ad patientiam, deinde testimonij & similitudinibus, ut ipse loquitur, dominicis. Affert in exemplum Esatam, Stephanum & Iob. In fine patientis effigiem graphicè delineat, adulterinam & diabolicam ethnicorum patientiam abominans. Liber est Parænetici generis. Diuus Cæcilius Cyprianus Tertulliani studio sissimus, qui ut olim Apelles nullam diem sine linea iuxta prouerbium, sic nunquam ullam diecm intermisit, quin huius scriptoris aliquid legeret. Da magistrum solitus dicere, quoties Tertullianus uolumen aliquod a notario suo posceret. Is inquit Cyprianus simili arguento libellum texuit, cui titulus De bono patientiae, qui inter sermones in perulgatis editionibus refertur. Hac pia commendabilique amulatio ne etiam de habitu virginis scripta, nitidior aliquanto faciliorque hoc nostro autore Verebatue

ANNOT. IN LIBRVM SEVENTEM

Verebatur enim sanctissimus martyrne, quod postea accidit, tam insignis scripta viri intercederent, abhorretibus iam tum ab eius lectione plerisque quod infelicitèr se se ab ecclesia separasset. Adeo autem sibi familiarem fecerat assidue legendo Cyprianus, ut nonnunquam ipsam exemplis ipsam sententijs ubique utatur, quemadmodum indicabimus in scholijs nostris. Enim uero uehementi ardore magnisque affectu Tertullianus pro orthodoxa religione scribit, disputat, pugnat, ut liqueat eum nihil significare, uerae pietatis atque martyrij amantibus semper gratissimus, ne quis tantum propter patrem suorum ut Aphrum Aphro placuisse putet. Nec loquitur solus magna, uerum etiam indubie uixit. Sed tamen neuis non caret, ut nihil ex omni parte beatum. Ceterum errores utcunq; excusari possunt. Secessio nullum recipit patrocinium.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SE-

VENTEM.

Disputare super eo quod frui non datur.) Dicimus utrumque, & fruor hanc rem, & fruor hac re. Qui cum uacent à sanitate.) Tertulliano non satis est dicere, Vacent sanitatem, nisi præpositione à addat, quod perpetuo fere facit. Etiam qui cæca uiuunt.) Hic elegantia Græcam affectat, nam solent illi aduerbia plurati uer nominitū instar usurpare. Expone ergo cæca pro cæce. Non prorsum dissimilis apud Cyprianū locutio est, quū inquit De bono patientie, Qui non loquimur magna, sed uiuimus. Simile est Lucretianum illud, Acerba tuens, pro acerbè. Tantum illi subsignant.) Hoc est, tanti patientiam faciunt, tantum ei tribuunt. Subsignare pro subscribere & fauere. Aduersus Marcionē libro primo, In uobis est, si uelitis illi obsequium subsignare. Caninæ æquanimitatis stupore formata.) Intellegit Cynicam siue Diogenicā tolerantiam. Hunc locum æmulator Tertulliani Cyprianus in modo citato libello suauiter edifferens, Apparet, inquit, non esse illuc ueram patientiam, ubi sit insolens affectatae libertatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris inuercunda iactantia. Sed uiua ac coelestis disciplinæ diuina dispositio diligat.) Pro diligat aliquando nobis scribendū esse uisum est, dirigat. Nunc in delegat mutauimus, non male, ut putamus. Est delegare, iniungere seu cōmittere aliud quid. Sic lib. 2. aduer. Marc. Nec cautionē eius delegasset sub metu mortis. Porro coelestē disciplinā uocat à Christo misso cœlitus, institutā. Quā magisterijs cœlestibus discimus inquit Cyprianus in De bono patientiae, ueluti declaras quod hic dixit Tertul. Cœlestis disciplinæ diuina dispositio. Temporū officia.) Nā Ver suo tempore fruges prolicit, Aestas calore cōcoquit. Elementorū seruitia.) Refrigeraat enim aer, calefacit ignis, irrigat aqua, terra fructificat. Totius genitū tripliatura.) Per tributa genitū, conceptum nutricioneque foetus in utero & partum ipsum intelligit. Genitura enim huic nativitas est. Qui florē lucis huius super iustos & iniustos.) Ethunc locū suauiter edifferens Cyprianus, Qualis uero in deo, inquit, & quanta patientia, quod in contumeliam suae maiestatis & honoris instituta ab hominibus profana templa, & terrena figmenta, & sacra sacrilega patientissime sustinens, super bonos & malos æqualiter facit diem nasci & lumen solis obotiri; & quum hymbris terrā rigat, nemo à beneficijs eius excluditur, quo minus iniustis similiter & iniustis indiscretas pluuias largiat. Videmus inseparabilis æquilitate patientiae nocentibus & innoxijis, religiosis & impijs, gratias agentib. & ingratias, dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare uentos, fontes fluere, grādescere copias mēssiu, fructus mitescere uinearū, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere &c. Nomen, familiā ipsius per sequentes.) Sollet omittere coiunctiones Tertul. quae res obscuritate lepe parat. Sic autem nomen accipit, ut in De resurrectione carnis, cum pro nominis fide in mediū extracta; & Laetantius lib. 5. de philosopho quodā loquens, Tres, inquit, libros euomuit contra religionem nomē Christianū. Cyprianus. Illos nominis sui semper inimicos.

b * 2 Nasci

Nasci se deus in utero patitur matris.) Hec Cyprianus copiose explicat. Omnes deniq; actus eius ab ipso statim aduentu patientia comite signatur. quod primum de illa sublimitate cœlesti ad terrena descendens, nō aspernatur dei filius carnē hominis induere. Et à seruo suo tingitur.) Cyprianus. Dominus baptizatur à seruo. Et tentatoris cōgressus solis uerbis repellit.) Cyprianus. Cū diabolo tentante congregitur, & inimicū tantum uicisse contentus, nūl ultra uerba conatur. Absolute scilicet ueniam offensæ patientiae eruditus.) Quam uidelicet offensa patientia dare solet, hoc est, ignoscētiā. Atquin ipse lauand.) Atquin usurpat perpetuo pro atqui. Quod semel annotasse sufficiat. Talia multa librarij uetus tis exemplaribus inuixerūt. Sic & alioquin recepit usus pro alioqui. Cœlestes ignes repræsentari uoluissent.) Hoc uerbo Cyprianus etiam sic utitur. Tūc repræsentatur, inquit, poena impio & peccatori, quando iam nō potest pœnitentia prodesse peccanti. Et statim in præsentiarū aliquid infligi siue exhiberi. Sicq; ab idoneis autoribus usurpatur. Horatius. Virtutē ne repræsentet moresq; Catonis. Parum hoc, si nō etiam proditorē suum. Cyprianus hijs uerbis sententiā istam circuloquitur. Nec mirandū, inquit, q; circa obedientes talis extiterit, qui lūdā potuit asq; ad extremū longa patiētia sustinere, cibū cum inimico sumere, hostem domesticū scire, nec palam ostendere. Ergo quod Tertul. dicit, denotare, id uelut explicans Cyprianus dixit ostendere. Ne unius quidē discentis gladiū ultorem probauit.) Discentē uocat discipulū complurib. locis, sicut Audiētes, auditores in lib. de pœnit. In De uera carne Christi, Sed quid iam, inquit, discentes Pontici illius. In lib. præscript. aduer. heret. Et discentib. inquit, meis eadē ad uos prædicare mandauerā. Intelligit aut̄ hīc Petrus. Eodem. Etiā proprij, inquit, discētes & successores eorū. Et structio.) Structio usurpat pro instruzione, ut alibi structius cōparatiū pro instructius, & structus pro instructus, ut in hoc lib. paulo post, De suo experimento, inquit, quid ad peccatū adiutaret, structus. In lib. de resur. carnis, Quot steriles, inquit utriusq; naturae in fructuosis genitalib. structi. Secundū moratos.) Hoc est, ut moratos siue in moratis, id est, inter moratos, græci sermonis æmulatio est. nam p̄ præpositio cum accusat. cōstructa, similitudinē etiam significat. Et dicunt illi ailius ἀγρόν, id est, qui secundū forū, innuētes eos qui in foro uersantur, hoc est, forenses. Non in cōpede aut pileo uertitur.) Prius illud seruitutē & pœnā, posterius manumissionē libertatēq; respicit. Vergil. interpres Seruius, autor est, seruos in Feroniæ tēplo olim raso capite pileū accipere solitos. Erat em̄ insigne libertatis, pileū. Hinc illud, Ad pileū uocare seruos, passim apud autores obuiū. Nō de hominib. modo seruitute subnixis.) Sic Cyprianus angelica maiestate subnixus dixit, de Lucifero loquēs in libel. de zelo & liuore. Ille angelica maiestate subnixus, ille deo acceptus & charus &c. Neutrū alteri facere.) Videtur dictum à Tertul. Neutrū alteri facere, pro eo quod est, neutrū cum altero facere, id est, neutrū alteri cōsentire. Vt nobis nō magis à malo aliquid boni, q̄ à Bono ali. m. d. u. p.) Malū uocabulo diabolū intelligit, ut Boni deū. Et quasi in præscript. cōpendio,) Vocabulo præscriptionis hic utitur, ceu in libris sequentib. sape. In lib. de carne Christi. Sed plenius, inquit, eiusmodi præscriptionib. aduer. oēs hæreses, alibi iam usi sunt. Igitur natales impatientiæ.) Appellat impatientiæ natales, originē siue iniunctum impatientiæ, Sic lib. i. aduer. Marc. natales agnitionis dixit, Idcirco, inquit, à pentateucho natales agnitionis supputabūtur. Et in lib. de Pallio, Natales mundi; Ab ipsis, inquit, mūdi natalib. cōpotes sumus. Aut malitiā ab impatientia auspicata.) Frequenter hoc participio passiuē utitur. Per quā primus deliquerat.) Repōsumus, Per quā primus delinquere intrauerit. Cōsentientibus exemplarib. Pater niacensi Gorziensicq;. Quod à malo hauserat.) Hoc est diabolo. Et circa diaboli circūscriptionē.) Deceptionē intelligit qua diabolus Euā cīcūuenerat. hanc refutare

IN SECVNTB M LIBRVM

statore debebat Adam. Circumscribere decipere significat. & Ciceronis circumscribere senatum est autoritate senatum priuare, tracta à fabris aut chirurgis metaphora quæ præcisuti sunt, prius circumscribunt. Et reuera primi parètes nostri à diabolo sunt circumscripti, cuius altu de paradiſo sunt eieci, atq; exilio daniati, omni iure possessoris sibi adempto. At ubi succidit impatientia. Ex Gorziensi castigatione re posuimus adverb. semel, quod in prioribus æditionibus omissum erat. At ubi semel succidit. Facile usurpari ab impat. coepit.) Vsurpat proprie ad quos ius possessionis spectat. Sic impat. ueluti iam possidens hominē facile eum ad quiduis traxit quod deū offenderet. Oblationes suas ad dominū recusatas.) Ex Gorziensi collatione emēdauimus, A dño recusatas. Per hæc impat. tunc inf.) Hæc uerba cum præcedentib. cōnexuimus hoc modo, Demōstrat q.p.i.g.ad.e.r. à q. i. f. est, per hæc impatientia tūc infantis quodāmodo incunabula, cæterū quanta mox incremantar. Nec mirū. Si prima deliq. &c. Porro quia Gor. exemplar intellexi clausulam istā cōtinere, Cæterū quanta mox incremēta, astipulante Hirsaugiesi codice, eandē a scripsi in cōtextu. Eleganter aut̄ uir unde quaq; doctis. Tertul. incunabula impatientia uocat prima exordia ac quasi rudimenta. Alioquī incunabula pto na talib. & origine sumere solent autores. Iustinus lib. xij. Si nō solū tyrocinia, uerum etiā incunabula in ipsis castris posuissent. Idē lib. 31. Contrà, Romanos auitos lates, & incunabula maiorū tēplac̄ ac deorū simulacra in explebile desideriū uidēdi cōnebat. Apt̄ uero addit̄, infantis. Talis igitur exhedra delictorū.) Partibus siue mēbris domus Exhedra annumeratur, aptus & paratus ad sedendū lotus, à sedib; nomen habēs. Hæc in prīmis apud Græcos in usū fuit, quam Ro. quoq; sunt emulati. Docet exhedrarū ædificationē Vitruius lib. 5. Hic accipitur pro sede & nido loculamentoq; uitiorū. Respicit em̄ ad id quod ante dixit, Impatientia esse matr̄em in omne delictum, Item, Omne peccatum impatientia ascribendum.

Post manna escatilē pluuiam, post petræ aquatilem sequelam.) Hic audis⁶ scholasticam phrasin eius temporis. Quando ne digne quidem malefacere cōcessum est.) Hoc est. Illis qui cōmeruerunt ut male tractentur, digni huiusmodi talione. Ita detrimentū patientia, fastid. op. p.) Obscura sentētia. Videtur sic intelligenda distinguedac̄, Ita dñs præministravit patientia detrimentū, subaudi rei familiaris, fastidiū opulentia, hoc est, contemptū diuitiarū. Apposituē. Ut sit sensus, Dñs prius ostēdit patientię tolerandū esse detrimentū rei familiaris, dū docet dū uitias esse cōtēnendas. Sic apt̄ cohæreb̄ clausula quæ sequitur. Læsuras quoq; carū cōputādas nō esse.) Læsuras uocat detrimentā siue dispendia, quū aliquid de re famil. nostra amittitur. Potuisse dicere iacturas, sed placuit nouum uocabulū. Sis in De resur. Carnis, Pressuras em̄ & læsuras quib. corrūpitur homo exterior. Eodem lib. Ex læsuris & anima, & carnis obueniūt. Itaq; si denuo adfecti impatientia senserimus.) Emendauimus nostrū iudiciū secuti, impatientes erimus. Quū deniq; ludo, & castris se se locāt.) Ludū gladiatorū intelligit, cuius præfectus lanista dicebatur. Per castra militiam. Quū per viam more bestiarum latrocinātur.) Codex Paterniac. ostendit aperte scripsisse Tertullianū, Quum per viā in mores bestiarū latrocinantur. Ut sit, In mores bestiarum, pro more bestiarum. In modo dīcto libro quidam offensus hac lectione, in mores uerterat in memores.

Dominica monela.) Sic monelā usurpat à monendo pro monitione, sicut à sequendo sequelā. Paulò ante, post petræ aquatilem sequelam sperant de domino. Sic lib. aduersus Marcionē v. Im̄o, inquit, nostri monela de cōelo. Quiuis ictus ille sit.) In hac lectione cōsentient exēplaria manu descripta. Dixit, Quiuis pro quantū tuncung. Non uascularū inquinamentis, sed eorum quæ ex ore promuntur, hominem cōmunicare.) Quod apud Matth. xv. cap. legitur nō semel, λαρνά τὸν αὐλέων. Tertul. uertit cōmunicat, quemadmodū etiam Aur. August. legit. Est autem

A N N O T A T I O N E S

cōmune facere. Et quia iudet quod impurum est, id ipsi cōmune uocare, sicut est ut *κοινωνία* siue cōmunicare sit illis coinqinare, ceu uetus Euangeliorum aditio habet in quibusdā exemplarib. praeципue nostris. Erasmus elegatissime uerit, impurū reddere. Cæterū quū hic dicit hominem cōmunicare, subaudi scripsum. Ne sit opus actiuā uocem in passū mutare. Tametsi pse sic potius loqui uidetur, Cōmunicare inquinamentis in datiuo, pro impurari inquinamentis &c. Tum in
 7 Sed eorū subaudi inquinamentis. Eodem exitu dispungetur.) Dispungere dele
re est, & inducere, sumpta translatione à cæratis tabulis nomina continentibus, in
quibus ea quæ dissoluta sunt graphio dispunguntur deuenturq;. Nam hoc uerbum
ad ratiocinia pertinere docet Vlpianus Iureconsultus, quū inquit, Dispungere est
coferre accepta & data. C. de uerborum signific. Si alios consecutos impatiēter
dolemus.) Ex Gorziensib. annotationib. scripsimus, Ergo uotum si alios consecu
tos imp. dol. Hoc quidē loco cummaximē.) Aduerbio cummaximē nusq; non
utitur, pro presentim siue præcipue. Quod apud alios autores tum apud Teren. le
gitur. Sic in lib. de resurrect. carnis. Quo cummaximē diuisionē istam materiæ or
dinamus. Tamē iudicatis impatientiā cauit.) Syne dochica locutio hūic autori
familiarissima, ut præpositionē *κατά* subintelligamus, secundū uel per impatientiā.
Cauere aut iuris uerbū. Cauet sibi aliquis ab aliquo. Huiusmodi impatientiā in
cuseare consueverat.) Posset etiam legi incur sare. Quod uero sequitur, Quicquies ha
stantia eius, Et hoc iuris uerbum est. Quod si patientiæ incubabo.) Incubare pro
indormire, translatione sumpta à rebus charis, quas ne perdamus etiam quū dor
mitus nobis supponimus custodiæ causa. Cyprianus in de Eleemosyna. Quid di
uītis tuis solus incubas. Sic in præscriptionib. Tertul. peccatori eius, inquit, incubā.
Pro incumbere dixit in lib. de resurrect. carnis, Et de isto, inquit, cœlo quod nobis
incubat. Nam quū Maro cecinit, Ponto nox incubat atra, rem incommodam tio
lentāq; uoluit exprimere. Sanè Plinius aliter loquitur in initio lib. ij. de natura agēs,
Aut, si una oēs incubaret, hoc est froueret, ab aliisbus foetificatib. sumpta metapho
ra. Necessarius in iuriæ med. pat.) Cōparatiū inusitatū. Sic necessarius dixit in
neutro genere in De carne Christi, Quāsi inquit, necessarius aliquid adferrent, eo
 8 quod ille tum maximē agebat. Certemus igitur quæ à malo infliguntur.) Et hic
Mali nomine diabolū intellegit. Hūc quoq; malignū uocat in lib. cui titulus, De fu
ga in persecutione, Sed erue nos, inquit, à maligno, id est, ne nos induixeris in tēta
tionē, permittēdo nos maligno. Sic enim παραπόμ uertit. Paulò post rursum. Aut ma
li insidijs. Quia qua ex parte, aut errorib. nostris, aut Mali insidijs, aut admoni
tionib. domini.) Interuenimus errorib. nostris, aut Mali insidijs, cū nos illis oppo
nimus non cōsentiendo, sed evitādo potius. Sic olim Tribunus senatus cōfinter
cedebat. At admonitionib. domini interuenimus, quū illis obsequimur. Sic infra,
Omnibus mandatis eius interuenit. Itaq; talib. & aduocatio & risus promitti
tur.) Aduocationis uocabulo cōsolationē accipe, nam sic uertit Græcā dictionem
ἀγέλεστη. Quod pacis gratissimæ deo attinet disciplinā.) Attinere disciplinam
dicit, pro disciplinæ seu ad disciplinā attinere. Negocium cōuenientiā soluet.)
 9 Conuenientiā usurpat substatiū, pro cōuentione & pacto. Nemo cōuulsus ani
mum.) Figurata locutio. Hæc expectat, hæc exoptat poenitentiā.) In antiquis
codicibus tertium uerbum additur, nempe in Paternacensi exortat, in Gorzien
si, etortat. His ergo scripsimus in contextu, Hæc expectat, hæc exoptat, hæc etor
tat poenitentiā, quandoq; in iuris salutem. Dixit fortassis etortat forma frequen
tatiua pro extortat ab extorqueo. Sensus est, patientia nō solum expectat atq; exo
ptat, querimetā extorquet poenitentiā, hoc est, cogit eos quos sic æquanimiter to
lerat, ad poenitentiā faciendā, ut aliquādo salutem inire possint. Et quia addit,
Solite lapsus subuenire, loqui uidetur de Christianis, seu uiris seu foeminiis, quise
ethniciis.

IN SECVNTEM LIBRVM

ethnici in matrimonio coiungunt. Hic aliquando contingebat, ut uxor Christia-
na marito ethnico tandem continentiam persuaderet, quam amplexus ille seruabat;
mulier uero poenitentiam agebat, atq; prius factum expiabat apud ecclesiam iux-
ta ritum eius temporis. Atq; hoc est quod sequitur, Quantum boni utriq; confert,
alterum adulterum non facit, alterum emendat. Cōsentit quod infrā dicit, Poeniten-
tiam expectat, ex homologesim assignat. Dilectio, inquit, magnanimitis est.)
Paulinum uerbum μαρτυρεῖ uerit Tertullianus magnanimitis est, quod uocabu-
lum latinum insolens est. Sed suo more loqui solet. Cyprianus æmulator Tertul-
lianii, sed stili purioris, Charitas, inquit, magnanima est. Idē μαρτυρεῖ magnan-
imitatem reddit in De eleemosyna. Alijs magis placet longanimitis & longanimi-
tas. Ita patientiam sumit.) Per magnanimitatem uidelicet patientia ampli-
etur. Nam pusillanimitas impatientiae coniuncta esse solet. Non proterit.)
Quod diuus Paulus dixit εἰς ἀγωναῖς, pro quo Aur. Augustin. legit, non dehone-
statur, si quis clarius exprimere uelit, h̄is uerbis possit, nihil sibi indecorum putat.
Tertullianus noster respiciēs ad id quod ex huiusmodi fastidio sequi solet, quum
arrogantiusculi censemus nos non decere ut in humilioribus officijs inserviamus
proximo, uerit. Non proterit, nam contemnitur est protrudere, & pedibus sub-
mouere eum quem colloquio auxiliōue quis putet indignū. Posset etiam legi, Nō
præterit. Nam præterire fastidētis est. Cum eandem etiam in corpore deme-
rendo domino multipliciter ad laborem.) Quanquā refragentur exemplaria mar-
auiscripta quę uidimus omnia, tamē ausus sum mutare lectionē hoc modo, Cū ea-
dem etiam in corpore, demerendo domino multipliciter ad laborem. Sanè adlabo-
randijuerbo Horatius quoque est usus Odarii libro primo, Simplici myrto nihil
ad labores, sedulus curo. Vt pote quae ab ipso domino in Apostolis sustinen-
do uicerit.) Aut ab ipso domino, id est post ipsum dominū. Aut largiēte domino,
quod tamen minus placet. Videtur enim uelle dicere, Patientia primum in Chri-
sto luxisse, deinde in Apostolis. Lapidatur Stephanus, sed ueniam hostibus
suis postulat.) Scripsimus, & ueniam host. f. p. Non poteris, inquit, ista perferre, ni-
si tolerantiae & patientiae teneas firmitatem. quod factum uidemus in Stephano,
qui quum à Iudeis ui & lapidibus necaretur, non sibi uindictam, sed interfectori-
bus ueniam postulabat dicens, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Sic esse oport-
uit primum martyre Christi, qui martyres secuturos glorioſa morte præcurrerat,
nō tantum dominicae passionis prædicator esset, sed & patientissimæ lenitatis imi-
tator. Omnem patientiae speciem expunxit.) Expunxit, id est, præstitit. Me-
taphora est à nominibus dissolutis, quae ueteres in Calendarijs punctis confodie-
bant, uel potius uerso stilo delebant. Scribebant autem in cæris ut plurimum. In-
telligit Iob. Sic Cyprianus in De bono patientiae expuncta morte dixit, Huius, in-
quit, sententia vinculo colligati omnes & constricti sumus, donec morte expun-
cta de isto seculo recedamus. Hunc porro locum de Iob idem Cyprianus mutatis
uerbis æmulator. Nō illa in pecore diuinitæ.) Ille emphasim habet. Quale in 10
illo uiro feretri deus diabolo extruxit.) Inter instrumenta triumphi, feretri est in
quo pompa fertur. Intellige in quo diabolus triumpharetur, deo trophyū statuen-
te, nam Iob per diuinā gratiam diabolū uicit, impatiētæ neutiū succubens. Q.D.
Quale trophyū de diabolo deus erexit? Olim circuiferebantur arma deuictarum
gentium in pōpa, mox suspendebātur. Aptē ergo sequitur. Quale uexillū. Cū ille
homo ad omnē acerū nuntiorū.) Id illuc respicit quod in historia Iob legimus.
Quumq; adhuc ille loqueretur, uenit alter & dixit. Et iterū, Sed adhuc illo loquer-
te, uenit alius & dixit. Et tertio. Adhuc loquebāt ille, & ecce aliis intravit & dixit.
Ut istū nunciorū sub idem tēpus irruptionū accursum, acerū nunciorū appeleret.

In eosdem

A N N O T A T I O N E S

In eosdem specus & pastus reformatte.) Indicauimus in margine libri, foranis nos & carnis uideri legendum. Idq; uocabulum magis arridet, quam ut scribatur uel refossa uel reforata, quemadmodum alias admonuimus. Magis enim refert Aphri canam phrasim. Et uestigia depravatae dictionis hanc nobis conieclurā certò persuadent. Mox pro recuperatam scriptum recuperauit, ex collatione Gorziensi.

Sed maluit in illo die.) Intelligit diem extremi iudicij. Adeo satis idoneus patientiae sequester deus.) Elegantissime dictum à uiro undequaque doctissimo. Se quester est Modestino Iurecōsulto definiente, apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deponunt, sic dictus autore Lauinio, quem citat A. Gellius, quod eius utraq; pars fidem sequatur. Fidem munit, pacem gubernat.) Simile patientiae encomium nō omisit æmulator Tertulliani Cyprianus in De bono patientiae. Patientia est, inquit, quæ nos deo & cōmendat & seruat &c. Tentationes inculcat.) Inculcat, hoc est suppeditat, proculcat. Si nō cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper.) Hic uarijs alias coniecturis distracti sumus. Verum simplicius uidetur, si pro non, legamus, nos, hoc modo, Sinos cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper. Aut si cum spiritu. Nam promorabitur legere inorabit, pro in extremitate uersabitur ab ora deducio uerbo, prorsus durum & absurdum uidetur, quanq; in libro De resurrectione carnis sic loqui uidetur. At enim & calix bene sibi conscius, & de diligentia ministerij cōmendatus, coronis quoq; potatoris sui inorabitur, pro eo quod est in ora siue extremitate cingetur. Ut illuc indicabimus. Solus sustinere nō poterit.) Emendauius, sola sustinere non poterit, sic exigente sensu, nam de patientia loquitur.

Hæc patientiae ratio, hæc disciplina.) Hanc sententiam sic arbitror legendam & intelligendam. Hæc patientiae ratio, hæc disciplina, hæc opera cœlestis & uera, subaudi patientiae, scilicet Christiana, s. opera: non ut illa patientia gentium terrena, falsa, probrosa. Nam opponitur terrena cœlesti, & falsa uera. Dominō diaholus æmularetur.) Aemulari cum datiuo construit. Iustinus lib. 7. Siquidē amīsō cui æmulari cōsueuerant, in segnitiam torporemq; resoluti. Sic & Fabius loquitur. Magnitudinis par est.) Par cum genituo iungere solet, sic in libro De præscriptionib. aduersus hæreticos, A diabolo scilicet, inquit, cuius sunt pares. Et aduersus Marcionem lib. 5. Dicimus, inquit, circūferri ab Apostolo aut creatorem, aut (quod nolit Marcion) parem creatoris. Id in plerisq; uocibus adieciuis facit pro datiuo genituum usurpās. Quæ aucupandis orbitanibus.) Notat testas mentorum captatores. Quos satyra duodecima arguit Iuuenalis. Quæ uenris operarios cōtumeliosis patrocinijs l. l. gulæ addicit.) Appellat operarios uenris, cum parasitos & alienarum mensarū affecias, quibus nihil aliud magis est cutæ, quam ut uentri satisfiat: tum eos qui se in diuitum clientelam tradūt, quibus ille postea abutatur, nam contumeliosorū patrociniorum nomine, patronos contumeliosos intelligit, quibus tamen ob uentrem replendum clientes, imò propudio sa mancipia nulquam nō obsequantur. Huiusmodi partim satyra quinta, partim nona notat Iuuenalis. Ordinabis sic uerba, Quæ, subaudi patientia, operarios uenris addicit gulæ, hoc est uenundat, siue in nexum dat gulæ, nam utrumq; significat addicere subiectione libertatis cōtumeliosis patrocinijs, hoc est, subiectiendo libertatem contumeliosis patrocinijs. Parasitos & uenris mancipia Græci γασπὶ δουλούρια appellant, & in Symposiacis Plutarchus non minus eleganter q; uerè γασπὶ τὴν φυχὴν σωδείην uocat. Quam patientia.) Quam subaudi patientiam Gentilium, patientia, s. ig. expectat, id est æterna damnatio. Sed uiderint sua & sui præsides.) Sui præsides dixit, pro eorum.

Q. SEPTIMII FLOREN TIS TERTVLLIANI PRESBY TERI, DE PATIENTIA, LIBER.



CONFITEOR ad dominum deum satis temere
me, si non etiam impudenter de patientia compo-
nere ausum, cui præstandæ idoneus omnino non
sum, ut homo nullius boni: quando oporteat de-
monstrationem & commendationem alicuius rei
adortos, ipsos prius in administratione eius rei de-
prehendi, & constantiam commonendi propriæ
conuersationis autoritate dirigere, ne dicta factis
deficientibus erubescant. Atq; utinam erubescere istud remedium ferat, uti
pudor non exhibendi, quod alijs suggestum imus, exhibendi fiat magiste-
rium: nisi quod bonorum quorundam sicuti & malorum, intolerabilis ma-
gnitudo est: ut ad capienda & præstanda ea, sola gratia diuinæ inspiratio-
nis operetur. NAM quod maxime bonū, id maximè penes deum, nec alias
id quam qui possidet dispensat, ut cuiq; dignatur. Itaq; uelut solatium erit
disputare super eo quod frui non datur, uice languentium, qui cum uacent
à sanitate, de bonis eius tacere non norunt. Ita miserrimus ego, semper eger
caloribus impatientiæ, quam nō obtineo, patientiæ sanitatem, & suspiri
& inuocem & perorem necesse est, cū recordor, & in meæ imbecillitatis co-
templatione digero, bonam fidei ualetudinem, & dominicæ disciplinæ sani-
tatem, non facile cuiquā, nisi patientia adsidet, prouenire. Ita proposita dei
rebus est, ut nullum præceptum obire quis, nullum opus domino complaci-
tum perpetrare extraneus à patientia possit: bonum eius, etiam qui cæca ui-
uunt, summæ virtutis appellatione honorent. Philosophi quidem qui ali-
cuius sapientiæ animalia deputantur, tantum illi subsignant, ut cū inter se se-
uarijs sectarum libidinibus & sententiarum æmulationibus discordent, so-
lius tamē patientiæ in commune memores, huic uni studiorum suorū com-
misserint pacem. In eam conspirant, in eam foederantur, illi in affectatione
virtutis unanimiter student, omnem sapientiæ ostentationem de patientia
præferunt. Grandes testimonium eius est, cum etiam uanas seculi discipli-
nas, ad laudem & gloriam promouet. Aut nunquid potius iniuria, cum di-
uina res in secularibus artibus uolutatur? Sed uiderint illi quos mox sapien-
tiæ suæ cū seculo destructæ ac dedecoratae pudebit. Nobis exercendæ pa-
tientiæ autoritatem, non affectatio humana caninæ æquanimitatis stupi-
re formata, sed uiua ac cœlestis disciplinæ diuina dispositio delegat, deum
ipsum ostendens patientiæ exemplum: iam primum qui florem lucis huius
super iustos & iniustos æqualiter spargit: qui temporum officia, elemento-

Ceca uiuunt,
id est, cecare
uitam ducere
Intelligi gen-
tiles

Canine equa
nimilitatis flos
por

a rum

Q. SEPT. F L O R. T E R T U L L I A N I

rum seruitia, totius genituz tributa dignis simal & indignis patiatur occurrere, sustinens ingratissimas Nationes, ludibria artiu & opera manuum sua rum adorantes, nomen, familiam ipsius persequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem cottidie insolecentem, ut sua sibi patientia detrahatur: plures enim dominum idcirco non credunt, quia seculo iratum tam diu nesciunt. Et haec quidem diuinæ patientiæ species, quasi de longinquo, fors ut de supernis, æstimetur. Quid illa autem quæ inter homines palam in terris quodammodo manu apprehensa est: Nasci se deus in utero patitur matris, & expectat, natus adolescere sustinet, & adultus nō gestit agno, sci, sed cōtumeliosus insuper sibi est, et à seruo suo tingitur, et tentatoris con gressus solis uerbis repellit. Cum de domino sit magister, docēs hominem euadere mortem, absolute scilicet ueniam offendere patientiæ eruditus, nō contendit, non reclamauit, nec quisquam in plateis uocem eius audiuit, arundinem quassatam non fregit, linum sumigans non restinxit. Nec enim mentis fuerat propheta, imo ipsius dei contestatio, spiritum suum in filio cum tota patientia collocantis. Nullum uolentem sibi adhærere nō suscepit: nullius mensam tectumue despexit. Atquin ipse lauandis discipulorum pedibus ministravit. Non peccatores, non publicanos aspernatus est. Nō illi saltem ciuitati quæ eum recipere noluerat iratus est, cum etiā discipuli tam contumelioso oppido cœlestes ignes repræsentari uoluissent. Ingratos curauit, insidiatoribus cessit. Parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotauit. Cum uero traditur, cum adducitur, ut pecus ad victimam (sic enim non magis aperit os, quam agnus sub tondentis potestate) ille, cui legiones angelorum, si uoluisset, uno dicto de cœlis adfuissent, ne unius quidem discentis gladium ultorem probauit. Patientia domini in Malcho uulnerata est. Itaq & gladij opera maledixit in posterum, et licet Petri. sanitatis restitutione ei, quem non ipse uexauerat, satisfecit per patientiam, misericordiæ matrem. Taceo quod figitur in hoc enim uenerat. Nunquid tamen subeundæ morti etiam contumelij opus fuerat: Sed saginari uoluntate patientiæ discessurus uolebat. Despuitur, uerberatur, deridetur, fœdis uestitur, fœdioribus coronatur. Mira æquanimitatis fides. Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Hinc uel maxime Pharisæi dominum agnosceré debuistis, patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. Talia tantaque documenta, quorum magnitudine penes Nationes quidem detrectatio fidei est, penes nos uero ratio & structio, satis aperte non sermonibus modo in præcipiendo, sed etiam passionibus domini sustinendo, probant, his, quibus credere datum est, patientiam dei esse naturam effectam, & præstantiæ ingenitæ cuiusdam proprietatis. Igitur si probos quosque seruos, & bonæ mentis, pro ingenio domini, obsequium co cōuersari uidemus (siquidem artificium promerendi, obsequium est: ob sequij

sequij uero disciplina, morigera subiectio est) quanto magis nos secundum
 moratos inueniri oportet: seruos scilicet dei uiui, cuius iudicium in suos, non
 in cōpede, aut pileo uertitur, sed in eternitate, aut pœnæ, aut salutis. Cui se-
 ueritati declinandæ, uel liberalitati inuitandæ, tanta obsequij diligētia opus
 est, quanta sunt ipsa, quæ aut seueritas comminatur, aut liberalitas pollices-
 tur. Et tamen nos nō de hominibus modo seruitute subnixis, uel quolibet
 alio iure debitoribus obsequij, uerum etiam de pecudibus, etiam de bestijs
 obedientiam exprimimus, intelligentes usibus nostris eas à domino prouis-
 fas traditasq;. Meliora ergo nobis erunt in obsequij disciplina, quæ nobis
 deus subdit: agnoscent deniq; quæ obediunt. nos cui soli subditi sumus, do-
 mino scilicet, auscultare dubitamus? At q; iniustum est, q; etiam ingratum,
 quod per alterius indulgentiam de alijs consequaris, idem illi per quē con-
 sequeris, de temetipso non rependere? Nec pluribus de obsequij exhibitio-
 ne, debita à nobis domino deo. Satis enim agnitione dei quid sibi incumbat,
 intelligit. Ne tamē ut extraneum de obsequio uideamur interieuisse, ipsum
 quoq; obsequium de patientia trahitur. Nunq; impatiens obsequitur, aut Obsequium
 patiens quis obliuctatur. Quam ergo dominus omnium bonorum & de-
 monstrator & acceptor, deus in semetipso circumtulit, quis de bono eius la-
 tere retractet: cui item dubium sit omne bonum, quia ad deum pertineat,
 pertinentibus ad deum tota mente sectandū? Per quæ in expedito & quasi
 in præscriptionis compendio & cōmendatio & exhortatio de patientia con-
 stitutum est. Veruntamen procedere disputationem de necessarijs fidei nō
 est ociosum, quia nec infructuosum. Loquacitas in ædificatione nulla tur-
 pis, si quando turpis. Itaq; si de aliquo bono sermo est, res postulat contra-
 rium quoq; boni recensere. Quid enim sectandum sit magis inluminabis,
 si quod uitandum sit proinde digesseris. Consideremus igitur de impati-
 entia: an sicut patientia in deo, ita aduersaria eius in aduersario nostro nata at
 que comperta sit: ut ex isto appareat, quām principaliter fidei aduersetur.
 Nam quod ab æmulo dei conceptum est, utique nō est amicum dei rebus.
 Eadem discordia est rerum, quæ & autorum. Porro cum deus optimus, dia-
 bolus econtrario pessimus, ipsa sui diuersitate testantur, neutrum alteri fa-
 cere, ut nobis non magis à Malo aliquid boni, quām à Bono aliquid ma-
 li dictū uideri possit. Igitur natales impatientiæ in ipso diabolo deprehen-
 do, iam tunc cum dominum deum uniuersa opera quæ fecisset, imaginis suę
 id est homini subiecisse impatienter tulit. Nec enim doluisset, si sustinuisset:
 nec inuidisset homini, si non doluisset. Adeo decepit eum, quia inuidet.
 Inuidet autem, quia doluerat. Doluerat, quia patienter utiq; non tulerat.
 Quid primum fuerit ille angelus perditionis, malus an impatiens cōtemno
 querere: palam cum sit, impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impa-
 tientia auspicatā, deinde inter se conspirasse, & indiuividuas in uno patris sinu
Angelus per-
ditionis

adoleuisse. At enim quam primus sacerdot, per quam delinquare intrauerit, de suo experimento quid ad peccatum adiutaret structus, eandem impinguendo in crimen homini aduocauit. conuenta statim illi mulier, non temere dixerim per conloquium ipsum eius afflata est spiritu impatientia infecto. usque adeo nunquam omnino peccasset, si diuino interdicto patientia præseruasset. Quid quod non sustinuit sola cōuenta, sed apud Adam nondum maritum, nondum aures sibi debentem, impatiens etiam tacendi est: ad traducem illum eius quod à Malo hauserat, facit. Perit igitur & alius homo per impatientiam alterius: perit mox & ipse per impatientiam suā utro bique commissam, & circa dei præmonitionem, & circa diaboli circumscriptiōnē: illam seruare, hanc refutare non sustinens. Hinc prima iudicij unde delicti origo: hinc deus irasci exorsus, unde offendere homo inductus. Inde in deo prima patientia, unde indignatio prima. Qui tunc maledictio, ne sola contentus, ab animaduersiōnis impetu in diabolo temperauit. Aut quod crimen ante istud impatientiæ admissum homini imputatur: Inno-

*paradisi colo
nus*

cens erat & deo de proximo amicus, & paradisi colonus. Aut ubi semel succidit impatientiæ, desiuīt deo sapere, desiuīt cœlestia sustinere posse. Exinde homo terræ datus, & ab oculis dei electus, facile usurpari ab impatientia cœpit in omne quod deum offenderet. Nam statim illa setine diaboli concepta, malitiæ fecunditate iram filium procreauit: æditū suis artibus erudit. Quod enim ipsum Adam & Euam morti immiserat, docuit & filium ab homicidio incipere. Frustra istud impatientiæ adscriperim, si Cain ille pri-

*Impatiens
incunabula.*

mus homicida, & primus fratricida, oblationes suas à domino recusatas æquanimiter nec impatienter tulit: si iratus fratri suo non est, si neminem de nīq; interemit. Cum ergo nec occidere potuerit, nisi iratus: nec irasci, nisi impatiens, demonstrat quod per iram gessit, ad eam referendum, à qua ira sugesta est, per hæc impatientiæ tunc infantis quodammodo incunabula. Ceterum quanta mox incrementa: nec mirum. Si prima deliquerit, consequens est ut quia prima, idcirco & sola sit matrix in omne delictum, defundens de suo fonte uarias criminum uenas. De homicidio quidem dictum est. Sed

Homicidium

ira æditum à primordio, etiam quascunq; postmodum causas sibi inuenit, ad impatientiam ut ad originem sui confert. Siue enim quis inimicitij, siue præde gratia id scelus conficit, prius est ut aut odij aut avaritiæ fiat impatiens. Quicquid compellit, sine impatientia sui nō est, ut perfici possit. Quis adulterium sine libidinis impatientia subiit: Quod & si pretio in fœminis cogitur uenditio illa pudicitie, utique impatientia contemnendi lucri ordinatur. Hæc ut principalia penes dominum delicta. Nam ut cōpendio dictum sit, omne peccatum impatientiæ adscribendum. Malum impatientia est boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitiae, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis. Ut malus unusquisq; fiat, bor-

Adulterium

nus

vius perseverare non poterit. Talis igitur exhedra delictorum, cur non do, *Aliis, extra*
 minum offendat improbatorem malorum? An non ipsum quoque Israel
 per impatientiam semper in deum deliquisse manifestum est? exinde cum
 oblitus brachij cœlestis quo Ägyptijs afflictionibus fuerat extractus,
 de Aaron sibi deos duces postulat, cū in idolum auri sui collationes defun-
 dit: tam necessarias enim Moysi cum domino congre-
 dientis impatienter ⁶
 exceperat moras. Post mannæ escatilem pluviā, post petræ aquatilem se/
 quelam desperant de domino, tridui sitim non sustinendo. nam hæc quo,
 que illis impatiētia à domino exprobratur. Ac ne singula peruagemur, nun
 quām non per impatientiam delinquendo perierunt. Quomodo autem
 prophetis manus intulerunt, nisi per impatientiam audiendi: domino au-
 tem ipsi, per impatientiam etiam uidendi. Quod si patientiam inissent, libe-
 rarentur. Ipsa adeo est, quæ fidē & subsequitur, & antecedit, Deniqz Abra-
 ham deo credidit, & iustitiæ deputatus ab illo est: sed fidem eius patientia
 probauit, cum filium immolare iussus est, ad fidei non tentationem dixe-
 rim, sed typicam cōtestationem. Cæterum deus quem iustitiæ deputasset,
 sciebat. Tam graue præceptum, quod nec domino perfici placebat, patien-
 ter & audiuit, & si deus uoluisset, implexeret. Merito ergo benedictus, quia
 & fidelis: merito fidelis, quia & patiens. Ita fides patientia illuminata, cū in
 Nationes seminaretur, per semen Abraham, quod est Christus, & gratiam
 legi superduceret, ampliandæ adimplendæqz legi adiutricem suam patien-
 tiam præfecit, quod ea sola ad iustitiæ doctrinā retro desuisset. Nam olim
 & oculum pro oculo, & dentem pro dente repetebant, & malum malo fœ-
 nerabant: nondum enim patientia in terris, quia nec fides: scilicet interim im-
 patientia occasionibus legis fruebatur. Facile erat absente domino patien-
 tiæ & magistro. Qui postquam superuenit, & gratiā fidei patientia cōposuit,
 iam nec uerbo quidem lacessere, nec fatue quidē dicere sine iudicij periculo
 licet. Prohibita ira, restricti animi, compressa petulantia manus, exemptum
 linguae uenenū: plus lex qz amisit, inuenit: dicete Christo: Diligite inimicos
 uestrós, & maledicentibus benedicte: & orate pro persecutoribus uestris, ut
 filij sitis patris uestri cœlestis. Vides quem nobis patrē patientia adquirat:
 Hoc principali præcepto uniuersa patientiæ disciplina succincta est, quādo
 ne digne quidē malefacere cōcessum est. Iam uero percurrētibus nobis cau-
 fas impatientiæ, cætera quoqz præcepta suis locis respōdebunt. Si detrimen-
 to rei familiaris animus concitat, omni penè in loco de cōtemnendo secu-
 lo, scripturis dominicis cōmonetur: nec maior ad pecuniæ contemptū exhor-
 tatio subiacet, quām quod ipse dominus in nullis diuitijs inuenitur. Sem-
 per paupres iustificat, diuites prædamnat. Ita detrimentum patientiæ, fa-
 stidium opulentiæ præministravit, demonstrans per abiectionem diuitia-
 rum, læsuras quoqz earū computandas nō esse. Quod ergo nobis appetete *Læsurae diuitiarum*
cōtemptus
tiarum

Cupiditus

minime opus est, quia nec dominus appetiuit, detruncatum uel etiam adens, ptum non ægre sustinere debemus. Cupiditatem omnium malorum radicem spiritus domini per Apostolum pronunciauit. Eam non in concupiscentia alieni tantum constitutam interpretetur: nam & quod nostrum uidetur, alienum est: nihil enim nostrum, quoniam dei omnia, cuius ipsi quoque nos. Itaque si damno affecti impatientes erimus, non de nostro amissum dolentes, afixus cupiditatis reprehendemur. Alienum querimus, cum alienum amissum ægre sustinemus. Qui damni impatientia cōcitatur, terrena cœlestibus anteponeat, de proximo in deum peccat. Spiritum enim quem à domino sumpsit, secularis rei gratia concutit. Libenter igitur terrena amittamus, cœlestia tueamur. Totum licet seculum pereat, dum patientiam lucifaciam. Iam qui timunt sibi aliquid aut furto, aut etiam ignavia, non constanter sustinere constituit: nescio an facile, uel ex animo ipse rei suæ manu inferre posset in causa eleemosynæ. Quis enim ab alio secari omnino non sustinens, ipse ferrum in corpore suo ducit? Patientia in detrimentis, exercitatio est largiendi & cōmunicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, nisi idem sit, qui auferenti tunicam, etiam pallium offerre possit? Quomodo amicos de mamma, na fabricabimus nobis, si eum in tantum amauerimus, ut amissum non sufferramus? Peribimus cū perditio. Quid hic inuenimus, ubi habemus amittere? Gentilium est omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortasse animæ anteponant. Nam & faciunt, cū lucri cupiditatibus questuosa pericula mercimoniorū in mari exercent: cū pecuniae causa etiam in foro nihil damnationi timendum adgredi dubitant: cum denique ludo & castris se locant, cū per uiam more bestiarum latrocinantur. Nos uero secundum diuerstatem, qua cum illis sumus, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere conuenit: seu sponte in largiendo, seu patienter in amittendo. Ipsam animam, ipsumque corpus in seculo isto expositum omnibus ad iniuriam gerimus, eiusque iniuriæ patientia subimus: minorum delibatione lædemur. Absit à seruo Christi tale inquinamentum, ut patientia maioribus temptationibus preparata, in friuolis excidat. Si manu quis tentauerit prouocare, praesto est dominica monela: uerberanti te, inquit, in facie, etiam alteram genam obuerte. Fatigetur improbitas, patientia tua. Qui uis iectus ille sit dolore & cōrumelia cōstrictus, grauius à domino uapulat. Plus improbum illum cædis sustinendo. Ab eo enim uapulabit, cuius gratia sustines. Si linguae amaritudo, maledicto siue cōuicio eruperit, respice dictum: Cum uos maledixerint, gaudete. Dominus ipse maledictus in lege est, & tamen solus est benedictus. Igitur dominum serui consequamur, & maledicatur patienter, ut benedicti esse possimus. Si parum æquanimiter audiā dictum aliquod in me proteruum aut nequam, reddam & ipse amaritudinis uicem necesse est, aut

*Questuosa
pericula mer-
cimoniorum
exercere.
Forum causa/
rum:
Ludo & ca/
stris se loc-
care*

*Dominica mo-
neta*

aut cruciabor impatientia muta. Cum ergo percussero maledictus, quomodo secutus inueniar doctrinā domini, qua traditū est, non uasculorū inquit namentis, sed eorum quæ ex ore promuntur, hominem cōmunicare : Item, Manere nos om̄is uani & superuacui dicti reatum? Sequitur ergo ut à quo nos dominus, idem ab alio æquanimiter pati admoneat, hic iam de patientiæ uoluntate. Nam omnis iniuria, seu lingua, seu manu incussa, cum patientiam offendit, eodē exitu dispungetur, quo telum aliquod in petra cōstati tissimè duriciæ libratum, & obtusum. Contidet enim ibidem irrita opera & infructuosa, & nonnunquam repercutsum in eum, qui emisit reciproco impetu fæuet. Nempe idcirco quis te lædit ut doleas: quia fructus ledentis in dolore læsi est. Ergo cū fructum eius euenteris nō dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui: tunc tu non modo in læsus ibis, quod etiā solū tibi sufficit, sed insuper aduersarij tui & frustratiōe oblectatus, & dolore defensus. Hæc est patientiæ utilitas & uoluntas. Ne illa quidem impatientiæ species excusat, in amissione nostrorum, ubi aliqua doloris patrocinatur assertio. Præponendus est enim respectus denunciationis Apostoli, qui ait: Ne contristemini dormitione cuiusquam, sicut Nationes quæ spe carent. Et merito. Credentes enim resurrectionem Christi, in nostrā quoq; credimus propter quos ille & obiit & resurrexit. Ergo cū cōstet de resurrectione mortuorum, uacat dolor mortis, uacat & impatientia doloris. Cur ergo doleas, si perisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurū? Profectio est quam putas mortem. Nō est lugendus qui antecedit, sed planè desiderandus. Id quoq; desideriū patientia temperandū. Cur enim immoderate feras abisse, quem mox subsequérис? Cæterum impatientia in huiusmodi, & spei nostræ male ominatur, & fidē præuaricatur. Et Christū lædimus cū euocatos quoq; ab illo, quasi miserandos nō æquanimiter accipimus. Cupio, inquit Apostolus, recipi iam & esse cū domino. Quanto melius ostendit uotum Christianorum. Ergo uotum si alios consecutos impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus. Est & aliud summus impatientiæ stimulus, ultionis libido, negotium curans aut gloriæ, aut mali ultionis uitiae. Sed & gloria ubiq; unā & malitia, nunquam non domino odiofa, hoc libido quidem loco cum maximè, cum alterius malitia prouocata superiorem se in exequenda ultione constituit, & remunerans nequam duplicat quod semel factum est. Ultio penes errorem solarium uidetur doloris, penes ueritatem certam redarguitur malignitatis. Quid enim refert inter prouocantem & prouocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior. Tamen uterq; læsi hominis domino reus est: qui omne nequam & prohibet & damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio est: nec locus secernit, qd' similitudo coniungit. Absolute itaque præcipitur malum malo non rependum. Par factum, par habet meritum. Quomodo id obseruabimus, si

Litare bono/
 rem domino/
 deo
 fastidientes in fastidio ultionis non erimus: Quem autem honorem fitabimus domino deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus? Nos priores, uasa fictilia, seruulis nostris adsumentibus sibi de conseruis ultionem, grauiter offendimur: eosq; qui nobis patientiam obtulerint suam, ut metiores humilitatis, seruitutis, ius dominici honoris diligentes, non probamus modo, sed ampliorem quam ipsi sibi presumpsissent satisfactionem facimus. Id nobis in domino tam iusto ad aestimandū, tam potenti ad perficiendum pereditatur: Quid ergo creditus iudicem illū, si non & ultorem? Hoc se nobis repromittit, dicens: Vindictam mihi, & ego vindicabo, id est: Patientiam mihi, & ego patientiam remunerabo. Cum enim dicat, Nolite iudicare, ne iudicemini, nonne patientiam flagitat? Quis enim non iudicabit alium, nisi qui patientis erit non defendi? Quis idcirco iudicat, ut ignorat? Ac si ignoscet, tamen iudicantis impatientiam cauit, & honorem unici iudicis, id est dei, abstulit. Quantos uero casus huiusmodi impatientia incusare consueuerat? Quoties paenituit defensionem? Quotiens instantia eius deterior inuenta est causis suis? Quoniam nihil impatientia susceptum, sine impetu transfigi nouit: nihil impetu actum, non aut offendit, aut corruit, aut praecipit abire. Iam si leuius defendantis, insanies: si uberioris, oneraberis. Quid mihi cū ultione, cuius modū regere non possum per impatientiā doloris? Quod si patientiae incubabo, nō dolebo: si nō dolebo, ulcisci non desiderabo. Post has principales impatientiae materias, ut potuimus, regeftas, quid inter cæteras euagemur, quæ domi, quæ foris? Lata atque diffusa est operatio Malii. Multiplicita spiritus incitamenta iaculantis, & modo paruula, modo maxima. Sed paruula de sua mediocritate contemas, maximis pro sua exuperantia cedas. Vbi minor iniuria, ibi nulla & necessitas impatientiae. At ubi maior iniuria, ibi necessior iniuria, medela patientiae. Certemus igitur quæ à Malo infliguntur sustinere, ut hostis studium, æmulatio nostræ æquanimitatis eludat. Si uero quædam ipsi in nos, aut imprudentia, aut sponte etiam superducimus, æque patienter obeamus, quæ nobis imputamus. Quod si à domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientiam quam domino præbeamus? Quin insuper gratulari & gaudere nos docet, dignatione diuinæ castigationis, Ego, inquit, quos diligo, castigo. O seruum illum beatum, cuius emendationi dominus instat: cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit. Vndeque igitur ad stricti sumus officio patientiae administrandæ. Quia qua ex parte, aut erroribus nostris, aut Malii insidijs, aut admonitionibus domini interuenimus, eius officij magna merces, felicitas scilicet. Quos enim felices dominus nisi patientes nuncupauit dicendo: Beati pauperes spiritu, illorū est enim regnum cœlorū. Nullus profecto spiritu pauper, nisi humili. Quis enim humili nisi patiens: quia nemo subiçere sese potest, sine prima patientia subiectio-
 nis

DE PATIENTIA LIBER

nis ipsius. Beati, inquit, flentes atq; lugentes. Quis talia sine patientia tollerat. Itaque talibus & aduocatio & risus promittitur. Beati mites. Hoc quidem uocabulo, impatiens non licet omnino censeris. Item cum pacificos eodem titulo felicitatis notat, & filios dei nūcupat, nunquid impatiens pacis adfines? Stultus hoc senserit. Cū uero gaudete & exultate dicit, quotiens uos maledicent & persequuntur: merces enim uestra plurima in cœlo: id utique non exultationis impatiens pollicetur: quia nemo in aduersis exultabit, nisi ante ea contempserit: si emo contemnet, nisi patientiam gesserit. Quod pacis gratissimæ deo attinet disciplinā, quis omnino impatiens natus, uel semel ignoscet fratri suo: non dicam septies, sed septuagies septies: quis iudicem cum aduersario suo dirigen\$, negocium conuenientia soluerit: nisi prius iam doleret, duritiam, amaritudinem, uenenā scilicet impatiens amputaret. Quo modo remittes, & remittetur tibi, si tenax iniuriæ per absentiā patientiæ fueris? Nemo conuulsus animum in fratrem suum, munus apud alterum perficiet, nisi prius reconciliando fratri reuersus ad patientiā fuerit. Sol super iram nostram si occiderit, periclitamur. Non licet nobis una die sine patientia manere. At enim cum omnem speciem salutaris discipline gubernet, quid mirum quod etiam poenitentiæ ministrat, solitæ lapsis subuenire, cum Leprosi disiuncto matrimonio, ex ea tamen causa, qua licet seu viro, seu foeminæ ad uiduitatis perseverantiam sustineri, hæc expectat, hæc exoptat, hæc etor, tat poenitentiam, quandoq; inituris salutem. Quantum boni utriq; cōfert, alterum adulterum non facit, alterum emendat. Sic & illis dominicarum similitudinum exemplis de patientia sanctis adest. Erroneam ouem patientia pastoris requirit & inuenit. Nam impatiens unam facile contemneret. Sed labore inquisitionis patientia suscipit, & humeris insuper aduehit baiulus patiens peccatricem derelictam. Illum quoq; prodigum filium patientia patris & recipit, & uestit, & pascit, & apud impatiens irati fratri excusat. Saluus est igitur qui perierat, quia poenitentiam inicit. Poenitentia non CH A R I T A S perit, quia patientiam inuenit. Nam dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quā Apostolus totis viribus sancti spiritus commendat, cuius nisi patientiæ disciplinis eruditur. Dilectio, inquit, magnani mis est: ita patientiam sumit. Benefica est: malum patientia non facit. Non æmulatur: id quidem patientiæ proprium est. Nec proteruum sapit: mode stiam de patientia traxit. Non inflatur, non proterit: non enim ad patientiam pertinet. Nec sua requirit, suffert sua, dum alteri prospicit: nec incitatur. Ceterū quid impatiens reliquisset? Ideo, inquit, dilectio omnia sustinet. omnia tolerat, utiq; quia patiens. Merito ergo nunquam excidet: nam cætera euacabantur, consumabuntur. Exhauriuntur linguæ, scientiæ, prophetiæ: permanent fides, spes, dilectio. Fides, quā C H R I S T I patientia induxit: Spes, quam homini patienti induxit: Dilectio, quam deo magistro patientia comitatur.

mitatur. Usque huc de patientia tandem simplici & uniformi, & tantum in animo constituta: cum eadem etiam in corpore, demerito domino multipliciter adlaboret: utpote quæ ab ipso domino in Apostolis sustinendo uicerit. His patientiæ viribus secatur Esaias, & de domino non tacet. Lapidatur Stephanus, & ueniam hostibus suis postulat. O felicissimum illum quoque, qui omnem patientiæ speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit. Quem non abacti greges, non illæ in pecore diuitiæ, nō filij uno ruinæ imperio adempti, nō ipsius deniq; corporis in vulnere cruciatus, à patientia (fide domino dedita) exclusit, quem diabolus totis viribus frustra cæcidit. Neque enim à respectu dei tot doloribus auocatus ille est, sed constitutus in exemplum & testimonium, tam spiritu quam carne, tam animo quam corpore, patientiæ perpetrandæ: ut neq; damnis secularium, nec amissionibus charissimorum, nec corporis quidem conflictationibus succidamus. Quale in illo uiro ferentrum deus diabolo extruxit: quale uexillum de inimico gloriarum suarum extulit, cum ille homo ad omnem aceruum iunctiorum, nihil ex ore promeret, nisi DEO GRATIAS, cum uxorem iam malis delassatam, & ad prava remedia suadentem execraretur. Quid? ridebat deus: quid? difflabatur Malus, cum Iob immundam ulceris sui redundantiam, magna æqua nimitate destringeret: cum erumpentes bestiolas inde, in eosdem specus, & pastus foraminosæ carnis ludendo reuocaret. Itaque operarius ille uictoriæ dei, retulsi omnibus iaculis tentationum, lorica clypeoq; patientiæ, & integratè mox corporis à deo recuperauit, & quæ amiserat conduplicata possedit. Et si filios quoq; restituui uoluisset, pater iterum uocaretur. Sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudium: securus sic de domino, distulit. Substituit tam uoluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia uiueret, Adeo satis idoneus patientiæ sequester, deus. Si iniuriam deposueris penes eum, ultor est. Si damnum, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est.

Quantum patientiæ licet, ut deū habeat debitorem? Nec immerito enim. Omnia enim placita eius tuerit: omnibus mandatis eius interuenit. Fidem

De exhomolo munit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, humilitatē instruit, poenitentiā expectat, exhomologisin adsignat, carnem regit, spiritum seruat, litigium frenat, manum cōtinet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consumat: pauperem consolatur, diuitem temperat, infirmum nō extendit, ualentem non consumit, fidelem delestat, gentilem inuitat, seruum domino, dominum deo commendat, sc̄eminam exornat, virū approbat: amatur in

penitentia. puero, laudatur in iuene, suspicitur in senecte: in omni sexu, in omni ætate formosa est. Age iam si & effigiem, habitumq; eius comprehēdamus. Vultus

Effigies pati- illi tranquillus & placidus, frons pura, nulla moeroris aut iræ rugositate contracta: remissa æque in lætum modum supercilia, oculis humilitate, non in felicitate deiecit. Os taciturnitatis honore signatum. Color, qualis securis & innoxij;

Esaïas
Stephanus

Iob

Idoneus pati-
entie seque-
ster, deus.

ges, id est, cō-
fessione eccl-
esiastica que-
apud ueteres
in usu fuit, ba-
bes in libro de-

Effigies pati-
entie.

& innoxij. Motus frequens capitis in diabolum, & minax risus. Cæterum amictus circum pectora candidus, & corpori impressus: ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno Spiritus eius mitissimi & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, sed est teneræ serenitatis, apertus & simplex, quem tertio uidit Helias. Nam ubi deus, ibidem & aluina eius, patientia scilicet. Cum ergo spiritus dei descendit, individualia patientia comitatur eum. Si nos cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper: immo nescio an diutius persisteret sine sua comite ac ministra. Omni loco ac tempore tangatur necesse est: quodcumq; inimicus eius inflixerit, solus sustinere non poterit, carens instrumento sustinendi. Hæc patientiae ratio, hæc disciplina, hæc opera cœlestis & ueræ, scilicet Christiana, non ut illa patientia gentiū terræ, falsa, probrosa. Nam ut in isto quoq; domino dialibus æmularetur, quasi planè ex pari (nisi quod ipsa diuersitas mali & boni æqualiter magnitudinis par est) docuit & suos patientiam propriâ: illam dico, quæ maritos dote uenales, aut lenocinijs negociantes uxorum potesta tibus subiicit. Quæ aucupandis orbitatibus omnem coacti obsequij laborem mentitis affectionibus tolerat: quæ uentris operarios, contumeliosis partocinijs subiectione libertatis, gulae addicit. Talia Nationes patientiae studia nouerunt: & tanti boni nomen, fœdis operationibus occupat: patientes solius dei uiuunt (sed uiderint sua & sui Præfides) quā patientia subter ignis expectat. Cæterū nos amemus patientiam dei, patientiam Christi: redemandus illi, quam pro nobis ipse defendit. Offeramus patientiā spiritus, patientiam carnis, qui in resurrectionem carnis & spiritus credimus.

Habitus paientiae

Lenocinijs ne gociari.

Aucupationib; bitates.

Ventris oper rarij.

Contumelio sa patrocinia.

Subiectio li bertatis.

Gula addit erc.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIA
NI, DE PATIENTIA, FINIS.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUITIS
PER BEATVM RHE NANVM.

AGI T hoc libro Tertullianus de solida & humana carne Christi contra Marcionem, qui hunc putativa ac imaginaria fuisse uestitum afferuit, nec natū, hac usus ratione, quod is qui sine fine est, necessario sit etiam inconuertibilis. Profligato Marcione, huius aliquādo discipulum, sed paulo post desertorem Apellen aggreditur, qui imposta ricem illam puellam Philomenen fecutus, solidum Christi corpus, sed sine natuitate suscipiebat: nam dicebat Christum de syderibus & substantijs superioris mundi mutuatum esse carnem. In hoc libro sunt quæ euariant à placitis recentiorū Theologorū, ut quod de fratribus loquens dicit, Matrem æque non adhæsisse Christo, cū ab initio statim omnē illi felicitatē tribuant Theologi isti quos scholasticos appellant. Quanquam à Tertulliani sententia, præter Origenem, non ita abhorrent diuus Aurelius Augustinus, & Ioannes Chrysostomus: deinde quod dicit Mariam patefacti corporis lege peperisse, cum omnes hodie Theologorum centuriæ Christum clauso virginis utero prodijisse uelint. Nota est Theologorum similitudo de sole per

per utrum transparente. Idq; miraculo factum afferunt, non agilitatis beneficio quæ glorioſis, ut ipsi uocant, corporibus competit. Quod decretum suum Ezechielis uaticinio stabiliūt. Tametsi Tertulliano diuus Ambrosius quoq; subscribit. Sed hæc sunt boni consulenda, præsertim in tam uetusto scriptore: quo uix alium Christianus orbis antiquiorem habet. Citat ex hoc libro Tertullianum diuus Hieronymus in primo cōmentario, quem scripsit in epistolam Pauli ad Galatas, h̄js quidem uerbis: Eleganter, inquit, in hoc loco uir doctissimus Tertullianus Apellen & eius uirginem Philum̄en, quam angelus quidam diabolici spiritus & peruersus impleuerat, hūc esse scribit angelū, cui multo ante, quām Apelles nasceretur, spiritus sancti uaticinio sit anathema per Apostolum prophetatū. Quanquam ex libro de præscriptione haeticorum potius citasse uidetur, ubi id apostolicum in angelum Apellis itidem torquet: nim̄rum quod liber ille sit ante hunc conscriptus. Cæterum de anima suam hic quoq; sententiam prodit. Corpus autem uidetur substantiam appellare. Sed hic & alibi meminerit se quisque Tertullianum legere.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM.

ANTE ISTOS Sadducæorum propinquos.) Sadducæi qui iusti interpellantur, autore diuino Hieronymo in Matthēū, nec angelū, nec spiritum, nec resurrectionem corporum confitentes, etiam animarum interitum prædicabant. recipiebantq; tantū quinq; libros Moysi uaticinij prophetarum reiectis, à Phariseis dissidentes, quæ duæ erant in Iudæis haereses. Itaq; Sadducæorum propinquos, hoc est cognatos esse dicit haereticos resurrectionem carnis pernantes, uelut qui hunc errorem ab illis sumpserint. Sadducæorum ipse meminit in De præscriptionibus aduersus omnes haereses, Paulus, inquit, in prima ad Corinthios, notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducæorum. Parte eius usurpat Marcion, & Apelles, & Valentinus, & si qui alij resurrectionem infringunt. Moratam porrò uocat fidem, stabilem ac firmam atq; incōcussam. Sic in libro de patientia. In nobis morabitur semper, hoc est, stabilis consistet. Quæ in Christum resurrexit.) Accusatuum in hoc genus locutionibus ſæpe pro ablatio ponit, & hunc rursum pro accusatio. Vt Et in cœlo resumpta est. De patientia, ipse ferrum in corpore suo ducet. Et alibi, In carcere introiit. Renunciatio eius.) Renunciantur magistratus quum eliguntur, renunciatur amicitia quæ dissoluitur. Hic renunciatio demonstratio est & definitio. Sic in De resur. Carnis. Vt exinde à cadendo cadauer renūcietur, id est, denominetur. Scilicet ne inuicem ſibi testimonium redderent, responderent natuitas & caro.) Aſyndeton est, nam ſolet omittere connexias particulas, quæ res obscuritatem sermoni nonnunquā parit, ceu monuimus ante. Sic in libro de patientia. Nomen familiam ipsius persequentes, pro nomen ac familiam. Quem in modum, hīc quoq; uerba accipienda subintellecta coniunctione, ac responderent, aut ne particula repetita. Vt & conceptus & prægnatus.) Prægnatum ſub forma quartæ inflexionis usurpat pro imprægnatione, gaudens huius terminationis uocabulis, ceu docuimus, & adhuc docebimus.

Et ipsius exinde infantis ordo τὸ ἀλκῆν haberetur.) Synecdochica locutio est. Subauditur præpositio οὐχι τὸ ἀλκῆν, hoc est, secundum existimationem, ut uidelicet ita uideretur, licet reipsa non eſſet. Aufer hinc, inquit, mol. f. c. c.) Verba Marcionis ſunt. Viderit Angelica multitudine domínū ſuum noctibus honorans.) Festiuē dictū per Ironiam quod nocturnum tempus aptum ſit ad fallendū, quaſi & angelī decipi potuerint. Cōmemorata Lucæ res eſt in initio historiæ

Historia sua Evangelica. Alioqui legi quoque poterat, uocibus honorans. Sed respexit ad illud Euangelicum, quod φυλάσσοτες φυλακάς τὸν νύκτον ἀπὸ τῶν ποιμένων αὐτῷ. Sic & paulo post loquitur, Viderint homines si natum putabāt, quia hominem uidebant. In libro de patientia. Sed uiderint illi quos mox sapientiae suae cū seculo destructæ ac dedecoratae pudebit. Rursus in fine eiusdem opusculi. Sed uiderint sua & sui præsides. Ne senem moriturum exinde constet.) Scriptus
mus, contristet. Ex Gorziensib. castigationibus. Quid tanti fuit edocuit.)
Gorziense exemplar Hirsaugiensis consentiens hic habet edoce, cum sciens. Pateriacense uero, Quid tanti fuit edocuit. Coniicio scripsisse Tertullianū, Quid tanti fuit edoce, ut cōsciens Christus quid esset, esse se quod non erat exhiberet: ut sit consciens uersum latinè quod Græcis est σωτήρ. Dicebat autē Marcion suffecisse Christo conscientiam suam. Ab ipsa quidem exorsus natuitate perora. Age iā.) Sic distingue. Ab ipsa quidē exorsus natuitate, perora age iam sp.g. in u.el.h. & s.f.c.c. ex e.c.a.p.n.m. Describe uerum &c. Nam perorare in ac culatio construit in De resur. Carnis, Ultimæ dispersionis exitum perorant. Cum præpositio in. Aduersus Marcionem lib. I. Hac dignissime peroratus in creationem. lib. III. Age iam perora in illa sanctissima & reuerenda opera naturæ. In uehere in totum quod es, ubi totus hic locus reuertitur. Grauem ansxiūm, nexum.) Nexus dicit propter colligantiam natiūlū umbilicariis cum matrice. Exponit enim quod hic significat, uerba quæ infra legitur huiusmodi. Quid auellitur, inquit, nisi quod inhæret, quod infixum, in nexus est ei, à quo ut afferatur, auellitur: si non adhæsit utero, quomodo auulsus est: si adhæsit qui auulsus est, quomodo adhæsisset, nisi dum ex utero est per illum nerū umbilicariū quasi folliculi sui traducē adnexam origini uulnere. Rursus libro III. aduersus Marcionem. Et primo, inquit, retinaculi sui uulnere nec multum ablutus. Cum suis impedimentis.) In uolucra illa foetus significat. Hanc uenerationem o Marcion naturæ despiciens.) Scriptimus uenerationem, consentientibus exemplaribus antiquis. Intelligit uenerationem quæ naturæ debetur. Sensus est. Quod uenerari debueras, tu despiciens. Sic libro III. aduersum Marcionem, sanctissima, inquit, & reuerenda opera naturæ. Iuppiter taurus factus aut cygnus.) De loue 4 in Taurum mutato fabulam habes apud Ovidiū metamorphoseon libro secundo. In Cygnum libro sexto. Ut phantasma uacabat ad sensum earum.) Hoc est carebat sensu earum passionum. Deus Marcionis aut aliter non dicetur.) Cogitandum an legi debeat, Deus Marcion haud aliter nō dic. uocandi scilicet casu, id est, o Marcion. Nos certe pro aut aliter scriptimus, haud aliter. Distincta est.) Absoluta est. Sine tunica uestitam.) Tunicae uocabulo 5 cūte intelligit. Sic in libro sequenti de carnis resurrectione, Carnem, inquit, quam postea pellice tunicae, id est, cutes superductæ uestierūt. Et mox, Hinc, inquit, & Apostolus Circumcisionem, despoliationis carnis appellans, tunicam cutem affirmauit. Quia deo optimo.) Duæ dictiones sunt, qui à deo opt. Sensus est, qui Iesum astruis filium boni dei tantum. Sic infra. Quod extra scripturā de tuo infers. Scriptimus mox pro certe fallit, Ecce fallit & decipit. Sed quid iam discentes Pontici illius.) Discipulos innuit Marcionis ex Ponto oriundi. Sic in primo aduersum Marcionē, Duos Ponticus deos affert. Dum omnino non natam paruimus. Igitur de calcaria (quod dici solet) in carbonariā.) Coniicio pro paruimus à Tertulliano scriptum fuisse, pariamus, hoc uidelicet modo: pariamus igitur, de calcaria (quod dici solet) in carbonariam. Subaudi, euntes, à Marcione ad Apellen. Pariamus, id est, in pari similiq; errore profligando uersamur. Nam parandi uerbo s̄æpe hic autor utitur, ut monuimus. Facile uero pariamus in pa
b tuimus

ruimus uerti potuit uerbum insolens. Cæterum elegans prouerbium est, De calcaria in carbonariam ire, quoties de impuro loco ad nihilum puriorum nos recipimus. Accipit calcariam & carbonariam substantiae pro locis ac tabernis ubi aut sunt aut ueneunt aut seruantur calx & carbones, ut libraria usurpamus pro biblio theca. Hæc illic. Qui posteaquam à disciplina Marcionis in muliere lapsus.) De Apelle meminit in libro præscriptionum. Sed lapsus, inquit, in fœmina deserter continentalis Marcionensis ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam secessit. Rursum in De hæresib. Post hos subsequitur Apelles discipulus Marcionis, qui posteaquam in carnem suam lapsus est, à Marcione segregatus est. Itaq; reponsumus hoc loco secuti fidem veterum codicum, In mulierem carne lapsus.

• Vtputa natura substantiæ spiritualis.) Hoc est, substantia spiritualis ex sua natura prædicta. Cæterū quia ualent facere.) Scripsimus, qui ualent. Nec often ditur, quid postea factum sit corporibus illorum.) Latinissime dictum. Id est quo peruenient. Subauditur de præpositio. Sic Ciceron in Verrem, Quid te futurum est? quo confugies? Plautus, Quid argento factum est quod dedi. Rursum Cicero pro Cquentio, Quid hoc homine factum est? Nunc sic quoq; sydere ea dem modo.) Repousimus eodem modo. Et infra. Hoc captauit nunciatio tentatrix. Ex Gorziensi. Nisi quod etsi uacuisse tentatiōis ingenium.) Vulgus Aphrorum, opinor, uacuisse dicere solebat pro uacasset, hoc est, superuacuum aut frustra fuisset. Ac si dicamus uacare sicut dicimus liquere. Unde format autor morter præteritū, liquuit pro innotuit. Nam quia prouinciales erat & Romanis subiecti, latinè loquebantur, sed quædam suo more pronunciabant. Hoc uerbum saepius est legere in libris Tertulliani, ut non uideatur errore librarij factum. Et consentiunt exemplaria manu descripta quæ uidimus omnia. Necessarius ali quid.) Comparativum est. Tam proximi.) Tam iungit cum superlativo.

Vel de histriónibus aut aurigis contendens.) Alludit ad spectacula ac factiones aurigarū. Nam suo quisq; fauebat. Ideo dicit, cōtendens. Recusato carnali genere nuncupat.) Quoniā præcedit deliniabat, librarius hic scripsit nuncupant. Nos scripsimus, quanquā refragatis exemplaribus uetus, nūcupat. Subaudit Christus. Et isti Apellatiani.) Ab Apelle hæretico nomē habet, qui & Apellata & Apelliaci dicuntur. Ceterū potest hic esse occulta allusio ad negatores carnis Christi, quasi sine pelle siue cute, hoc est, carne. Sanè Horatius Iudeū uocat apeliam ficto nomine quod sine pelle sit, nempe quod præputiū nō habeat, ut autor est Acron. Quā uolunt ab igneo illo præside mali.) Hoc deliriū etiā notat in præscriptionibus. Nemo alterū, inquit, deū ausus est suspicari (facilius de filio q; de patre dubitabatur) donec Marciō præter creatorē alium deū solius bonitatis induceret, Apelles creatorē angelū nescio quē gloriosum superioris dei, faceret deum legis & Israelis, illum igneum affirmans. Hæc illic. Quando uero dicit, præside mali, id est, sœui dei, uidetur loqui de Apelle & Apellianis antequā à Marcione separati sunt. Nam post eam diuisionem, unum tantum deū asseruit Apelles. De sua paratura.) Paraturam uocat id quod præstat materiam. Sic in libro de Pallio lanam uocat paraturam materiarum. Tantam igitur paraturā materialū, inquit, ingenia quoq; uestificinæ prosecuta. Ergo de sua paratura, hoc est, de syderibus & cœlo quæ corporis materiam Christo subministrarint.

Pœnitentiam admiserit.) Nimirum quod huius inferioris mundi creatio non tam feliciter perfecte q; cessisset, quam illius superioris. Et membra delictum.) Subaudi erūt. Erit proinde & cœlum. Subaudi delictum. Et cœlestia cum cœlo, delictum erunt. Mauult esse breuis & obscurus quam perspicuus.

Etiam ad fabulas Nationum ueritas transmisit.) Significat Promethei fabula

lam

Iam, qui primus ē limo hominem finxerit Iapeti filius. Ouidius libro primo *Metamorphoseon*.

Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est. Siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo,
Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina cœli,
Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

Huc alludit etiam Iuuenalis satyra. Vnus & alter.
Forfitan hæc spernant iuuenes, quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan.

Id uero Ethnici sunt à nostris mutuati, uidelet de libris Mosaicis. Portò Tertulianus noster libro primo aduersum Marcionem, eleganter deū creatorem appellat uerum Prometheus. 10 De septentrionibus.) Hoc sydus, quod à figura posturaq; ipsa, quia simile plaustrī uidetur, antiqui Græcorum οὐαφαν̄ dixerunt, nostri quoq; ueteres à bubus iunctis septentriones appellarunt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Sunt autem triones rustico uocabulo boues quasi teriones à terenda terra, id est, aranda colendaq;. Ex A. Gellio.

Et Vergilijs.) Vergiliæ circa æquinoctium oriuntur, unde nomen habent à uere. Græcis πλεάστις sunt, quod ex compluribus stellis constent. Et Suculæ 11 sunt emendatum.) Quæ stelle Græcis ὀρθές, à nobis primo Syades, deinde Suculæ sunt dictæ. Autor Gellius. Sunt autem in capite Tauri. Porro usurpat emendatū pro perfecto siue illustrato, atq; nitente. Adeo nec humanæ honestatis corpus fuit.) Honestatē hīc accipit pro pulchritudine, sicut mox, Contumeliæ uero in honestam probauere, id est, deformem. Ita Virgil. Et quocunq; deus circum caput egit honestum. Horatius satyra secunda lib. i. Neq; si quid honesti est, lacrat habetq; palam. Paulo post scripsimus, Item cum præsumant. Et infra, Deus enim, inquit, gestiuit animam uisibilem hominibus exhibere. Hoc autem factum est animale.) Emendauimus, Hoc autem factum est animæ. Ex Gorziensi collatione. Quod uero mox sequitur, Si in carne conuersam, alienam induit superficiem, intellige Christus induit al. superf. conuersam supple animam in carne, Sic dicimus, Induo te t' inicam. Alterius iam notitiæ.) Alterius dixit pro aliis, id est, diuersæ. Sic intra. Si in carne meliore, & alterius, id est, non peccatricis natura neuum peccati redemit. Ideo reus enim non erat dei filius.) 12 Causauimus. Idoneus. Facilius ergo dicā si forte ipsum filiū angelū.) Si forte ponerc solet pro forte. Paulo post pro Quia aut, scripsimus, qua aut spiritus dei. Et mox, pro Non idem & dei filiū, id est, nō & dei filiū. Ex castigationibus Gorziensib. Plane prophetis aliquo gloriolorē.) Hoc est, in aliquo. Suā fecit.) 13 Addidimus ex Gorziensi. Suam faciens, non peccatricem eam fecit. Quanquam licuit iam.) Liquuit præteritum usurpat à uerbo liquere, pro claturit.

Igitur si primus Adam ē terra traditur.) Reposuimus ex Gorziensi. Adam ita traditur. Et tamen ne mihi uacet.) Scribi debet ne mihi uacet, ut sit affirmantis, hoc modo, Et tamen ne mihi uacet incursus hominis ad eundem Christum (Adam ab apostolo dictus est) si terreni non fuit census homo eius. Næ, id est, certe, profecto. Q.D. Sane uacaret mihi. Sic rursus infra. Næ illa beatissima & gloriissima, loquitur de carne resurrectura. 14 Ut memoriam malifra-
tris redderet.) Nisi ironia est, qua subinde Tertullianus utitur, aut legendum, era
15 deret

deret, ut sit metaphora à scriptura quæ proprie eradicatur. Aut, perderet. Et præcedit, deleuit. Cum adulteratores eius obduxero. Obducere pro conuictus re, profligare, atq; delere. Paulo post, pro dei spiritus, reposuimus, dei filius. Item propositionis officio, præpositionis. Non quidē apostatae & hæretici.) Non tant psalmos Valentini hæretici, quorum antea meminit. Medici & physici de liberorum natura.) Scriptus de uberum natura. Ex Gorziensibus annotationibus. Item infra tecet igitur & Elizabeth. Ex eisdem. Ipse imprimis Matthæus fidelissimus Euangelij cōmentator, ut comes domini.) Magna laus euangelistæ Matthæi. Alium cæteris passiuum ignobilem.) Passiuum cæteris, hic uocat cōmunem cæteris, hoc est, nō differentem à cæteris, nec eximium sed vulgarem uilemque. Sic passiuum dei nomen dicit, & passiuum conuictum aduersus Marcionem lib. i. pro cōmuni & promiscuo. Item passiuos discipulos aduersus Valentianos. Hoc est incōstantes atq; passim vagos nec uni magistro addictos. Rursum licentiam passiuam libro priori ad uxorem. Et passiuum censum in libro de Monogamia. Porro uidetur hoc uocabulum Aphris fuisse peculiare. Nam quum Decretorum ingens illud uolumen quod Burchardus Vuoratiensis antistes concessit ante Gratianum, aliquando euoluerem, repperi illud in tertia constitutione Carthaginensis concilij, quæ sic habet, Martyrum dignitatem nemo prophanus infamet, nec passiuia corpora quæ sepulturæ tantum propter misericordiam ecclesiasticam cōmendarī mandatum est, redigant, ut aut insania præcipitatos, aut alio peccato discretos, non ratione uel tempore compenti quo martyria celebrantur, martyrum nomine appellant. Cæterum eius synodi constitutiones perscripsisse fertur Aurelius Carthaginensis episcopus. Passiuia corpora, uocat, quilibet. Passiuatatem usurpat Tertullianus plus semel in sequentibus opusculis pro libertate in malam partem, qua homo fit inconstans & nunc ad hoc nunc ad illud uersabilis. Quod & solum discussum sufficere potuisset, sed citra sing. ex d.o.c.) Quanq; refragetur codices manu descripti, tamen nos ausi sumus mutare lectionē & scribere expūcta particula sed, Quod & solum discussum sufficere potuisset citra singularum ex diuerso opinionum congressionem. Manifesto iam.) Subauditur existente, ut Græci οὐλού ὄρτος.

Q. SEPTIMII FLOREN TIS TERTULLIANI, DE CAR NE CHRISTI, LIBER

Saduceorum
propinqui



VI FIDE M resurrectionis, ante istos Sadduceorum propinquos sine controvērsia moratam, student inquietare, ut eam spem negent etiā ad carnem pertinete, merito quoq; carnem Christi quæstionibus distrahunt, tanquam aut nullam omnino, aut quoquo modo aliā præter humanam: ne si humanam constiterit fuisse, præiudicatum sit aduersus illos eam resurgere omni modo, quæ in Christum resurrexerit. Igitur unde illi destruunt carnis uota, inde nobis eruunt

erunt præstruenda. Examinemus corporalem substantiam domini: de spirali enim certum est. Caro quæritur, ueritas & qualitas eius retractantur, an fuerit, & unde, & cuiusmodi fuerit. Renunciatio eius dabit legem nostrę resurrectioni. Marcion ut carnem Christi negaret, negauit etiā nativitatem: aut ut nativitatem negaret, negauit & carnem: scilicet ne inuicē sibi testimoniū redderent, respōderent nativitas & caro. quia nec nativitas sit carnis, nec caro sine nativitate: quasi non eadem licentia hæretica & ipse potuisset, *Licentia he-
rebitatis* aut admissa carne nativitatem negare, ut Apelles discipulus, & postea deser-
tot ipsius: aut & carnem & nativitatem confessus, aliter illis interpretari, ut
condiscipulus & condescendor eius Valentinus. Sed & qui carnē Christi pueri-
tatiā introduxit, & que potuit nativitatis quoqz phantasmata confinge-
re, ut & conceptus, & pregnatus, & partus uirginis, & ipsius exinde infantis
ordo *τὸ δικένειαν* haberetur. Eosdē oculos, eosdemqz sensus fecellissent, quos
carnis opinio inlusi. Planè nativitas à Gabriele adnunciatur. quid illi cū an-
gelo creatoris? Et in uirginis uterum cōceptus introducitur. quid illi cum Esaia
creatoris? Odit moras, qui subito Christum de cœlis deferebat. Aufer hinc
inquit, molestos semper Cæsaris census, & diuersoria angusta, & sordidos
pannos, & dura prælepia. Viderit angelica multitudo dominum suum no-
stribus honorans. Seruent potius pecora pastores: & magi ne fatigentur de-
longinquō dono illis aurum suū. Melior sit & Herodes, ne Hieremias glo-
rietur. Sed nec circuncidatur infans, ne doleat: nec ad templum deferatur, ne
parentes suos oneret sumptu obligationis: nec in manus tradatur Simeoni,
ne senem moriturum exinde contristet. Taceat & anus illa, ne fascinet puerum.
His opinor cōsilij tot originalia instrumēta Christi, delere Marcion *Originalia*
ausus est, ne caro eius probaretur. Ex qua, oro te, autoritate: si propheta es, *instrumenta*
prænuncia aliquid: si Apostolus, prædica publice: si apostolicus, cum apo-
stolis senti: si tantū Christianus es, crede quod traditum est: si nihil istorum
es, merito dixerim morere: nam & mortuus es, qui non es Christianus, non
credendo quod traditū Christianos facit. Et eo magis mortuus es, qui non
es Christianus: qui cum fuisses, excidisti, rescindendo quod retro credidisti:
sicut & ipse coaliteris in quadam epistola, & tui non negant, & nostri pro-*Epistola Mar-*
bant. Igitur rescindens quod credidisti, iam nō credens rescidisti: nō tamen *cionis*
quia credere desisti, recte rescidisti. At qui rescindendo quod credidisti, pro-
bas, antequām rescinderes aliter fuisse quod credidisti aliter. Illud ita erat tra-
ditum. Porrò quod traditum erat, id erat uerum, ut ab eis traditum, quorum
fuit tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat uerū rescidisti. *Librū de pre-
scriptione hereticorum an-*
Nullo iure fecisti. Sed plenius eiusmodi præscriptionibus aduersus omnes *scriptio-*
hereses, alibi iam usi sumus. Post quas nunc ex abundantia retractamus, de-*te huc librū*
siderantes rationem qua non putaueris natum esse Christum. Necesse est *scripsit*
quatenus hoc putas arbitrio tuo licuisse, ut aut impossibilem, aut inconve-
nientem

nientem deo existimaueris natuitate. Sed deo nihil impossibile, nisi quod non uult. An ergo uoluerit nasci (quia si uoluit, & natus est) consideremus. Ad compendium decurro. Si enim nasci se deus noluisset, quacunq; de catifa, nec hominem se uideri præstisset. Nam quis hominē uidens, eum negaret natum: Itaq; quod noluisset esse, nec uideri omnino uoluisset. Omnis rei displicentis etiam opinio reprobatur. Quia nihil interest, utrum sit quid, an non sit: si cum non sit, esse præsumitur, Planè interest illud, ut falsum nō patiatur, quod uere non est. Sed satis erat illi, inquis, conscientia sua. Viderint homines, si natum putabant, quia hominē uidebant. Quanto ergo dignius quantoq; constantius humanam sustinuisse existimationem uere natus; eandem existimationem etiam non natus subiturus cum iniuria cōscientiae suæ, quam tu ad fiduciam reputas, ut non natus aduersus cōscientiam suam natum se existimari sustineret? Quid tanti fuit edoce, cum sciens Christus quid esset, esse se quod non erat exhiberet. Non potes dicere, si natus fuisset, & hominem uere induisset, deus esse desisset, amittens quod erat, dum assumit quod nō erat. Periculum enim status sui deo nullum est. Sed ideo, inquis, nego deum in hominem uere conuersum, ita ut & nasceretur, & caro corporari ne corporaretur: quia, qui sine fine est, etiam inconuertibilis sit, necesse est. Conuerti enim in aliud, finis est pristini. Non competit ergo conuersio, cui non competit finis. Planè natura conuertibilium ea lege est, ne permaneāt in eo quod conuertitur in eis: & ita non permanendo pereant, dum perdunt conuertendo quod fuerūt. sed nihil deo par est, natura eius ab omnium rerum conditione distat. Si ergo à deo distant, à quibus deus distat, cum conuertunt amittunt quod fuerunt: ubi erit diuersitas diuinitatis à cæteris rebus, nisi ut contrarium obtineat, id est, ut deus & in omnia conuerti possit, & qualis est perseverare? Alioquin par erit eorum, quæ conuersa amittunt quod fuerunt: quorum utiq; deus in omnibus par nō est, si nec in exitu conuersionis. Angelos creatoris conuersos in effigiem humanam aliquando legisti, & credidisti, & tantam corporis gestasse ueritatem, ut & pedes eis lauerit Abraham, & manibus ipsorum ereptus sit Sodomitis Loth: conuersus quoq; homini angelus toto corporis pondere dimitti desiderauerit, adeo detinebatur. Quod ergo angelis inferioribus deo licuit, uti conuersi in corpulentiam humanam, angeli nihilominus permanuerent, hoc tu potenteri deo aufers, quasi non ualuerit Christus uere hominem indutus, deus perseverare? Aut nunquid & angeli illi phantasma carnis apparuerunt: sed non audebis hoc dicere. Nam si sic apud te angeli creatoris, sicut & Christus: eiusdem substantiæ erit Christus, cuius angeli: angelii tales, qualis & Christus. Si scripturas opinioni tuæ resistentes, non de industria alias reieciſſes, alias corrupiſſes, confudiſſet te hinc euangeliū Ioannis, prædicans spiritū columbae corpore lapſum defedisse super dominum. Qui spiritus cum hoc

hoc esset, tam uere erat & columba, quam & spiritus: nec interficerat substâtiā propriam, adsumpta substâtia extranea. Sed quæris corpus columbae ubi sit resumpto spíritu in cœlum. Aequo angelorum, & eadem ratione interceptum est, qua & editum fuerat. Si uidisses cum de nihilo proferebatur, scilles, cum in nihilum subducebatur. Si nō fuit initium uisibile, nec finis. Tamen corporis soliditas erat, quo momento corpus videbatur. Non potest non fuisse quod scriptum est. Igitur si neq; ut impossibilem, neq; ut periculo sam deo repudias corporationem, superest ut quasi indignam reijcas & acuses. Ab ipsa quidem exorsus nativitate, per ora age iam spurcitas genitallium in utero elementorum, humoris & sanguinis sœda coagula, carnis ex eodem cœno alendæ per nouem menses: describe uterum de die insolescens, grauem, anxium, nexus, totum incertum libidinibus fastidij & gulæ. Inuehere iam & in ipsum mulieris emitentis pudorem, uel pro periculo hororandum, uel pro natura religiosum. Horres utiq; & infantē cum suis impedimentis profusum utiq; & oblitum. Dedignaberis quod pannis dirigitur, quod unctionibus formatur, quod blanditijs deridetur. Hac ueneratio, nem o Marcion naturæ despisi: & quo modo natus es? odisti nascentem hominem: & quo modo diligis aliquem? te quidem planè non amasti, cum ab ecclesia & fide Christi recessisti. Sed uideris si tibi displices, aut si aliter natus. Et certe Christus dilexit hominē illū in immunditijs, in utero coagulatum, illū per pudenda prolatū, illum per ludibria nutritū. Propter eum descendit: propter eum prædicauit: propter eū omni se humilitate deiecit usq; ad mortem, & mortem crucis: amauit utiq; quem magno redemit. Si Christus creator eius est, suū merito amauit: si ab alio deo est, magis ad amauit, quando alienum redemit. Amauit ergo cum homine etiam nativitatem, enī carnem eius. Nihil amari potest sine eo per quod est, id quod est. Aut aufer nativitatem, & exhibe hominem. Adime carnem, & præsta quē deus redemit. Si hæc sunt homo quem deus redemit, tu hæc erubescenda illi facis, quæ redemit & indigna, quæ nisi dilexisset, non redemisset? Nativitate reformata regeneratione cœlesti, carnem ab omni vexatione restituic: leprosam emaculat, cæcam perluminat, paralyticam redintegrat, dæmoniacam expiat; mortuam resuscitat & nasci in illam erubescit. Si reuera de lupa, aut sue, aut uacca, prodire uoluisset, & fecerat pecoris corpore induitus regnum cœlorum prædicaret, tua opinor, illi censura præscriberet? Turpe hoc deo, & indignum hoc dei filio, & stultum propterea qui ita credat. Sit plane stultum, si de nostro sensu iudicemus deum. Sed circumspice Marcion, si tamen non delesti: stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes. Quæ nam hæc stulta sunt: conuersio hominis ad cultum ueri dei, reiectio erroris, disciplina iustitiae, pudicitiae, patientiae, misericordiae, innocentiae. omnia hæc quidem stulta non sunt. Quæ ergo de quibus dixerit. Et si te præsumperis inuenisse, nō

³ Corporatio
Genitalia des
menta.

Coagula

Impedimenta
infantis

O Tertullian
ne, Qui stat,
uidat ne cap
dat

Contumelie nature Iuppiter conuersus in Taurū, & cygnū erit iam stultum credere in deum, natum & quidē ex uirgine: & quidē carneum, qui per illas naturae contumelias uolutatus sit. Dicat hæc aliquis stulta non esse: & alia sint, quæ deus in æmulationem elegerit sapientiae secularis. Et tamē apud illam facilius creditur, Iuppiter taurus factus, aut cygnus, quam uere homo Christus penes Marcionem. Sunt plane & alia tam stulta, quæ pertinent ad contumelias & passiones dei. Aut prudentiam dicam

Suffigi an crucem: circūcidi an suffigi: educari, an sepeliri: in præsepe deponi, an in monumentum recondi: Sapientior eris, si nec ista credideris. Sed non eris sapiens, nisi stultus seculo fueris, dei stulta credendo. An ideo passiones à Christo non rescidisti, quia ut phantasma uacabat ad sensum earum. Diximus retro æque illum & natuitatis & infantiae imaginarium imaginariæ uacula ludibria subire potuisse. Sed iam hic responde interactor ueritatis.

Interactor ueritatis Nónne uere crucifixus est deus? nónne uere mortuus, & uere crucifixus? nónne uere resuscitatus? Ut uere scilicet mortuus. Falsò statuit inter nos scire Paulus tantum crucifixum: falsò sepultum ingessit, falsò resuscitatū inculcauit. Falsa est igitur & fides nostra, & phantasma est totū quod speramus à Christo. Sceleratissime hominū, qui interemptores excusas dei. Nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil uere est passus. Parce unicæ spei totius orbis, qui destruis necessarium decus fidei. Quodcumq; deo indignū est, mihi expedit. Saluus sum, si non cōfundar de domino meo. Qui me, inquit, confusus fuerit, confundar & ego eius. Alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptū ruboris probent, bene impudentem, & feliciter stultum: Natus est dei filius: nō pudet, quia pudendum est. Et mortuus est dei filius: prorsus credibile est, quia ineptum est. Et sepultus, resurrexit: certum est, quia impossibile. Sed hæc quomodo in illo uera erunt, si ipse nō fuit uerus, si non uere habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod sepeliretur, & resuscitaretur: carnem scilicet hanc sanguine suffusam, ossibus substrutam, neruis intextam, uenis implexam, quæ nasci & mori nouit, humanam sine dubio, ut natam de homine: Ideo quia mortalis hæc est, in Christo homo & filius hominis. Aut cur homo Christus, & filius hominis, si nihil hominis & nihil ex homine: nisi si aut aliud est homo q; caro: aut aliunde caro hominis, q; ex homine: aut aliud est Maria, quam homo. Deus Marcionis haud aliter nō diceretur homo Christus sine carne: nec hominis filius sine aliquo parente homine: sicut nec deus sine spiritu dei, nec dei filius sine deo patre. Ita utriusq; substantiæ census hominem & deum exhibuit: hinc natum, inde non natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde uiuentem. Quæ proprietas conditionum

Vnicaspes totius orbis ab eis passus est Christus, si nihil uere est passus. Parce unicæ spei totius orbis, qui destruis necessarium decus fidei. Quodcumq; deo indignū est, mihi expedit. Saluus sum, si non cōfundar de domino meo. Qui me, inquit, confusus fuerit, confundar & ego eius. Alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptū ruboris probent, bene impudentem, & feliciter stultum: Natus est dei filius: nō pudet, quia pudendum est. Et mortuus est dei filius: prorsus credibile est, quia ineptum est. Et sepultus, resurrexit: certum est, quia impossibile. Sed hæc quomodo in illo uera erunt, si ipse nō fuit uerus, si non uere habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod sepeliretur, & resuscitaretur: carnem scilicet hanc sanguine suffusam, ossibus substrutam, neruis intextam, uenis implexam, quæ nasci & mori nouit, humanam sine dubio, ut natam de homine: Ideo quia mortalis hæc est, in Christo homo & filius hominis. Aut cur homo Christus, & filius hominis, si nihil hominis & nihil ex homine: nisi si aut aliud est homo q; caro: aut aliunde caro hominis, q; ex homine: aut aliud est Maria, quam homo. Deus Marcionis haud aliter nō diceretur homo Christus sine carne: nec hominis filius sine aliquo parente homine: sicut nec deus sine spiritu dei, nec dei filius sine deo patre. Ita utriusq; substantiæ census hominem & deum exhibuit: hinc natum, inde non natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde uiuentem. Quæ proprietas conditionum

Bene impudens feliciter stultus Census utriusq; substantiæ s diuinæ & humanæ, & qua utiq; naturæ ueritate dispuncta est. eadē fide spiritus

Vnicaspes totius orbis ab eis passus est Christus, si nihil uere est passus. Parce unicæ spei totius orbis, qui destruis necessarium decus fidei. Quodcumq; deo indignū est, mihi expedit. Saluus sum, si non cōfundar de domino meo. Qui me, inquit, confusus fuerit, confundar & ego eius. Alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptū ruboris probent, bene impudentem, & feliciter stultum: Natus est dei filius: nō pudet, quia pudendum est. Et mortuus est dei filius: prorsus credibile est, quia ineptum est. Et sepultus, resurrexit: certum est, quia impossibile. Sed hæc quomodo in illo uera erunt, si ipse nō fuit uerus, si non uere habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod sepeliretur, & resuscitaretur: carnem scilicet hanc sanguine suffusam, ossibus substrutam, neruis intextam, uenis implexam, quæ nasci & mori nouit, humanam sine dubio, ut natam de homine: Ideo quia mortalis hæc est, in Christo homo & filius hominis. Aut cur homo Christus, & filius hominis, si nihil hominis & nihil ex homine: nisi si aut aliud est homo q; caro: aut aliunde caro hominis, q; ex homine: aut aliud est Maria, quam homo. Deus Marcionis haud aliter nō diceretur homo Christus sine carne: nec hominis filius sine aliquo parente homine: sicut nec deus sine spiritu dei, nec dei filius sine deo patre. Ita utriusq; substantiæ census hominem & deum exhibuit: hinc natum, inde non natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde uiuentem. Quæ proprietas conditionum

ritus & caro: virtutes spiritum dei, passiones carnem hominis probauerant.
 Si virtutes non sine spiritu, proinde & passiones non sine carne. Si caro cum
 passionibus ficta, & spiritus ergo cū virtutibus falsus. Quid dimidias men-
 dacio Christum? totus ueritas fuit. Maluit, crede, nasci, quām ex aliqua par-
 te mentiri, & quidem in semetipsum: ut carnē gestaret, sine ossibus duram,
 sine musculis solidam, sine sanguine cruentam, sine tunica uestitam, sine fa-
 me esurientem, sine dentibus edentē, sine lingua loquentem: ut phantasma
 auribus fuerit sermo eius per imaginem uocis. Fuit itaq; phantasma etiam
 post resurrectionem, cum manus & pedes suos, discipulis inspiciendos of-
 fert: aspicite, dicens, quod ego sum: quia spiritus ossa non habet, sicut me ha-
 bentem uidetis: sine dubio manus & pedes & ossa, quæ spiritus non habet,
 sed caro. Quomodo hanc uōcem interpretaris Marcion: qui à deo optimo,
 & simplici, & bono tantum, infers Iesum? Ecce fallit & decipit, & circunuenit
 omnium oculos, omnium sensus, omnium accessus, & contactus. Ergo iam
 Christum non de cœlo deferre debueras, sed de aliquo circulatorio cœtu: Circulatoria
cœtu
 nec deum præter hominem, sed magum hominem: nec salutis pontificem,
 sed spectaculi artificem: nec mortuorū suscitatorē, sed uiuorum auocato-
 rem. Nisi quod & si magus fuit, natus est. Sed quid iam discentes Pontici illi-
 lius, supra magistrum sapere compulsi, cōcedunt Christo carnis ueritatem,
 sine præiudicio tamen renuendæ nativitatis. Habuerit, inquiunt, carnem,
 dum omnino non natam paruimus. Igitur de calcaria (quod dici solet) in car-
 bonariam à Marcione ad Apellen, qui postea quām à disciplina Marcio-
 nis in mulierem carne lapsus, & de hinc in uirgine Philumene spiritu euer-
 sus est, solidum Christi corpus & sine nativitate suscepit ab ea: prædicans
 ut angelus quidem illi Philumenes. Eadem uoce Apostolus respondebit:
 qua ipsum illum iam tunc præcinebat, dicens: Etiam si angelus de cœlis ali-
 ter euangelizauerit uobis, quām nos euāgelizauimus, anathema sit. His ue-
 ro qui insuper argumentantur, nos resistemus. Confitentur uere corpus ha-
 buisse Christum. Vnde materia, si nō ex ea qualitate, in qua uidebatur? Vnde
 corpus, si non caro corpus? Vnde caro, si non nata? quia nasci haberet ea
 futura quæ nascitur. De syderibus, inquiunt, & de substantijs superioris
 mundi mutuatus est carnem. Et utiq; proponunt non esse mirandum cor-
 pus sine nativitate, cum & apud nos angelis licuerit, nulla uteri opera in car-
 nem processisse. Agnoscimus quidem ita relatum, sed tamen quale est ut al-
 terius regulæ fides, ab ea fide quam impugnat, instrumentum argumenta-
 tionibus suis mutuetur? Quid illi cum Moysè, qui deum Moysi reijcit? Si
 alias deus est, aliter sint res eius. Sed utantur hæretici omnes scripturis eius,
 cuius utuntur etiā mundo. Erit illis hoc quoq; in testimonium iudicij, quod
 de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt. Facile ueritati etiam nihil ta-
 le aduersus eos præscribenti obtinere. Igitur qui carnem Christi ad exem-
Proverb. De
calcaria in
carbonariam
plum

plum proponunt angelorum, non natam dicentes scilicet carnem, comparent uelim & causas tam Christi, quam & angelorum, ob quas in carnem alias uenerunt processerunt. Nullus unquam angelus ideo descendit ut crucifigeretur, ut mortem experiretur, ut à morte resuscitaretur. Si nunquam eiusmodi fuit causa angelorum corporandorum, habes causam cur non nascendo acceperint carnem. Non uenerant mori, ideo nec nasci. At uero Christus mori missus, nasci quoque necessario habuit, ut mori posset. Non enim mori solet, nisi quod nascitur. Mutuum debitum est inter se, nativitati cū mortalitate. Forma mortiendi, causa nascendi est. Si propter id quod moritur mortuus est Christus, id autem moritur quod & nascitur, consequens item erat, imò præcedens, ut æque nasceretur, ppter id quod nascitur (quia propter id ipsum mori habebat) quod, quia id quod nascitur, moritur non competit non nasci, pro quo mori competit. At qui tunc quoque inter illos angelos ipse dominus apparuit Abrahæ sine nativitate, cum carne scilicet, pro eadem cause diueritate. Sed uos hoc non recipitis, non eum Christū recipientes qui iam tūc & adloqui, & liberare, & iudicare humanum genus ediscebant in carnis habitu non natæ adhuc, quia nondum morituræ, nisi prius & nativitas eius & mortalitas aduinciarentur. Igitur probent angelos illos de syderibus accepisse substantiam carnis. Si non probant, quia nec scriptum est, nec Christi caro inde erit, cui angelorum accommodant exemplum. Constat angelos carnem non propriam gestasse, utputa natura substantiae spiritalis: & si corporis alicuius, sui tamen generis: in carnem autem humanam transfigurabiles ad tempus, ut uideri & congregari cum hominibus possent. Igitur cum relatum non sit, unde sumpserint carnem, relinquitur intellectui nostro nō dubitare, hoc esse proprium angelicæ potestatis ex nulla materia corpus sibi sumere, quanto magis (inquis) ex aliqua certum est. sed nihil de eo constat, quia scriptura non exhibet. Ceterum qui ualent facere semetiplos quod natura non sunt, cur non ualeant & ex nulla substantiam facere? si fiunt quod non sunt, cur non ex eo fiunt quod non est? Quod autem non est, cum sit, ex nihilo est. Propterea nec requiritur, nec ostenditur, quid postea factum sit corporibus illorum. Quod de nihilo fuit, nihil factum est. Possunt nihil ipsum conuertere in carnem, qui semetiplos potuerunt conuertere in carnem. Plus est naturā demutare, quam facere materiam. Sed si de materia necesse fuisset angelos sumptuisse carnem, credibilius utique est de terrena materia, quod de ullo genere coelestium substantiarum: cum adeo terrena qualitatis extiterit, ut terrenis pabulis pasta sit. Nunc sic quoque sydereal, eodem modo terrenis pabulis pasta, quando terrena non esset, quo terrena coelestibus pasta est, quando coelestis non esset (legimus enim manna esui populo fuisse). Nam, inquit, angelorum edit homo) non tamen infringitur semel separata conditio dominicæ carnis, ex causa alterius dispositionis. Homo uere futurus

*Quid postea
factum sit cor
poribus illo
rum. Elegan
tissima locu
tio*

*Leg. Nunc sit
terrenis pabulis pasta sit. Nunc sic quoque sydereal, eodem modo ter
renis pabulis pasta, quando terrena non esset, quo terrena coelestibus pasta
est, quando coelestis non esset (legimus enim manna esui populo fuisse). Pa
nem, inquit, angelorum edit homo) non tamen infringitur semel separata
conditio dominicæ carnis, ex causa alterius dispositionis. Homo uere futu
rus*

rus usq; ad mortem, eam carnem oportebat, indueret, cuius est mors. Eam porro carnem, cuius est mors, natiuitas antecedit. Sed quotiens de natiuitate contenditur, omnes qui respuunt eā ut prædicantē de carnis in Christo ueritate, ipsum deum uolunt negare natum, quod dixerit: Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? Audiat igitur & Apelles quid iam responsum sit à nobis Marcioni, eo libello, quo euangelium ipsius prouocauimus: considerandam scilicet materiā pronunciationis istius. Primo quidē nunquam quisquam adnunciasset illi matrem & fratres eius foris stare, qui nō certus esset habere illū matrem & fratres, & ipsos esse quos tunc nunciabat, uel retro cognitos, uel tunc ibidem cōpertos. Licet propterea abstulerint hæreses ista de euangelio, quod & creditum patrem eius Ioseph fabrum, & matrem Mariā, & fratres, & sorores eius optime notos sibi esse dicebāt, qui mirabantur doctrinam eius. Sed tentandi gratia nunciauerant ei matrem & fratres, quos nō habebat. Hoc quidem scriptura non dicit, alias non tacens, cū quid temptationis gratia factum est circa eū: Ecce, inquit, surrexit legis doctor, tentans eum. Et alibi: Et accesserūt ad eū pharisæi, tentantes. Quod nemo prohibebat hic quoq; significari tentandi gratia factū. Nō recipio, quod extra scripturā de tuo infers. De hinc materia temptationis debet subesse, quid tentandum putauerunt in illo, utiq; natūs ne esset, an non? Si enim hoc negavit responsio eius, hoc captauit nunciatio tentatoris. Sed nulla tentatio tendens ad agnitionem eius, de quo dubitādo tentat, ita subito procedit, ut nō ante præcedat quæstio, quæ dubitationē inferens cogat temptationem. Porro si nusquā de natiuitate Christi uolutatū est, quid tu argumentaris uoluissē ^{Quæstio orta ex dubitatiōe} illos per temptationē sciscitari, quod nunquā produxerunt in questionē? Eò precedit tentationem, etiam si tentandus esset de natiuitate, non utiq; hoc modo tentatur, earū personarum adnunciatione, quæ poterant etiā nato Christo nō suisse. Omnes nascimur, & tamen non omnes aut fratres habemus aut matrem. Adhuc potest & patrem magis habere quam matrem, & auunculos magis quam fratres: adeo nō competit tentatio natiuitatis, quam licebat & sine matris, & sine fratrū nominatione constare. Facilius planè est, ut certi illum & matrem & fratres habere, diuinitatem potius tentauerint eius quam natiuitatem, an intus agens, sciret quid foris esset, mendacio potius præsentia eorum, qui in præsenti non erant: nisi quod & si uacuisset temptationis ingenū, poterat evenire ut quos illi nunciabant foris staret, ille eos sciret absentes esse, uel ualestudinis, uel negocij, uel peregrinationis nota iam necessitate. Nemo tentat eo modo, quo posse se sciat ruborē temptationis referre. Nulla igitur materia temptationis cōpetente, liberatur simplicitas nunciatoris, quod uerē mater & fratres eius superuenissent. Sed quæ ratio respōsi matrē & fratres ad p̄sens negantis, discat etiā Apelles. Fratres domini nō crediderūt in illū: sicut & in euangelio ante Marcionē edito cōtinetur. Mater q̄ue nō demonstra-

*Signat librum
cōtra Marcio
nem quartū
ut p̄nto.*

*Languoribus
et uitij me/
dendis opera/
retur.*

*Necessarius
eōparatiūm
est.*

*Tabula lude/
re.*

*Histriones.
Arrige*

Audientia

uerbi

Figura

*Libellus Ter/
tulliani aduer/
sus Apellatis.*

monstratur adhæsisse illi, cum Marthæ & Mariæ aliæ in commercio eius frequententur. Hoc deniq; in loco apparet incredulitas eorum. cū is doce ret uiam uitæ, cum dei regnum prædicaret, cum languoribus & uitij medendi operaretur, extraneis defixis in illum, tam proximi aberant. Deniq; superueniunt, & foris subsistunt, nec introeunt: non computantes, scilicet quid intus ageretur: nec sustinent saltem, quasi necessarius aliquid adferrent eo quod ille tum maxime agebat: sed amplius interpellant, & à tanto opere reuocatum uolunt. Oro te Apelles, uel tu Marcion, si forte tabula ludens, uel de histrionibus, aut aurigis contendens, tali nuncio auocareris, nōnne dixiſ ſes, quæ mihi mater, aut qui fratres? Deum prædicās & probans Christus, legem & prophetas adimplens, tanti retro æui caliginem dispargens, indigne uſus est hoc dicto ad percutiendam incredulitatem foris ſtantium, uel ad excutiendam importunitatē ab opere reuocantium? Cæterum ad ne gandam nativitatem, aliis necessarius fuifset ei locus, & tempus, & ordo sermonis: noui eius qui poſſit pronunciari etiam ab eo, cui & mater eſſet & fra tres, cum indignatio parentes non neget, ſed obiurget. Deniq; potiores fecit alios: & meritum prælationiſ ostendens, audientiam ſcilicet uerbi, demoni Strat qua conditione negauerit matrem & fratres. Qua enim alios ſibi ad oportuit, qui ei adhærebant: ea abnegauit illos, qui ab eo abſtinebant. Solet etiam adimplere Christus quod alios docet. Quale ergo erat, ſi docens nō tanti facere matrem aut fratres, quanti dei uerbum, ipſe dei uerbum nuncia ta matre & fraternitate deſereret? Negauit itaq; parentes, quomodo docuit negandos pro dei opere. Sed aliàs figura eſt synagogæ in matre abiuncta, & Iudæorum in fratribus incredulis. Foris erat in illis Israel: discipuli autem noui intus audientes, & credentes, & cohærentes Christo, ecclesiam delinia bant: quam potiorem matrem, & digniorem fraternitatem, recusato carna li genere nuncupat. Eodem ſenu deniq; & illi exclamatiōni respondit, non matris uterum & ubera negans, ſed feliciores designans, qui uerbum dei audiunt. Solis iſtis capitulis, quibus maxime iſtructi uidentur ſibi Marcion & Apelles, ſecundum ueritatem integri & incorrupti euāgelij interpretatis, ſatis eſſe debuerat, ad probationem carnis humanae in Christo, per defen ſionem nativitatis. Sed quoniā & iſti Apellaciani carnis ignominiam præ tendunt maximè, quam uolunt ab igneo illo præſide mali ſolicitatis ani mabus adſtrictam, & idcirco indignam Christo, & idcirco de syderibus il li ſubstantiam competiſſe, debeo illos de ſua paratura repercutere. Angelū quendam iſclytum nominant, qui mundum hūc iuiciuerit, & iuiciuto eo pœnitentiam admiferit. Et hoc ſuo loco tractauimus, nam eſt nobis aduer ſus illos libellus, an qui ſpiritum & uoluntatem & uitutem Christi habue rit ad ea opera, dignum aliquid pœnitentia fecerit, cum angelum etiā de fi ouis erratica gura erraticæ ouis interpretentur. Teſte igitur pœnitentia iuicitoris ſui deſ licuum

licitum erit mundus: siquidem omnis pœnitentia confessio est delicti, quia locum nō habet nisi in delicto. Si mundus delictū est, quia corpus: & membra, delictum: erit proinde & cœlū, & cœlestia cum cœlo. Si cœlestia, & quicquid inde conceptum prolatum ē est: mala arbor malos fructus ædat, ne cesset est. Caro igitur Christi de cœlestibus structa, de peccatis constituit elementis, peccatrix de peccatorio censu: & par erit eius substantiæ, id est no*Peccatorius* stræ, quam ut peccatricem Christus designatur induere. Ita si nihil de igno*census* minia interest, aut aliam purioris notæ materiam excogitent Christo, qui bus displicet nostra: aut eam cognoscant, qua etiam cœlestis melior esse nō potuit. Legimus planè, primus homo de terræ limo, secundus homo de cœlo. Non tamen ad materiae differentiam spectat: sed tantum terrena retro substantiæ carnis, primi hominis, id est Adæ, cœlestem de spiritu substantiam opponit, secundi hominis, id est Christi. Et adeo ad spiritum, non ad carnem cœlestem hominem refert: ut quos sic comparat, constet in hac carne terrena, cœlestes fieri, spiritu scilicet. Quodq; secundum carnem quoque cœlestis Christus, non compararentur illi non secundum carnem cœlestes. Si ergo fiunt cœlestes qualis est Christus, terrenam carnis substantiam gestant. Hic quoq; confirmatur ipsum etiam Christum in carne terrena fuisse cœlestem, sicut sunt qui ei adæquantur. Prætendimus adhuc, nihil quod ex alio acceptum sit, ut aliud sit, quām id de quo sit acceptum: ita in totū aliud est, cui non suggerat unde sit acceptum. Omnis materia sine testimonio originis suæ non est, & si demutetur in nouam proprietatem. Ipsum certe corpus hoc nostrum quod de limo figulatum, etiā ad fabulas Nationum ueritas transmisit, utruncq; originis elementum confitetur. Carne terrenam, sanguine aquanam: licet alia sit facies qualitatis. Hoc est quod ex alio aliud fit.

Cæterum quid est sanguis quām rubens humor: quid caro quām terra conuersa in figuræ suas? Considera singulas qualitates, musculos ut glebas, ossa ut saxa, etiam circum papillas calculos quosdam. Aspice neruorum tenaces connexus, ut traduces radicum: & uenarum ramosos discursus, ut ambages riuorum. Et lanugines ut muscos, & comam ut cespitem, & ipsos medullarum in abdito thelauros, ut metalla carnis. Hæc omnia terrene originis signa & in Christo fuerunt: hæc sunt quæ illum dei filium cœlauere, nō alias tantummodo hominem existimatum, quām ex humani substantia corporis. Aut ædite aliquid in illo cœleste de septentrionibus & Vergilijs & Suvculis emendicatum. Nam quæ enumerauimus, adeo terrena testimonia carnis sunt, ut & nostra. Sed nihil nouum, nihil peregrinum deprehendo. Deniq; uerbis tantummodo & factis, doctrina & uirtute sola Christi, homines obstupecebant. Notaretur etiam carnis in illo nouitas miraculo habita. Sed carnis terrena non mira conditio, ipsa erat quæ cætera eius miranda faciebat, cum dicerent: Vnde huic doctrina & signa ista: etiam despiciens

c. tium

tium formatum eius, hęc erat uox. Adeo nec humanę honestatis corpus fuit,
 nedum cœlestis claritatis. Tacentibus apud nos quoq; prophetis de igno-
 bili aspectu eius, ipsæ passiones, ipsæ cōtumelię loquuntur. Passiones qui
 dem humanam carnem, contumeliaz uero in honestam probauere. An au-
 sus esset aliquis ungue summo perstringere corpus nouum, ullam sputami-
 nibus contaminare faciem nisi merentē? Quid dicas cœlestem carnem, quā
 unde cœlestem intelligas, non habes? Quid terrenam negas, quā unde ter-
 renam agnoscas, habes? Esurit sub diabolo, siti sub Samaritide, lachryma-
 tur super Lazarum, trepidat ad mortē. Caro enim, inquit, infirma. Sangu-
 nem fudit postremo. Hęc sunt, opinor, signa cœlestia. Sed quomodo, in-
 quam, contemni & pati posset, sicut & dixi, si quid in illa carne cœlesti ge-
 nerositate radiasset. Ex hoc ergo conuincimus nihil in illa de cœlis fuisse,
 propterea ut contemni & pati posset. Conuertor ad illos æque sibi pru-
 dentes, qui carnem Christi animalem affirmat, quod anima caro sit facta,
 ergo & caro anima. Et sicut caro animalis, ita & anima carnalis. Et hic itaq;
 causas requiro. Si ut animam saluam faceret in semetipso suscepit animam
 Christus, quia salua non esset nisi per ipsum, dū in ipso, non video cur eam
 carnem fecerit animalem, induendo carnem, quasi aliter animam saluam fa-
 cere non posset, nisi carneam factam. Cum enim nostras animas non tan-
 tum non carneas, sed etiam in carne disiunctas, saluas præstet: quanto ma-
 gis illam, quam ipse suscepit, etiam nō carneam redigere potuit in salutem:
 Item cum præsumant non carnis, sed anima nostræ solius liberandæ causa
 processisse Christum: primo quām absurdum est, ut animam solam libera-
 turus, id genus corporis eam fecerit, quod non erat liberatus. Deinde si
 animas nostras per illam quam gestauit liberare susceperat, illam quoque
 quam gestauit, nostram gestasse debuerat: id est, nostrę formę, cuiuscunq;
 formę est in occulto anima nostra, non tamen carneę. Cæterum non no-
 stram animam liberauit, si carneam habuit: nostra enim carnea nō est. Por-
 rò si non nostram liberauit, nihil ad nos: quia carnea non est, quia non no-
 stram liberauit. Sed nec liberanda erat, quæ non erat nostra, ut scilicet car-
 nea: non enim periclitabatur, si non erat nostra: id est, non carnea. Sed libe-
 ratam constat illam. Ergo non fuit carnea, & fuit nostra, si ea fuit quæ libe-
 raretur, quoniam periclitabatur. Nam ergo si anima nō fuit carnalis in Chri-
 sto, nec caro potest animalis fuisse. Sed aliam argumentationem eorum cō-
 uenimus, exigentes cur animalem carnem subeundo Christus, animam car-
 nalem uideatur habuisse. Deus enim, inquit, gestiuit animam uisibilem ho-
 minibus exhibere, faciendo eam corpus, quæ retro inuisibilis extiterit, natu-
 ra nihil, nec semetipsam uidens, præ impedimento carnis huius, ut etiam di-
 sceptaretur, nata est anima an non? Itaq; animam corpus effectam in Chri-
 sto, ut eam & nascentem & morientem, & quod sit amplius, resurgentem ui-
 deremus

Vngue sum-
mo perstrin-
gere

ēp̄uvixōs

Caro anima-
lis

deremus. Ex hoc autem quale erit, ut per carnem demonstraretur anima si-
bi aut nobis, quae per carnem non poterat agnosciri, ut sic ostenderetur, dum
id sit cui latebat, id est, caro: tenebras uidelicet accepit, ut lucere possit. Deni-
que ad hoc prius retractemus, an isto modo ostendenda fuerit anima, an in
totum inuisibilem eam retro allegent, utrum quasi incorporalem: an etiam
habentem aliquod genus corporis proprij: & tamen cum inuisibilem dicant,
corporalem eam constituunt, habentem quod inuisibile sit. Nihil enim ha-
bens inuisibile, quomodo potest inuisibilis dici? sed ne esse quidem potest
nisi habens per quod sit. Cum autem sit, habeat necesse est aliquid, per quod
est. Si aliquid per quod est, hoc erit corpus eius. Omne quod est, corpus est
sui generis: nihil est incorporale: nihil quod non est. Habente igitur anima
invisibile corpus, qui visibilem eam facere suscepit, utique dignius id eius vi-
sibile fecisset, quod inuisibile habebatur. Quia nec hic mendacium, aut infir-
mitas deo competit. Mendacium, si aliud anima quam quod erat demon-
stravit. Infirmitas, si id quod erat demonstrare non valuit. Nemo ostende-
re uolens hominem, ^{Cassidem aut} personam ei inducit. Hoc autem factum
est animae, si in carne conuersam, alienam induit superficiem. Sed & si incor-^{personam alie-}
poralis anima deputetur, ut aliqua rationis occulta sit quidem anima, cor-^{cui inducere.}
pus tamen non sit, quicquid est anima: Proinde impossibile deo non erat,
& proposito eius congruentius competebat, noua aliqua corporis specie eam
demonstrare, quam ista communi omniū, alterius iam noticiae, ne sine cau-
sa visibilem ex inuisibili facere gestisset animam, istis scilicet questionibus
opportunam, per carnis humanae defensionem. Sed non poterat Christus
inter homines, nisi homo uideri. Redde igitur Christo fidem suam: ut qui ho-
mo uoluerit incedere, animam quoque humanae conditionis ostenderit: non
faciens eam carnem, sed induens eam carne. Ostensa sit nūc anima per car-
nem, si constiterit illam ostendendam quo modo fuisse: id est, incognitam
sibi & nobis. Quanquam in hoc uana distinctio est, quasi nos seorsum ab
anima simus, cum totum quod sumus anima sit. Denique sine anima nihil su-
mus: ne hominis quidem, sed cadaveris nomen. Si ergo ignoramus animam,
ipsa se ignorat. Ita superest hoc solum modo inspicere, an se anima ignora-
rit, ut nota quo modo fieret. Opinor. sensualis est animae natura. Adeo ni-
hil animale sine sensu, nihil sensuale sine anima. Et ut impressius dixerim,
animae anima sensus est. Igitur cum omnibus anima sentire praestet, & ipsa
sentiat omnium etiam sensus, nedum qualitates, qui uerisimile est, ut ipsa
sensum sui ab initio sortita non sit: Vnde illi scire quod interdum sibi sit ne-
cessarium, ex naturalium necessitate, si non scit suam qualitatem, cui quid
necessarium est? Hoc quidem in omni anima recognoscere est, noticiam
sui dico, sine qua noticia sui nulla anima se ministrare potuisset. Puto autem
magis hominem, animal solū rationale, computes & animam esse sortitum,

quæ illum facit animal rationale, ipsa in primis rationalis quæ efficit hominem rationale animal, si ipsa rationem suā nescit, ignorans semetipsam. Sed adeo non ignorat, ut autorem & arbitrum & statum suum norit. Nihil adhuc de deo discens, deum nominat. Nihil adhuc de iudicio eius admittens, deo commendare se dicit. Nihil magis audiens, quām spem nullam esse post mortem, & bene & male defuncto cuiq; imprecatur. Plenius hæc prosequitur libellus, quem scripsimus de testimonio animæ. Alioquin si anima semetipsam ignorans erat ab initio, nihil à Christo cognouisse debuerat, nisi qualis esset. Nunc autem non effigiem suam didicit à Christo, sed salutem. Propterea filius dei descendit, & animam subiicit: non ut ipsa se anima cognosceret in Christo, sed ut Christum in semetipsa. Non enim se ignorando de salute periclitatur, sed dei uerbū. Vita, inquit, manifestata est, nō anima. Et ueni, inquit, animam saluam facere. Non dixit, ostendere. Ignoramus nimirum animam, licet iniubibilem, nasci & mori, nisi corporaliter exhibetur. Ignorauimus planè resurrecturam cum carne: hoc erit quod Christus manifestauit. Sed & hoc non aliter in se, quām in Lazaro aliquo, cuius caro non erat animalis, ita nec anima carnalis. Quid ergo amplius ignoruit nobis, de animæ ignoratię retro dispositione: quid iniubibile eius fuit, quod uisibilitatem per carnem desideraret? Caro facta est anima, ut anima ostenderetur. Nunquid ergo & caro anima facta est, ut caro manifestaretur? Si caro anima est, iam non anima est, sed caro. Si anima caro est, iam non caro est, sed anima. Vbi ergo caro, & ubi anima est, alterutrum facta est. Imò si neutrum sunt, dum alterutrum alterum fiunt, certe peruersissimū, ut carnem nominantes, animam intelligamus: & animam significantes carnem interpretetur. Omnia periclitabuntur aliter accipi quām sunt, & amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quām sunt, cognominantur. Fides nominum, salus est proprietatum. Etiam cum demutantur qualitates, accipiunt uocabulorum possessiones. Verbi gratia: Argilla excocta, testa uocabulum suscipit. Nec communicat uocabulo pristini generis, quia nec cum ipso genere. Proinde & anima Christi caro facta, non potest non id esse quod facta est, & id nō esse quod fuerit, aliud scilicet facta. Et quoniam proximum adhibuimus exemplū, plenius eo utemur. Certe enim testa ex argilla unū est corpus, uunm̄q; uocabulum unius scilicet corporis. Nec potest dici & argilla: quia quod fuit, non est, non adhæret. Ergo & anima caro facta uniformis, solidata: sed singularitas tuta est, & indiscreta substantia. In Christo uestro inuenimus animam, & carnem simplicibus & nudis uocabulis æditas, id est animam animam, & carnem carnem: nusquam animam carnem, aut carnem animam: quando ita nominari debuissent, si ita fuissent. Sed etiam sibi quamq; substantiam diuise pronunciata sub ipso, utiq; pro duarum qualitatum distinctione seorsum animam, & seorsum carnem: Quid anxia est, inquit

Libellus de te
 testimonio ani-
 me

egereratōs

Inquit anima mea usq; ad mortem: &, Panis quem ego dedero pro salute
 mundi, caro mea est. Porrò si anima caro fuisset, unum esset in Christo car-
 nea anima, aut caro animalis. At cum diuidit species, carnem & animam, duo
 ostendit. Si duo, iam non unum: si non unum, iam nec anima carnalis, nec ca-
 ro animalis. Vnū enim est anima caro, aut caro anima. Nisi & seorsum alia
 gestabat animam, prater eam quæ caro erat: & aliam circuferebat carnem,
 prater illam quæ anima erat. Quod si una caro, & una anima, illa tristis usq;
 ad mortem, & illa panis pro mundi salute, saluus est nūtherus duarum sub-
 stantiarum, in suo genere distantium; excludens carneæ animæ unicam spe-
 ciem. Sed angelum, aiunt, gestauit Christus. Qua ratione? qua & hominē.
 Eadem ergo est & causa, ut hominem gestaret. Christus saluus hominis fuit,
 causa scilicet ad restituendum quod perierat. Homo perierat, hominem re-
 stitui oportuerat. Ut angelū gestaret Christus, nihil tale de causa est. Nam
 & angelis perditio reputatur, in ignem præparatū diabolo & angelis eius,
 nunquam tamen illis restitutio reprotissa est. Nullum mandatum de salu-
 te angelorum suscepit Christus à patre. Quod pater neq; reprobavit, neq;
 mandauit, Christus administrare non potuit. Cui igitur rei angelum quo-
 quæ gestauit, nisi ut satellitem fortem, cū quo salutem hominis operaretur.
 idoneus enim non erat dei filius, qui solus hominem liberaret, à solo & sin-
 gulari serpente deiectum. Ergo iam non unus deus, nec unus salutificator,
 si duo salutis artifices, & utiq; alter altero indigens. At uero ut per angelum
 liberaret hominem, cur ergo descendit ad id quod per angelum erat expe-
 ditus? Si per angelum, quid & ipse? Si per se, quid & angelus? Dictus est
 quidem magni consilij angelus, id est nuncius officij, nō naturæ uocabulo. Magni confi-
 Magnum enim cogitatum patris, super hominis scilicet restituzione, ad nun-
 li angelus ciaturus seculo erat. Non ideo tamen sic angelus intelligendus, ut Gabrie-
 l aut Michael. Nam & filius à domino uineæ mittitur ad cultores, sicut & fa-
 muli, de fructibus pectum. Sed non propterea unus ex famulis deputabi-
 tur filius, quia famuloru successit officio. Facilius ergo dicam, si forte ipsum
 filium angelum, id est nuncium patris, quam angelum in filio. Sed cum de
 filio ipso sit pronunciatum, minuisti eum modico quid citra angelos, quo-
 modo uidebitur angelum induisse, sic infra angelos diminutus, dum homo
 fit, quæ caro & anima & filius hominis: quæ aut sp̄ritus dei & uirtus altissi-
 mi; nō potest infra angelos haberi, deus scilicet & dei filius. quanto ergo dū
 hominē gestat minor angelis factus est, quanto diuinū angelū gestat. Pote
 rit hæc opinio Ebioni conuenire, qui nudum hominem & tantum ex semi-
 ne David, id est non & dei filium, constituit Iesum: plati prophetis aliquo
 gloriore, ut ita in illo angelum fuisse dicat, quemadmodum in aliquo
 Zacharia, nisi quod Christo nunquam est dictum: & ait mihi angelus, qui
 in me loquebatur. Sed nec quotidianum illud omnium prophetarum: Hæc
 forte, tanto.
 nisi interroga-
 tiue uelis le-
 gere
 Ebior

dicit dominus. Ipse enim erat dominus coram ex sua autoritate prouincians: Ego autem dico uobis. Quid ultra: ad haec Esaiam exclamantem audi. Non angelus neque legatus, sed ipse dominus saluos eos fecit. Licuit & Valentino ex privilegio haeretico carnem Christi spiritalem comminisci. Quid quis eam sanguinem potuit, quisquis humanam credere noluit. Quando quod ad omnes divitum est: si humana non fuit, nec ex homine, non video ex qua substantia ipse Christus hominem & filium hominis pronunciarit: Nunc autem uultis occidere hominem, ueritatem ad uos locutum: Et dominus est sabbati filius hominis. De ipso enim Esaias: Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. Et Hieremias: Et homo est, & quis cognovit illum? Et Daniel: Et super nubes tanquam filius hominis. Etiam Paulus apostolus: Mediator dei & hominum, homo

*Aucta apostolorum.
Pro ipse, legem
rim, se Christus
fuit*

CHRISTVS IESVS.

Item Petrus in actis apostolorum: Iesum Nazarenum uirum uobis a deo destinatum, utique hominem. Haec sola sufficere uice praescrivptionis debuerunt ad testimonium carnis humanae & ex homine sumptae, & non spiritualis, sicut nec animalis, nec sydereae, nec imaginariae, si sine studio & artificio contentionis haereses esse potuissent. Nam ut penes quendam ex Valentini ratione legi, primo non putant terrena Christo substantiam informantam: ne deterius angelis dominus deprehendatur, qui non terrena carnis extiterit. Dehinc quod oporteret similem nostri carnem similiter nasci, non de spiritu, nec de deo, sed ex uiri uoluntate. Et cur non de corruptela, sed de incorruptela? Et quare non, sicut & illa resurrexit, & in celo resumpta est, ita & nostra pars eius statim adsumitur, aut cur illa pars nostra non aequa in terram dissoluta est? Talia ethnici uoluntabant: Ergo dei filius in tantum humilitatis exhaustus, & si resurrexit in exemplum spei nostrae, cur nihil tale de nobis probatum est? Merito ethnici talia, sed merito & haeretici. Num quid enim inter illos distat: nisi quod ethnici non credendo credunt. At haeretici credendo non credunt. Legunt denique Minorasti eum modico citra angelos, & negant inferiorem substantiam Christi, nec hominem se, sed uermem pronunciantis, qui nec formam habuit, nec speciem, sed forma eius ignobilis despecta, citra omnes homines. Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. Agnoscent hominem deo mixtum, & negant hominem. Mortuum credunt, & quod est mortuum ex incorruptela natum esse contendunt, quasi corruptela aliud sit a morte. Sed & nostra caro statim resurgere debebat. Expecta, nondum inimicos suos Christus opprescit, ut cum amicis de inimicis triumphet. Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij haeretici, locum sibi Alexander fecit Alexander ille, quasi nos adfirmemus, Christum terreni census induisse carnem, ut euacuaret in semetipso carnem peccati. Quod & si diceremus, quacunque ratione, muniremus sententiam nostram, dum ne tanta amentia qua putauit, tanquam ipsam carnem Christi opinemur ut peccatricem, euacuatam in ipso, cum illam & ad dexteram patris in celis presidere meminerimus

timus, & uenturam inde suggestu paternæ claritatis prædicemus. Adeo ut euacuatam non possumus dicere, ita nec peccatricē. Nec euacuatam, in qua dolus non fuit. Defendimus autem, non carnem peccati euacuatam esse in Christo, sed peccatum carnis: nō materiam, sed naturam: nec substantiam, sed culpam: secundum Apostoli autoritatem dicentis: Euacuauit peccatum in carne. Nam & alibi, in similitudine inquit carnis peccati fuisse Christum: non quod similitudinem carnis acceperit, quasi imaginem corporis, & noueritatis: sed similitudinē peccatricis carnis uult intelligi. Quod ipsa non peccatrix caro Christi eius fuit par, cuius erat peccatum, genere, nō uitio Adæ: quando hinc etiā confirmamus eam fuisse carnem in Christo, cuius natura est in homine peccatrix. Et sic in illa peccatum euacuatū, quod in Christo sine peccato habeatur, quę in homine sine peccato nō habebatur. Nam neq; ad propositū Christi faceret euacuantis peccatum carnis, nō in ea carne euacuare illud, in qua erat natura peccati. Neq; ad gloriam: quid enim magnū, si in carne meliore & alterius, id est non peccatricis naturę, neuum peccati rede, Nam per illa mit: Ergo, inquis, si nostrā induit, peccatrix fuit caro Christi. Noli constrin gere explicabilem sensum: nostram enim induens, suā fecit. Suam facieos, non peccatricem cā fecit. Cæterū quod ad omnes dictū sit, qui ideo nō pertinet carnē nostrā in Christo fuisse, quia nō fuit ex uiri semine, recordentur Adam ipsum in hanc carnē, non ex semine viri factū. Sicut terra conuersa est in hanc carnē sine uiri semine, ita & dei verbū potuit sine coagulo in eiusdem carnis transire materiā. Sed remisso Alexandro cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet, etiam cū psalmis Valentini quos magna impudētia quasi idonei alicuius autoris interserit, ad unam iam lineam congressionem dirigamus: An carnem Christus ex uirgine acceperit, ut hoc præcipue modo humanam eam constet, si ex humana matrice substantiam traxit. Quanquam liquuit iam & de nomine hominis, de statu qualitatis, & de sensu tractationis, & de exitu passionis humanā constitisse. Ante omnia autem commendanda erit ratio quę p̄fuit, ut dei filius de uirgine nascetur. Nouē nasci debebat, nouę nativitatis dedicator. De qua signum None nativitatis dedicatur. daturus dominus, ab Esaia prædicabatur. Quod est istud signum? Ecce uirgo concipiet in utero, & pariet filium. Concepit igitur uirgo & peperit Emmanuel. nouelem, nobiscum deum. Hæc est nativitas noua, dum homo nascitur in deo. In quo homine deus natus est, carne antiqui seminis suscepta, sine semine antiquo, ut illā nouo semine, id est spiritualiter reformaret, exclusis antiquitatis sordibus expiatā. Sed tota nouitas ista, sicut & in omnibus, de veteri figurata est, rationali per uirginem dispositione domino nascente. Virgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, nondum sementi subacta: ex ea hominem factum accipimus à deo in animā uiuam. Igitur si primus Adam ita traditur, merito sequēs, uel nouissimus Adā, ut Apostolus dixit,

proinde de terra, id est carnae non generationi resignata in spiritu vivificans
 rem à deo est prolatus. Et tamen nā mihi uacet incursus nominis ad eum,
 dem Christum (Adam ab apostolo dictus est) si terreni non fuit census ho-
 mo eius. Sed & hic ratio defendit, quod dei imaginem & similitudinem suam
 à diabolo captam æmula operatione recuperavit. In virginem enim adhuc
 Euam inrepserat uerbum ædificatorum mortis. In virginem æque introdu-
 cendum erat dei uerbum extactorum uitæ, ut quod per eiusmodi sexum
 abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Credis-
 derat Eua serpenti, credidit Maria Gabrieli: quod illa credendo deliquit,
 hæc credendo deleuit. Sed Eua nihil tunc concepit in utero ex diaboli uer-
 bo. Imò concepit. Nam exinde ut abiecta pareret, & in doloribus pareret,
 uerbum diaboli semen illi fuit. Enixa est deniq; diabolum fraticidam. Cō-
 trà Maria eum ædidit, qui carnalem fratrem Israël interemptorem suū sal-
 uum quandoq; præstaret. In uulnus ergo deus uerbum suum detulit, bos-
 num fratrem, ut memoria mali fratri redderet. Inde prodeundū fuit Chris-
 to, ad salutem hominis, quod homo iam damnatus intrauerat. Nūc ut sim-
 plius respondeamus, non competebat ex semine humano dei filium na-
 sciri, nisi totus esset filius hominis, non esset & dei filius, nihilq; haberet am-
 plius Salomone, & amplius Iona, & de Ebionis opinione credēdus erat. Ec-
 gò iam dei filius ex patris dei semine, id est spiritu, ut esset hominis filius, ca-
 ro ea sola quæ erat ex hominis carne sumenda, sine uiri semine. Vacabat em̄
 semen uiri, apud habentem dei semen. Itaq; sicut nondum natus ex uirgi-
 ne, patrem deum habere potuit sine homine: æque cum de uirgine nascen-
 tur, potuit matrē habere sine homine patre. Sic deniq; homo cū deo, dum
 caro hominis cum spiritu dei. Caro sine semine, ex homine: spiritus cū semi-
 ne, ex deo. Igitar si fuit dispositio rationis super filium dei ex uirgine pro-
 ferendum, cur non ex uirgine acceperit corpus, quod ex uirgine protulit?
 Quia aliud est quod à deo sumpsit: quoniam, inquit, uerbum caro facta
 est. Vox ista quid caro factum sit contestatur: nec tamen pericitatur quasi
 statim aliud sit factum, caro & nō uerbum. Si ex carne factum est uerbum
 caro, aut si ex semine ipso factum est, scriptura dicat. Cum scriptura non di-
 cat nisi quod sit factum, non, & unde sit factum: ergo ex alio, nō ex semine
 ipso suggredit factum. Si non ex semine ipso, sed ex alio, iam hinc tracta, ex
 quo magis credere congruat, carnem factum uerbum, nisi ex carne, in qua
 & factum est: uel quia ipse dominus sententialiter & definitiue pronuncia-
 uit: Quod in carne natum est, caro est: quia ex carne natum est. Sed si de ho-
 mine tantummodo dixit, non & de semetipso: planè nega hominem Chri-
 stum, & ita defende non & in ipsum competit. Atquin subiicit: Et quod
 de spiritu natum est, spiritus est. Quia deus spiritus est, & de deo natus est:
 Hoc utiq; uel eo magis in ipsum tendit, si & in credētes eius. Si ergo & hoc
 ad ipsum

ad ipsum, cur non & illud supra: neq; enim dividere potes hoc ad ipsum, illud supra ad ceteros homines, qui utramq; substantiam Christi, & carnis & spiritus non negas. Ceterum tam carnem habuit quam spiritu. De duarum substantiarum conditione pronuncia, quas & ipse gestat. Non potest uideri de spiritu quidē suo, de carne vero nō sua determinasse. Ita cū ipse sit de spiritu dei, & spiritus deus est, ex deo natus ipse est & ex carne hominis, homo in carne generatus. Quid est ergo nō ex sanguine, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex deo natus est: Hoc quidē capitulo ego potius utar, cū adulteratores eius obduxero. Sic enim scriptum esse contendunt: Non ex sanguine, nec ex carnis uolūtate, nec ex uiri, sed ex deo natus est. Quasi supra dictos credētes in nomine eius designet, ut ostendat esse sermēnem illius arcanū electorū, & spiritualiū, quod sibi imbuunt. Quomodo autē ita erit, cum omnes qui credunt in nomine domini, cōmuni lege generis humani ex sanguine, & ex carnis, & ex uiri uoluntate nascantur: etiam Valeatus ipse: Adeo singulariter, ut de domino, scriptum est: & ex deo natus est. Merito quia uerbū dei, & cū uerbo dei spiritus, & in spiritu dei uirtus, & quicquid dei est Christus. Quā caro autē, nō ex sanguine, nec ex carnis & uiri uoluntate: quia ex dei uoluntate uerbū caro factum est. Ad carnem enim non ad uerbū pertinet negatio formalis nostrae nativitatis, quia caro sic habebat nasci, nō uerbum. Negans autē ex carnis quoq; uoluntate natū, cur non negauit etiam ex substantia carnis: neq; enim quia ex sanguine negauit, substantiam carnis renuit, sed materiā seminis, quā constat sanguinis esse calor rem: ut despumatione mutatum in coagulum, in caseo eius est substantia, quam medicando constringit, id est lactis. Intelligimus ergo ex concubitu nativitatē domini negatā, quod sapit uolūtas uiri, & carnis, nō ex uuluæ participatiōe. Et quid utiq; tam exaggeranter inculcauit, nō ex sanguine, nec ex carnis uolūtate aut uiri natū: nisi quia ea erat caro, quā ex concubitu natam nemo dubitaret. Negans porrò ex cōcubitu, nō negauit ex carne, immo cōfirmauit ex carne: quia nō proinde negauit ex carne, sicut ex cōcubitu negauit. Oro uos si dei filius nō de uuluā carnē participaturus descendit in uuluam, cur descendit in uuluam? potuit enim extra eam fieri caro spiritalis similius multo, quam intra uuluam fieret extra uuluam. Sine causa eō se intulit, unde nihil extulit. Sed non sine causa descendit in uuluam, ergo ex illa accepit. Quia si nō ex illa accepit, sine causa in illam descendit, maxime eius qualitatis caro futurus, quæ non erat uuluæ, id est spiritalis. Qualis est autem tortuositas uestra, ut ipsam ex syllabam præpositionis officio adscriptam auferre queratis: & alia magis utiq; in hac specie nō inuenitur, penes Exscripturas sanctas. Per uirginē dicitis natū, nō ex uirgine. Et in uuluā, nō ex in uuluā. Quia & angelus in somnis ad Ioseph: Nam quod in ea natū est, inquit, de spiritu sancto est, nō dixit ex ea. Népe tamē, & si ex ea dixisset, in ea dixerat

Tortuositas

dixerat: In ea enim erat. Tantundem ergo & cum dicit, in ea, & ex ea, consor-
nat: quia ex ea erat, quod in ea erat. Sed bene, quod idem dicit Matthæus,
originem domini decurrentis, ab Abraham usq; ad Mariam: Iacob, inquit, ge-
neravit Ioseph, virum Mariæ, ex qua nascitur Christus. Sed & Paulus. Grā-
maticis istis silentium imponit. Misit, inquit, deus filium suū factum ex mu-
impressius liere. Nunquid per mulierē, aut in mulierem? Hoc quidē impressius, quod
factum dicit, quam natum: simplicius enim enunciasset natum. Factum autē
dicendo, & uerbum caro factum est, consignauit, & carnis ueritati ex uirgi-

17 ne factæ adseuerauit. Nobis quoq; ad hanc speciem Psalmi patrocinabun-
Valentinus tur, non quidem apostatae & hæretici & Platonici Valentini, sed sanctissimi
Platonicus & receptissimi prophetæ. David ille apud nos canit Christum, per quem se-
cecinit ipse Christus. Accipe & David domino patri deo eloquentem, quia

tu es qui auulisti me ex utero matris meæ. ecce unum. Et spes mea ab uberi-
bus matris meæ, super te sum projectus ex uulua. ecce aliud. Et ab utero ma-
tris meæ deus meus es tu. ecce aliter. Nūc ad sensus ipsos decertemus. Auul-
isti, inquit, ex utero. Quid auellitur, nisi quod iuhæret, quod infixū, innexū
est ei, à quo ut auferatur, auellitur? Si non adhæsit utero, quomodo auulsus
est? Si adhæsit qui auulsus est, quomodo adhæsisset, nisi dum ex utero est

Nervus umbi per illum neruum umbilicarem quasi folliculi sui traducem adnexam origi-
licaris.

Concarnari. ni uuluae: Etiam cum quid extraneum extraneo adglutinatur, ita concarna-
Produx sicut tur & conuisceratur cum eo cui adglutinatur, ut cum auellitur, rapiat secum
tradux ex corpore aliquid, à quo auellitur, quasi sequelam quandam abruptæ uni-
tatis, & producem mutui coitus. Cæterum quæ ubera matris suæ nominat:

18 fine dubio quæ haust. Respondeant obstetrics, medici & physici de uber-
rum natura, an aliter manare soleant sine uuluae genitali passione pendentis
bus exinde uenis inferni sanguinis in mamillam, & ipsa translatione decos-
quentibus in materiam lactis lætiorem. Inde adeo sit, ut uberum tempore,
mensis sanguinum uacent. Quod si uerbum caro ex se factum est, non ex
uuluae communicatione, nihil operata uulua, nihilo iuncta, nihil passa, quo-
modo fontem suum transfudit in ubera, quæ nisi habendo nō mutat? Ha-
bete autem sanguinem non potuit lacti subministrando, si nō haberet cau-
fas sanguinis ipsius, auulsionem scilicet suæ carnis. Quid fuerit nouitatis in
Christo ex uirgine nascédi, palam est: scilicet solummodo hoc quod ex uir-
gine, secundum rationem quam ædificimus: & uti uirgo esset regeneratio no-
stra spiritualiter ab omnibus inquinamentis sanctificata per Christum uirgi-
nem & ipsum etiam carnaliter ut ex uirginis carne. Si ergo contendunt hoc
competisse nouitati, ut quemadmodum non ex uiri semine, ita nec ex uirgi-
nis carne caro fieret dei uerbum: quare nō hoc sit tota nouitas, ut caro non
ex semine nata, carne processerit: accedant adhuc cōminius ad cōgressum:
Ecce, inquit, uirgo concipiet in utero. Quid nam? utiq; dei uerbum non uiri
semine

semine certe ut pareret filium. Nam & pariet, inquit, filium. Ergo ut ipsius
 fuit concepisse, ita ipsius est quod peperit: licet non ipsius fuerit quod conce-
 pit. Contrà, si uerbum ex se caro factum est, iam ipsum se concepit & pepe-
 rit, & uacat prophetia. Non enim uirgo concepit, neq; peperit, si non quic-
 quid peperit ex uerbo concepto caro ipsius est sola. Hæc autem prophetæ
 uox euacuabitur: an & angeli cōceptum & partum uirginis annunciantes:
 an & omnis iam scriptura quæcunq; matrem pronunciat Christi? Quomo-
 do enim mater, nisi quia in utero eius fuit? Sed nihil ex utero eius accepit,
 quod matrem eam faceret, in cuius utero fuit. Hoc nomen non debet caro
 extranea. Matris uterum non appellat, nisi filia uteri, caro. Filia uteri porrò
 non est, si sibi nata est. Tacebit igitur & Elisabeth prophetam prædicans,
 iam domini sui concium infantem, & insuper spiritu sancto adimpta. Si-
 ne causa enim dicit: Et unde mihi ut māter domini mei ad me? Si Maria nō
 filium, sed hospitē in utero gestabat Iesum, quomodo dicit: Beatus fructus
 uteri tui? Quis hic fructus uteri, qui non ex utero germinauit, qui nō in ute-
 ro radicem egit? Qui non eius est, cuius est uterus? Et qui utiq; fructus ute-
 ri? Christus. An quia ipse est flos de uirga proiecta ex radice Iesse: radix au-
 tem Iesse, genus Dauid: uirga ex radice, Maria ex Dauid: flos ex uirga, fi-
 lius Mariæ, qui dicitur Jesus Christus, ipse erit & fructus? Flos em̄ fructus:
 quia per florem & ex flore omnis fructus eruditur in fructū. Quid ergo?
 negant & fructui suum florem, & flori suam uirgam, & uirgæ suā radicem,
 quo minus radix sibi uendicet per uirgam proprietatem eius quod ex uir-
 ga est floris & fructus. Siquidem omnis gradus generis ab ultimo ad prin-
 cipalem recensetur, ut iam nunc carnem Christi, non tantum Mariæ, sed &
 Dauid per Mariam sciant adhærere deo. Hūc fructum ex lumbis Dauid,
 id est ex posteritate carnis eius iurat illi deus confessorum in throno ipsius,
 Si ex lumbis Dauid, quāto magis ex lumbis Mariæ, ob quā in lumbis Da-
 uid. Deleant igitur & testimonia dæmonum, filiū Dauid proclaimantia ad
 Iesum: sed testimonia Apostolorum delere nō poterunt, si dæmonum in/
 digna sunt. Ipse in primis Matthæus fidelissimus euangelij commentator,
 ut comes domini: non aliam ob causam, quām ut nos originis Christi cat-
 tonalis compotes faceret, ita exorsus est: Liber genitū Iesu Christi filij Da-
 uid, filij Abraham. His originis fontibus genere manante cum gradatim or-
 do deducitur, à Christi nativitate, quid aliud quām caro ipsa Abraham &
 Dauid, per singulos traducem sui faciens in uirginem usq; describitur infe-
 rentis Christū: imò ipse Christus proditur de uirgine? Sed & Paulus, utpote
 eiusdem euangelij & discipulus, & magister, & testis, quā eiusdē ipsius Chri-
 sti apostolus, confirmat Christum ex semine Dauid secundū carnem, utiq;
 ipsius. Ergo ex semine Dauid caro Christi. Sed secundum Mariæ carnē ex
 semine Dauid: ergo ex Mariæ carne est, dum ex semine est Dauid. Quo-
 cunq;

cinq̄ detorseris dictū, aut ex carne est Mariæ, quod ex semine est Dauid; aut ex Dauid semine est, quod ex carne est Mariæ. Totam hanc controver-
siam dirimit idē apostolus, ipsum definiens esse Abrahā semen. Cū Abra-
ham, utiq̄ multo magis Dauid, quasi recentioris. Retexens em̄ promissio-
nem benedictionis Nationum in nomine Abraham, & in semine tuo be-
nedicentur omnes nationes: non, inquit, dixit feminibus tanquam de pluri-
bus, sed semine: de uno, quod est Christus. Qui hæc legitimus & credimus,
quam debemus & possumus agnoscere in Christo carnis qualitatem: utiq̄
non aliam, quam Abraham. Siquidem semen Abraham Christus. Nec
aliam quam Iesse, siquidem ex radice Iesse flos Christus. Nec aliam quam
Dauid, siquidem fructus ex lumbis Dauid Christus. Nec aliam quam ex
Maria, siquidē ex Mariæ utero Christus. Et adhuc superius: nec aliā quam
Adam, siquidem secundus Adam Christus. Consequens ergo est, ut aut il-
los spiritalem carnem habuisse contendant, quo eadem cōditiō substantiæ
deducatur in Christo: aut concedant carnem Christi spiritalem non fuisse,
quaे non de spiritali stirpe censemur. Sed agnoscamus adimpleri propheticā
uocem Simeonis, super adhuc recentem infantem dōminū pronunciatam:
Ecce hic positus est in ruinam & suscitationem multorum in Israel, & in si-
gnū quod cōtradicitur. Signū enim nativitatis Christi, secundū Elaiam,
propterea dabit uobis dominus ipse signum, Ecce uirgo concipiet in utero,
& pariet filium. Agnoscamus ergo signum contradicibile, conceptum & par-
tum virginis Mariæ: de quo Academici, uti, Peperit, & non peperit: Virgo,
& non uirgo: quasi non & (si ita dicendum esset) à nobis magis dici conueni-
ret. Peperit enim, quaे ex sua carne: & non peperit, quaे non ex uiri semine.
Et uirgo quantum à uiro, non uirgo quantum à partu. Non tamen ut ideo
non peperit: & ideo uirgo, quaे non uirgo, quia nō de uisceribus suis mater.
Sed apud nos nihil dubium, nec retortum in ancipitem defensionem: Lux,
lux, & tenebrae, tenebrae: & est, est: & nō, non. Quod amplius hoc, hoc à Ma-
lo. Peperit, quaे peperit. Etsi uirgo concepit, in partu suo nup̄ sit, ipsa patefa-
cti corporis lege, in quo nihil interfuit de ui masculi admitti, an emissi: id est
illud sexus resigauit. Hæc deniq̄ uulua est, propter quā & de alijs scriptū
est: Omne masculinum adaperiens uuluam, sanctum uocabitur domino.
Quis uere sanctus, quam dei filius? Quis proprie uuluam adaperuit, quam
qui clusam patefecit? Cæterum omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaq; magis
patefacta est, quia magis erat clausa. Vtiq; magis non uirgo dicenda est q̄
uirgo, saltu quodā mater antequam nupta. Et quid ultra de hoc retractan-
dam est: cum hac ratione Apostolus nō ex uirgine, sed ex muliere æditum
filium dei pronunciauit, agnouit adapertæ uuluæ nuptialem passionem. Le-
gimus quidem apud Ezechielem de uacca illa quaē peperit, & non peperit.
Sed uidete ne nos iam nunc prouidens spiritus sanctus notarit hac uoce, di-
sceptaturos

Peperit, non
peperit.
Virgo, non
uirgo

Sceptaturos super uterum Mariæ. Cæterum non contra illam suam simpli citatem pronuncialet dubitatiue, Esaias dicente, concipiet & pariet. Quod enim Esaias iaculatur in suggillatione hæreticorū ipsorum: & in primis; Væ qui faciunt dulce amarum, & tenebras lucem: istos scilicet notat, qui nec tios cabula ista in luce proprietatum suarum conseruant: ut anima non alia sit, quam quæ uocatur: & caro non alia, quam quæ uidetur: & deus non alius, quam qui prædicatur. Ideo etiam Marcionem prospiciens, Ego sum, inquit, deus; & aliud absq; me non est. Et cū alio id ipsum eodem modo dicit: Ante me deus non fuit, nescio quas illas Valentianorum æonum genealogias pullat. Et, Non ex sanguine, neq; ex carnis & uiri uolūtate, sed & ex deo natus est, Hebioni respondit. Aequè: Etiam si angelus de cœlis aliter euangelizauerit uobis q; nos, anathema sit: ad energema Apeliacæ uirginis Philumenes filum dirigit. Certe qui negat Christū in carne uenisse, hic antichristus est: Nudam & absolutam & simplici nomine naturæ suæ pronūcians carnem, omnes disceptatores eius ferit: Sicut & definiens ipsum quoq; Christum unum, multiformis Christi argumentatores quatit, qui alium faciunt Christum, alium Iesum: alium elapsum de medijs turbis, alium detentum: alium in secessu montis, in ambitu nubis sub tribus arbitris clarum, aliū cæteris passuum, ignobilem: alium magnanimum, alium uero trepidantem: ^{Passus} nouissime alium passum, alium resuscitatum: per quod suam quoq; in alia ²⁰ carne resurrectionem adseuerant. Sed bene quod idem ueniet de cœlis, qui est passus: idem omnibus apparebit, qui est resuscitatus. Et uidebūt & agnoscent, qui eum confixerūt: utiq; ipsam carnem in quatuor scierunt: sine qua, nec ipse esse poterit, nec agnosci. Ut & illi erubescant, qui adfirmant carnem in cœlis uacuā sensu, ut uaginam exempto Christo sedere: aut qui carnem & animam tantundem, aut tantummodo animam, carnem uero non iam. Sed hactenus de materia præsentí satis. Iam enim arbitror instructam esse carnis in Christo, & ex uirgine natæ & humanæ probationem. Quod & solum discussum sufficere potuisset citra singularum ex diuerso opinionū con gressionem, q; & argumentationibus earū, & scripturis quibus utūt pro uocauimus ex abundāti, uti eo quod probauimus quid, & unde fuerit Christi caro, quid don fuerit aduersus omnes prædicauerimus. Ut autem clausula de p̄fatione communī faciat, resurrectio nostræ carnis alio libello defendenda, hic habebit præstructionem, manifesto iam quale fuerit quod in Christo resurrexit.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,

DE CARNE CHRISTI, FINIS.

d

ANNOTATIONES IN LIBRVM
ARGUMENTVM LIBRI SEQVENTIS
PER BEATVM RHENANVM.

IN P R A E C E D E N T I libro solidam Christi carnem probauit Tertullianus, in qua etiam ille resurrexerit. Nunc de nostræ carnis resurrectione disputatione init in hoc libro, non magis piam quam necessariam. Præcipuum enim quiddam mortuorum resurrectione. Primitus itaq; commemoratis aduersariorum in carnem conuicij, quibus resurrectionem apud similes exagitant, dignitatem carnis ostendit, nempe cuius autor ac redemptor sit deus: nec enim uilem habendam cui deus sui spiritus auram inseruerit: aut contemptuendam uideri pro qua lucrificienda de cœlo descendere uoluerit. Ibi carnem uarijs attollit modis. Deinde de potestate dei disserit, quiduis efficere ualentia. Mox ex reuolubili rerum ordine resurrectionem persuadet, huius specimen exhibens phœnicem. Sed & causam affert resurrectionis, uidelicet quod integritas iudicij de totius hominis representatione constet. Quia iam explicata arguit eos qui resurrectionem in arcans Prophetici instrumenti literis prædicatam, spiritu litterantum uolebat intelligendam, nimirum amantes allegoriarum. Ipse cum ex figuratis tum simplicibus atq; apertis Prophetarum oraculis corporalem resurrectionem astraruit. Atq; idem deinde facit Euangelicis utens testimonij, & mox Apostolicis. Vbi pulchre declarat carnis opera ab Apostolo damnari non carnem. Ad hæc ut abunde huic negocio satisfaciat, de qualitate quoq; resurgentis corporum prolixè meminit, quæ non erunt alia, sed aliter reverentur. Ibi demonstrat aliud esse demutationem, aliud perditionem: per illam non naturam, sed conditionem reformandam. Postremo Christianorum & ethnicorum eandem esse resurrectionem docens, tradit uita à necessitatibus iam liberata, membra quoq; libera tum iri, sed tamen necessaria futura. In summa colligit, carnem resurrecturam & omnem, & ipsam, & integrum. Porro offendere uideatur in hoc libro, quemadmodum in proxime superiori, quod animam corporalem esse scribit, habentem proprium genus substantiæ soliditatis, per quam quid & sentire & pati possit. De qua re uolumen æ didit, ut ipse testatur, quod suppressum putamus. Sed & alibi deo nescio quid affingit corpulentie. Quod Aur. Augustinus excusare conatur, non prorsus impie dictum putans, si recte quis intelligat. Sed hi errores iam olim sunt explosi, quemadmodum & ille, quod status animæ per traducem propagatur. In fine huius libri nouæ prophetæ meminit, & paulo ante Priscæ prophetidos, ut appareat serius scriptum, sed & alios quosdam libros suos hic allegat.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQVENTEM.

CVm crematis cremat? Subauditur aliquid. Sensus est, Sacrificat ne an insultat potius, quum crematis hominum corporibus superinfectos etiam cibos cremat. Ut Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pauum recenseantur.) Acron Grammaticus exponens illud Horatij in Oda x x v i i . habentq; Tartara Panthoiden iteru orco Demissum: Pythagoram, inquit, significat, qui prædicauit se apud Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse, qui imperfectus à Menelao iterum reuixit factus Pythagoras: idq; eum cognouisse agnito clypeo, quem templo Euphorbus fixerat. Hic antè & in Homerum dicitur renatus, postea in pauonem, postremo in Ennium poetam. Hactenus ille. Proinde sic apud Ouidium x v. libro Metamorph. loquitur Pythagoras,

Ipse ego

Ipsé ego(nam memini) Troiani tempore belli
Panthonides Euphorbus eram, cui pectore quondam.
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum leuæ gestamina nostræ
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.
Quod uero præcedit, Etsi non in eadem, et si nō in humana tantummodo, Pythagoras apud Ouidium huiusmodi μετεμψύχωσις docens, ait,

Et quoslibet occupat artus

Spiritus, eç feris humana in corpora transit.

Certè recidiuatum animæ corporalem pron.) Recidiuatum usurpat in quarta inflexione. Sic infra. Quæ carnis recidiuatum pollicentur, Pulsata salute licet non addita.) Scripsimus licet non adita ab exemplaribus scriptis dissentientes. Vt sit ab adeundo. Metaphora est pulsantis ostium, qui tamen nolit aut nō possit ingredi. Sic infra. Qua quis adita ueritate redanimatus & uiuificatus deo.

Partiarios sententiæ illorum.) Marcionitas & Apellitas hæreticos intelligit partim cum Sadducaeis sentientes dimidiamq; agnoscentes resurrectionem.

Quam alterius diuinitatis hæretici.) Alterius rursus pro aliis, id est diuersæ, Vt mox, Alterius diuinitatis temperant sensum. Item ad alterius spei autorem.

Et hominem & filium hominis inscriperit.) Inscripterit, id est declarauerit.

Proinde & obducimus.) Obducere pro euincere. Vt mox, Obducti dehinc deo(sic enim in hac æditione distinximus exposcente sensu)pro conuicti.

Deprecatiibus carnis.) Id est depreciationibus carnis, nam gaudet uocabulis iuxta quartam declinationem inflexis. Intelligit eleuationes carnis, derogationes uituperationesq; carnis. Quo cuneo decurrentum sit.) Intelligit de cuneo argumentorum. Mox pro, quo modo uolunt, scripsimus quoquo modo uolunt. Ex Gorziensi. Viderit unus aliqui Lucanus.) Sic dixit aliqui Lucanus, id est aliquis Lucanus, ut in De carne Christi, In Lazaro aliquo. Et ibidem mox, In aliquo Zacharia, Et hic paulo post, Vtar ergo & sententia Platonis alicuius. Item libro primo aduersus Marcionem, Si non aliquis Esaias. Intelligit autem Lucanum hæreticum cuius mentionem fecit in libello de hæresibus. At cum dicit, Sed ursus forsitan tanquam Lucanus, allusio est ad gentis nomē. Sita est Lucania inter Campaniam & Brutios. Horatius:

Pecusue Calabris ante sydus feruidum Lucana mutet paſcua.

Pro causarum incurſione præstricta distulimus.) Forte melius, perstricta.

Est quidem & cōmuniſbus ſenſiſbus ſapere in dei rebus.) Id est, etiā cōmunes ſenſiſ ſapiunt in dei rebus. Si uideris.) Scripsimus ſi uides. Item paulo post eoq; fideliores existimantur. Et paulo ante, Aufer deniq; hæreticis. Nam præcedit. Discede, Redde. Compassio ſententiæ.) Consenſum intelligit & muſuum reſponſum. Medicorum uocabulum eſt. Græci συμπάθεια dicunt.

Post totum ignobilitatis elogium,) Id est recensionem. In bonam & in malam partem accipitur elogium. Sic infra. Religionē publico odio & hostile elogio obnoxiam. Et recordatui tuo.) Recordatus pro recordatione. Persuaderet.) Passiuæ uocis eſt, id est persuaderis. Interrogatiue legendum. In integrū de corrupto.) Opponit Integrum corrupto, Solidum caſſo, Plenum inanito, Aliquid nihilō. Et utiq; redhibentibus ea imaginib; & undis.) Restituimus ex Gorziensi collatione deprauatam lectionem. Et utiq; redhibentibus eā ignibus & undis, & aluiſ ferarum, & rumis alitum, & lactib; pīscium. Sic infra, Vt credas, de ignibus quoq; ſubſtantia corporis exigi poſſe. Eſt autem Ruma, quod alij rumen uocant, prominenſ ſub mento gutturis pars, qua cibus in aluū descen-

d z dit,

dit, à quo Rumino uerbum & struma deducuntur. Lactes sunt per quas cibis demittitur in homine, inquam, & oue. In cæteris animalibus lactes ipsa sunt ilia.

Et ipsorum propria gula.) Alludit ad Vedij Pollioñ gulosam sœvitiam & sauerientem gulam. nam is damnata mancipia uiuaris murenarum immergebat, nō tantum ut totū hominem pariter distracti spectaret, quod Plinius prodit, uerum etiā ut humana carne in piscibus uesceretur, quod docet Tertullianus in De pallio, his uerbis, Immergo æquè scalpellum, inquit, acerbitate, qua Vedijs Pollio seruos murenis inuadendos obiectabat. Noua scilicet sœvitia delectato terrenæ bestiæ exedentulæ, & exanguis, & excornis, de piscibus placuit feras cogere, utiq; statim coquendis, ut in uisceribus earum aliquid de seruorū suorum corporibus, & ipse gustaret. Hæc illuc. Ergo nō sine causa hic dicit, Et ipsorum propria gula redhibente, subaudi que deuorauerat de carne humana. Cæterū quantum etiā spurcio loquio liceat, illorum in congressibus experiri.) Hoc loquendi modo Tertullianus sœpe utitur, ut uerbum semel ponat, quod mox repetendū sit, ut hic, illorū in cōgressibus experiri, subaudi liceat uel licet. Sed & mūdus.) Obiectio hæreticorum usq; ad ista uerba. Ad distantiam enim prouocamus.

Ad distantiam enim prouocamus.) Mundi uidelicet & hominis, unde sequitur, Magnæ sine dubio differentiæ ratio pro conditione scilicet rerum.

5 Recogita totū illi deum occupatū ac dedicatum.) Illi, id est in illa materia seu propter illam materiam, eiusq; causa occupatum. Quod dedicatur totum eius est cui dedicatur, cōsecratur, attribuitur. Nō rapinam existimauit par in deo.) Legendū pariari deo quanquam refragantibus exemplaribus scriptis. Sic enim uertit Græcū uerbum ἵσθι. De hoc uerbo alibi. Artificis fastigium.) Fastigium id est maiestatem, dignitatē, amplitudinē. Elegans uocabulum. Phidij manus Iouem Olympium ex ebore molitur.) Plinius lib. XXXIIII. cap. octauo, Mino, ribus simulacris signisq;, inquit, innumera prope artificum multitudo nobilitata est, ante omnes tamē Phidias Atheniensis, Ioue Olympiæ factio, ex ebore quidē, sed & ex ære signa fecit. Nō ferro, ne argento quoq; oblaqueasset, sed electissimo.) Quanquā dissentiant exemplaria manu scripta, tamē mutauimus lectio nem, & pro oblaqueasset, scripsimus oblaquees, sed electissimo & iust. hoc est, circundes, cingas, includas, ut sit à lacu deductū uerbum oblaquo, quemadmodū oblaquo: cuiusmodi est quod sequitur, Descrobes, id est in seras, à scrobe, id est fouea. Alicui cōmiserit capulo. Corpus cāpulū animæ uocat. i. receptaculū.

7 Carni quoq; subiaceant per quod utaris necesse est.) Opinor scribendū, Carni quoq; subiaceat per quod utaris, subaudi carne. Intelligit autē bona opera quæ carnī sint subiecta, ab ea pendentia. Quare sacrificiorū postea meminit ieuniorū uidelicet & poenitentiæ, incarcerationis atq; martyrii. Cū anima deo alligitur.) Alligitur hic & mox alligi scriptum est pro allegitur & allegi. Allegebantur olim ciues Romani in senatum. Allegitur anima deo, quum homo religioni non men dat. Sic infra. Donec impleantur tēpora Nationū allegendarū, scilicet deo.

Et adpendices huius officij sordes.) Loquitur de squalore corporis qui poenitentiæ est argumentū. Explicit enim fusius quod hic innuit in libro de poenitentia quum inquit. De ipso quoq; habitu atq; uictu, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus deïscere, illa quæ peccauit tristit tractatione mutare. Et quæ illuc sequuntur. Matrimonij dissimulatio.) Valde fauit castitati Tertullianus. Et una notitia eius.) Hoc dicit propter monogamia. Dogma rejectum est. Solum optimum à Christo addiscimus.) Scriptimus à Christo eijs, addiscimus, hoc est à Christo boni dei. Omnis uis dei benefica uacuisset. Iterum hic uacuisset legitur iuxta uulgarem Aphrorum pronun-

pronunciationem ut uidetur. Nos diceremus, uacasset. Legis cū quando.) Suffecisset alterum iſtorū ponere, cum deprimitur. Vel quando deprimitur. Nisi fuit tum. Infra reposuimus in publico naturæ promulgari. nam Paterniacensis codex aperte habet, promulgaret. Item mox ſciant deū noſſe proſiuant. Ex Gorziensi. Vtrumq; mihi adplaudit.) Hoc eſt utrumq; meſſi facit, adiuuat me. 9

Sive de materia moderatus eſt alia.) Moderari pro fabricari, efficere.

Dies moritur in noctem. Vel hic uides quām non in amoenus ſcriptor ſit Terullianus in digreſſionib; Vbiq; iuſtitium eſt.) Iuſtitium eſt quām à litibus & cognitione cauſarum in foro ceſſatur, dictum quōd iuris ſtatio ſit. Hic uſurpat metaphoricos. Hæres ſibimet exiſtens.) Nam ſubinde redit. Defunctis uitæ qui non amplius reuertuntur, hæredes ſuccedunt in bonis poſſidendis.

Et uerna & autumna.) Dure. Natali fine.) Nam moriendo renaſcitur. 10 Eleganter dictum Natalis finis. Si uertas erit Finalis natuitas. Sed homines ſemel interibunt.) Ironia eſt. Quo cum maximè diuīſ. iſtam materiā ordinamus.) Quo, id eſt quo auxilio, quo ſubſidio edictorū atq; decretorum.

Sed cum Marcione plenius diſces.) Remittit lectorem ad libros quos aduersus Marcionem ſcripsit. Nescio iam ſi deus.) Sensus eſſe uidetur. Nescio an deus hæreticorū, deus ſit, quando nec autor eſt, quod tamen uerus, id eſt noſter deus eſſe ſcitur: nec item dominus eſt, quod eſſe debebat ſi autor eſſet. An non itaq; iudicium reſurrecțio expūnget?) Expunget, id eſt perficiet. Congruētissima ſcilicet & deo destinatio. Dicis, de cuius diſpoſitione.) Legendū, Cōgruențissima ſcilicet deo destinatio iudicij: de cuius diſpoſitione diſpicias. Siquidē p̄cedit, Iudicij in hominē destinare. Et infra. Deniq; haec erit ratio in ultimū finem destinati iudicij. Ex utriusq; ſubſtantiae congreagatione parere.) Pare, pro apparere, comparete. Per tot ſubſtantias diſpungenda, per quot & functa eſt.) Diſpungenda, id eſt quāe ſatisfacere debet. Alia argumentatione ſubuertunt.) Subaudi quod diximus aut docuimus. Vice potius uascu li apparere animę.) Apparere, id eſt ministrare, famulari, inſeruire. Et eſt, ut Aſco nius docet, minoris ad maiorem. Vnde apparitores dicti uiatores, qui iudicib; p̄ſtō ſunt & iuſſa nutuſq; eorum expectant. Fictricis, uel archigallii, uel gladiatoriſ, aut carnificis ſpiritu inſectum.) Archigallii principes ſunt gallo rum ſiue exectorum. Autore Iulio Firmico, Venus in decimo ab horoſcopo lo co facit eunuchos & archigallos. Cæterū hoc hominū genus uelut inauſpicatū, exoſum eſſe ſolet, & propter eos qui taleis habent in delitijs etiam turpe & flagitioſum. Gladiū uel latrocinijs ebriū.) Ex noſtro iudicio ſcripſimus, gladii uel latrocinijs ebriū. Præsumens ſcilicet, nihil aliud ſe quām inuidia animarum, ſomniaturum.) Et hīc ex noſtro iudicio diſtinctionem, inuidia in inuidia, ſic uerba diſtinguētes. Præsumens ſcilicet, nihil aliud ſe quām inuidia animarū ſomniaturum. uocat aut inuidia animarum, illuſiones manū, in ultione inimicos ſuos parricidijs autores exagitantium. Coronis quoq; potatoris ſui inorbitur.) Inorbitur, id eſt in ora ſiue extremitate cingetur potatoris ſui coronis. Quem, admodum in ſcholijs libelli De patientia ante meminimus. Laudem ſuam confeſcatione penſabit.) Hoc eſt, diſcabitur templo trophæi inſtar ſuſpensuſ.

Certus & hos coronatus ab anima agi.) Emendauiimus, conatus. Ex Gorzi enib; annotatiunculis. In alienam culpa.) Sic hīc dicit alienā culpa, hoc eſt à culpa, ſicut mox extranea gloriæ. & paulo post, Exules carnis. Habentem propriū genus ſubſtantiae ſoliditatis.) Aliquando legendū putauit, ſubſtantia uæ aut ſubſtantis ſoliditatis. Sed ſolet omittere coniunctiones, quemadmodū ſu pra admonuimus. Subaudi igitur, Et Exponeq;, Habentem propriū genus ſubſtantie

stantiae & soliditatis, per quam &c. Sic in De patientia, Nomen familiam ipsius
 14 persequentes. Cui cū tota autoritate si iustorum patrociniorum procurent,
 hon.d.) Castigauī meū secutus iudicium, Cui cū tota autoritate iustorum patroc.
 procurēt, hon.d. &c. Sēpe uero sic loquitur, proculo tibi. Ergo procurent hic in.
 terpretare, faueant, subscribant, adīscant. Scilicet honores substantiae ipsius, uires
 dei, exēpla earū, ratio iudicij & necessitates. Aut iudicio inhabitable.) Opī
 nor Tertullianū scripsisse, iudicio inlaudabile, quod uidelicet caro poenā pēdat.

Videamus igitur primū quonam stilo spes ista proscripta sit.) Sic supra. Apo.
 stolū quoq; ne de uno stilo noris, quo carnē plerunq; cōpungit. Sed quia sequi.
 tur infra, Et hæc itaq; dispectio tituli & præconij ipsius, & sic habet Gorziensis
 quoq; codex, scripsimus titulo. Et paulo inferius, pro suscitabit ingressa, suscita.
 uit ingressa, sensu id requirente, & b pro u ponit librarij solenne est. Vt si
 15 qua pars diuersa turbat.) Si qua, id est si aliquid. Tunc quod.) Ex nostro iudi.
 cio scripsimus, Tum quod. Ambigue annuata.) Verbū insolēs, forte legen.
 dum annunciatā. Sic infra, Quia si nulla tūc annunciatetur. Et mox, Quia nō &c,
 tunc spiritalis annūciaretur resurrectio.) In aduentu, opinor Christi.) Aptius
 dixisset in aduentū. Quod semel sufficiat adnotasse. Sic supra, Ita nec in ueritate
 mortis cadit, quæ nec in imagine eius ruit. Itē in de Carne Christi, Et in cœlo re.
 sumpta est. Mox scripsimus, Sed plus est q. . . . Et tunc erit Hierusalem concul.
 16 catū nationib;.) Conculcatus pro conculcatione. Secundum angelorum
 constitutum.) Constitutū sicut statutum pro constitutione. Verbū Iureconsultis
 ueteribus usitatum. Locus est Actorum cap. primo, Ecce uiri duo astiterunt illis,
 17 amicti uestibus albis, &c. Secundum scopū persequor ad palmam incrimi.
 nationis.) Sic Græcè Paulus, οὐς δὲ ἐμπροθεγίπειλενόμην θαύμασθαι δέοντα, ὅτι
 τὸ βραχέον τὸ ἀνγκάστιον Φθωτὴ γένεν, id est, In priora autem me extēdens iu.
 xta scopum insequor ad palmam supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Verū
 quod hic uertit incriminationis, respicit locum qui mox sequitur ad Timotheum
 ubi iubet eū custodire mandatū immaculatum, irreprehensibile, in apparentiam
 domini Iesu Christi. Græcè est αὐτοὶ λέγουσι. Expone ergo incriminationis, id est
 irreprehensibilitatis, ut ita dicam. Non mirum aut si usurpet incriminationē pro
 fide integra quam nemo criminari queat, quum alibi dicat In bonum pro nō bo.
 no. Sic mox hic alevās uertit potentator. Paulo post pro Quæ tempora, scripsi.
 mus, Quæ hæc tempora. Ex Gorziensi. Sed aut mortui erunt.) Nos sic di.
 stinximus, Sed aut mortui erunt iam corporaliter, ut resurrexerint: & quomodo
 uiuunt? Aut in nubes erepti, & quomodo hic sunt: misere. Quā uero dicit, ut re.
 surrexerint, intellige resurrectione spiritali quā ipsi astruunt in hac uita cōtinge.
 re. Infra scripsimus, Ac si per nostram. Cum aut nunc decet eam expungi.)
 20 Expungi, id est perfici. Vt ille iubetur, siue lēdatur per consistoris sui exi.
 tus.) Librarij b pro u subinde ponunt, quare mutauimus ex nostro iudicio iube.
 tur in iuuetur. Quod uero sequitur, consistoris sui, coniūcio primum fuisse consi.
 stori pro cōsistorij, cui per incuriam librarius primam sequētis dictionis literam
 addiderit, id quod sēpe fieri solet. Vocat autem consistorium terram à consisten.
 do, nam in hac consistit homo. Alioqui consistorij uocamus locum in quo cause
 cognoscuntur. Semel homini addicta conditione.) Condīcio pro orbe con.
 dito. Vt mox: ipsam conditionem colentes aduersus conditorem, id est creaturā.
 21 Quam & patrum dici capit.) Hoc loquendi modo etiam alibi utitur, hoc est,
 dici licet, siue dicere possis. In fine præscriptionum, Alia capit opinari eos qui
 22 exorbitant, id est accidit, ut alias etiam opiniones habeant qui exorbitant.
 23 Etrursus insinuat.) Insinuare dixit pro in sinum abscondere. Resurre.
 cionem

ctionem subradianū.) Subradicare actiuē, pro innuere, leviter ostendere, quod autores subindicare dicunt. Et ipsum dubium præstruxit.) Id est prius instru²⁴xit prophetam. Resurrectionis uero spes apud illum særissimè cecinisset.) Arbitror Tertullianum scripsisse, descivisset. Sic autem distinximus præcedens tem sententia, Planè si & populus allegoricè musitaret ossa sua arefacta, & spem suam perditam, dispersionis exitū, querulus, merito uideretur & deus fig. desp. fig. promissione consolatus. Manifestus est.) Subaudi populus. Ad Græcorum imitationem dictum. Mox pro restruebat supposuimus, restituebat. Ex Gorziensi. Quanquam etsi aliqua.) Distinximus. Quanquam etsi al. p. r. tunc conflicitio hærebat Israel, non idcirco & cetera. Quād capulum.) ²⁵ Sensus est, Cetus ille piscis potuisset spacio trium dierum concoquere Ionæ carnem, nihilo difficultus quam intra se tenere potuit, quum uenter ceti sepulchro ueteri atq; abdito non esset absimilis, in quo Ionas erat immersus.

Saluo eo quod & bestias feros in Christianum uel maximè nomē homines.) Sensus est, Non insiciandum quod deus figurauit, id est per figuram præmonstrauit bestias illas de quibus apud Moysen sanguis exquiritur, esse feros istos siue efferratos homines præsertim in nomen Christianum, id est Christianæ religionis persequutores, uel ipsos cacodæmonas, à quibus per uindictam sanguis Christianorum exigetur. Non aut ab ipso inuenias edissertatam.) In manus scriptis exemplaribus legitur edifferatā sicut dicimus referatam. Legerim edisseratam aut edifferatam. Quæ ad dispensationem.) Ex Gorziensi collatione supposuimus dispositionem. Et mox pro præstrinximus, præstruximus. Sic supra. Idcirco deus & prophetam quasi ipsum dubium præstruxit ad constantiam prædicationis. Cum etiam secularium principum pl. s. indulgentia uin²⁷ dicitur.) Hoc uerbum usurpare ea ætas uulgo coepit. Sic infra, Si non omnem lachrymæ imbreū indulgentia diuina siccaret. Mox scripsimus, Diabolus ualentior. Item infra, Cum altera salutem consecutura sit. Contentioso fune deducere.) Prouerbialiter dictum, de argumentis cum prolixis tum perplexis.

In hoc scilicet reficietur ne sit.) Ironia est. De carnis scilicet obtentu.) ²⁸ Obtentū uocat prætextum. Tunc negabit.) Ex nostro iudicio pro negabit & demonstrabit reposuimus, negauit & mox demonstrauit. Item, post quam nō nubent. In deum uocaretur.) Hoc est in diuinam potestatem, quā idoneam supra ait resuscitandis mortuis. Resurreccio enim mortuorū, apud dominum uiuorum, id est deum. Et fide dirigendus.) Emendauitus, & fide digerendus. ²⁹ Nam deuorationem ruminatio, ruminationem digestio sequitur.

Præuerterat, id est anteposuerat. Enim uero si ad fidē potius sequestrandam futuræ resurrectionis.) Sequestrare est aliquid apud sequestrum deponere, ut in tuto sit. Vnde res sequestrata Iureconsultis. Expone igitur ad fidem futuræ resurrectionis sequestrandam, id est, ut ita dicam, certificandā, & securitatū uindicandam. Quod uerbum etiam supra legitur, ni fallor. Porro quum paulo post dicit, Ne aliter documenta præmisisse quam rem deposuisse videatur, explicat quid ante per fidē sequestrandam intelleixerit. Quād ueteris resignandi, & noui consignandi.) Nam apostoli ueteris testamenti figurās explicuerunt, & nō uum confirmarunt. Infra scripsimus, Sed nec Atheniensis.

Per totum penē instrumentum.) Epistolas Pauli significat, nam supra dixit, Resurrectionem apostolica quoque instrumenta testantur. Sed substantiæ saporem.) Saporem uocat sapientiā, mentem, id quod sapit. Intimandum.) Vocabulum eius ætatis uulgo frequens. Intimare pro ntimum reddere.

Allegaret.) Aptius esset allegarit. Sed sic supra dixit, pmulgares, Item, curaret.

d 4 Atq;

- 32 Atq; adeo carni ascribitur, ut p. p m. supra d.) Locus est deprauatus, legendif, Atq; adeo carni ascribit pressurarum proprietatem, ut & supra dicat: Cū uenissimus. Ascribit, subaudi, Paulus. Nam mox sequitur, Dehinc ut & animæ dareet compassionem, subaudi Paulus. Quod pro hoc dissoluetur caro.) In Gorziensi deest, quod. Nos quoq; sustulimus. Infra scripsimus, nos cū ipsis simul raspiemur in nubibus. Item pro lucrificata morte, lucrifica morte. Quantos enim.) Quantos pro quo. Sic uulgas loquitur. Vt nihil illis deuoratu uideri possit.) Illis, id est de illis, sic infra. Porro quia hijs ait deuoratu iri mortale. His, id est de hijs. Et dentes incorruptos perennare.) Perennare pro durabiliter conservari. Alter dixit Tranquillus, non perennauit, id est annum non uixit. Infra prodicentes scripsimus ducentes. Paradiso non inferis deuersurus.) Id est, adiutorius paradiūm non inferos. Deuersurus pro diuersurus, in paradiūm non ad inferos. Mox scripsimus, Peregrinati nos ab eo dixit, pro se deo ab eo dixit.
- 33 In re ergo aliena saluti, sed nisi.) Scripsimus, aliena salutis, id est à salute. Nam sic loqui solet Tertullianus. Vt supra, in alienā culpā, id est à culpa alienā. Item extranea gloriæ, & exiles carnis, ibidē. Nisi quia cū ipso sicut ipsum sapit.) Sensus est, Suscitabit & nos cum ipso, ualerit idem quod, sicut ipsum. Etsi ordine posthumat.) Posthumus est qui post mortem patris nascitur. Inde uerbum Tertullianus deducit posthumare, pro subsequi uel posteriore esse. Nam & exinde à benedictione geniturae.) Genitura pro generatiōe, ut supra. Cōtemporant fœtu, coetant natu.) Dicimus contemporaneus & coetaneus. Sed Tertullianus hinc uerba format, Contemporare & coetare. Vide quantū sibi permittat. Dū prior neuter citius est: totos nos aut ueteres.) Castigauimus & distinximus nostrum secuti iudicium, Dum prior neuter. Citius est totos nos aut ueteres aut nouos esse. Mox scripsimus, Alterum esse nescimus. Ex Gorziensibus adnotamētis. Quibus monentibus rursum supposuimus pro furatur, furabatur, & mox pro quis optimus, qui sit optimus. Et infra, Quia & anima delinquentię inducitur. Item, Delinquentię scilicet mortui. Videbimus an ratione certa illa præsumpt.) Sensus est, Videbimus an portendit pro portendas, scilicet ipse Paulus, id est significet, hoc eos instituisse, ratioe certa illa præsumptione. Apposituē, id est per rationem quæ fuit illa certa præsumptio putantiū etiam uicarium baptisma prodeste ad spem resurrectionis. Qui & ipsos baptizari ait.) Qui pro quomodo, ut opinor, nam totus hic locus ualde est obscurus.
- 34 Animæ enim non lauatione, sed responsione sanctitur.) Subaudi baptismus. Responsione. Vt credis: Credo. Renuncias? Renuncio. Quas substantias qualis conditione exhæredauerit.) Sic distinguimus & exponimus exhæredauerit, Apostoli æquè de antecedentibus discere est, Aequè discere est de antecedentibus Apostoli, exhæredauerit subaudi apostolus. Nam etsi supra nouissimus Adam dicit.) Nostrum iudicium secuti scripsimus. Nam & supra, nouissimus Adam dicens, de cons. f. c. n. traxit. Inducere oportebit.) Subaudi in illa. Videlicet carnem & sanguinem. Regnū dei hæreditati possidere nō possunt.) Videtur legendum possidere possunt, nisi quæsitive pronuncies. Id quod Tertulliano familiare. A regno dei extruxit.) Aliquando legendū putauit extrusit. Sed quid nō suo more dicit hic autor. Mox pro agnoscendis scripsimus agnoscendus, Subaudi Iesus. Item securæ estote caro & sanguis. Ex Gorziensi.
- 35 Tu quod seminas nōne uiuiscatur, nisi mortuū fuerit. Scripsimus nostrū secutū iudiciū, nūm ne uiuif. nisi mort. fuerit. Nisi ut iam nondū resurgat.) Scribendum, Nisi ut iam non nudum resurgat. Infra pro, argumentari conuenit, ex Gorziensibus annotatiunculis supposuimus, argumenta committit.

Et semi

Et seminibus sequestratorum terra est.) Sequestratoris pro loco ubi res sequestrata siue deposita seruatur. Idemque & consignat imprimens.) Consurgat, contestatur, scripto mandat. Imprimens ueluti sigillum. Ex qua enim substantia pariant inter se, Christus & Adam.) Scripsimus nostrum secuti iudicium, Aequa enim substantia pariant. Hic est illud pariant uerbum à pari deducum pro aequali esse, cuius supra meminimus in scholis nostris.

Proinde plenitudinem spiritus.) Subaudi accepit. Mox scripsimus, ac regere. Infra pro deuorauerat mors, posset etiam legi, deuoraueras mors.

Angelicum iam fastigium induerat.) Fastigium pro dignitate, & amplitudine, 42 ceu supra. Quod nascimur, nō quod lædimur, reuiuiscimus.) Figura græca.

Nec Sarabas.) Locus est Danielis tertio: septuaginta habent, Sarabara. Chaldaica vox est & uestis, καὶ τὰ στράβαρε αὐτῷ οὐκ ἀλοιώθη. Et Sarabara eorum nō sunt demutata. In editione prouulgata Saraballa legitur. Et de isto ccelo qd nobis incumbat.) Aut incubat, quo uerbo ipse alibi etiam utitur, aut incunabit, Nisi incubat est ab incumbo. Carni maxime eidem, de officijs quoque.) 44 Coniūcio sic legendum, Ecce autem ut adhuc controuersiam exaggerant, carni maxime, id est de officijs quoq; membrorum argumentantur. Quò enim fam, inquiūt, spelunca hæc oris.) Quò hoc est, ad quem usum, ad quid. Horatius: Quò mihi fortuna, si non conceditur uti? Sic supra dixit Tertullianus. Quò ergo legimus? Et mox, Quò huiusmodi membra admittunt, subīgunt, Id est, ad quid admittunt, id est recipiunt scilicet cibum. Item, Quò manus ipsæ & pedes. Rursum, Quò renes cōscij seminū. Item, Quò totū corpus, totū scilicet uacaturum.

Et competitum stomachi.) Compitum stomachi uocat conuenticulum & receptaculum, quod in hoc uidelicet conueniat quicquid eduliorum per os immittitur. Sumpta est metaphora à uījs competentibus ac conuenientibus, nam hinc compitum deducunt Grammatici. Educatu.) Pro educatione.

Redactis & recuratis omnibus.) Nisi redigere & redactum sic usurparet supra, malem legere repactis. libro primo aduersus Marcionem, Quām totum hominem redigere in salutem. Ad macellum corrodendum.) Continens pro contento. Ad omnem hiatum & rictum coronandum.) Significat dentes potius in hoc factos ut hiatum & rictum oris coronent, id est circumdent & minus deformem reddant. Supra dixit, spelunca hæc oris, & dentium statio.

Deniq; & edentulus. Sed audi & uide.) Sic castiga. Deniq; & edentulus es? & audi & uide ut honorem oris, & organum dentium quæras. Q.D. Si fueris edentulus, senties ad quem usum facti sint dentes. Tum enim quæreris honestamentis oris, ut decentius aperiatur atq; diducatur, & dentium instrumentū ad cibos cōminuendos. De fluxura colentur.) Per fluxū purgentur. Fluxura pro fluxu.

Et concubitus genituram.) Génitura pro generatione.

Neg̃ generis supparatura.) Supparatur genus dum sobolē sufficimus, substitutimusq;. Hoc uerbo in sequentibus libris aliquoties utitur Tertullianus. Hinc supparatura nomen. Etiam sexū à cōgressione subducimus.) Honeste uiri & mulieris commixtionem circumloquitur. Refertur hoc ad illud quod præcedit, Cæterum & hodie uacare intestinis & pudendis licebit. Tam proximus.) Sic & supra in De uera carne domini, Extraneis defixis in illum, tam proximi aberant. Arcana etiam apocryphorum.) Arcana apocryphorum, blasphemata fabulas. Apposituē. Pristina instrumenta.) Pristina pro prisca. Intelligit Mosaica propheticaq;.

Q. SEPTIMII FLOREN
TIS TERTVLLIANI. DE RE
SVRRECTIONE CARNIS, LIBER.



IDVCIA Christianorum, resurrectio mortuorum: illa credentes sumus, hoc credere ueritas cogit. Veritatem deus aperit. Sed uulgas intidet, existimans nihil superes se post mortem. Et tamen defunctis parentant, & quidem impensisimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum: ut quos negat sentire quicquā, etiam desiderare præsumat. At ego magis ridebo uulgas, tunc quoq; cum ipsis defunctos atrocissime exurit, quos postmodum gulosisssime nutrit, ijsdem ignibus & promerens & offendens. O pietatem de crudelitate ludentem: sacrificat, an insultat, cum crematis cremat? **P L A N E** cum uulgo interdum & sapientes sententiam iungūt, Nihil esse post mortem, Epicuri schola est. Ait & Seneca, omnia post mortem finiri, etiam ipsam. Satis est aut, si non minor philosophia Pythagoræ & Empedocli. Sed Platonici immortalem animam è contrario reclamat: immò adhuc proxime etiam in corpora remeabilem affirmant, et si non in eadem, et si non in humana tantummodo: ut Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pauum recenseatur. Certe recidiuatum animæ corporalem pronunciauerunt, tolerabilius mutata quam negata qualitate: pulsata salute, licet non adita ueritate. Ita seculum resurrectionem mortuorum, nec cum errat, ignorat. Si uero & apud deum aliqua secta est Epicureis magis ad finis quam prophetis, sciemus quid audiant à Christo Sadducæi. Christo enim seruabatur omnia retro occulta nudare, dubitata dirigere, prælibata supplere, prædicata repræsentare: mortuorum certe resurrectionem, uō modo per semetipsum, uerum etiam in semetipso probare. Nunc autem ad alios Sadducæos præparamur, partiarios sententiæ illorum. Ita dimidiam agnoscunt resurrectionem, solius scilicet animæ, aspernati carnem sicut & ipsum dominum carnis. Nulli deniq; alijs salutem corporali substantiæ inuident, quam alterius diuinitatis hæretici. Ideoq; & Christum aliter disponere coacti ne creator carnis habeatur, in ipsa prius carne eius errauerunt, aut nullius ueritatis contendentes eam secundū Macionem, & Basiliden, aut propriæ qualitatis secundum hæreses Valentini, & Apellen. Atq; ita sequitur, ut salutem eius substantiæ excludant, cuius Christum negat, certi illam summo præiudicio resurrectionis instructam, si iam in Christo resurrexit caro. Propterea & nos uolumen præmissimus de carne Christi, quo eam & solidam probamus aduersum phantasmatis uanitatem, &

tem, & humanam vindicamus aduersus qualitatis proprietatem, cuius con-
ditio Christum & hominem & filium hominis inscriperit. Carneum enim
atq[ue] corporeum probantes eum, proinde & obducimus, praescribendo nul-
lum alium credendum deum praeter creatorē, dum talem ostendimus Chri-
stum, in quo dinoscitur deus, qualis promittitur à creatore. Obducti de-
hinc deo, carnis autore, & de Christo carnis redemptore, iam & de resur-
rectione carnis reuinentur, congruenter scilicet & de deo carnis autore, &
de Christo carnis redemptore. Hoc fermè modo dicimus ineundam cum
hæreticis disceptationem. Nam & ordo semper à principalibus deduci ex/
poscit, ut de ipso prius cōstet à quo dicitur dispositum esse quod quæritur. Ordo à prius
dicitur
Atq[ue] adeo & hæretici ex conscientia infirmitatis, nunquam ordinariè tra-
stant. Certi enim quām laborent in alterius diuinitatis insinuatione, aduer-
sus deum mundi omnibus naturaliter notum de testimonij operum, certe
& in sacramentis priorem, & in prædicationibus manifestorem, sub obtenu-
tu quasi urgentioris causæ, id est ipsius humanæ salutis ante omnia requi-
rendæ, à quæstionibus resurrectionis incipiunt: quia durius creditur resurrec-
tio carnis, quām una diuinitas: atq[ue] ita tractatum viribus ordinis sui desti-
tutum, & scrupulis potius oneratum, depreciatibus carnis paulatim alterius
diuinitatis temperant sensum, ex ipsa spei concusione & demutatione. De-
iectus enim unusquiscq[ue] motus de gradu eius spei quam susceperebat apud
creatorem, facile iam declinatur ad alterius spei autorem, etiam ultro suspi-
candum. Per diuersitatem enim promissionum, diuersitas insinuantur deo-
rum. Sic multos inretitos uidemus, dum ante de resurrectione carnis elidun-
tur, quām de unione diuinitatis elidunt. Igitur quantum ad hæreticos, de-
monstrauimus quo cuneo decurrentum sit à nobis: & occursum est etiam Quo cuneo
decurrentum
suo quoq[ue] titulo, de deo quidem unico & Christo eius aduersus Marcionem:
de carne uero domini, etiam aduersus quatuor hæreses: ad hanc maxime sit
quæstionem præstruendam, uti nunc de sola carnis resurrectione ita dige-
ram, tanquam penes nos incertum, dum sit quoq[ue] certum penes creatorem.
Nam & multi rudes, & pleriq[ue] sua fide dubij & simplices: plures quos in-
strui, dirigi, muniri oportebit: quia & hoc latere unio diuinitatis defendetur:
sicut em̄ negata carnis resurrectione concutitur, ita vindicata constabilitur.
Animæ autem salutem credo retractatu carere. Omnes enim ferè hæretici
eam quoquo modo uolunt, tamen non negant. Viderit unus aliqui Lucanus ha- ia. ia.
nus, nec huic quidem substantiaz parcens, quam secundum Aristotelem dis- rectius
solvens, aliud quid pro ea subiicit. quiddam resurrecturum, neq[ue] anima, ne, ia.
que caro, id est non homo, sed ursus, forsitan tanquam Lucanus. Habet &
iste à nobis plenissimum de omni statu animæ stilum, quam in primis im-
mortalem tuentes, solius carnis & defectionem cū maxime adserimus, re-
dactis in ordinarium materiaz corpus, si qua & alibi pro causarū incursione
præstri

præstricta distulimus. Nam ut quædam prælibari solenne est, ita & differ-
ri necesse est, dum modo & prælibata suppleantur suo corpore, & dilata red-
dantur suo nomine. Est quidem & communibus sensibus sapere in dei re-
bus, sed in testimonium ueri, non in adiutorium falsi; quod sit secundum di-
uinam, non contra diuinam dispositionem. Quædam enim & natura nota
sunt, ut immortalitas animæ penes plureis, ut deus noster penes omnes.
Vtar ergo & sententia Platonis alicuius pronunciantis: Omnis anima im-
mortalis. Vtar & conscientia populi, contestantis deum deorum: utar & reli-
quis communibus sensibus, qui deum iudicem prædicant: Deus uidet, &, Deo
commendo. At cum aiunt, Mortuum quod mortuum: &, Viuendum uiuis:
&, Post mortem omnia finiuntur, etiam ipsa: tunc meminero & cor uulgi ci-
nerem à deo deputatum, & ipsam sapientiam seculi, stulticiam pronuncia-
tam. Tunc si hæreticus ad uulgi uitia, uel seculi ingenia cōfugerit, discede di-
cam ab ethnico hæretice: & si unum estis omnes, qui deum fingitis: dum hoc
tamen in Christi nomine facis, dum Christianus tibi uideris alias ab ethnico,
reddo illi suos sensus, quia nec ille de tuis instruitur. Quid cæco duci inni-
teris, si uides: quid uestiris à nudo, si Christum induisti: Quid alieno uestitis
clypeo, si ab Apostolo armatus es. Ille potius à te discat carnis resurrectio-
nem confiteri, quam tu ab illo diffiteri. Quia si & à Christianis negari eam
oporteret, sufficeret illis de sua scientia, non de uulgi ignorantia instrui. Adeo
non erit Christianus, qui eam negabit, quam confidentur Christiani: & his
argumentis negabit, quibus utitur non Christianus. Aufer deniq; hæreticis
quæcumq; ethnici sapiūt, ut de scripturis solis quæstiones suas sistant: & sta-

Cōpassio sen-
tentiarum. re non poterunt. Communues enim sensus simplicitas ipsa commendat, &
compassio sententiarum, & familiaritas opinionum: eoq; fideliores existi-
mantur, quia nuda & aperta & omnibus nota definiunt. Ratio autem diui-
na in medulla est, non in superficie, & plerunq; æmula manifestis. Itaq; hæ-
retici inde statim incipiunt, & inde præstruunt, dehinc interstruunt, unde sci-
unt facile capi mentes, de communione fauorabili sensuum. An aliud prius
uel magis audias ab hæretico quam ab ethnico: & non protinus, & non ubi-
que cōuicum carnis, in originem, in materiam, in casum, in omnem exitum
eius, immundæ à primordio ex fecibus terræ, immundioris deinceps ex se-
minis sui limo, friuolæ, infirmæ, criminosaæ, onerosaæ, molestæ: &, post totum

Ignobilitatis
elegium 4 ignobilitatis elogium, caducæ in originem terrâ, & cadaueris nomen: & de
isto quoq; nomine perituræ in nullum inde iam nomen, in omnis iam uo-
cabuli mortem. Hanc ne ergo uir sapiens & uisui & contactui & recordatiui
tuo ereptam persuadere, q; se receptura quandoq; sit in integrum de cor-
rupto, in solidum de casso, in plenum de inanito, in aliquid omnino de nihi-
lo, & utiq; redhibentibus eam ignibus & undis, & aluis ferarum, & rumis ali-
tum, & lactibus piscium, & ipsorum propria gula. Adeone autem eadē spē
rabitur

, & abitum quæ intercidit: & claudus, & luscus, cæcus, & leprosus, & paralyticus
 securantur, ut redisse non libeat ad pristinum: an integrus: ut iterum talia pa-
 ti timeantur. Quid tum de consequentijs carnis? Rursus ne omnia necessaria
 illi, & in primis pabula atque potacula, & pulmonibus natandum, & intestinis ^{Potulis}
 & stuandum, & pudendū, & omnibus membris laboran-
 dum: Rursus ulceræ, & uulnera, & febris, & mors redoptanda? Nimirū hæc
 erūt uota carnis recuperandæ, iterum cupere de ea euadere. Et nos quidem
 hæc aliquanto honestius pro stili pudore. Cæterum quantum etiam spur-^{spariloquii}
 cioloquio liceat, illorum in congressibus experiri, tam ethnicorum quam hæ-
 reticorum. Igitur quoniā & rudes quicq; de communib; adhuc sensibus
 sapiunt, & dubij & simplices per eosdem sensus denuo inquietatur, & ubiq; ^{Iste in nos}
 in primis iste in nos aries temperatur, quo carnis cōditio quassatur, necessa-^{aries tempe-}
 riō & à nobis carnis primum conditio munietur, uituperatione, laudatione
 depulsa. Ita nos rhetorici quoq; prouocant hæretici, sicut etiam philoso-
 phari. Futile & frivolum istud corpusculum quod malum deniq; appellare
 non horrent, & si angelorum fuisset operatio, ut Menandro & Marco pla-
 cet: & si ignei alicuius exstructio æquè angeli, ut Apelles docet, sufficeret ad
 autoritatem carnis, secundæ diuinitatis patrocinium. angelos post deū no-
 nūmus. Iam nunc quisquis ille summus deus hæretici cuiusq; est, non imme-
 rito ab ipso quoq; deducerem carnis dignitatem, à quo uoluntas producen-
 dæ ei adfuisset. Vtq; enim prohibuisset fieri, quā fieri scisset, si fieri noluis-
 set. Ira & secundum illos æque caro, dei res. Nihil operis, nō est eius, qui pas-
 sus est esse. Bene autem quod & plures & duriores quoq; doctrinæ, totam
 hominis figulationē deo nostro cedunt. Quantus hic sit, satis nosti, qui uni-^{Figulatio-}
 cum credidisti. Incipiat iam tibi caro placere, cuius artifex tantus est. Sed & ^{O bieffio}
 mundus, inquis, dei opus est, & tamen præterit habitus huius mundi, Apo-
 stolo quoq; autore: nec idcirco restitutio mundi præiudicatur, quia dei opus
 est. & utiq; si uniuersitas inreformabilis post decepsum, quid portio planè, si
 portio uniuersitati adæquatur? Ad distantiam enim prouocamus: Primo
 quidem, quod omnia sermone dei facta sunt, & sine illo nihil. Caro autem
 & sermone dei constitit propter formam, ne quid sine sermone. Faciamus
 enim hominem, ante præmisit: Et amplius, manu propter prælationem, ne
 uniuersitati compararetur. Et finxit deus hominem, inquit, Magnæ sine du-
 bio differentiæ ratio pro conditione scilicet rerū. Minora enim, quæ fiebāt,
 eo, cui fiebant. Siquidem homini fiebant, cui mox à deo addicta sunt. Meri-
 to igitur ut famula, iussu & imperio, & sola uocali potestate uniuersa proces-
 serant. Contra, homo ut dominus eorum, in hoc ab ipso deo extructus est,
 ut dominus esse possit, dum fit à domino. Hominem autem, memento caro, homo
 nem propriæ dici, quæ prior uocabulum hominis occupauit: & finxit deus
 hominem, limum de terra. Iam homo, qui adhuc limus. Et insufflavit in fa-
 ciem

ciem eius, flatum uitæ: & factus est homo, id est, limus, in animam vivam. Ee posuit deus hominem, quem fixit in paradiſo. Adeo homo ſegmentum primo, dehinc totus. Hoc eò commendarim, ut quicquid omnino homini à deo prospectum atq; promiſſum eſt, non ſoli animæ, uerum & carni ſcias debitum: ut ſi non ex conſortio generis, certe uel ex priuilegio nominis. Per ſequar itaq; propositum, ſi tamē tantum poſſim carni vindicare, quantum contulit ille, qui eam fecit, iam tunc gloriantem quod illa pufillitas, limus, in manus dei, quæcunq; ſunt, peruenit, ſatis beatus & ſi ſolummodo contactus: Quid enim ſi nullo amplius opere, ſtatim ſegmentum de contactu dei conſtitueret? Adeo magna res agebatur, qua iſta materia extruebatur. Itaq; totiens honoratur, quotiens manus dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. Recogita totū illi deum occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, confilio, ſapientia, prouidentia, & ipta in primis adfectione, quæ liniamenta decebat. Quodcunq; enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus, qd & limus & caro. Sermo, quod & terra tunc. Sic enim præfatio patris ad filium: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et fecit hominem deus. id utiq; quod fixit, ad imaginem dei fecit illum, ſcilicet Christi. Et sermo enim deus, qui in effigie dei conſtitutus, non rapinā existimauit pariari deo. Ita limus ille iam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum dei opus erat, ſed & pignus. Quo nunc facit, ad infuſcandam originem carnis, nomen terrae uentilare, ut ſordentis, ut iacentis elementi: cū & ſi alia materia excudente homini competiſſet, artificis fastigium recogitari oporteret, qui illam & eligendo dignā iudicafſet, & tractando feciſſet. Phidiæ manus Iouē Olympiū ex ebore molitur, & adoratur, nec iam bestiæ & quidem insulfiffimæ dens eſt, & ſumnum ſeculi numen elephantus. Sed quia Phidas tantus, deus uiuus, deus uerus, quamcunq; materiæ uilitatem, non de ſua operatio ne purgafſet, & ab omni infirmitate ſanaferet? An hoc ſupererit, ut honestius homo deum, quam hominem deus fixerit? Nunc & ſi scandalum limus, alia iam res eſt. Carnem iam tenco, non terram: licet & caro audiat, Terra eſt, & in terram ibis. Origo recenſetur, non ſubſtantia reuocatur. Datum eſt eſſe aliiquid origine generofius, & demutatione felicius. Nam & aurum terra, quia de terra: hactenus tamen terra: ex quo aurum, longe alia materia, ſplendidior atq; nobilior de obſolentiore matrice. Ita & deo licuit carnis aurum, de limi, quibus putas, ſordibus excuſato cenuſu eliuſaffe. Sed dilutior uideatur autoritas carnis, quia non & ipsam proprie manus diuina trac- uit, ſicuti limum. Quando in hoc tractauit limum, ut poſtmodum caro fieret ex limo, carnis utiq; negocium gellit. Sed adhuc uelim diſcas quomodo & quando caro floruerit ex limo. Neq; enim, ut quidam uolūt, illæ pelliceæ tunicae, quas Adam & Eva paradiſum exuti induerunt, ipſæ erunt carnis ex limo

limo reformatio , cum aliquanto prius & Adam substantiae suæ traducem
 infœminę iam carne recognouerit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex
 carne mea : Et ipsa delibatio masculi in fœminam carne suppleta sit, limo
 opinor supplenda, si Adā adhuc limus. Obliteratus igitur & deuoratus est
 limus in carnem. Quando: cum factus est homo in animam uiuam, de dei
 flatu, uaporeo scilicet & idoneo torrere quodammodo limū in aliam quali
 tatem, quasi in testam, ita in carnem. Sic & figulo licet argillam temperato
 ignis adflatu in materiam robustiorē recorporare, & aliam ex alia stringere *Recorporare*
 speciem, aptiorem pristinam, & sui iam generis ac nominis. Nam et si scriptum
 est, nunquid argilla dicet figulo, id est homo deo? & si Apostolus in testa/
 ceis ait uasculis, tamen & argilla homo, quia limus ante: & testa caro, quia
 ex limo per adflatu diuini uaporem, quā postea pelliceæ tunicæ, id est cu/
 tes superductæ uestierunt. Vsq; adeo, si detraxeris cutem, nudaueris carnē:
 Ita quod hodie spolium efficitur, si detrahatur, hoc fuit indumentum, cum
 superstruebatur. Hinc & Apostolus circuncisionem, despoliationem carnis
 appellans, tunicam cutem adfirmauit. Hæc cum ita sint, habes & limum de *Tunica cutis*
 manu dei gloriosum, & carnem de adflatu dei gloriostorem, quo pariter ca/
 ro & limi rudimenta depositus, & animæ ornamenta suscepit. Nō es diligenter *Rudimenta*
 tior deo, uti tu quidem Scythicas & Indicas gemmas, & rubentis maris gra *limi*
 na cendentia, non plumbo, non ære, nō ferro, ne argento quoq; oblaquees,⁶
 sed electissimo & insuper operosissimo descrobes auro: & unguétis precio/
 fissimis quibusq; uasculorum prius congruentiam cures: proinde perfectè
 ferrugineis gladijs uaginarum adæques dignitatem: Deus uero animæ suæ
 umbram, spiritus sui auram, oris sui operam uilissimo alicui commiserit ca/
 pulo, & indigne collocando utiq; damnauerit. Collocavit autem an potius
 inseruit & immiscuit carni, tanta quidem concretione ut incertū haberi pos/
 sit, utrum ne caro animam, an carnem anima circumferat: utrum ne animæ
 caro, an anima pareat carni: sed & magis animam inuehi atq; dominari cre/
 dendum est, ut magis deo proximam. Hoc quoq; ad gloriam carnis exube/
 rat, quod proximam deo & continet & ipsius dominationis cōpotem pre/
 stat. Quem enim naturæ usum, quem mundi fructum, quem elementorum
 saporem, non per carnem anima depascitur? quid nī: per quā omni instru/
 mento sensuum fulciatur, uisu, auditu, gustu, odoratu, contactu: per quam di/
 uina potestate respersa est, nihil non sermone perficiens, uel tacite præmis/
 so. Et sermo enim de organo carnis est, Artes per carnem. Studia, ingenia,
 per carnem. Opera, negotia, officia, per carnem: atq; adeo totum uiuere ani/
 mæ carnis est, ut nou uiuere animæ nil aliud sit, quam à carne diuettere. Sic
 etiam ipsum mori carnis est, cuius & uiuere. Porrò si uniuersa per carnē sub/
 iacent animæ, carni quoq; subiaceant per quod utaris necesse est. Ita caro
 dum ministra & famula animæ deputatur, consors & cohæres inuenitur: si

Propria Chri temporalium, cur nō & æternorum? Et hęc quidem uelut de publica forma
stiani nomi humanae conditionis suffragia carni procurauerim. Videamus nūc de pro-
nis forma pria etiā Christiani nominis forma, quanta huic substantiæ friuolæ ac sor-
Cardo salutis didæ, apud deū pręrogatiua sit: & si sufficeret illi quod nulla omnino anima
Ablui salutem possit adipisci, nisi dum est in carne, crediderit: adeo caro salutis est
Vngi cardo. De qua cū anima deo alligitur, ipsa est quę efficit, ut anima alligi pos-
Signari sit. Sed & caro abluitur, ut anima emaculetur. Caro ungitur, ut anima cōse-
Manus im- cretur. Caro signatur, ut & anima muniatur. Caro manus impositione ad-
positio umbratur, ut & anima spiritu illuminetur. Caro corpore & sanguine Chri-
Euccharistia sti uestitur, ut & anima deo saginetur. Non possunt ergo separari in mēr-
Sacrificia cede, quas opera coniungit. Nam & sacrificia deo grata, conflictationes di-
deo grata co animæ, ieunia, & seras & aridas escas, & adpendices huius officij sordes.
Ieiunia Caro de proprio suo incommodo instauratur. Virginitas quoque & uidiu-
Neglectus tas, & modesta in occulto matrimonij dissimulatio, & una noticia eius, de
corporis bonis carnis deo adolentur. Age iam quid de ea sentis, cum pro nominis fi-
Nomen de in medium extracta, & odio publico exposita decertat, cū in carceribus
M A R T Y maceratur, teterimo lucis exilio, penuria mundi, squalore, pædore, cōtume-
R I V M lia uictus, ne somno quidem libera, quippe ipsis etiam cubilibus uincta,
Ingenia poe- ipsisq; stramentis lacinata, cū iam & in luce omni tormentorum machina-
narum tione lanjatur, cum deniq; supplicijs erogatur enīsa reddere Christo uicem
 moriendo pro ipso, & quidem per eandem crucē sāpe, nedum per atrociora quoq; ingenia pœnarum. Næ illa beatissima & glorioſissima, quę potest
 apud Christum dominum parere debito tanto, ut hoc solū debeat ei, quod
 ei debere desierit: hoc magis uincta quđ absoluta. Igitur, ut retexā, quam
 deus manibus suis ad imaginem dei struxit, quam de suo adflatu ad simili-
 tudinem suę uiuacitatis animauit: quā incolatui, fructui, dominatui totius
 suę operationis præposuit: quam sacramentis suis disciplinisq; uestiuit, cu-
 ius munditias amat, cuius castigationes probat, cuius passiones sibi adpre-
 ciat, hæccine non resurget totiens dei. Absit ut deus manuum suarum oper-
 tam, ingenij sui curā, adflatu sui uaginam, molitionis suę reginam, liberali-
 tatis suę hæredem, religionis suę sacerdotem, testimonij sui militem, Chri-
 sti sui sororem, in æternū destituat interitum. Bonum deū nouimus: solum
 optimum à Christo eius addiscimus, qui dilectionem mandans post suam
 in proximū, faciet & ipse quod præcepit: diliget carnē tot modis sibi proxi-
 mat: & si infirmā, sed uirtus in infirmitate perficitur: & si imbecillā, sed me-
 dicum nō desiderant nisi male habentes: & si dishonestam, sed dishonestiori-
 bus maiorem circumdamus honorem: & si perditā: sed ego, inquit, uehi, ut
 quod perīt, saluū faciam: & si peccatricem: sed malo mihi, inquit, salutē pec-
 catoris, quām mortem: & si damnatam: sed ego, inquit, percutiā, & sanabo.
 Quid ea exprobras carni, quę deū expectant, quę in deū sperant, honoran-
 tur ab

tur ab illo, quibus subuenit. Ausim dicere, si hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, omnis uis dei benefica uacuisset. Tenes scripturas, quibus caro infuscatur: tene etiam quibus inlustratur. Legis cum quando deprimitur: adige oculos & cum quando releuatur. Omnis caro fœnū: non hoc solum pronūciauit Esaias, sed & Omnis caro uidebit salutare dei. Notatur in Genesi, dicens: Non manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Sed & auditur per Iohelem: Effundam de spiritu meo in omnem carnem. Apostolum quoq; ne de uno stilo noris, quo carnem ple-
rūq; compungit. Nam etsi negat habitare boni quicquam in carne sua: & si adfirmat eos qui in carne sint deo placere non posse: quia cōcupiscat aduersus spiritum: & si qua alia ita ponit, ut carnis non tamen substantia, sed actus in honoreetur: dicemus quidem alibi nihil proprie carni exprobrari oportere, nisi in animæ suggestione, quæ carnem ministerio sibi subigit. Verum interim in illis literis Paulus est, cū stigmata Christi in corpore suo portat: cum corpus nostrum, ut dei templum uitiani uetat: cum corpora nostra, membra Christi facit: cum monet tollere & magnificare deum in cor-
pore nostro. Itaq; si ignominiae carnis resurrectionem eius expellunt, caro nō dignitates potius induent: Quoniam deo magis congruit in salutem redi-
gere, quod reprobarit interdum, quām in perditionem dedere, quod etiam probauit. Hucusq; de præconio carnis aduersus initios, & nihilominus amicissimos eius. Nemo enim tam carnaliter uiuit, quām qui negant carnis resurrectionem. Negantes enim pœnam, despiciunt & disciplinam. De qui-
bus luculenter & paracletus per prophetidem Priscam, Carnes sunt, & car-
nem oderunt. Quam si tanta autoritas munit, quanta illi ad meritum salutis patrociniari possit, nunquid etiam dei ipsius potentiam, & potestatem, & li-
centiam recēdere debemus, an tantus sit qui ualeat dilapsum & deuoratum;
& quibuscumq; modis eruptum tabernaculum carnis reædificare, atq; restituere: an & aliqua nobis exépla huius sui iuris in publico naturæ promul-
garit, ne qui forte adhuc sciant deum nosse, qui non alia lege credendus est,
quām ut omnia posse credatur? Planè apud philosophos habes, qui mun-
dum hunc innatum infectumq; defendant: sed multo melius quod omnes
ferè hæreses natum & factum mundum annuentes, conditionem deo no-
stro adscribunt. Igitur confide illū totum hoc ex nihilo protulisse, & deum
nosti fidentio, quod tantum deus ualeat. Nam & quidam infirmiores, hoc
prius credere de materia potius subiacenti uolunt ab illo uniuersitatem de-
dicatam secundum philosophos. Porro etsi ita in uero haberetur, cum tam
longe alias substantias longeq; alias species ex reformatione materiæ dice-
retur protulisse, quām fuisset ipsa materia, nō minus defenderem ex nihilo
eum protulisse, si ea protulerat, quæ omnino non fuerant. Quo enim inter-
est ex nihilo quid proferri, an ex aliquo, dum quod non sicut, fiat: quando

Præcepit

*Conditionem
appellat crea-
tionem hic &
in sequentibus*

etiam nō fuisse, nihil sit fuisse. Sic & fuisse è cōtrario, nō nihil est fuisse. Nūc
 , et si interest, tamen utrumq; mihi adplaudit. Siue enim ex nihilo deus mol-
 tus est cuncta, poterit & carnem in nihilum productā exprimere de nihilo.
 Siue de materia moderatus est alia, poterit & carnem quocūq; dehaustum
 euocare de alio. Et utiq; idoneus est reficere, qui fecit: quanto plus est fecis-
 se, quam refecisse: initium dedisse, quam redditisse. Ita restitutionem car-
 nis, faciliorem credas institutione. Aspice nunc ad ipsa quoq; exempla diui-
 Dies næ potestatis. Dies moritur in noctem, & tenebris usquequaq; sepelitur. Fu-
 nestatur mundi honor, omnis substātia denigratur. Sordent, silent, stupent.
**Vbiq; iusti-
tium est** cuncta: ubique iusticiam est, quies rerum. Ita lux amissa lugetur. Et tamen
 rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra & tota uniuerso-
 orbi reuiuiscit, interficiēs mortem suam noctem, rescindens sepulturā suam.
 tenebras, hæres sibimet existens, donec & nox reuiuiscat cum suo & illa sug-
 gestu. Redaccenduntur enim & stellarum radij, quos matutina suggestio
 extinxerat. Reducuntur & syderum absentiae, quas temporalis distinctio
 exemerat. Redornantur & specula lunæ, quæ menstruus numerus adtrive-
 rat. Reuoluuntur hyemes & æstates, & uerna, & autumna, cum suis uiribus,
 moribus, fructibus. Quippe etiam terræ de cœlo disciplina est, arbores ue-
 stire post spolia, flores denuo colorare, herbas rursus imponere; exhibere
 eadem quæ absunta sint semina: nec prius exhibere, quam absunta. Mi-
 ra ratio: de fraudatrice seruatrix: ut reddat, intercipit: ut custodiat, perdit: ut
 integrat, uiciat: ut etiam ampliet, prius decoquit. Siquidem uberiora & cul-
 tiora restituit, quam exterminauit. Re uera fœnore interitu, & iniuria usura,
 & lucro damno, semel dixerim uniuersa conditio recidiua est. Quodcumque
 conueneris, sicut quodcumq; amiseris, nihil non iterum est. Omnia in statum
 redeunt, cum abscesserint. Ideo finiuntur, ut fiant. Nihil deperit, nisi in salu-
 tem. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerū, testatio est resurrectionis mor-
 tuorum. Operibus eam præscripsit deus antè, quam literis: uiribus prædica-
 uit ante, quam uocibus. Præmisit tibi naturam magistram, submissurus &
 prophetiam: quo facilius credas prophetiæ, discipulus naturæ: quo statim
 admittas cum audieris, quod ubiq; iam uideris: nec dubites deū carnis etiā
 resuscitatem, qui omnium noris restitutorem. Et utiq; si omnia homini re-
 surgunt, cui procurata sunt, porrò non homini nisi & carni, quale est ut ipsa
 depereat in totum, propter quam & cui nihil deperit. Si parum uniuersitas
 resurrectionem figurat, si nihil tale cōditio signat, quia singula eius nō tam
 mori quam desinere dicantur, nec redanimari, sed reformari existimentur,
 accipe plenissimum atq; firmissimum huius spei specimen. Siquidē anima-
 lis est res & uitæ obnoxia & morti, illum dico alitem orientis peculiarē, de
 singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum liben-
 ter funerās renouat, natali fine decedens atq; succedens iterū Phœnix. Vbi
 iam

Phoenix

iam nemo iterum ipse: qui non iam, alius idem. Quid expressius atq; signa-
tius in hanc causam, aut cui alijs rei tale documentum? Deus etiam scripturis
suis: Ex florebus enim, inquit, uelut phœnix, id est de morte, de funere: uti cre-
das, de ignibus quoq; substantiam corporis exigi posse. Multis pasterbis
antestare nos dominus pronunciauit. Si non & phœnicibus, nihil magnū.
Sed homines semel interibunt, aribus Arabiæ de resurrectione securis. Ta-
lia interim diuinarū uirium liniamenta, non mitus parabolis operato deo
quā locuto, ueniamus & ad ipsa edicta atq; decreta eius, quo cum maxi-
me diuisionem istam materiæ ordinamus. Exorsi enim sumus ab autorita-
te carnis, an ea sit cui dilapsæ salus competit: dehinc prosecuti de potentia
dei, an tanta sit quæ salutē conferre dilapsæ rei soleat. Nunc si probauimus
utrumq; uelim etiam de causa requiras: an sit aliqua tam digna quæ resurre-
ctionem carnis necessariam, & rationi certe omni modo debitam uindiceat:
quia subest dicere, et si caro capax restitui, et si diuinitas idonea restituendi,
& sic causa restitutionis præesse debebit. Accipe igitur & causam, qui apud
deum discis tam optimum, quā & iustum: de suo optimum, de nostro iu-
stum. Nisi enim homo deliquisset, optimum solummodo deum nosset, ex
naturæ proprietate. at nunc etiam iustum eum patitur, ex causæ necessitate:
tamen & hoc ipso, optimum deum & iustum. Et bono enim iuuando, & ma-
lo puniendo, iustitiam exhibens, utrancq; sententiam bono præstat: hinc
uindicans istud, inde remunerans illud. Sed cum Marcione plenius disces,
an hoc sit dei totum. Interim talis est merito noster iudex, quia dominus.
Merito dominus, quia autor. Merito autor, quia deus. Hinc & ille, nescio
quis, hereticorum: Merito non iudex, non enim deus. Merito non domi-
nus: non enim autor. Nescio iam si deus, qui nec autor quod deus, nec do-
minus, autor. Igitur si deo & domino & non auctori, congruentissimum est,
iudicium in hominem destinare, de hoc ipso an dominū & autorem suum
agnoscere & obseruare curaret: an non itaq; iudicium resurrectionis, congruentissima scilicet
deo destinatio iudicij: de cuius dispositione dispicias, an utrique substanciæ
humanæ dijudicandæ, censura diuina præsideat, tam animæ quā &
carni. Quod enim congruet iudicari, hoc competit etiam resuscitari. Dicimus
plenum primo perfectumq; credendum iudicium dei, ut ultimum iam
atque exinde perpetuum. Ut sic quoq; iustum, dum non in aliquo minus.
Ut sic quoq; deo dignum, dum pro tanta eius patientia, plenum atq; perfe-
ctum: Itaq; plenitudinem perfectionemq; iudicij, non nisi de totius homi-
nis representatione constare: Totū porro hominem ex utriusq; substantiæ
cōgregatione parere: idcircoq; in utrancq; exhibendū, quem totū oporteat iu-
dicari: qui nisi totus, utiq; non uixerit: Qualis ergo uixerit, talē iudicari: quia
deo qd uixerit, habeat iudicari. Vita est em̄ causa iudicij, per tot substâias

dispungenda, per quod & functa est. Age iam scindat aduersarij nostri carnis animaeque contextum, prius in uitæ administratione, ut ita audeant scindere illud etiam in uitæ remuneratione. Negent operarum societatem, ut merito possint etiam mercedem negare. Non sit particeps in sententia caro, si non fuerit & in causa. Sola anima reuocetur, si sola decedit. At enim non magis sola decedit, quam sola decucurrit. Illud unde decedit uitam hanc dico. Adeo autem non solum anima transigit uitam, ut nec cogitatus licet solos, licet non ad affectum per carnem deductos auferamus a collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. Hanc denique carnis speciem, arcem animæ etiam dominus in suggestionem cogitatuum taxat: Quid cogitatis in cordibus uestris nequam? Et, Qui conspexerit ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. Adeo & sine opere & sine effectu, cogitatus, carnis est actus. Sed etsi in cerebro, uel in medio superciliorum discrimine, uel ubi philosophis placet, principalitas sensuum consecrata est, quod egemonicon appellatur, caro erit omne animæ cogitorium. Nunquam anima sine carne est. Nihil non cum illa agit, sine qua non est. Quære adhuc an cogitatus quoque per carnem administratur, qui per carnem diuoscuntur extrinsecus. Voluter aliquid anima, uultus operatur indicium: facies intentionum omnium speculum est, Negent factorum societatem, cui negare non possunt cogitorum. Et illi quidem delinquentias carnis enumerat: ergo peccatrix tenebitur supplicio. Nos uero etiam uirtutes carnis opponimus: ergo & bene operata tenebitur præmio. Etsi anima est, quæ agit & impellit in omnia, carnis obsequium est: deum non licet aut iniustum iudicem credi, aut inertem: iniustum, si sociam honorum operum a præmijs arceat: inertem, si sociam malorum a supplicijs fecernat: cum humana censura eo perfectior habeatur, quo etiam ministros facti cuiusque depositit, nec parcens, nec inuidens illis, quo minus cum autoribus aut personæ, aut gratiæ communicent fructum. Sed cum imperium animæ, obsequium carni distribuimus, prospiciendū est, ne & ex hoc alia argumentatione subuertant, ut uelint carnem sic in officio animæ collocare, non quasi ministrum, ne & sociam cogantur agnoscere. Dicent enim ministros & socios habere arbitrium ministrandi atque sociandi, & potestatē suæ uoluntatis in utruncque homines scilicet & ipsos: idcirco cum autoribus merita cōmunicare, quibus operam sponte accommodarint. Carnem autem nihil sapientem, nihil senientem per semetipsam, non uelle, non nolle de suo habentem, vice potius uasculi apparere animæ, ut instrumentum, non ut ministerium. Itaque animæ solius iudicium præsidere, qualiter uia sit uasculo carnis: uascalū uero ipsum non esse sententiaz obnoxium: quia nec calicem damnari, si quis eum ueneno temperarit: nec gladium ad bestias pronunciari, si quis eo latrocinium fuerit operatus. Iam ergo innocens caro, ex ea parte qua non reputabuntur illi operæ malæ

To synonim
sor.
Cogitatorum

Delinquentie

ræ malæ: & nihil prohibet innocentia nomine saluam eam fieri. Licet enim
 nec bona opera reputentur illi, sicut nec mala: diuinæ tamen benignitati tua
 magis competit innocentes liberare: beneficus enim est atque optimus, debet autem
 etiam quod non deberetur offerre. Et tamen calicem non dico uenenarium, in
 quem mors aliqua ructaret, sed fictricis, uel archigalli, uel gladiatoris, aut car-
 nificis spiritu infectum, quæro an minus damnes, quam oscula ipsorum: no-
 stris quoque sordibus nubilum, uel non pro animo temperatum, elidere so-
 lemus, quo magis pueru irascamur. gladiuumque latrocinijs ebrium quis non
 à domo tota, nedum à cubiculo, nedum à capitis sui officio relegabit: præsu-
 mens scilicet, nihil aliud se quam in ludia animarum somniaturum, urgentium
 & inquietantium sanguinis sui concubinum: At enim & calix bene sibi con-
 sciens, & de diligentia ministerij commendatus, coronis quoque potatoris sui
 inorabitur, aut aspergine florum honorabitur: & gladius bene de bello crux-
 entus, & melior homicida, laudem suam consecratione pensabit. Est ne er-
 go & in uascula & in instrumenta sententiam figere, ut dominorum & auto-
 rum meritis & ipsa communicent: Ut huic quoque argumentationi satisfece-
 rim, licet ab exemplo uacet diuersitas rerum, Omne enim uas uel instrumen-
 tum aliunde in usus uenit, extranea omnino materia à substantia hominis.
 Caro autem ab exordio uteri consita, conformata, congenita animæ, etiam
 in omni operatione miscetur illi. Nam & si uas uocatur apud Apostolum,
 quam iubet in honore tractare, eadem tamen ab eodem homo appellatur
 exterior: ille scilicet limus, qui prior titulo hominis incisus est: non calicis, aut
 gladii, aut uasculi ullius. Vas enim capacitatis nomine dicta est, qua anima
 capit & continet: homo uero de communione naturæ, quæ eam non instru-
 mentum in operationibus præstat, sed ministerium. Ita & ministerium tene-
 bitur iudicio, ut de suo nihil sapiat: quia portio est eius, quæ sapit, non supel-
 lex. Hoc & Apostolus sciens nihil carnem agere per semetipsam, quod non
 animæ deputetur, nihilominus peccatricem iudicat carnem: ne eo quod ab
 anima uideatur impelli, iudicio liberata creditur. Sic & cum aliquas laudis,
 operas carni indicit, glorificate, tollite deum in corpore uestro, certus & hos
 conatus ab anima agi, idcirco tamen & carni eos mandat, quia & illi fructu
 reprobantur. Alioquin nec exprobratio competit in alienam culpæ, nec
 adhortatio in extraneam gloriæ: & exprobratio enim, & exhortatio uaca-
 rent erga carnem, si uacaret & merces, quæ in resurrectione captatur. Simi-
 plior quisque fautor sententiae nostræ putabit, carnem etiam idcirco repræ-
 sentandam esse iudicio: quia aliter anima non capiat passionem tormenti seu
 refrigerij, utpote incorporalis: hoc enim uulgas existimat. Nos autem ani-
 mam corporalem, & hic profitemur, & in suo uolumine probamus, haben-
 tem proprium genus substantiæ, soliditatis, per quam quid & sentire & pa-
 tri possit. Nam & nunc animas torqueri, souerique penes inferos, licet nudas,
 licet

Hic et in se-
 quentibus mes-
 mineris te
 Tertullianum
 legere
 Liber de ani-
 ma

licet adhuc exules carnis, probabit Lazari exemplum. Dedi igitur aduersatio dicere: Ergo quæ habet corpulentiam propriam de suo, sufficit ad facultatem passionis & sensus, ut non egeat repræsentatione carnis: Imò eatenus egebit, non quia sentire quid sine carne non possit, sed quia necesse est illam etiam cum carne sentire. Quantum enim ad agendum de suo sufficit, tantū & ad patiendum. Ad agendum autem minus de suo sufficit. Habet enim de suo solummodo cogitare, uelle, cupere, disponere: ad perficiendum autem operam carnis expectat. Sic itaq; & ad patiendum societatem carnis expostulat, ut tam plene per eā pati possit, quam sine ea plene agere non potuit. Et ideo in quæ de suo sufficit, eorum interim sententiam pendit, cōcupiscentiæ, & cogitatus, & uoluntatis. Porro si hæc satis essent ad plenitudinē meritorum, ut non requirerentur & facta, sufficeret in totū anima ad perfectiōnem iudicij de his iudicanda, in quæ agenda sola sufficerat. Cū uero etiam facta deuincta sint meritis, facta autem per carnē administrentur, iam non sufficit animam sine carne soueri, siue cruciari pro operibus etiam carnis: & si habet corpus, & habet membra, quæ proinde illi nō sufficiunt ad sentientium, nec ad agendum perfecte. Idcirco pro quo modo egit, pro eo & patitur apud inferos, prior degustans iudicium sicut prior induxit admissum: expectans tamen & carnem, ut per illam etiam facta compenset, cui cogitata mandauit: Deniq; hæc erit ratio in ultimum sinē destinati iudicij, ut exhibitione carnis omnis diuina censura perfici possit. Alioquin non sustinetur in finem, quod & nunc animæ decerpuntur apud inferos, si solis animabus destinaretur. Hucusq; præstructionibus egerim ad muniendos sensus

14 omnium scripturarum, quæ carnis recidiuatum pollicentur. Cui cum tot autoritates iustorum patrociniorū procurent, honores dico substantiæ ipsius, tum uires dei, tum exempla earū, tum rationes iudicij & necessitates ipsius: utiq; secundum præiudicia tot autoritatum, scripturas intelligi oportebit, nō secundum ingenia hæreticorum, de sola incredulitate uenientia: quia incredibile habeatur restitui substantiam interitu subductam, nō quia & substantiæ ipsi inemerbile sit, aut deo impossibile, aut iudicio t̄ inhabitabile: plausibile, si nec præiudicatū diuinitus fuerit: nisi quod & si prædicatum id à deo non fuisset, ultro præsumi debuisset, ut propterea nō prædicatum, quia tot autoritatibus præiudicatum. At cum diuinis quoq; uocibus personat, tanto abest ut aliter intelligatur quam desiderant illa, à quibus etiam siue diuinis uocibus persuadeatur. Videamus igitur hoc primum, quonam cito spes ista proscripta sit. Vnum opinor apud omnes edictum dei pendet resurrectio mortuorum. Duo uerba expedita, decisa, detersa: ipsa conueniā, ipsa discussiā, cui se substantiæ addicant. Cum audio resurrectionem homini imminere, queram necesse est quid eius cadere sortitum sit. Siquidem nihil resurgentem expectabit, nisi quod ante succiderit. Qui ignorat carnem cedere

Forte inlaw,
dabile

Resurrectio

dere per mortem, potest eam nec stantem nosse per vitam. Sententiam dei natura pronunciat: Terra es, & in terram ibis. Et qui non audit, uidet. Nullus mors non ruina membrorum. Hanc corporis sortem dominus quoque expressit, cum ipsa substantia induitus, Diruite, inquit, templum istud, & ego illud triduo resuscitabo. Ostendit enim cuius sit dirui, cuius elidi, cuius iace, re, cuius & releuari, & resuscitari: quanquam & animam circumferat trepidantem usque ad mortem, sed non cadentem per mortem. Quia & scriptura de corpore, inquit, suo dixerat. Atque adeo caro est, quæ morte subruitur, ut exinde à cadendo cadauer renūcietur. Anima porrò nec uocabulo cadit, cadauer quia nec habitu ruit. Atque ipsa est quæ ruinam corpori infert, cù efflata est: sicut ipsa est, quæ illud de terra suscitauit ingressa. Non potest cadere quæ suscitauit ingressa. Non potest ruere, quæ elidit egressa. Artius dicam, ne in somnum quidem cadit anima cum corpore, ne tum quidem sternitur cum carne. Sed enim agitatur in somnis & iactitatur: quiesceret autem si iaceret. Ita nec in ueritate mortis cadit, quæ nec in imagine eius ruit. Sequens nunc uocabulum mortuorum æque dispice cui substantiæ insidat: quanquam in mortuorum hac materia admittamus, interdum mortalitatem animæ assignari ab hæreticis: ut si anima mortalis resurrectionem consecutura est, præiudicium sit, & carni non minus mortali resurrectionem communicaturæ. Sed nūc proprietas uocabuli vindicanda est suæ sorti. Iam quidem eo ipso quod resurrectione caducae rei est, id est carnis, eadē erit & in nomine mortui: quia caducae rei est resurrectio, quæ dicitur mortuorū. Sic & per Abraham patrē fidei, di Abraham, di uinæ familiaritatis virū discimus. Postulans enim Saræ humandæ locū de uine, familiæ filijs Heth: date ergo, inquit, mihi possessionē sepulchri uobiscū, & humando mortuam meā, carnem scilicet. Nec enim animæ humandæ spaciū desiderasset, & si anima mortalis crederetur, & si mortuus dici mereretur. Quod si mortuus corpus est, corporū erit resurrectio cū dicitur mortuorū. Et hæc itaque dispeçtio tituli, & præconij ipsius, fidem utique defendens uocabulorū, 15 illuc proficere debebit, ut si qua pars diuersa turbat, obtentu figuratum & ænigmatum, manifestiora quæque præualeant, & de incertis certiora præscribant. Nacti enim quidam solennissimam eloquij propheticī formam allegorici & figurati plerunque, nō tamen semper, resurrectionē quoque mortuorum manifeste annunciatā, in imaginariam significationem distorquēt, abs seuerantes ipsam etiā mortem spiritualiter intelligendam. Non em̄ hanc esse in uero, quæ sit in medio, dissidiū carnis atque animæ: sed ignorantia dei, per quā homo mortuus deo non minus in errore iacuerit quam in sepulchro. Itaque & resurrectionē eam vindicandā, qua quis adita ueritate redanimatus & reuinificatus deo, ignorantia morte discussa, uelut de sepulchro ueteris hominis eruperit: quia & dominus scribas & phariseos sepulchris dealbatis adsequauerit. Exinde ergo resurrectionē fide consecutus cū domino esse, cura baptisma

baptisma induerint. Hoc deniq; ingenio etiā in colloquījs sāpe nostros de-
cipere cōsuerūt: quasi & ipsi resurrectionē carnis admittant, Væ, inquiūt, qui
nō in hac carne resurrexerit: ne statim illos percutiāt, si resurrectionē statim
abnuerint. Tacite autem secundum cōscientiam suam hoc sentiunt: Væ qui
non, dum in hac carne est, cognoverit arcana hæretica: hoc est enim apud il-
los resurrectio. Sed & pleriq; ab excessu animæ resurrectionem vindican-
tes, de sepulchro exire, de seculo euadere interpretantur, quia & seculū mor-
tuorum sit habitaculum, id est ignorantium deum: Vel etiā de ipso corpo/
re, quia & corpus uice sepulchri conclusam animam, in secularis uitæ morte
detineat. Ob huiusmodi igitur coniecturas primā p̄rstructionem eorum
Allegoria. depellam, qua uolunt omnia Prophetas per imagines concionatos: quādō
si ita esset, ne ipsæ quidem imagines distingui potuissent, si non & ueritates
Non omnia, p̄diciatæ fuissent, ex quibus imagines deliniarentur. Atc; adeo si omnia
figure figuræ, quid erit illud cuius figuræ: quomodo speculum obtendes, si nūc
est facies? Adeo aut̄ non omnia imagines, sed & ueritates: nec omnia um-
bræ, sed & corpora: ut in ipsum quoq; dominum insigniora quæq; luce clara-
rius p̄dicarentur. Nam & uirgo concepit in utero, non figure, & pe-
rit Emanuelem, nobiscum dominum Iesum, non oblique. Etsi oblique, acce-
pturum uirtutem Damasci & spolia Samariæ: sed manifeste, uenturum in
iudicium cum presbyteris & principibus populi. Nam & tumultuatæ sunt
gentes in persona Pilati, & populi meditati sunt iuania, in persona Israelis.
Ἐρχοντες, id est, principes Astiterunt reges terræ, Herodes: & archontes congregati sunt in unum, An-
nas & Caiphas aduersus dominum & aduersus Christum eius. Qui & tan-
quam ouis ad iugulationem adductus est, & tanquam agnus ante tonden-
tem, scilicet Herodem sine uoce, sic non aperuit os suum: dorsum suum po-
nens ad flagella, & maxillas ad palmas, & faciem non auertens à sputam-
num iaculis: deputatus etiā inter iniquos, perfoissus manus & pedes: sortem
passus in uestimento, & potus amaros, & capitum iridentium nutus, trigin-
ta argenteis appreciatus à proditore: Quæ hic figuræ apud Esaiā: quæ ima-
gines apud David: quæ ænigmata apud Hieremiam: ne uirtutes quidem
eius per parabolas profatos. Aut nūquid nec oculi patefacti sunt cæcorum,
nec inclinuit lingua mutorum, nec manus aridæ, & genua dissoluta reualu-
erunt, nec claudi salierunt ut ceruus: quæ etsi spiritualiter quoq; interpretari
solemus secundum comparationem animalium uitiorum à domino reme-
diatorum, cum tamen & carnaliter adimplēta sunt, ostendunt prophetas in
utramq; speciem p̄dictasse, saluo eo quod plures uoces eorum nudæ & sim-
plices, & ab omni allegoriæ nubilo puræ defendi possunt: ut cum exitus gen-
tium & urbium resonant, Tyri & Ægypti, & Babylonis, Idumææ, & Car-
Venient thaginensium nauium: ut cū ipsis Israelis plagas, aut uenias, captiuitates,
restitutiones, ultimæq; dispersionis exitum perorant. Quis hæc interpreta-
bitur

bitur magis quam recognoscet : res in literis tenentur , ut terræ in rebus levantur . Ita non semper , nec in omnibus allegorica forma est prophetici eloquij , sed interdum & in quibusdam . Si ergo interdum & in quibusdam inquis , cur non & in edicto resurrectionis spiritualiter intelligendæ : quoniam quidem plurima ratio intercedit . Primo enim quid facient tot alia instrumenta diuina , ita aperte corporalem cōtestantia resurrectionem , ut nullam admittant figuratæ significantiæ suspicionem . Et utique æquum sit quod & supra demandauimus , incerta de certis , & obscura de manifestis præiudicari : uel ne inter discordiam certorum & incertorum , manifestorum & obscurorum fides dissipetur , ueritas periclitetur , ipsa diuinitas ut inconstans denotetur . Tum quod uerisimile non est , ut ea species sacramenti , in quam fides ¹⁶ tota committitur , in quam disciplina tota connitur , ambigue & annuata , & obscure proposita videatur : quādo spes resurrectionis nisi manifesta de periculo & præmio , neminem ad eiusmodi præsertim religionē publico odio & hostili elogio obnoxiam persuaderet . Nullum opus certum est mercedis incertæ . Nullus timor iustus , est periculi dubij . Et merces autem , & periculum , in resurrectionis pendet euentu . Et si temporalia & localia & personalia dei decreta atque iudicia in urbes & gentes , & reges , tam aperta prophetia iacula est , quale est ut æternæ dispositiones eius & uniuersales in omne hominum genus lucem sui fugerint : quæ quanto maiora , tanto clariora esse debarent , ut maiora crederentur . Et puto deo nec liuorem , nec dolum , nec inconstantiam , nec lenocinium asscribi posse , per quæ ferè promulgatio maiorū cauillatur . Post hæc ad illas etiam scripturas respiciendum est , quæ nō sūnt resurrectionem secundum animales istos , ne dixerim spiritales , aut hic iam in ueritatis agnitione præsumi , aut ab excessu statim uitæ uindicari . Cū enim & tempora totius spei fixa sint sacrosancto stilo , nec liceat eā ante constitui , in aduentu (opinor) Christi , uota nostra suspirant seculi huius occasum , in transitum mundi quoque ad diem domini magnum , diem iræ & retributio-
 Dies domini
 nis , diem ultimum & occultum , nec ulli præter quam patri notum , & tamen signis atque portentis & concussionibus elementorum , & conflicitationibus nationum prænotatum . Euoluerem prophetias , si dominus ipse tacuisse , nisi quod & prophetiæ uox erant domini , sed plus est quod illas suo ore cōsignat . Interrogatus à discipulis quādo euentura essent , q̄ interim de templi exitu eruperat , ordinem temporum primo Iudaicorum usque ad excidiū Hierusalem , dehinc communium usque ad conclusionem seculi dirigit . Nam posteaquam edixit , & tunc erit Hierusalem conculcatui nationibus , donec ad-
 17
 impleantur tempora nationum allegendarum scilicet à deo , & congregatarum cum reliquo Israels : Inde iam in orbem & in seculum prædicat secundum Iohelem & Danielem & uniuersum concilium prophetarum , futura signa in sole & luna & in stellis , conclusionem nationum cum stupore so-
 f nitus

nitus maris & motus refrigerentium hominum præ metu & expectatione eorum quæ imminent orbi terræ. Virtutes enim, inquit, cœlorum cōmōtiebuntur, & tunc videbunt filium hominis uenientem in nubibus cum plu rimo potentatu & gloria. Vbi autem cœperint ista fieri, emergetis & eleua bitis capita uestra, quod redemptio uestra adpropinquauerit. Et tamen ap propinquare eam dixit, non adesse iam: & cum cœperint ista fieri, non cum facta fuerint: quia cum facta fuerint, tunc aderit redemptio nostra, quæ eo usq; adpropinquare dicitur: erigens interim & excitans animos, ad proximum iam spei fructum. Cuius etiam parabola subtextitur tenerescentium arborum in caulem floris & dehinc frugis antecursorem: Ita & uos cum uideritis omnia ista fieri, scitote in proximo esse regnum dei. Vigilate ergo omni tempore, ut digni habeamini effugere omnia ista, & stetis ante filiū hominis: utiq; per resurrectionem omnibus ante transactis. Ita & si in agnitione sacramēti fructificasset, sed in domini repræsentatione florescit atq; frugescit. Quis ergo dominum tam intempestive, tam acerbe excitauit iam ad dexteram dei, ad confringendam terram secundum Esaiam, quæ puto adhuc integra est? Quis inimicos Christi iam subiecit pedibus eius secundum David, quasi uelocior patre, omni adhuc populariū cœtu reclamante Christianos ad Ieronem? Quis cœlo descendenter Iesum talem conspexit, qualē ascendentem Apostoli uiderant secundum angelorum constitutum? Nulla ad hodiernum tribus ad tribum pectora ceciderunt, agnoscentes quem pupigerunt. Nemo adhuc exceptit Heliam, nemo adhuc fugit antichristum, nemo adhuc Babylonis exitum fleuit. Est iam qui resurrexerit nisi hæreticus? Exiit planè iam de corporis sepulchro, etiam nunc febris & hulceribus obnoxius, & conculcauit iam inimicos, etiam nunc luctari habens cum mundi potentibus. Et utiq; iam regnat, etiā nunc Cæsari quæ sunt Cæsaris, debens. Docet quidem Apostolus Colossensibus scribens, mortuos fuisse nos aliquando alienatos & inimicos sensus domini, cum in operibus pessimis agebamus. Dehinc consepultos Christo in baptisme, & conresuscitatos in eo per fidem efficaciam dei, qui illum suscitarit à mortuis. Et uos cum mortui essetis delictis, & præputiatione carnis uestræ, uiuificauit cum eo, do natis uobis omnibus delictis. Et rursus: Si cum Christo mortui estis ab elementis mundi, quomodo quidam quasi uiuentes in mundo sententiam fertis? Sed cum ita nos mortuos faciat spiritualiter, ut tamē & corporaliter quandoq; morituros agnoscat, utique & resuscitatos, proinde spiritualiter depu tans, & que noti negat etiam corporaliter resurrectos. Deniq; si resurrexis sis, inquit, cum Christo, ea quæ sursum sunt querite, ubi est Christus in dextera dei residens: ea quæ sursum sunt sapite, non quæ deorsum. Ita animo ostendit resurgere, quo solo adhuc possumus coelestia attingere: quæ non quaereremus, nec saperemus, si possideremus. Subiicit etiam: Mortui enim estis

estis, scilicet delictis: non nobis, sed uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Non dum ergo apprehensa est, quæ abscondita est. Sic & Ioannes: Et nondum ait manifestatum est, quid futuri sumus. Scimus quia si manife stauerit, similes ei erimus. Tanto abest, ut simus iam quod nescimus: utiqz scituri si iam essemus. Adeo contemplatio est spei in hoc spatio per fidem, non præsentatio: nec possessio, sed expectatio. De qua spe & expectatione Paulus ad Galatas. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus: non ait tenemus. Iustitiae autem dei dicit ex iudicio: quo iudicabitur de mercede. Ad quas pendens & ipse, cum Philippensisbus scribit, Si qua, inquit, concur ram in resuscitatione quæ à mortuis, non quia iam accepi aut cōsummatus sum. Et utiqz crediderat, & omnia sacramenta cognouerat, uas electionis, do Etor Nationum, & tamen adjicit: Persequor autem si adprehendam in quo sum adprehensus à Christo. Eo amplius: ego me, fratres, non puto adprehendisse, unum planè, oblitus posteriorum in priora me extendens, secundum scopum persequor ad palmam incriminationis per quā concurrerem: utiqz in resuscitationem à mortuis, suo tamen tempore: sicut ad Galatas: Be ne autem facientes ne tedeat: tempore enim suo metemus. Sicut & ad Timo theum de Onesiphoro: Det illi dominus inuenire misericordiā in illo die. In quem diem ac tempus & ipsi præcipit custodire mandatum immaculatū, in reprehensibile, in apparentiam domini Iesu Christi, quam suis temporibus ostendet, beatus & solus potentator, & rex regnantium, de deo dicens. De quibus tēporibus & Petrus in Actis: Pœnitentia uos & respicite ad abo lenda delicta uestra, ut tēpora uobis superueniat, refrigerij ex persona dei, & mittat prædesignatum nobis Christum, quē oportet accipere cœlos ad usqz tempora exhibitionis omniū quæ locutus est deus ore sanctorū prophetarum. Quæ hæc tempora, cum Thessalonicensibus disce. Legimus em qualiter conuersi sitis ab idolis, ad seruiendum uiuo & uero deo, & ad expe standum à cœlis filium eius, quem suscitauit ex mortuis, Iesum. Et rursus: Quæ enim spes nostra uel gaudium uel exultationis corolla, quam uos coram domino deo nostro Iesu Christo in aduentu ipsius? Item, Coram deo & patre nostro in aduentum domini nostri Iesu Christi, cum universis fanatis eius. De quorum dormitione minus mœrenda docens, simul & tempora resurrectionis exponit, dicens: Si enim creditus quod Iesus mortuus sit & surrexerit, sic & deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet tū ipso. Hoc enim dicimus uobis in sermone dei: quod nos quoniam uiuimus, qui remanemus in aduentum domini nostri, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & tuba dei descēdet de cœlo, & mortui in Christo primi resurgent, deinde nos qui uiuimus, qui simul cum illis tollemur in nubibus obuiam Christo in aërem: & ita semper cum domino erimus. Quæ uox archangeli, quæ tuba dei audita iam, nisi forte in

Eπιτος κε ταρτάνων τιλιφεράκη στη

κακόντων οὐ νέστος

cubiculis hæreticorum: Nam et si tuba dei euāgelicus sermo dici potest, qui illos iam uocaret: sed aut mortui erunt iam corporaliter, ut resurrexerint: & quomodo uiuūt: aut in nubes erepti: & quomodo hic sunt: miserrimi reue ra ut Apostolus pronunciauit, qui in ista tantum uita sperantes habebūtur, excludendo, dum prærip̄iunt, quod post illam repromittitur, frustrati circa veritatem, non minus quām Phygelus & Hermogenes. Et ideo maiestas spiritus sancti perspicax eiusmodi sensuū, & in ipsa ad Thessalonicenses ep̄istola suggerit: De temporibus autem & temporum spatijs, fratres, noui est necessitas scribendi uobis. Ipsi enim certissime scitis quod dies domini quasi fur nocte ita adueniet. Cum dicent pax & tuta sunt omnia, tunc illis repentinus insisteret interitus. Et in secunda, pleniore sollicitudine ad eosdem: Obsere uos fratres, per aduentum domini nostri, & congregationem nostram ad illum, ne cito commoueat in animo, neq; turbemini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, scilicet pseudoprophetarum: neq; per epistolam scilicet pseudapostolorum ac si per nostrā, quasi insistat dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo: quoniam nisi ueniat abscessio primo, huius utiq; regni, & reueletur delinquēti homo, id est antichristus, filius perditionis, qui aduersatur & superextollitur omne quod deus dicitur, uel religio, uti sedeat in templo dei, adfirmans deum se. Nonne meministis quod cum apud uos essem, hæc dicebam uobis: Et nunc qui teneat scitis ad reuelandum eum in suo tempore. Iam enim arcum iniquitatis agitat: tantum qui nūc tenet teneat, donec de medio fiat: quis: nisi Romanus status, cuius abscessio in decem reges dispersa antichristum superducet, & tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & evacuabit apparentia aduentus sui. Cuius est aduentus secundum operationem satanæ in omni uitute & signis atq; portentis mendacijs, & in omni seductione iniustitiæ eis qui pereunt. Etiam in Apocalypsi ordo temporum sternitur, quem martyrum quoq; animæ sub altari ultionem & iudicium flagitantes sustinere didicерunt: ut prius & orbis de pateris angelorum plagas suas ebibat, & prosternuta illa ciuitas à decem regibus dignos exitus referat; & bestia antichristus cum suo pseudopropheta certamē ecclesię inferat: atq; ita diabolo in abyssum interim religato, primæ resurrectionis prærogativa de solis ordinetur: dehinc & igne dato, uniuersalis resurrectionis censura de libris iudicetur. Cū igitur & status temporum uimorum scripturæ notent, & totam Christianæ spei frugem in exordio seculi collocent: apparet aut tunc adimpleri totum quodcumq; nobis à deo repromittitur: & uacat, quod hic iam ab hæreticis vindicatur: aut si & agnitus sacramenti, resurrectio, salua utiq; illa creditur quæ in ultimo prædicatur: sequitur ut eo ipso quod hæc spiritualis vindicetur, illa corporalis præiudicetur. quia si nulla tunc annuciaretur, merito sola hæc & tantummodo spiritualis vindicaretur: cum uero & in ultimum tempus

tempus educitur, corporalis agnoscitur. Quia non & tunc spiritualis annuntiaretur resurrectio eiusdem conditionis, id est spiritualis: cum aut nunc eam deceret expungi sine ulla differentia temporum, aut tunc sub omni clausula temporum. Ita nobis magis copetit etiam spiritalem defendere resurrectiōnem ab ingressu fidei, qui plenitudinem eius agnoscimus exitū seculi. Vnū adhuc respondebo ad propositionem priorem allegoricarum scripturarum: licere & nobis corporalem resurrectionem de patrocinio figurati proinde eloquij prophetici vindicare. Ecce enim diuina primordio sententia terram hominem pronunciando: Terra es, & in terram ibis, secundum substantiam scilicet carnis, quæ de terra erat sumpta, & quæ prior homo fuerat appellata, sicut ostendimus: dat mihi disciplinam in carnem quoque interpretandi, si quid irae uel gratiæ in terram deus statuit: quia nec proprie terra iudicio eius obnoxia est, quæ nihil boni seu mali admisit: maledicta quidem quo hauferit sanguinem, sed & hoc ipsum in figuram carnis homicidae. Nam & si iuani seu lædi habet terra quoque propter hominem, ut ille iuueretur, siue læda tur per consistorij sui exitus: quo magis ipse pensabit, quæ propter illum etiam terra patietur? Iacobi & cum cōminatur terræ deus, carni potius committari eum dicam: & cum quid terræ pollicetur, carni potius polliceri eum intelligam, ut apud David: Dominus regnauit, exultauit terra: id est, caro sanctorum, ad quam pertinet regni diuini fructus. Dehinc subiungit: Vidit & concussa est terra. Montes sicut cera liquefacti sunt à facie domini: caro scilicet prophanorum: & uidebunt enim eum in quem confixerunt. Atque adeo si simpliciter de terræ elemento utruncq; existimabitur pronunciatum, quomodo cōgruet & cōueniet liquefieri eam à facie domini, quo supra regnante exultauit: Sic & apud Esaiam, Bonâ terræ edetis, bona carnis intelligentur, quæ illam manent in regno dei reformatâ & angelificatam: & consecutâ quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Alioquin satis uanum, ut ad obsequium deus fructibus agri, & cibarjs uitæ huius inuitet, quæ etiā in religiosis & blasphemis semel homini addicta cōditione cōmunicat, pluens super bonos & malos, & solem suū mittēs super iustos & iniustos. Felix nimirū fides, si ea consecutura sunt, quibus hostes dei & Christi, non modo utuntur, uerum etiam abutuntur, ipsam conditiōnem colentes aduersus conditorem. Bulbos & tubera in terræ bonis depurabis, dominō pronūciante, ne in parte quidem uicturum hominem. Sic Iudei terrena solummodo sperando, cœlestia amittunt, ignorantes & panem de cœlesti repromissum, & oleum diuinæ unctionis, & uinum spiritus aquæ animæ uigorantis ex uite Christi. Sicut & ipsam terram sanctâ, Iudaicum propriæ solum reputant, carnem potius domini interpretandam, quæ exinde & in omnibus Christum induitis, sancta sit terra. Vere sancta, per incolatum spiritus sancti: uere lacte & melle manans, per suavitatem spei ipsius:

uere Iudea, per dei familiaritatem: Non enim qui in manifesto Iudeus, sed qui in occulto: ut & templum eadē sit, & Hierusalem, audiens ab Esaia, exurge exurge Hierusalem induere fortitudinem brachij tui, Exurge sicut in primordio: scilicet in illa integritate qua fuerat ante delictum trāsgressionis.

Quæ enim in eam Hierusalem uoces eiusmodi competent exhortationis & aduocationis, quæ occidit prophetas & lapidauit ad se missos, & ipsum postremo dominum suum confixit: Sed nec ulli omnino terræ salus repromit titur, quam oportet cum totius mundi habitu præterire. Etiam si quis auder-

*Dici capiat
pro dici licet* bit terram sanctā paradisum potius argumentari, quam & patrum dici capiat Adæ scilicet & Euæ: proinde & in paradisum restitutio carni uidebitur re promissa quæ eū incolare & custodire sortita est, ut talis illuc homo retinetur qualis inde pulsus est. Habetus etiā uestimentorū in scripturis mentionem ad spem carnis allegorizare, quia & Apocalypsis Iohannis, hi sunt, ait, qui uestimenta sua nō coinqūinauerunt cum mulieribus: uirgines scilicet significans, & qui semetipſos castrauerunt propter regna cœlorum. Itaq; in albis erunt uestibus, id est, in claritate, in nube carnis. Et in euangelio indu-

mentum nuptiale, sanctitas carnis agnosci potest. Itaq; Esaias docēs quale ieiuniū elegerit dominus cū subiicit de mercede bonitatis, tūc, inquit, lumen tuum temporaneum erumpet & uestimenta tua citius orientur: nō subu- lam utiq; nec pallium, sed carnem uolens accipi, ortum carnis resurrectaræ, de mortis occasu prædicauit: Adeo nobis quoq; suppetit allegorice defen- sio corporalis resurrectionis. Nam & cū legitimus: Populus meus introite in

Cellæ prome cellas promas quantulū, donec ira mea prætereat, sepulchra erūt cellæ pro- mæ, in quibus paulisper requiescere habebunt, qui in finibus seculi sub ultima ira per Antichristi uim excesserint. Aut cur cellarū promarū potius uocabulo usus est, & non alicuius loci receptorij, nisi quia in cellis promis caro salita & usui reposita seruatur depromenda illinc suo tempore. Proinde em & corpora medicata condimentis sepulturæ, mausoleis & monumentis sequestrantur, processura inde cū iussiterit dominus. Quod cū ita intelligi con- gruat, (& q; em ab ira dei cellariorū nos refugia seruabūt:) hoc ipso quod ait, donec ira prætereat, quæ extinguet antichristū, post iram ostēdit proces- suram carnē de sepulchro, in quo ante irā fuerit inlata. Nam & de cellarīs non aliud effertur q; quod infertur, & post antichristi eradicationē agitab- tur resurrectio. Scimus aut̄ sicut uocibus ita & rebus prophetatū. Tam di-

22 c̄tis q; & factis prædicatūs resurrectio. Cū Moyses manū in sinum condit & emortuā profert, & rursus insinuat & uiuidā explicat, nōne hoc de toto homine portendit: siquidē trina uirtus dei per illa trina signa denotabatur cū suo ordine, primo diabolū serpentem quanq; formidabilē subactura ho- mini, dehinc carnē de sinu mortis retractura, atq; ita omnem sanguinē excu- cultura iudicio. De quo apud eundē propheten, quoniam & uestrum, inquit deus

deus, sanguinem exquirā de omnibus bestijs, & de manu hominis & de manu fratris exquiram eum. Porro nihil exquiritur nisi quod reposcitur: Nihil reposcitur nisi quod & reddetur: & utique reddetur, quod ultionis nomine reposcetur & exquiretur. Neque enim vindicari poterit, quod omnino non fuerit. Erit autem dum restituitur, uti vindicetur. In carnem itaque dirigitur, quicquid in sanguine prædicatur, sine qua non erit sanguis. Caro suscitabitur, ut sanguis vindicetur. Sunt & quedam ita pronunciata, ut allegoriarum quidem dubio careant, nihilominus tamē ipsius simplicitatis suarum sitiant interpretationem, quale est apud Esaiam: Ego occidam & uiuiscabo. Certe posteaquam occiderit, uiuiscabit. Ergo per mortem occidens, per resurrectionem uiuiscabit. Caro est autem quae occiderit per mortem, caro itaque & uiuiscabit per resurrectionem. Certe si occidere, carni anima referet, caro resurgat necesse est, cui anima per occisionem erecta, referenda est per uiuificationem. Igitur si & allegoricæ scripturarum, & argumenta rerum, & simplices uoces resurrectionem carnis quamque sine nominatione ipsius substantiae subradiant: quanto magis quod haec spem in ipsas substantias corporales speciali mentione determinant, non erunt deducendæ in questionem? Accipe Ezechiel: Et facta est, inquit, super me manus domini, & extulit me spiritu dominus & posuit me in medio campi. is erat ossibus refertus, & circudivit me super ea per circuitum, & ecce multa super faciem campi: & ecce arida satis. Et ait ad me: Fili hominis si uiuent ossa ista: Et dixi: Adonai domine tu scis. Et ait ad me: Propheta in ossa haec, & dices: Ossa arida audite sermonem domini. Haec dicit dominus adonai, ossibus istis: Ecce ego adfero in uos spiritum & uiuetis, & dabo in uos spiritum, & reducam uos in carnes. circudivabo in uobis cutem, & dabo in uobis spiritum, & uiuetis, & cognoscetis quod ego dominus. Et propheta uicendum præcepit, & ecce vox dum propheto, & ecce motus, & accedebant ossa ad ossa. Et uidi, & ecce super ossa nerui & caro ascendit: & circumpositæ sunt eis carnes, & spiritus in eis non erat, & ait ad me: Propheta ad spiritum filii hominis: propheta, & dices ad spiritum: Haec dicit dominus adonai: A quatuor uentis ueni spiritus & spirabit in istis interemptis & uiuant. Et propheta uic ad spiritum sicut præcepit mihi, & introiuit in ea spiritus, & uixerunt & steterunt super pedes suos ualentia magna satis. Et ait ad me: Fili hominis, ossa ista omnis domus Israel est. Ipsi dicunt: Exaruerunt ossa nostra, & periret spes nostra, auulsi sumus in eis. Propterea propheta ad eos: Ecce ego parafacio sepulchra uestra, & euehâ uos de sepulchris uestris populus meus, & inducam uos in terram Israel: & cognoscetis quod ego dominus aperui sepulchra uestra & eduxerim uos de sepulchris uestris populus meus, & dabo uobis spiritum & uiuetis & requiescitis in terra uestra, & cognoscetis quod ego dominus locutus sum & fecerim, dicit dominus. Haec quoque prædictio nem scio qualiter conciliant in allegoriarum argumentationem: quia dicendo ossa

ista omnis domus est Israel, in imaginē ea fecerit Israeli, sed à propria condītione transtulerit, atq; ita figuratā esse non uerā resurrectionis prædicatio, nem. Statum enim Iudeorū deformari quodā modo emortuū & exaridū & dispersum in campo orbis. Itaq; & imaginē resurrectionis in illū allegorizari, quia recolligi habeat & recōpingi os ad os, id est tribus ad tribū, & populus ad populū, & recorporari carnis facultate neruis regni : atq; ita de se pulchris, id est de habitaculis captiuitatis tristissimis atq; tērribilis educi, & refrigerij nomine respirari, & uiuere exinde in terra sua Iudea. Et quid post hæc morientur sine dubio. Et quid post mortē? Nulla, opinor refuscatio, si nō hæc erit ipsa quæ Ezechielī reuelatur. Sed enī & aliās prædicatur resurrectio, ergo & hæc erit: & temere in statū eam Iudaicarū rerum conuertunt. Aut si alia est illa quā defendimus, nihil mea interest, dum sit & corporū resurrectio, sicut & rerū Iudaicarū. Deniq; hoc ipso quod recidiuatus Iudaici status de corporatione & redanimatione ossium figuratur, id quoq; euenerunt ossibus probatur. Nō enim posset de ossibus figura cōponi, si non id ipsum & ossibus euenturū esset. Nā & si figurantū ueritatis in imagine est, imago ipsa in ueritate est sui. Necesse est esse prius sibi, quo alij configuratur. De uacuo similitudo non competit : de nullo parabola nō conuenit. Ita oportebit ossium quoq; credi reuiscerationē & respirationē qualis dicitur, de qua possit exprimi Iudaicarū rerū reformatio qualis adfingitur. Sed magis religiosum est ueritatē de suę ueritate simplicitatis defendi, quā sensus diuinæ propositionis expostulat. Si enim ad res Iudaicas spectaret hæc uisio: statim reuelato situ ossium subiecisset : Ossa ista omnis domus Israe lis est, & cetera deinceps. At cum ostensis ossibus, de propria spe eorū quid obloquitur, nondū nominato Israele, fidē tentat prophetę: Fili hominis, si uiuent ossa: ut & ille respōderet, dñe tu scis. Non utiq; deus prophetę fidē de ea re tentasset, q; futura nō esset, quā nunq; Israel audisset, quā credi non oportet, sed quoniā prædicabatur quidem resurrectio mortuorū, Israel uero pro sua incredulitate diffidens scandalizabatur: & aspiciens habitum senescētis sepulturæ desperabat resurrectionē, uel non in eam potius animum dirigerbat, sed in circūstantias suas: idcirco deus & prophetam quasi & ipsum du bium præstruxit ad constantiam prædicationis, reuelato ordine resurre ctionis: & populo id credendum mandauit, quod prophetę reuelauit, ipsos dicens esse ossa, quæ erant resurrecta, qui nō credebant resurrectura. Deniq; in clausula, & cognoscetis, inquit, quod ego dominus locutus sim, & fecerim: id utiq; facturus, quod fuerat locutus. cæterū non id facturus quod locutus, si aliter facturus. Planè si & populus allegorice mussitaret ossa sua arefacta, & spem suā perditā, dispersionis exitū, querulus, merito uideretur & deus figuratā desperationē figurata promissione cōsolatus. Sed cum dispersionis quidē iniuria nōdum populo accidisset, resurrectionis uero spes apud

apud illum saepissime cecinisset, manifestus est de corporum interitu labes, ^{fondescinisse} factans fiduciam resurrectionis: ita & deus eam restituebat fidē, quam populus destruebat. Quanquam etiā aliqua præsentium rerum tunc cōfictatione hærebat Israel, non idcirco in parabola accipienda esset reuelationis intentio, sed in testationē resurrectionis: ut in illam spem erigeret illos aeternae scilicet salutis & necessarioris restitutionis, & auerteret à respectu præsentium rerum. Ad hoc enim & alibi prophetes: Exibitis de sepulchris uelut uictuli de vinculis soluti, & conculcabitis inimicos. Et rursus: Gaudet cor uestrum, & ossa uestra uelociter orientur: quia & herba de dissolutione & corruptela seminis reformatur. In summa: si proprie in Israelis statū resurgentium ossium imago contenditur, cur etiam non Israeli tantummodo, uerum & omnibus gentibus eadem spes annuntiatur, & recorporandarū & redanimandarum reliquiarum, & de sepulchris excitandorum mortuorum? de omnibus enim dictū est: Vident mortui, & exurgent de sepulchris: ros enim qui à te, medela ossibus eorum. Item alibi: Veniet adorare omnis caro in cōspectu domini, eò dicit dominus: quādōcū præterire coeperit habitus mundi huius Supra enim, quemadmodū cœlum nouum & terra noua, quæ ego facio in conspectu meo dicit dominus, ita stabit semen uestrum. Tunc ergo & quod suum dicit, implebitur. Et exhibunt, utiqz de sepulchris, & videbūt artus eorum qui impie egerunt: quoniam uermis illorum non decidet, & ignis eorum non extinguetur: & erit satis conspectui omni carni, scilicet quæ resuscitata & egressa de sepulchris dominū pro hac gratia adorabit. Sed ne solummodo eorum corporum resurrectio uideatur prædicari, quæ sepulchris demandantur: habes scriptum: Et mandabo pīscibus maris & eructabunt ossa quæ sunt comepta, & facient compaginem ad compaginē, & os ad os. Ergo, inquis, & pīscis resuscitabuntur & cæteræ bestiæ & alites carnivoræ, ut uomant quos comedenterunt: quia & apud Moyse legis exquiri sanguinē de omnibus bestijs: Non utiqz. Sed idcirco nominantur bestiæ & pīscis in redhibitionem carnis & sanguinis, quo magis exprimatur resurrectio etiā deuoratorum corporum, cum de ipsis deuoratoribus exactio edicitur. Puto autem huius quoqz diuinę potestatis documentum idoneum Ionā, cum incorruptus utraqz substantia carne atqz anima de alio pīscis euoluitur: & utiqz triduo concoquendæ carni viscera ceti sufficiunt, quām capulum, qz sepulchrum, quām senium requietæ atqz conditæ alicuius sepulturæ. Saluo eo quod & bestias, feros in Christianum uel maxime nomen homines, uel ipsos etiam iniuritatis angelos figurauit, de quibus sanguis exigetur per ultionem pensandam. Quis ergo discendi magis ad finis, quām præsumendi: & credendi diligentior, quām contendendi: & diuinæ potius sapientiæ religiosus, quām sus libidinosus, audiens aliquid à deo destinatum in carnes, & cutes, & neruos, & ossa, aliud quid hæc commentabitur, quasi non in hominem

*Ionas de alio
pīscis post tri
duū euolutus*

*Argutissimi
demutatores*

minem destinetur, quod in istas substantias prædicatur? Aut enim nihil in hominem destinatur, non liberalitas regni, non seueritas iudicij, non quod, tunc est resurrectio: aut si in hominē destinatur, necesse est in eas substantias destinetur, ex quibus homo structus est, in quem destinatur. Illud etiā de argutissimis istis demutatoribus ossium, & carnium, & nervorum, & sensuum pulchrorum requiro, cur si quando in animā quid pronunciatur nihil aliud animam interpretantur, nec transfigunt eā in alterius rei argumentū. Cum uero in aliquam speciem corporalem quid dicitur, omnia potius adseuerant, quam quod nominatur. Si corporalia parabolæ, ergo & animalia. Si nō & animalia, ergo nec corporalia. Tam enim corpus homo, quam & anima, ut non possit altera species admittere ænigmata, altera excludere. Satis hæc de prophetico instrumento, ad Euangelia nunc prouoco, hic quoq; occur- fatus prius eidem astutiæ eorum qui proinde & dominum omnia in para- bolis pronunciasse contendunt, quia scriptum est: Hæc omnia locutus est Ies- sus in parabolis: & sine parabola non loquebatur ad illos, scilicet Iudeos. Nam & discipuli: Quate, aiunt, in parabolis loqueris? & dominus: Propte- tea in parabolis loquor ad eos, ut uidentes non uideant, & audientes nō au- diant: secundum Esaiam. Quod si ad Iudeos in parabolis, iam nō ad omnes. Si nō ad oēs in parabolis, iam nō semper nec omnia parabolæ, sed quedam cum ad quosdam. Ad quosdam autem dum ad Iudeos. Nonnunquā pla- nè & ad discipulos. Sed quomodo referat scripture, considera. Dicebat aut & parabolam ad eos: ergo & non parabolam dicebat: quia nō notaretur cū parabolam loquebatur, si ita semper loquebatur: & tamen nullam parabo-
lam non aut ab ipso inuenias edissertatam, ut de seminitatore in uerbi admis- tratione: aut à commentatore euangeli præluminatam, ut iudicis super-

Commentator *Euangeli* bi & uiduæ instantis ad perseuerantiam orationis: aut ultro cōiectandam, ut arboris fici dilatae in spē, ad instar Iudaicæ infructuositatis. Quod si nec parabolæ obumbrant euangeli lucem, tanto abest ut sententiæ & defini- tiones, quarum aperta natura est, aliter quam sonant, sapiant. Definitioni- bus autem & sententijs dominus edicit, siue iudicium, siue regnum dei, siue resurrectionem: Tolerabilius erit, inquit, Tyro, & Sidoni in die iudicij: Et di- cite illis quod adpropinquauerit regnum dei. & Retribuetur tibi in resurre- ctione iustorum. Si nomina absolute sunt rerum, id est iudicij & regni dei, & resurrectionis, ut nihil eorum in parabolam cōprimi possit: nec ea in pa- rabolas compellantur, quæ ad dispositionem & transactiōnē, & passionem regni, iudicij, & resurrectionis prædicantur: atq; ita corporalia defendantur, ut corporalibus destinata, id est, non spiritualia, quia non figurata. Nam & ideo præstruximus tam corpus animæ, quam & carnis obnoxium esse mer- cedibus pro communi operatione pensandis, ne corporalitas animæ occa- sionem subministrans figurarū corporalitatem carnis excludat: cū utrancq; partici

participem & regni, & iudicij, & resurrectionis oporteat credi: & nūc ed per-
 gimus, uti corporalitatem carnalem proprie demonstremus à domino si-
 gnificari in omni resurrectionis mentione, salua animali, quā & ipsam pau-
 ci receperunt: In primis cum ad hoc uenisse se dicit, uti quod perire, salutem
 faciat. Quid dicas? petisse hominem? sine dubio. Totum ne an ex parte? uti
 que totum. Siquidem transgressio quæ perditionis humanæ causa est, tam
 animæ instinctu ex concupiscentia, quam & carnis actu ex degustatione
 cōmissa, totum hominem elogio transgressionis inscripsit, atq; exinde me, *Elogio trans-
 gressio perditionis impleuit.* Totus itaq; saluus fiet, qui perit totus delinquens, *gressio in-
 do:* nisi si & ouis illa sine corpore amittitur, & sine corpore reuocatur. Nam *scripsit*
 si caro quoq; eius cum anima (quod pecus totum est) humeris boni pasto-
 ris aduehitur, ex utraq; utiq; substantia restituendi hominis exemplū est.
 Aut quam indignum deo, dimidium hominem redigere in salutem? penè
 minus facere, cum etiam secularium principum plena semper indulgentia *indulgentia*
 vindicetur. Diabolus ualentior in hominis iniuriam intelligitur, totum eum ²⁷
 elidens: deus infirmior renunciabitur, non totum eum relevans. Atqui &
 Apostolus suggerit: Vbi delictum abundauerit, illic gratiā superabunda-
 se. Quomodo deniq; saluus habebitur, qui poterit & perditus: carne scilicet
 perditus, anima uero saluus: nisi quod iam & anima in perduto constituatur
 necesse est, ut salua effici possit. id enim saluum effici oportebit, quod perdi-
 tum fuerit. Porro autem recipimus animæ immortalitatem, ut perdita non
 in interitum credatur, sed in supplicium, id est in gehennam. Esi ita est, iam
 non animam spectabit salus saluam scilicet sua natura per immortalitatem,
 sed carnem potius quam interibilem constat apud omnes. Aut si, & anima *interibilis*
interibilis, id est, nō immortalis qd' & caro, iam & carni forma illa ex æquo *carno*
 proficere debebit, proinde mortali & interibili: quia id quod perit, saluum
 facturus est dominus. Nolo nunc contentioso fune deducere, hac, an illac *Contentioso*
 hominem perditio depositulet, dum utrinq; eū salus destinet, in ambas sub-*fune deducere*
 stantias peræquata. Ecce enim ex quacunq; substantia hominē perisse pre-*Proverbium*
 sumperis, ex altera non perit. Saluus ergo erit iam ex qua non perit, & sal-
 uis nihilominus fiet, ex qua perit. Habet totius hominis restitutionē: dum
 & quodcumq; eius perit, saluum facturus est dominus: & quodcumq; nō pe-
 rit, utiq; non erit perditurus. Quis ultra de utriusq; substantiæ securitate du-
 bitabit, cum altera salutem consecutra sit? Et tamen adhuc sensum rei ex-
 primit dominus: ego, dicens, ueni non ut meam, sed ut patris, qui me misit,
 faciam uoluntatem. Quam oto te? ut omne quod dedit mihi non perdam
 ex ea quicquam, sed resuscitem illud in nouissima die. Quid à patre Chris-
 tus acceperat, nisi quod & induerat: hominem sine dubio, carnis animæq;
 texturam. Neutrum ergo eorum quæ accepit perire patientur: ita nec quic-
 quam utriusq; ita nec modicum. Quod si modicū caro, ergo nec carnem:
 quia

quia nec modicum, nec quicquam. Atqui si non & carnem resuscitabit nos uissima die, iam non modicum patietur perire de homine, sed pro tanta di-
 xerim parte propè totum. Ingerens amplius: Hoc est patris uoluntas, ut o-
 mnis qui aspicit filium & credit in eum, habeat uitam æternam: & suscitem
 illum nouissima die: plenitudinē extruit resurrectionis. distribuit enim utri-
 que substantiæ per officia propriam mercedem salutis: & carni per quam t
 alius, filius av
 spiciebatur
 filius hominis aspiciebatur, & animæ per quam credebatur. Ergo dices, illis
 erit promissa res, à quibus Christus uidebatur. Sit plane ita, ut & ad nos ea
 dem spes inde manauerit. Nam si uidentibus & idcirco credéti bus fructuo-
 sa tunc fuerunt opera carnis atq; animæ, multo magis nobis. Feliores em
 qui non uident & credent, quando & si illis negaretur carnis resurrectio cer-
 te felicioribus competisset. Quomodo enim felices, si ex parte perituri? Sed
 & præcipit, eum potius timendum, qui corpus & animam occidat in gehen-
 nam, id est dominum solum: non qui corpus occidunt, animæ autem nihil
 nocere possint, id est humanas potestates. Adeo hic & anima immortalis
 natura recognoscitur, quæ nō possit occidi ab hominibus: & carnis esse mor-
 talitatem, cuius sit occisio: atque ita resurrectionem quoq; mortuorum car-
 nis esse, quæ in gehennam nisi resuscitata non poterit occidi. Sed quoniam
 & hic de interpretatione corporis quæstio cauillatur, ego corpus hominis
 non aliud intelligam, quam omne istam struem carnis, quoquo genere ma-
 teriarū concinnatur atq; uariatur, quod uidetur, quod tenetur, quod deniq;
 ab hominibus occiditur. Sic & parietis corpus nō aliud admittam quam cæ-
 menta, quam saxa, quam lateres. Si quis arcanum aliquod corpus inducit,
 ostendat, reuelet, probet ipsum esse etiam quod occidatur ab homine, & de
 illo erit dictum. Item si animæ corpus opponitur, uacabit astutia. Cum em
 utruncq; proponitur, corpus atq; animam occidi in gehennam, distinguitur
 corpus ab anima, & relinquitur corpus. Intellige id quod in promptu sit, ca-
 ro scilicet: quæ sicut occidetur in gehennam, si non magis à deo timuerit oe-
 cidi: ita & uiuificabitur in uitam æternam, si maluerit ab hominibus potius
 interfici. Proinde si quis occisionem carnis atq; animæ in gehennam, ad in-
 teritum & finem utriusq; substantiæ arripiet: non ad supplicium quasi coa-
 sumendarū, non quasi puniendarū: recordetur ignem gehennæ æternum
 prædicari, in poenam æternam, & inde æternitatē occisionis agnoscat, pro-
 pterea humanæ ut temporali prætimendam. Tunc & æternas substantias
 creder, quarum æterna sit occisio in poenam. Certè cum post resurrectionē
 corpus cum anima occidi habeat in gehennam, satis de utroq; constabit, &
 de carnali resurrectione, & de æterna occisione. Absurdissimum alioquin si
 idcirco resuscitata caro occidatur in gehennam, uti finiatur, quod & non re-
 suscitata pateretur. In hoc scilicet reficietur ne sit, cui non esse iam euenit. Ei-
 dem nos spei fulciens, pâsserum quoq; subiungit exemplū, quod ex duobus

bis non cadat alter in terram sine dei uoluntate: ut & carnem quæ ceciderit
in terram, proinde credas & resurgere posse per eiusdem dei uoluntatem.
Nam & si passeribus hoc non licet: sed nos multis passeribus antestamus,
eo quod cadentes resurgamus. Quorum denique capillos capitis omnes nu-
meratos affirmans, saluos utique repromittit. Perituros enim quæ ratio in nu-
merum redegisset: nisi quia hoc est, ut omne quod pater mihi dedit, nō per-
dam ex eo quicquam: id est, nec capillum, sicut nec oculum, nec dentem. Cæ-
terum unde erit fletus & dentium frendor, nisi ex oculis & ex dentibus: oc-
tiso scilicet etiam corpore in gehennam, & detruso in tenebras exteriores,
quæ oculorum propria sunt tormenta. Si quis in nuptijs minus dignis ope-
ribus fuerit induitus, constringendus statim manibus & pedibus, ut pote qui-
cum corpore surrexerit. Sic ergo & recumbere ipsum in dei regno, & sedere
in thronis Christi, & assistere tunc ad dexteram uel sinistram, & edere de li-
gno uitæ corporalis dispositionis fidelissima indicia sunt. Videamus nūc an
& Sadducæorum uersatiam elidens, nostram magis sententiam erexerit.
Causa opinor quæstionis, fuit destructio resurrectionis. Siquidem Saddu-
cæi neque animæ, neque carnis admittunt salutem: & ideo ex qua uel maxime
specie resurrectionis fides labefactatur, ex ea argumentū problemati suo
accommodauerunt: De carnis scilicet obtenu nupturæ nec ne post resurre-
ctionem, sub eius mulieris persona quæ septē fratribus nupta, in dubio ha-
beretur, cui eorum restitueretur. Porro seruentur sensus tam quæstionis &
responsonis, & controuersiæ occursum est. Si enim Sadducæi quidem re-
spuebant resurrectionem, dominus autem eam confirmat, & scripturarum
ignaros increpans, earum scilicet quæ resurrectionem prædicassent, & uirtu-
tis dei incredulos, idoneæ utique mortuis resuscitandis, postremo subiiciens,
Quam autem mortui resurgent: sine dubio & confirmando esse quod nega-
batur, id est resurrectionem mortuorum apud dominum uiuorum, tales
quoque eam cōfirmabat esse, qualis negabatur, utriusque scilicet substantiæ hu-
manæ. Neque enim si nupturos tunc negauit, ideo nec resurrecturos demon-
stravit. At qui filios resurrectionis appellat, ut per eam quodammodo nasci b*a Christi*
habentes, post quam non nubent, sed resuscitati: similes enim erunt angelis,
quæ non nupturi, quia nec morituri, sed quæ transituri in statum angelicum,
per indumentum illud incorruptibilitatis per substantiæ resuscitatæ tamen
demutationem. Cæterum nec quereretur nupturi, siue morituri nec ne tur-
sus essemus, si nō eius uel maxime substantiæ restitutio in dubium uocare-
tur, quæ proprie & morte & nuptijs fungitur, id est carnis. Habes igitur do-
minum confirmantem aduersus hæreticos Iudæorum, quod & nūc nega-
tur apud Sadducæos Christianorum, solidam resurrectionem. Licet si car-
nem ait nihil prodeesse, ex materia dicti dirigēdus est sensus. Nam quia du-
rum & intolerabilem existimauerūt sermonem eius quasi uere carnē suam

g illis

illis edendam determinasset: ut in spiritum disponeret statū salutis, præmisit: Spiritus est qui uiuiscitat. Atq; ita subiunxit: Caro nihil prodest, sed ad uiuiscandum: scilicet exequitur etiā quid uelit intelligi spiritum: Verba que locutus sum uobis, spiritus sunt, uita sunt: sicut & supra: Qui audit sermones meos, & credidit in eum qui me misit, habet uitam æternam, & in iudicium non ueniet, sed transiet de morte ad uitam. Itaq; sermonem constituens uiuiscatorem, quia spiritus & uita sermo, eundem etiam carnem suam dixit: quia & sermo caro erat factus, proinde in causam uitæ adipetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus. Nam & paucio ante carnem suam, panem quoq; cœlestem pronunciarat, urgens usque quaque per allegoriam necessariorum pabulorum, memoriam patrum, qui panes & carnes Ægyptiorum præuerterant diuinæ uocationi. Igitur couerlus ad recognitus illorū, quia senserat dispergendos, caro, ait, nihil prodest. Quid hoc ad destruendam carnis resurrectionem: quasi non liceat esse aliud quid, quod & si nihil prodit, aliud tamē ei prodesse possit. Spiritus prodest, uiuiscat enim. Caro nihil prodest, mortificatur enim. Itaq; secundum nos magis collocauit utriuscq; propositionem. Ostendens enim quid prodit, & quid non prodit, pariter inluminauit, quid cui prodit: spiritū scilicet carni mortificat uiuiscatorem. Veniet enim hora, inquit, cum mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, uiuent. Quid mortuum, nisi caro? & quid uox dei, nisi sermo? Et quid sermo, nisi spiritus? Merito carnem resuscitatus quod factum est ipse, & ex morte quam passus est ipse, & ex sepulchro quò illatus est ipse. Deniq; cum dicit: Ne miremini quod ueniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei, & procedent: qui bona fererunt, in uitæ resurrectionem: qui mala, in resurrectionem iudicij: Nemo iam poterit aliud mortuos interpretari, qui sint in monumentis, nisi corpora & carnem: quia nec ipsa monumenta aliud, quam cadaverum stabula. *Stabula cadauerum monumenta* Siquidem & ipsi homines ueteres, id est peccatores: id est, mortui per ignorantiam dei, quos monumenta intelligendos argumentatur hæretici, de monumentis processuri in iudicium, aperte prædicantur. Cæterum quomodo de monumentis monumenta procedent: Post dicta domini, facta etiā eius quid sapere credamus, de capulis, de sepulchris mortuos resuscitantis: Cui rei istud: Si ad simplicem ostentationem potestatis, aut ad præsentem gratiam redanimationis, nō adeo magnū illi, denuo morituros suscitar. Enim, uero si ad fidē potius sequestrandam futuræ resurrectionis, ergo & illa corporalis præscribitur de documenti sui forma. Nec sustinebo dicentes, idcirco tunc resurrectionem animæ soli destinatam, in carnem quoq; præcucurrisse, quia non potuisset aliter ostendi resurrectionis animæ inuisibilis, nisi per inuisibilis substantiæ resuscitationem. Male deum norunt, qui nō putant illum posse, quod non putant, & tamen sciunt potuisse, si instrumentum Ioannis instrumentū Apocal. Ioan. norunt

norunt. Qui enim animas adhuc solas martyrum sub altari quiescentes con-
spectui subdidit, posset utique & resurgentes oculis exhibere sine carne. At
ego deum malo decipere non posse, de fallacia solummodo infirmum, ne
aliter documenta præmisisse quam rem disposuisse videatur: immo ne si exem-
plum resurrectionis sine carne non ualuit inducere, multo magis plenitudi-
nem exempli in eadem substantia exhibere non possit. Nullum uero exem-
plum maius est eo, cuius exemplum est. Maius est autem, si animæ cum cor-
pore resuscitabuntur in documentum sine corpore resurgentib; ut tota ho-
minis salus dimidiae patrocinaretur: quando exemplorum cōditio illud po-
tius expeteret quod minus haberetur, animæ dico solius resurrectionem, ue-
lut gustum carnis etiam resurrectus suo in tempore. Atq; adeo, secundum
nostram uero estimationem, exempla illa mortuorum à domino suscitato-
rum, commendabat quidem & carnis & animæ resurrectionem, ne cui sub-
stantiaz negaretur hoc donum: quæ tamen exempla eo minus aliquid æde-
bant (non enim in gloriam, nec incorruptibilitatem, sed in mortem aliam su-
scitabatur) quam ediderit Christus. Resurrectionem apostolica quoq; in-
strumenta testantur. Nam & Apostolis nullum aliud negocium fuit dunta
xat apud Israelem, quam ueteris testamenti resignandi & noui consignati-
di, & potius iam dei in Christo concionandi. Ita & de resurrectione nihil no-
ui intulerant, nisi quod & ipsam in gloriam Christi annunciant, de cæte-
ro simplici & nota iam fide receptam sine ulla qualitatis quæstione, solis
refragantibus Sadduceis: adeo facilius fuit negari in totum mortuorum re-
surrectionem, quam aliter intelligi. Habes Paulum apud summos sacerdo-
tes sub tribuno inter Sadduceos & Phariseos, fidei suæ professorem: Viri,
inquit, fratres, ego phariseus sum, filius phariseorum, de spe nunc & de re-
surrectione iudicor apud uos: utiq; ne, quia iam transgressor legis uideba-
tur, de præcipuo fidei totius articulo, id est de resurrectione ad Sadduceos
sapere existimaretur. Ita quam nolebat uideri rescindere fidem resurrectio-
nis, utiq; confirmabat secundum phariseos, respuens negatores eius Sad-
duceos. Proinde & apud Agrippam nihil se ait proferre, citra quam pro-
phetæ annunciasserent. Ergo seruabat resurrectionem quoq; qualē prophe-
tæ annunciarant. Nam & de resurrectione mortuorum apud Moysen scri-
psum commemorans, corporalem eam norat, in qua scilicet sanguis homi-
nis exquiri habebit. Itaq; tales prædicabant, qualem & pharisei suscepérat,
& dominus ipse defenderat, & Sadducei ne talē quoq; crederent, in totum
esse noluerant. Sed nec Athenienses aliam intellexerant à Paulo partendi.
deniq; irriferant, nō irrūti omnino si animæ solius restitutionem ab eo au-
dissent. Suscepissent enim uernaculae suæ philosophiaz frequentiorem præ-
sumptionem. At ubi Nationes præconium resurrectionis inauditæ retro,
ipsa nouitate concussit, & digna incredulitas rei tantæ quæstionibus fidem

*Apostolica in
strumenta.*

*Apostolorum
negocium.*

*Resignare ue-
tus, 30*

*Cōsignare no-
num*

Athenienses

*Vernacula
Atheniensiū
philosophia*

extorquere coepit: tunc & Apostolus per totum penè instrumentum fidem huius spei corroborare curauit, & esse eam ostendens, & nondū transactam: & (de quo magis quærebatur) corporalem: & quod insuper dubitabatur, non aliter corporalem. Nihil autem mirū, si & ex ipsius instrumento captentur argumenta, cum oporteat haereses esse, quæ esse non possent, si non & perperam scripturæ intelligi possent. Natæ deniq; haereses, duos homines ab Apostolo æditos interiorem, id est animam: & exteriorem, id est carnem: salutem quidem animæ, id est interiori homini: exitiū uero carni, id est exteriori adiudicauerūt: quia scriptum sit Corinthijs: Nam & si homo noster exterior corrumpitur, sed interior renouatur de die & die. Porro nec anima per semetipsam homo, quæ figmento iam homine appellato postea inferata est: nec caro sine anima homo, quæ post exilium animæ cadaver inscribitur. Ita uocabulum homo, consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula est, sub quo uocabulo non possunt esse nisi coherentes. Porro Apostolus interiorem hominem non tam animam quam mentem atq; animum intelligi mauult, id est, nō substantiam ipsam, sed substantiaz saporē. Si quidem Ephesijs scribens in interiorē hominem habitare Christū, sensibus apud Panū utiq; intimandum dominū significauit. Deniq; adiūxit: Per fidem, & in cor lum 31 dibus uestris & in dilectione. Fidem quidē & dilectionē, nō substantia animæ ponens, sed cōceptua. In cordibus autē dicens quæ substantia sunt carnis, iam & ipsum interiorē hominem carni deputauit, quem in corde constituit. Inspice nunc quomodo exteriorem quidem hominē corrupti allegaret, interiorē uero renouari die ac die. Nec illā corruptelā carnis affimes, quā ex die mortis in perpetuū defectura patiatur: sed quā in istius uitę spatio ante mortē & usq; ad mortē uexationibus & pressuris, tormentis atque intelligit, pro supplicijs, nominis causa experietur. Nam & homo interior hic utiq; renouari habebit per suggestū spiritus, proficiens fide & disciplina die ac die: nō illuc, id est nō post resurrectionē: ubi nō utiq; die ac die renouari habemus, sed semel ad summā. De sequētibus disce: Quod em ad præsens est, inquit, temporale & leue pressuræ nostræ supergressum insupergressum æternum gloriæ pondus perfici à nobis: nō ut tuentibus quæ uidetur, id est passiones, sed quæ nō uidetur, id est mercedes. Quæ enim uidetur, temporalia sunt: quæ uero nō uidetur æterna sunt. Pressuras em & læsuras quibus corruptus homo exterior, ut leues & temporales, idcirco cōtemendas affirmat, præferens mercedum æternarū inuisibilium & gloriæ pondus in cōpensationem laborū, quos hic caro patiendo corrūpit. Adeo non illa est corruptio, quā in perpetuū carnis interitū, ad resurrectionē expellendā exteriori homini ascribūt. Sic & alibi: Siquidē, ait, cōpatimur, uti & conglorificemur. Reputo enim nō dignas esse passiones huius temporis, ad futurā gloriam, quæ in nos habet reuelari. Et hic minora ostendit incōmoda præmij suis.

Porro

Potò si per cattiem compatimur cuius est proprie passionibus corrupti,
eiusdem erit & quod pro compassione promittitur. Atq; adeo carni asscribit
pressurarū proprietatem, ut & supra dicat: Cū uenissimus autem in Ma-
cedoniam nullā remissionem habuit caro nostra. Dehinc ut & animæ da-
ret compassionem: In omnibus, inquit, compressi. Extrinsecus pugnæ, debel-
lantes scilicet carnem: intrinsecus timor, afflictans scilicet animam. Adeo &
si corruptitur homo exterior, non amittens resurrectionē, sed ut sustinens
uexationem corrupti intelligeretur, & hoc nō sine interiore. Ita amborum
erit etiam conglorificari, sicut & compati. Secundum collegia laborum, con-
sortia quoq; decurrant necesse est præmiorum. Eandem ad hoc sententiam
exequitur, remunerations uexationibus preferens. Scimus enim, inquit,
quoniam & si terrena domus nostri tabernaculi dissoluitur, habemus do-
mum non manufactam æternam in cœlis. id est, pro hoc dissoluetur caro
nostra per passiones, quod domicilium consecuturi sumus in cœlis. Memi-
nerat euangelicæ diffinitionis. Beati qui persecutionem patiūtūr propter iu-
sticiam, quia illorum esset regnum cœlorum. Non tamen carnis restitu-
tionem negauit, si compensationem mercedis opposuit, cum ipsi compensatio
debeat cui dissolutio reputatur, scilicet carni. Sed quia domū dixerat, car-
nem, elegāter uoluit & in mercedis comparatione uocabulo domus uti, ipsi
domui quę dissoluetur per passionem meliorem domum repromittens per
resurrectionē. Nam & dominus multas mansiones quasi domus, apud pa-
trem repromittit. Quanquam de domicilio mundi potest intelligi, quo dis-
solute æterna sedes repromittatur in cœlis: quia & quæ sequuntur ad carnē
manifeste pertinentia ostendunt priora non ad carnem pertinere. diuisiō-
nem enim facit apostolus cū subſicit. Nam & hoc gemitus domicillum no-
strum, quod de cœlo est superindui desiderantes, siquidem exuti non nudi
inueniamur. id est, ante uolumus superinduere uirtutem cœlestem æternita-
tis, quām carne exuamur: huius enim gratię priuilegium illos manet, qui ab
aduentu domini deprehendentur in carne, & propter duritas temporū an-
tichristi merebuntur compendio mortis per demutationem expunctæ con-
currere cum resurgentibus, sicut Thessalonicensibus scribit. Hoc enim dici-
mus uobis in sermone domini, quod nos qui uiuimus qui remanemus in
aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse do-
minus in iussu & in uoce angeli tuba dei, descendet de cœlo, & mortui in
Christo resurgent primi. Dehinc nos cum ipsis simul rapiemur in nubibus
obuiam Christo, & ita semper cū domino erimus. Horum demutationem
ad Corinthios reddit dicens. Omnes quidem resurgemus, non aut omnes
demutabimur, in atomo, in momentaneo motu oculi, in nouissima tuba:
Sed illi scilicet soli qui inuenientur in carne. Et mortui, inquit, resurgent, nos
demutabimur. Hac ergo prius positione prospecta, reliqua reuocabis ad su-
Positio

g , periorem

periorem sensum. Nam cum adiicit, Oportet enim corruptum istud induere incorruptelam, & mortale istud induere immortalitatem, hoc erit illud domicilium de cœlo quod gementes in hac carne superinduere desideramus, utique super carnem in qua deprehendemur, quia grauari nos ait, qui simus in tabernaculo, quod nolimus exui, sed potius superindui, ut deuoretur mortale à uita: scilicet dum demutatur, superinduendo quod est de cœlis. Quis enim non desiderabit dum in carne est superinduere immortalitatem, & cotinuare uitam lucrifica morte per uicariam demutationem, ne inferos experiatur, usque nouissimum quadrantem exacturos? Cæterum demutationem etiā post resurrectionem cōsecuturus est, inferos iam expertus. Ab hinc enim definimus carnem omni modo quidem resurrectam, atque illa ex demutatione superuentura habitū angelicum suscepturnam. Aut si in his solis qui inuenientur in carne demutari eam oportebit, ut deuoretur mortale à uita, id est caro ab illo superindumento cœlesti, æterno: ergo qui mortui deprehendentur uitā non consequentur, priuati iam materia, & ut ita diximus esca uitæ, id est carne. Aut necesse est recipient eā & illi: ut & in ipsis mortale deuorari possit à uita, si uitā sunt cōsecuti. Sed in mortuis, inquis, iam deuoratum erit mortale istud. Non utique in omnibus. Quantos enim licebit uel pridianos inueniri, tam recentia cadauera, ut nihil illis deuoratum uideri possit. Utique enim deuoratum non aliud existimas quam interceptum, quam abolitum, quam omni sensu erectum: quod comparere omni genere cessaverit. Nec gigantum autem antiquissima cadauera deuorata cōstabit, quoniam crates adhuc uiuunt. Diximus iam de isto alibi. Sed & proximè in ista ciuitate cū eo die fundamenta tot ueterum sepulturum sacrilega conlocarentur, quingentorum ferè annorum ossa adhuc succida, & capillos olentes populus exhorruit. Constat non tantum ossa dūrare, uerū & dentes incorruptos perennare, quæ ut semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione. Postremo & si tūc deuoratum inuenietur mortale in omnibus mortuis certe à morte, certe ab æuo, certe per ætatem, nunquid à uita, nunquid à superindumento, nunquid ab immortalitatis ingestu? Porro quia his ait deuoratum iri mortale, ab alijs negauit. Et utique hoc à diuinis viribus, non à naturalibus legibus perfici prestarique cōueniet. Ergo cū à uita habeat deuari quod mortale est, id exhiberi omnifariā necesse est ut deuoretur, & deuorari ut demutetur. Si ignem dicas accendi oportere, nō potes id per quod acceditur alibi necessarium adfirmare, alibi non. Sic & cum insulcit: Siquidem exuti nō inueniemur nudi, de eis scilicet qui nō in uita, nec in carne deprehendentur à die domini: nō alias negauit nudos, quos prædixit exutos, nisi quia reuestitos uoluit intelligi eadem substantia, qua fuerat spoliati. Ut nudi emi, inuenientur: carne deposita, uel ex parte discissa siue detrita. Et hoc enim nuditas potest dici. Dehinc recipient eam, ut redinduti carne fieri possint

Gigantū cratēs.

De Carthagī, ne loquitur,

ut puto

Sunt etiam superinduti immortalitatem. Superindui enim nisi uestito iam co-
venire non potest. Proinde cum dicit: Itaque confisi semper, & scientes quod
cum immoremur in corpore, peregrinemur a domino: per fidem enim ince-
dimus non per speciem: Manifestum est hoc quoque non pertinere ad offu-
scationem carnis quasi separantis nos a domino quamdiu uiuimus. Per fi-
dem incedentes, non per speciem, id est spe, non re: & ideo subiungit: Fiden-
tes autem & bonum ducentes magis peregrinari a corpore & immorari ad
dominum, scilicet ut per speciem magis incedamus quam per fidem, per rem
potius quam per spem. Vides quam & hic corporum contemptum ad mar-
tyrorum praestantiam referat. Nemo enim peregrinatus a corpore statim
immoratur penes dominum, nisi ex martyrii praerogativa, scilicet paradi-
so non Inferis deuersurus. Defecerant autem Apostolo uerba ad significan-
dum de corpore excessum: An ratione etiam noue loquitur? temporalement
enim absentiam a corpore uolens significare, peregrinari nos ab eo dixit,
quoniam qui peregrinatur etiam reuertetur in domicilium. Exinde etiam
ad omnes, gestimus, inquit, siue peregrinantes, siue immorantes placibiles
deo esse. Omnes enim manifestari nos oportet pro tribunali C H R I S T I
I E S U. Si omnes, & totos, si omnes & interiores & exteriores, id est tam a-
nimas quam corpora: uti unusquisque, inquit, reportet per corpus secundum
quae gessit bonum siue malum. Hoc iam quomodo legas, quero: quae tur-
bate enim per hyperbaton instruxit, utrum ne quae per corpus reportanda
erunt, an quae per corpus gesta sunt. Sed & si quae per corpus reportanda
sunt, corporalis indubitate resurrectio est: & si quae per corpus gesta sunt,
per corpus utique pensanda sunt, per quod & gesta sunt. Ita totus hic a capite
tractatus apostoli tali clausula detextus qua carnis resurrectio ostenditur,
secundum haec erit intelligendus quae cum clausula consonant. Si enim ad-
huc ad superiora respectus, unde metio hominis exterioris & interioris ita-
ducta est, nomine & dignitatem & spem carnis integrum inuenies: Cū enim
de lumine quod illuxerit deus in cordibus nostris ad illuminationem agni-
tionis gloriae suae in persona Christi, dicit habere nos thesaurū istum in te-
staceis uasis, scilicet in carne: utrumque quia testacea est secundum originem
in limo destruetur, an quia diuini thesauri conditorium est, extolleatur: At-
qui si lumen ipsum illud uerum quod est in persona Christi, uitam in se con-
tinet, eaque uita cum lumine committitur in carnem, peritura est in qua uita
committitur. Planè sic periturus & ipse thesaurus. periturus enim peritura credun-
tur, sicut ueteribus utribus nouum uitum. Cū item subiungit: semper mortifica-
tionem Christi Iesu circuferentes in corpore nostro, qualis ista res est quae
post dei templū, iā & sepulchrū Christi potest dici: Cur aut̄ mortificationē
dñi circuferimus in corpore: ut & uita, inquit, manifestetur. Vbi: in corpore
In quo: in mortali, ergo in carne plane mortali, secundum culpā, sed & uitali

Martyria

34
Deuersurus p
dinersurusConditorium
diuini the-
sauri

secundum gratiam, uide quantum, ut in illa uita Christi manifestetur. In re
 ergo aliena salutis, sed in substantia perpetuae dissolutionis manifestabitur
 uita Christi æterna, iugis, incorrupta, iam & dei uita: aut cuius temporis ui-
 ta domini manifestabitur in corpore nostro, illa quidem qua uixit usque in-
 passionem quæ non modo apud Iudeos in manifesto fuit, uerum etiam
 omnibus hunc gentibus prodita est: Adeo eam significat quæ portas ada-
 mantinas mortis, & æneas seras Inferorum infregit, quæ exinde iam nostra
 est. Deniq; manifestabitur in corpore quando; post mortem. quomodo:
 dum resurgimus in corpore, sicut & Christus. Ne enim quis argumentetur
 nunc habere manifestari uitam Iesu in corpore nostro per disciplinam san-
 ctitatis & patientiæ, & iustitiæ, & sapientiæ quibus domini uita floruerit, p-
 uidentissima apostoli intentio ingerit: Si enim nos qui uiuimus, in mortem
 tradimur propter Iesum, ut uita eius manifestetur in corpore nostro mor-
 tali, ideo defunctis nobis hoc ait futurum in corpore nostro. Quod si tunc,
 quo modo nisi resuscitato eo: proinde & in clausula, sciētes, ait, qd' qui susci-
 tavit Iesum, & nos suscitabit cum ipso, quia iam resurrexit à mortuis: nisi
 cum ipso, hoc est sicut ipsum quia cum ipso sicut ipsum sapit. Si uero sicut ipsum, nō utiq; sine carne. Sed
 & rursus alia cæcitate in duos homines impingunt in ueterem & in nouum,
 monente Apostolo, deponere nos ueterem hominem qui corruptitur per
 concupiscentiam seductionis, renouari autem spiritu sensus, & induere no-
 uum hominem qui secundum deum conditus est, in iustitia, & religione ue-
 ritatis: ut & hic ad duas substantias distinguendo, uetus statim ad carnem,
 nouitatem ad animam, corruptionem perpetuam ueteri defendat, id est car-
 ni. Porro si secundum substantias: nec anima nouus homo, quia posterior
 nec caro ideo uetus, quia prior. quantulum enim temporis inter manū dei
 & adflatum? ausim dicere etiamsi multo prior anima caro, eo ipso quod ani-
 ma impleri se expectauit, priorem eā fecit. Omnis enim consummatio atq;
 perfectio, & si ordine posthumat, effectu anticipat. Magis illud prius est, si-
 ne quo priora nō possunt. Si caro uetus homo, quando istud à primordio:
 A benedictio/ atqui Adam nouus totus, & ex novo uetus nemo: nam & exinde à benediv
 ne geniture ētione genituræ, caro atq; anima simul fiunt sine calculo temporis, ut quæ
 Libellus de ar/ nima simul in utero etiam seminatur, quod docuimus in commentario animæ, co-
 temporant foetu, coætant natu, duos istos homines sanè ex substantia dupli-
 ci non tamen & ætate, sic unū edunt, dum prior neuter. Citius est, totos nos
 aut ueteres aut nouos esse: qua enim alterum possidemus, alterum esse ne-
 scimus. Sed Apostolus ueterem hominem manifeste notat. Expone enim,
 inquit, secundum pristinam conuersationem ueterem hominem non secun-
 dum alicuius substantiæ senium. Nec enim carnem præcipit deponamus,
 sed quæ & alibi carnalia ostendit, opera nō corpora accusans, de quibus &
 hic subiicit: deponentes mendacium, loquimini ueritatē unusquisq; ad pro-
 ximum

*Adamantine
porte.
Aeneæ seræ
Inferorum*

*cum ipso, hoc
est sicut ipsum*

*A benedictio/
ne geniture
Libellus de ar/
nima*

ximum suum, quoniam membra alterutrum sumus. Irascimini autem, & nolite delinquare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Necque dederitis diabolo locum. Qui furabatur, iam non furetur. immo potius labore operam & manibus ut habeat in partire indigenti. Omnis sermo turpis non procedat ex ore uestro, sed qui sit optimus ad ædificationem fidei, ut gratiam abundantibus præstet. Et nolite contristare spiritum dei sanctum in quo signati estis, in redemptionis die. Omnis amaritudo & ira, & clamor, & blasphemia, auferatur a uobis, cum omni malicia. Estote autem in alterutrum benigni, misericordes, donantes in uicem, sicut & deus uobis donauit in Christo. Igitur qui carnem ueterem hominem existimant, cur non mortem sibi properant, ut ueteri homine deposito præceptis Apostoli occurrant? Nos enim qui totam fidem in carne administrandam credidimus, immo & per carnem cuius est & os ad proferendum optimum quenque sermonem, & lingua ad non blasphemandum, & cor ad non indignandum, & manus ad operandum & largiendum, tam uetus statem hominis quam nouitatem, ad moralem non ad substantialem differentiam pertinere defendimus. Atque ita pariter agno scimus hominem, qui secundum pristinam cōuersationem uetus fuerit, eundem & corrupti, ita dictum secundum concupiscentiā seductionis, quem, admodum & ueterem secundum pristinam cōuersationem, non secundum carnem per interitum, perpetuum. Cæterum carne tam saluum quam eundem: utpote uitiosam disciplinam, non corpulentiam exutum. Talem ubique Apostolum recognoscas, ita carnis opera damnantem, ut carnem damnare videatur: sed ne ita quis existimet, ex aliorum uel cohærentium sensu suggerenti procurantem. Nam & dicens eos qui in carne sint deo placere non posse, statim de prauo intellectu ad integrum reuocat, adjiciens: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Eos enim quos in carne esse constabat, negando in carne esse, in operibus carnis non esse monstrabat. Atque ita illos deum deo placere non posse: non qui in carne essent, sed qui carnaliter uiuerent: placere autem deo illos qui in carne positi, secundum spiritum incederent. Et rursus: Corpus quidem ait mortuum, sed propter delinquentiam: sicut spiritum uitam propter iustitiam. Vitam autem morti opponens in carne constitutæ, sine dubio illic & uitam repromisit ex iustitia, ubi mortem determinauit ex delinquentia. Cæterum frustra opposuit uitam morti, si non est illic ubi est & ipsa cui eam opposuit excludendæ utique de corpore. Porro si uita mortem de corpore excludit, non potest id perficere, nisi illud penetret ubi est quod excludit. Et quid ego nodosius, cū Apostolus absolutius? Si enim, inquit, spiritus eius qui suscitauit Iesum, habitat in uobis: qui suscitauit Iesum a mortuis, suscitabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis: ut & si animam quis corpus mortale præsumpscerit, cum hoc & carnem negare non possit, carnis quoque resuscitationem cogatur agno

agnoscere secundum eiusdem status communionem. Ex sequentibus adhuc
 discas opera carnis damnari, non ipsam. Itaque fratres, ait, debitores sumus non
 carni ad uiuentium. Si secundum carnem uixeritis, futurum est ut moriamini: si
 uero spiritu carnis actus mortificaueritis, uiuetis. Porro ut ad singula quaeque
 respondeam, si in carne constitutis secundum spiritum tamet de gentibus
 salus re promittitur, iam non caro aduersatur saluti, sed operatio carnis. Ope-
 ratione autem carnis exclusa quae causa est mortis, salua iam caro ostendis-
 tur causa carens mortis. Lex enim, inquit, spiritus uitae in Christo Iesu ma-
 numisit me a lege delinquentiae & mortis: certe quam præmisit habitare in
 membris nostris. Ergo iam membra nostra lege mortis non tenebuntur, quia
 nec delinquentiae, a quibus manuissa sunt. Quod enim in ualidum erat le-
 gis in quo infirmabatur per carnem, misso deus filio suo in simulachro car-
 nis delinquentiae, & per carnem damnauit delinquentiam in carne, non car-
 nem in delinquentia: neque enim domus cum habitatore damnabitur. Habi-
 tare enim peccatum dixit in corpore nostro. Damnata autem delinquentia
 caro absoluta est: sicut indemnata ea, legi mortis & delinquentiae obstricta
 est. Sic & si sensum carnis mortem appellauit, dehinc & iniuriam ad deum:
 sed non carnem ipsam. Cui ergo, dices, reputabitur sensus carnis, si non sub/
 stantiae ipsi? Planè si probaueris aliquid carnem de suo sapere. Si uero sine
 anima nullius est sensus, intellige sensum carnis ad animam esse referendum,
 carni interdum deputatum, quia propter carnem & per carnem administra-
 tur: & ideo habitare ait delinquentiam in carne, quia & anima delinquentiae
 inducitur. Iniquilina est carnis mortificatio quidem, sed non suo, uerum delin-
 quentiae nomine. Nam & alibi quomodo, inquit, etiam nunc uelut uiuentes
 in mundo sententiam fertis: non ad mortuos scribens, sed ad eos, qui desi-
 erere deberent mundialiter uiuere. Haec enim erit uita mundialis, quam uete-
 rem hominem dicit confixum esse Christo: non corporalitatem, sed mora-
 litatem. Cæterum si non ita accipimus, non est corporalitas nostra confixa,
 nec crucis Christi caro nostra perpetua est, quemadmodum adiecit, uti euau-
 cuetur corpus delinquentiae, per emendationem uitae, non per interitum sub/
 stantiae, sicut ait, uti hactenus delinquentiae seruiamus. Et ut hac ratione co-
 mortui in Christo credamus quod etiam conuiuamus illi. Sic enim, inquit,
 & uos reputate mortuos quidem uos, Cuicam? carni? Non, sed delinquentiae.
 Ergo salvi erunt carni, uiuentes autem deo in Christo Iesu per carnem,
 utique cui mortui non erunt: delinquentiae scilicet mortui, non carni. Nam &
 adhuc ingerit: Ne ergo regnauerit in corpore uestro mortali delinquentiae,
 ad ob audiendum illi, & ad exhibendum membra uestra arma iustitiae de/
 linquentiae. Sed exhibete uos meti pos deo uelut ex mortuis uiuos, non ue/
 lut uiuos, sed uelut ex mortuis uiuos: & membra uestra arma iustitiae. & rut-
 sus, Sicut exhibuistis membra uestra famula immundiciae, & iniurias ad
 iniurias

iniquitatem, ita & nunc exhibete membra uestra famula iustitiae in sanctificatum, :
 ciuum. Cum enim serui essetis delinquentiae, liberi eratis iustitiae. Quem ergo ^{nam Grece}
 fructum habebatis super his, de quibus nunc confundimini: finis ergo illo,
 ruit mors. Nunc uero liberi facti à delinquentia, famulati autem deo, habe-
 tis fructum uestrum in sanctificium, finem autem uitam æternam. Stipen-
 dia enim delinquentiae mors, donatium autem dei, uita æterna in Christo ^{Donatuum.}
 Iesu domino nostro. Ita per portam hanc sensuum seriemq; ab iniustitia &
 delinquentia membra nostra diuellens, & iustitiae & sanctimoniae adiun-
 gens, & transferens eadem à stipendio mortis ad donatium uitæ æternæ,
 carni utiq; compensationem salutis repromittit, cui nullam omnino compe-
 tisset imperari propriam sanctimoniae & iustitiae disciplinam, si non ipsius
 esset & præmium disciplinæ: sed nec ipsum baptisma committi per regene-
 rationem. Non etiam restitutioni inauguratione ^{restitutione} Apostolo inge-
 rent, An ignoratis quod quicunq; in Iesum tinti sumus, in morte eius tia-
 cti sumus: consepulti ergo illi sumus per baptisma in mortem, uti quemad-
 modum surrexit Christus à mortuis, ita & nos in nouitate uite incedamus.
 Ac ne de ista tantum uita putes dictum, quæ ex fide per baptisma in nouita-
 te uiuenda est, prouidentissime adstruit: Si enim complantati fuerimus si-
 mulachro mortis Christi, ita & resurrectionis erimus. Per simulachrum enim
 morimur in baptisme, sed per ueritatem resurgimus in carne, sicut & Chri-
 stus ut sic regnauit in morte delictum, ita & gratia regnet per iustitiam in
 uitam sempiternam, per Iesum Christum dominum nostrum. Quomodo
 ista si non æque in carne: ubi enim mors, ibi & uita post mortem: quia & ui-
 ta ibi ante, ubi postea mors. Nam si regnum mortis nihil operatur quam car-
 nis dissolutionem, proinde uitam contrariam morti, contrarium oportet ope-
 rari, id est carnis redintegrationem: uti sicut deuorauerat mors inualescen-
 do, ita & mortali deuorato ab immortalitate, audire possit: Vbi est mors a-
 culeus tuus: ubi est mors cõtentio tua? Sic enim & gratia illic superabunda-
 bit, ubi & iniquitas abundauit. Sic & uirtus in infirmitate perficietur, quod
 perit saluum faciens, quod mortuum est uiuificans, quod percussum est sa-
 nans, quod languit medicans, quod ereptum est redimens, quod famularum
 est liberans, quod seductum est reuocans, quod elisum est suscitans: & qui-
 dem de terra in cœlum, ubi nostrum municipatum Philippenses quoq; ab
 Apostolo discūt. Vnde & salutificatorem nostrum expectamus Iesum Christum, ^{Salutificator}
 qui transfigurauit corpus nostræ humilitatis, conformale corpori glo-
 riæ suæ: sine dubio post resurrectionem, quia nec ipse Christus glorificatus
 est ante passionem. Hæc erunt corpora nostra quæ Romanos obsecrat ex-
 hibere, hostiam uiuam, sanctam, placibilem deo. Quomodo uiuam si peri-
 tura sunt: quomodo sanctam, si prophana sunt: quomodo placibilia, si da-
 mata sunt: Age iam quod ad Thessalonicenses ipsius solis radio putē scri-
 ptum <sup>Ipsius solis ra-
dio scriptum,
ita claret</sup>

Læc fugeret p[ro]pt[er]um, ita claret, qualiter accipient lucifugæ isti scripturarū: ipse autem deus scripturarum pacis sanctificet uos totos: Non sufficit sed sequitur, & integrum corpus uestrum, & anima & spiritus sine querela conseruentur in præsentia domini.

Habes omnem substantiam hominis saluti destinatam, nec alio tempore clavis resurserit quam in aduentu domini, qui clavis est resurrectionis. Sed caro, inquis, & sanguis regnum dei hæreditate possidere non possunt. Scimus hoc quoque scriptum, sed de industria distulimus hucusq[ue], ut quod aduersarij in prima statim acie obstruūt, in ultima congressione prosterneremus, om̄ibus quaestionebus quasi auxilijs eius ante deiectis. Sed & nunc expetent præcedentia recognosci, ut & huic sensui sua origo præiudicer. Ut opinor Apostolus disposita ad Corinthios omni distinctione ecclesiasticae disciplinæ, summa & sui euangelij & fidei illorum in dominice mortis & resurrectionis deman-

*Debet in aliatio[n]e contra Marcionem lib[er]to plenius
nō
timo contra
marcionem li
bro plenius*

Itaq[ue] subi[ec]tit: Si autem Christus prædicatur, quod à mortuis resurrexit, quomodo quidam dicunt in uobis, resurrectionem mortuorum non esse? quæ si non est, nec Christus resurrexit. Si Christus nō resurrexit, inanis est prædicatio nostra: inueniemur enim falsi testes dei, qui testimonium dixerimus quod resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit. Nam si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si Christus non resurrexit, uana est fides uestra, quia adhuc in delictis uestrīs estis. Et qui in Christo dormierunt, perierunt. Per hæc cui nos rei credendæ uidetur extruere: resurrectioni, inquis, mortuorum quæ negabatur. certè sub exemplo dominice re-

Exemplum surrectionis, uolens eam credi. certè, inquis. Exemplum porrò ex diuersitate an ex parilitate cōponitur: utiq[ue], inquis, ex parilitate. Quomodo autem Christus resurrexit, in carne, an non: sine dubio si mortuum, si sepultum audi secundum scripturas, non aliás q[ue] in carne, & que resuscitatū in carne concedis. Ipsum enim quod cecidit in morte, quod iacuit in sepultura, hoc & resurrexit, non tam Christus in carne quam caro in Christo. Igitur si ad exemplum Christi resurgentemus, qui resurrexit in carne, iam nō ad exemplum Christi resurgentemus, si non in carne & ipsi resurgentemus: quia per hominem, inquit, mors, & per hominem resurrectio, ut separet quidem autores, mortis Adam, Christum resurrectionis: eiusdem autem cōstitueret substantię resurrectionem cuius & mortem, per ipsorum autorum in nomine hominis comparationem. Si enim sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuiscabuntur, carne uiuiscabuntur in Christo, sicut in Adam carne moriuntur. Vnusquisq[ue] autem in suo ordine, scilicet quia & in suo corpore. Ordo enim meritorum, dispositorum nomine disponetur. Merita autem cum corpori quoque adscribantur, ordo quoque corporum disponatur necesse est, ut possit esse meritorum. Si autē & baptizantur quidē pro mortuis, uidebimus an ratione certa illa præsumptione hoc eos instituisse portendit

tendit,qua alij etiam carni ut uicarium baptismum profuturum existimarent ad spem resurrectionis,quæ nisi corporalis,non nisi aliàs in baptismate corporali obligaretur.Qui & ipsos baptizari ait:id est, si nō q̄ baptizantur corpora resurgent? Animæ enim non lauatione, sed respiratione sancitur. Quid & nos,inquit, omni hora periclitamur, utiq̄ per carnem. Quotidie morior, utiq̄ periculis carnis, per quam & depugnauit ad bestias Ephesi, illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ de qua in secuda ad eosdem: Nolumus enim uos ignorare fratres de pressura nostra apud Asiam, quod super quam supra-grauati sumus citra vires, uti de uita hæsitaremus. Omnia hæc, nisi fallor, eō enumerat, ut nolens uanam credi carnis conflictationē, indubitate uelit crea di carnis resurrectionē. Vana enim habenda est conflictatio eius, cuius nulla erit resurrectio. Sed dicet quis. Quomodo resurgent mortui, quo autem corpore uenient? Iam hic de qualitatibus corporum differit, an eadem ipsa an alia resumantur. Sed cum eiusmodi questio posterior habeatur, sufficiet interim ex hoc quoq̄ corporalem definiri resurrectionem cum de qualitate corporum queritur. Ventum est nunc ad carnem & sanguinem reuera to sius questionis, quas substantias, quali conditione exhæredauerit, Apostoli & que de antecedentibus discere est. Primus, inquit, homo de terra Chois cus, id est, limaceus, id est Adam. Secundus homo de cœlo, id est sermo dei, id est Christus, non aliàs tamen homo licet de cœlo, nisi quia & ipse caro atq̄ anima, quod homo, quod Adam. Nam & supra nouissimus Adam dicens, de consortio substantiæ commercium nominis traxit: quia nec Adam ex semine caro, quod & Christus. Qualis ergo choicus tales & choici: qualis cœlestis, tales & cœlestes. Substantia tales: an primo disciplina, dehinc & dignitate quam disciplina captauit? Atqui substantia nullo modo separabuntur choici atq̄ cœlestes, semel ab Apostolo homines dicti. Si enim & Christus solus uere cœlestis, immo & supercœlestis, homo tamen quâ caro atque anima, nihilo ex ista substantiarum conditione à choica qualitate discernitur. Proinde & qui cœlestes secundum illum nō de substantia præsentि, sed de futura claritate cœlestes prædicati intelliguntur: quia & retro unde distinctio ista manauit de dignitatis differentia ostensa est: alia supercœlestium gloria, alia superterrenorū: & alia solis, alia lunæ, alia stellarum. Quia & stella à stella differt in gloria, non tamen in substantia. Deniq̄ præmissa differentia dignitatis in eadem substantia & nunc sectandæ & tunc capessendæ, subiungit etiam exhortationem, ut & hic habitum Christi sectemur ex disciplina, & illic fastigium consequamur. ex gloria: Sicut portauimus imaginem choici, portemus etiā imaginem supercœlestis. Portauimus enim imaginem choici per collegium transgressionis, per consortium mortis, per exitium paradisi. Nam si & in carne, sic puratur imago Adæ, sed non carnem monemur exponere. Si non carnem, ergo cōuersationem, ut proinde & cœlestis

lestis imaginem gestemus in nobis: non iam dei, nec iam in cœlo constituti, sed secundum lineamenta Christi incidentes in sanctitate & iustitia & ueritate. Atq[ue] adeo ad disciplinam totū hoc dirigit, ut hic dicat portandam imaginem Christi in ista carne, & in isto tempore disciplinæ. Portemus enim præceptiuo modo, dicens, huic temporis loquitur, in quo homo nulla alia substantia est, quā caro & anima: aut etsi quā aliam, id est, cœlestem substantiam hæc fides spectat, huic tamen repromissa sit, cui ad illam elaborare mandatur. Cum igitur imaginem & choici & cœlestis in conuersatione constituat, illam gerendam, hanc uero sectandam: dehinc adiungit: Hoc enim dico, id est, propter ea. Quæ supra dixi, (Propterea coniunctio est. Est enim sensus supplementum antecedentibus reddens) quod caro & sanguis regnum dei hæreditate possidere non possunt. nihil aliud intelligi mandat carnem & sanguinem, quā supradictam imaginem choici, quæ si in conuersatione censemur uetus statis, conuersatio autem uetus statis non capiat dei regnum: proinde caro & sanguis non capiendo dei regnum ad conuersationem rediguntur uetus statis. Planè si nunquam Apostolus pro operibus substantiam posuit, nec ita utatur. Si uero in carne adhuc constitutos negauit esse in carne, in operibus carnis negans esse, formam eius subruere, non debes: non substantiam, sed opera substantiaz alienantis à dei regno. Quibus etiam ad Galatas manifestatis, prædicere se & prædixisse profiteretur: quod qui talia agant, regnum dei non sint in hæreditate consecuturi: non portantes scilicet imaginem cœlestis, sicut portauerat choici: ideoq[ue] ex ueteri conuersatione, nihil aliud deputandi, quā caro & sanguis. Nam & si subito in hanc definitionem erupisset Apostolus, eliminandam carnem & sanguinem à dei regno, sine ullius supra sensus præstructione, nōne duas istas substantias proinde hominem ueterem interpretaretur carni & sanguini deditum, id est esui & potui, cuius sit dicere aduersus fidem resurrectionis, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Et hoc enim insulciens Apostolus, carnem & sanguinem de fructibus ipsorum manducandi & bibendi suggillauit. Sed & omissis huiusmodi interpretationibus carnis & sanguinis opera taxantibus, ipsas quoq[ue] substantias non aliter, quā sunt, intellectas licebit resurrectioni vindicare. Non enim resurrectio carni & sanguini directò negatur, sed dei regnum quod obuenit resurrectioni. Est autem & in iudicium resurrectio, imo & confirmatur carnis resurrectio generalis, cum specialis excipitur. Dum enim in quem statum non resurgat edicitur, in quem resurgat subauditur. Atq[ue] ita dum pro meritis distinctionem resurrectionis opus substantiaz non genus patitur, appareat hinc quoniam carnem & sanguinem nomine culpæ non substantiaz arceri à dei regno, nomine tamen formæ resurgere in iudiciū: quia non resurgent in regnum. Adhuc dicam: Caro & sanguis regnum dei hæreditate possidere non possunt.

sunt: Merito sola & per se met ipsa: ut ostenderet adhuc spiritum illi necessarium. Spiritus enim est qui vivificat in regnum dei, caro nihil prodest. Pro desse tamen illi aliud potest, id est spiritus, & per spiritum opera quoque spiritus. Resurgunt itaque ex eo, quo omnis caro & sanguis in qualitate sua. Sed quorum adire regnum dei, inducere oportebit uim incorruptibilitatis & immortalitatis, sine qua regnum dei adire non possunt, antequam consequi eam possint. Merito ergo caro & sanguis (ut diximus) sola regnum dei capte deficiunt. Iam uero cum deuorati habeat corruptuum istud ab incorruptionibitate, id est caro: & mortale istud ab immortalitate, id est sanguis post resurrectionem ex demutatione: merito demutata ac deuorata caro & sanguis, regnum dei hereditati possidere non possunt: non tamen non resuscitata. Sunt qui carnem & sanguinem Iudaismum uelint accipi propter circuncisionem alienum & ipsum a dei regno: quia & ille uerustati deputetur, & hoc titulo iam & alibi ab Apostolo denotetur, qui post reuelatum in se filium dei, ad euangelizandum eum in Nationibus, statim non retulerit ad carnem & sanguinem, id est, ad circumcisio[n]em, id est ad Iudaismum: sicut ad Galatas scribit. Sed pro omnibus iam stabit, quod clausulam referuauimus etiam pro Apostolo ipso reuera maximae inconsiderantiae reuincendo, si tam abrupte, ut quida uolunt, clausis (quod aiunt) oculis, sine distinctione, omnem passim carnem & sanguinem a regno dei extruxit, utique & ab ipsa regia cohortum: cum illic adhuc sedeat Iesus ad dexteram patris, homo etsi deus: Adam nouissimus & si sermo primarius: caro & sanguis, etsi nostris puriora: idem tamen & substantia & forma qua ascendit, talis etiam descensurus (ut angeli adfirmant) agnoscendus scilicet eis qui illum conuulnauerunt. Hic sequester dei atque hominum appellatus ex utriusque partis deposito commisso sibi, carnis quoque depositum seruat in semetipso, arrabonem summae totius. Quemadmodum enim nobis arrabonem spiritus reliquit, ita & a nobis arrabonem carnis accepit, & uexit in cœlum pignus totius summæ illuc quandoque redigendæ. Securæ estote caro & sanguis, usurpatis & cœlum & regnum dei in Christo. Aut si negent uos in Christo, negent & in cœlo Christum, qui uobis cœlum negauerunt. Ita nec corruptela, inquit, incorruptelam hereditati habebit: non ut carnem & sanguinem existimes corruptelam, quādo ipsa sint potius obnoxia corruptelæ, per mortem scilicet. Si quidem mors est, quæ carnem & sanguinem non modo corrumpit, uerum etiam consumit. Sed quoniam opera carnis & sanguinis non posse consequi regnum dei edixerat, quo magis hoc exaggeraret, ipse quoque corruptelæ, id est morti cui carnis & sanguinis opera proficiunt, hereditatē incorruptelæ ademit. Nam & paulo post ipsius mortis quodammodo morte expressit, deuorata est mors, dicens in contentionem. Vbi est mors aculeus tuus? ubi est mors potentia tua? Aculeus autem mortis delinquentia: hæc erit corruptela

Caro, Iudaismus

*Clausis oculis
Forte, extrus
sic*

Auctorum 1

*Sequester dei
atq; hominum
Christus*

ptela. Virtus autem delinquentiae lex: illa alia sine dubio quam constituit in membris suis militantem aduersus legem animi sui, ipsam scilicet uitam delinquenti contra voluntatem. Nam etsi supra nouissimum inimicum mortem euacuari ait, hoc modo nec corruptela hereditatem incorruptelae consequitur: id est, nec mors perseverabit, quando & quomodo defecitura: cu in atomo, in momentaneo oculi motu, in nouissima tuba & mortui resurgent in corrupti: qui hi nisi qui ante corrupti, id est, corpora, id est caro & sanguis: & nos demutamur: de qua habitudine nisi in qua deprehendemur? Oportet enim corruptuum istud induere immortalitatem. Quid mortale, nisi caro: quid corruptuum, nisi sanguis: ac ne putas aliud sentire apostolum prouidentem tibi, & ut de carne dictum intelligas laborantem, cum dicit istud ~~istud~~ corruptuum, & istud mortale, cutem ipsam tenens dicit. Certe istud nisi de subiecto, nisi de comparenti pronunciasse non potuit. Demonstrationis corporalis, est uerbum. Aliud autem corruptuum, aliud corruptela: & aliud mortale, & aliud mortalitas. Aliud enim quod patitur, aliud quod pati efficit. Ita quae patiuntur corruptelam & mortalitatem, caro scilicet & sanguis, ea necesse est patientur & incorruptelam & immortalitatem. Videmus iam nunc quo corpore uenturos mortuos disputeret. Et bene quod erupit statim ostendere, quasi quis eiusmodi querat. Stulte, inquit, tu quod seminas num ne uiuiscatur, nisi mortuum fuerit: Hoc ergo iam de exemplo seminis constet, non aliam uiuiscari carnem, quam ipsam quae erit mortua. Et ita sequentia reuicebunt. Nihil enim aduersus regulam exempli licebit intelligi, ne quia sequitur & quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, idcirco aliud resurrectum corpus, quam quod moriendo seminatur, existimes. Ceterum excidisti ab exemplo, Nunquam enim frumento seminato & in terra dissoluto hordeum erumpit, & non id ipsum genus grani, eademque natura & qualitas & forma. Denique unde: si non id ipsum, & corruptela enim ipsum est, dum ipsius est. Non enim & suggerit quomodo non quod futurum est corpus seminetur dicens, sed nudum granum, si forte frumenti, uel alicuius eiusmodi: deus autem dat illi corpus prout uult, certe ei grano quod nudum seminari ait. certe, inquis, ergo saluum est cui dare habet deus corpus. Quomodo autem saluum est si nusquam est: si non resurgit, si non id ipsum resurgit. Si non resurgit, saluum non est. Si non est & saluum, accipere corpus a deo non potest. Sed enim saluum omni modo constat. Ad quid ergo dabit illi deus prout uult corpus, habenti utique proprium corpus illud nudum, nisi ut iam non nudum resurgat: ergo additum erit quod corpori superstruitur: nec exterminatur illud cui superstruitur, sed augetur. Saluum est autem quod augetur. Seritur enim solummodo granum sine folliculi ueste, sine fundamento spicaz, sine monumento aristaz, sine superbia culmi. Exurgit autem copia sceneratum, copagine adificatum, ordine structum, cultu munitum, & usque quaque

quaq; uestitum. Hæc sunt ei corpus à deo aliud, in quod nō abolitione, sed ampliatione mutatur. Et unicuiq; seminū suum corpus putari non suum, id est, non pristinum: ut tunc & illud suum sit, quod extrinsecus à deo acquirit. Serui igitur exemplo, & conserua speculum eius, carni, eandem credens fru stificaturam quæ sit seminata: ipsam, et si plenior est: nō aliam, et si aliter re uertentem. Accipiet enim & ipsa suggestum & ornatū, qualem illi deus uo luerit superducere secundum merita. Sine dubio ad hoc direxit: Nō omnis caro eadem caro: non ad denegandam substantiæ cōmunionem, sed p̄r̄o gatiuæ, per æquationem corpus honoris non generis, in differentiam redi gens. In hoc & figurata subiicit exempla animaliū & elementorum. Alia ca ro hominis, id est, serui dei, qui uere homo est: alia iumenti, id est, ethinici: de quo & propheta: Assimilatus est, inquit, homo inrationabilibus iumentis. Alia caro uolatiliū, id est, martyrum, qui ad superiora conantur: alia pisciū, id est, quibus aqua baptismatis sufficit. Sic & de supercœlestibus corpori bus argumenta committit. Alia solis gloria, id est, Christi: & alia lunæ, id est ecclesiæ: & alia stellarum, id est, seminis Abrahæ. Et stella enim à stella dif fert in gloria: & corpora terrena & cœlestia, Iudæus scilicet & Christianus. Ceterum si non figuratè, satis uare mulorum & miluorum carnes, & corpo ra cœlestium lumen apposuit humanis: non pertinentia ad conditionis comparationem, sicut nec ad resurrectionis consecutionem. Postremo cum per hæc differentiam gloriæ, non substantiæ conclusisset: sic, inquit, & resur rectio mortuorum: quoniam non de alio aliquo, sed de sola gloria differens. Rursus enim resurrectionem ad eandem substantiam reuocans, & ad gra num denuo spectans: seminatur, inquit, corruptela, resurgit incorruptela: se minatur in dedecoratione, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resur git in uirtute: seminatur corpus animale, resurgit spiritale. Certè non aliud resurgit, quam quod seminatur: nec aliud seminatur, quam quod dissolu tur humi: nec aliud dissoluitur humi, quam caro: hanc enim sententiā deus elīst: Terra es, & in terrâ ibis: quia & de terra erat sumpta. Hinc & Aposto lis concepit seminari eam dicere cum rehibetur in terram: quia & semini bus sequestratorum terra est, illic deponendis, & inde repetendis. Ideoque 40 & consignat imprimens, sic enim scriptum est: ne aliud existimes esse semi nari, quam in terram ibis, ex qua es sumptus, sic ne alterius quam carnis: sic enim scriptum est. Sed corpus animale animam quidam argumentantur, ut illam à carne auocent recidiuatam. Porro cum constet fixumq; sit illud resurrecturū corpus quod fuerit seminatum, ad ipsius rei exhortationem prouocabuntur. Aut ostendant animam seminatam post mortem, id est, mortuam: id est, humi elisam, disiectam, dissolutam, quod in illâ à deo de cretum non est: proponant corruptelam eius, & dedecorationem, infirmitatem, ut ipsius sit etiam confusurere in incorruptelam, & in gloriam, & in uit

Sequestrato rum

Lazarus pre*tutem.* Sed enim in Lazaro præcipuo resurrectionis exemplo caro iacuit in cipium exem*plum resurre*ctionis** infirmitate, caro penè computruit in dedecorationem, caro interim putruit in corruptionem: & tamen Lazarus caro resurrexit, cum anima quidem, sed incorrupta: quam nemo vinculis lineis strinxerat, nemo in sepulchro collorat, nemo iam foetere senserat, nemo quatriduo viderat seminatam. Totum habitum, totum exitum Lazari, omnium quoque caro hodie experitur: anima uero nullius. In qua ergo stilus Apostoli comparet, de qua eū loqui constat, ea erit & corpus animale cum seminatur, & spiritale cum suscitatur. Nam ut ita intelligas manū adhuc porrigit, æquè de eiusdem scripturæ autoritate factum retexens primum hominem Adam in animam uiuentem. Si Adam homo primus, caro autem homo ante animam, sine dubio caro erit facta in animam uiuentem. Porro in animam cū esset corpus, utique ad animale corpus est facta. Quid eam appellari uelint, quām quod per animam facta est, quām quod ante animā non fuit, quām quod post animam non erit, nisi cum resurgit: Recepta enim anima rursus animale corpus efficitur, ut fiat spiritale. Non enim resurgit, nisi quod fuit. Ita unde carni competit corpus animale dici, inde animæ nullo modo competit. Caro enim a te corpus, quām animale corpus. Animata em, postea facta est corpus animale. Anima uero etsi corpus, tamen quia ipsa est corpus, non animata sed anima potius, animale corpus non potest dici, nec fieri quod fecit. Alij enim accidens facit: illud autem non. Accidens autem alijs, quomodo se faciet animalem: sicut ergo animale corpus caro recipiens animā, ita & postea spiritale induens spiritum. Hunc ordinem Apostolus disponens in Adam quoque & in Christo, eū merito distinguit, ut in capitibus distinctionis ipsius. Et cum Christum nouissimum Adam appellat, hinc eū recognosce ad carnis nō ad animæ resurrectionem, omnibus doctrinæ viribus operatum. Si enim & primus homo Adam caro, non anima, qui denique in animā uiuam factus est: & nouissimus Adam Christus ideo Adam, quia homo: ideo homo, quia caro, non quia anima: atque ita subiungit: Non primum quod spiritale, sed quod animale: postea quod spiritale, secundum utrumque Adam. Ecce quid tibi uidetur corpus animale & corpus spiritale in eadem carne distinguere: cuius distinctionē in utroque Adam, id est, in utroque homine præstruxit: Æqua enim substantia pariant inter se Christus & Adam scilicet ex carne, licet & ex anima, sed carnis nomine homo uterque sunt. Prior enim caro homo. Ex illa & ordinem admittere potuerunt: ut alter primus, alter nouissimus homo, id est, Adam, deputarentur. Cæterū diuersa in ordinem disponi non possunt, de substantia duntaxat. de loco enim aut tempore, aut conditione forsitan possint. Hic autem de substantia carnis, primus & nouissimus dicti sunt, sicut & rursus primus homo de terra, & secundus de cœlo. Quia etsi de cœlo secundum spiritum, sed homo secundum carnem. Itaque cum

cum carni conueniat ordo in utroq; Adam, non animæ: ut primus homo in
 animam uiuam, nouissimus in spiritum uiuificantem distincti sint: æque di-
 stinctio eorum carni distinctionem præiudicauit, ut de carne sit dictum: no-
 primum quod spiritale, sed quod animale: postea quod spiritale: atq; ita ea-
 dem sit & supra intelligenda: & quæ seminetur corpus animale, & quæ re-
 surgat corpus spiritale: quia non primum quod spiritale, sed quod animale:
 quia primus Adam in animam, nouissimus Adam in spiritum. Totum de
 homine: totum de carne, quando de homine. Quid ergo dicemus: nonne &
 nunc habet caro spiritum ex fide: ut quærendum sit, quomodo corpus ani-
 male dicatur seminari. Planè accepit & hic spiritum ex fide, ut quærendū sit,
 quomodo corpus animale dicatur seminari. Planè accepit & hic spiritū ca-
 ro, sed arrabonem: animæ autem non arrabonem, sed plenitudinem. Itaque
 etiā propterea maioris substantiæ nomine animale corpus nuncupata est,
 in qua seminatur futura: proinde plenitudinem spiritus, insuper spiritale in
 qua resuscitatur. Quid mirum si magis inde uocitata est, unde conferta est,
 quam unde dispersa est: Ita de uocabulorum occasionibus plurimum, que
 stiones subornantur, sicut & de uerborū cōmunionibus. Nam quia & illud
 apud Apostolum positū est, ut deuoretur mortale à uita, caro scilicet: de-
 uorationem quoq; ad perditionem scilicet carnis arripiunt, quasi non bileyx
 & dolorem dicamur deuorare, id est, abscondere, ac tegere, & intra nosmet/ ^{Deuorare bis}
 ipsos continere. Deniq; cum & illud scriptum sit: Oportet mortale hoc in-
 duerē immortalitatem, ostēditur quomodo mortale deuoretur à uita, dum
 indutum immortalitate absconditur, & tegitur, & intus continetur, nondum
 absimitur & amittitur. Ergo & mors, inquis, salua erit, cum fuerit deuorata:
 ideo discerne pro sensibus communionem uerborum, & integrē intelligis.
 Aliud enim mors, & aliud mortale. Mors non capit immortalitatem, mor-
 tale autē capit. Deniq; & scriptum est, quod necesse sit mortale hoc induere
 immortalitatem. Quomodo ergo capit: dum deuoratur à uita, dum recipi-
 tur, & redigitur, & includitur in ipsam? Cæterum mors merito interitu de-
 uoratur, quia & ipsa in hoc deuorat. Deuorauit, inquit, mors inualescendo,
 & ideo deuorata est in cōtentione. Vbi est mors aculeus tuus? ubi est mors
 contentio tua? Proinde & uita mortis scilicet æmula per contentionē, deuo-
 rabit in salutem, quod pér contentionem tuam deuorauerat mors in interiu-
 tum. Quanquam igitur resurrectram carnē probantes, hoc ipso nō aliam
 resurrectram probemus, quam de qua agitur: tamen singulæ questiones
 & causæ earum proprios quoq; flagitant cōgressus, licet aliunde iam cæsæ,
 id est membratim. Interpretabitur itaq; plenius & uim & rationem demu-
 tationis quæ fermè subministrat alterius carnis resurrectaræ præsumptio-
 nem, quasi demutari desinere sit in totū, & de pristino perire. Discernenda
 est autem demutatio ab omni argumento perditionis. Aliud enim demuta-

tio, aliud perditio. Porro non aliud, si ita demutatur caro, ut pereat. Peribit autem demutata, si non ipsa permanferit in demutatione, quae exhibita fuit in resurrectione. Quemadmodum enim perit, si non resurgit: ita et si resurgit quidem, uerum in demutationem subducitur, et que perit. Atque enim non erit, si non resurrexerit. Et quam ineptum, si in hoc resurgit, ut non sit, quae potuit non resurrexisse, nec esse: quia non esse iam cœperat. Non miscet buntur omnino diuersa, mutatio atque perditio, operibus utique diuersa. Perdit haec, illa mutat. Quomodo ergo quod perditum est, mutatum non est: ita quod mutatum est, perditum non est. Perisse enim est in totum non esse quod fuerit: mutatum esse, aliter esse est. Sed porro dum aliter est, id ipsum potest esse: habet enim esse quod non perit. Mutationem enim passum est, non perditionem. Atque adeo potest & demutari quid & ipsum esse nihilo, prius, ut & totus homo in hoc quo substantia quidem ipse sit, multifariam tamen demutetur, & habitu, & ipsa corpulentia, & ualitudine, & conditione, & dignitate, & aetate, studio, negocio, artificio, facultatibus, sedibus, legibus, moribus, nec quicquam tamen admittat homini, nec ita aliis efficiatur ut cesset idem esse: immo nec aliis efficitur, sed aliud. Hanc formam demutationis diuina etiam documenta testantur. Mutatur Mosei manus & quidem ad instar emortuæ exanguis & exalbida, frigida: sed & recepto calore, & refuso colore eadem caro & sanguis est. Mutatur postea & facies eiusdem, incomtemplabili claritate. Sed Moyses erat proinde qui non uidebatur. Sic & Stephanus angelicum iam fastigium induerat, sed non alia genua lapidationi succiderant. Dominus quoque in secessu montis etiam uestimenta luce mutauerat, sed linimenta Petro agnoscibilia seruauerat. Vbi etiam Moyses & Elias, alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in ueritate nondum defunctorum, et eandem tamen habitudinem corporis, etiam in gloria perseuerare docuerunt. De quo exemplo instructus & Paulus: Qui transfigurauit, inquit, corpus humilitatis nostræ conformale corpori gloriæ suæ. Quod etsi transfigurationem & conversionem in transitum substantiarum cuiuscumq[ue] defendis: ergo & Saul in alium virum conuersus, de corpore suo excessit, Et ipse Satan cum in angelum lucis transfiguratur, qualitatem suam amittit. non opinor. Ita & in resurrectionis euentum mutari, conuerti, reformari licet cum salute substantiarum. Etenim quam absurdum, quam uero ethnicum, utrumque autem quam deo indignum, aliam substantiam operari, aliam mercede dispongi: ut haec quidem caro per martyria lanietur, alia uero coronetur. Item econtrario haec quidem caro in spurcitijs uolutetur, alia uero damnetur. Non ne præstat omniē semel fidem à spe resurrectionis abducere, quam de gravitate atque iustitia dei ludere? Marcionem pro Valentino resuscitari: quando neque mentem, neque memoriam, neque conscientiam hominis hodierni credibile sit aboleri, per indumentū illud mutatorium immortalitatis & incorruptelæ

Angelicum fastigium induerat

rat. 42

supradicte, vacaturo scilicet emolumento & fructu resurrectionis, & statu diuini utrobius iudicij. Si no meminerim me esse qui merui, quomodo gloriam deo dicam? quomodo canam illi nouum canticum, nesciens me esse qui gratiam debeamus? Cur autem solius carnis demutatio excipitur, non & anima simul quae in omnibus praefuit carni? quale est, ut eadem anima quae in hac carne totum uitam ordinem decucurrit, quae in hac carne deum didicit, & Christum induit, & spem salutis seminavit, in alia nescio qua metat fructum? Nam illa gratiosissima caro, cui gratis uita constabit. Quod si non & anima mutabitur, iam nec anima resurreccio est: nec ipsa enim resurrexisse credetur, si non alia resurrexerit. Hinc iam illa vulgaris incredulitatis argutia est: si, inquit, ipsa eadem est substantia reuocatur cum sua forma, linea, qualitate, ergo & cum insignibus suis reliquis: Itaque & caeci & claudi, & paralytici, & ut quis in signis excesserit, ita & reuertetur. Quid nunc: et si ita deditiaris tantam gratiam qualisunque a deo consequi. Non enim & nunc anima solius admittens salutem, dimidiatis hominibus eadem adscribis? Quid est credere resurrectionem, nisi integrum credere? Si enim caro de dissolutione reparabitur, malto magis de uexatione reuocabitur. Minoribus maiora praescribunt. Cuiuscunque membra detruncatio, uel obtusio, nonne mors membrorum est: si uniuersalis mors resurreccione rescinditur, quid portionalis? Si demur in gloriam, quanto magis in incolumitatem? Vitiatio corporum accidentis res est: integritas propria est. In hac nascimur. Etiam si in utero uexemur, jam hominis est passio. Prius est genus, quam casus. Quomodo uita conferitur a deo, ita & refertur. Quales eam accipimus, tales & recipimus. Naturae, non iniuriae reddimur: quod nascimur, non quod laedimur, reuiuiscimus. Si no integros deus suscitat, no suscitat mortuos. Quis enim mortuus integer, & si integer, moritur? Quis incolumis, qui exanimis? quod corpus inlaetum, cum interemptum, cum frigidum, cum expallidum, cum edurum, cum cadaver? quando magis homo debilis, nisi cum totus? quando magis paralyticus, nisi cum immobilis? ita nihil aliud est mortuum resuscitari, quam integrum fieri: ne ex ea parte mortuus adhuc sit, ex qua non resurrexit. Idoneus deus reficere quod fecit. Hanc suam & potestatem & liberalitatem satis iam in Christo spopondit, ita & ostendit: non tantum resuscitatem carnis, uerum etiam redintegratorem. Atque adeo & Apostolus: Et mortui, inquit, resurgent incorrupti. Quomodo nisi integri, qui retro corrupti? tam uito ualeantibus quam & senio sepulturae. Nam & supra utrumque proposiens, oportere, & corruptiuum istud induere incorruptelam, & mortale istud immortalitatem: non iterauit sententiam, sed differentiam demandauit. Immortalitatem enim ad resissionem mortis, incorruptelam ad obliterationem corruptelae dividendo: alteram ad resurrectionem, alteram ad redintegrationem temperauit. Puto autem & Thessalonicensibus omnis substantiae integrum

integritatem repromisit. Itaque nec in posterum timebuntur corporum labes. Nihil poterit admittere integritas, uel cōseruata, uel restituta, ex quo illi etiam si quid amiserat, redditur. Præscribens enim ad hoc easdem passiones obturam carnem, si eadem resurrectura dicatur, naturam aduersus dominum suum temere defendis, legem aduersus gratiam impie asseris, quasi domino non liceat & mutare naturam, & sine lege seruare. Quod ergo legimus: quæ impossibilia apud homines, possibilia apud deum? & Stulta mundi elegit Libertate tua deus, ut sapientia mundi confundatur. Oro te si famulum tuum libertate mutantur: quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis & compedibus & stigmatibus obnoxiae retro fuerant, idcirco ne illa eadem pati oportebit: non opinor. At qui & uestis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patro*ni* nomine, ac tribu mensaque honoratur. Permitte hanc & deo potestatem per uim demutatio*nis* illius conditionem non naturam reformandi, dum & passiones auferuntur, & munitiones conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem, eatenus passibilis quam ipsa, quam eadem, ea tamen impassibilis, quia in hoc ipsum manumissa a domino, ne ultra pati possit. Iocunditas, inquit Esaias, æterna super caput eorum. Nihil æternum nisi post resurrectionem. Aufugit, inquit, dolor & mœror, & gemitus ab illis. Proinde & Ioanni angelus: Et delebit deus omniem lachrymam ab oculis eorum. Vtique ex ipsis oculis qui retro fleuerat, quique adhuc flere potuissent, si non omnem lachrymæ imbreu indulgentia diuina siccaret. Et rursus: Deus enim delebit omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors haec tenus, igitur & corruptela haec tenus, proinde per incorruptelam fugata, quemadmodum per immortalitatem. Si dolor, & mœror, & gemitus, ipsaque mors ex læsuri*s* & animæ & carnis obueniunt, quomodo auferentur nisi cessauerint causæ scilicet læsurae carnis atque animæ: ubi casus aduersi apud dominum? aut ubi incursum infesti apud Christum: ubi dæmonici impetus apud spiritum sanctum, iam & ipso diabolo cum angelis suis ignibus morto? Vbi Necessitas, aut quod dicitur Fortuna, uel Fatum: quæ resuscitatis plaga post ueniam: quæ reconciliatis ira post gratiam: quæ infirmitas post uitutem, quæ imbecillitas post salutem? Quod uestimenta & calciamenta filiorum Israelis quadraginta illos annis inde trita, inobsoleta manserunt: quod & in ipsis corporibus unguium & capillorum, & facilia crementa habilitatis & dignitatis iustitia defixit, ne etiam enormitas corruptela deputaretur: quod Babylonij ignes trium fratribus, nec tiaras, nec farabas, quanquam Iudeis alienas læserunt: quod Iornas deuoratus a belua maris, in cuius alio naufragia digerebantur, triduo post incolumis expuit: quod hodie Enoch & Helias, nondum resurrecti, dispuncti, quia nec morte functi, quam tam de orbe translati, & hoc ipso iam æternitatis candidati, ab omni uitio, & ab omni damno, & ab omni incandidati iuria, & contumeliam emunitatem carnis ediscunt: cui nam fidei testimonium signat

Necessitas
Fortuna
Fatum

43

Aeternitatis
candidati

Signant, nisi qua credi oportet, hæc futuræ integratatis esse documenta? Figuræ enim nostræ fuerunt Apostolo autore, quæ scripta sunt, ut & dominum potentiores credamus omni corporum lege, & carnis magis utiqz, & cōseruatorum, cuius etiam vestimenta, etiā calciamenta protexit. Sed futurū, inquit, æcum alterius est dispositionis & æternæ: igitur huius æui substantia non æternam diversa possidere non posse. Planè si homo propter dispositionem futuram, & non dispositio propter hominem. Sed enim Apostolus scribens, siue mundus, siue vita, siue mors, siue futura, siue præsentia; omnia nostra sunt: eosdem constituit heredes etiam futorum. Nihil tibi largitur. Esaias, dicens: Omnis caro scēnū: & alibi: Et videbit omnis caro salutare domini: exitus nō substantias distinxit. Quis enim iudicium dei non in sententia duplii statuit salutis & poenæ: omnis igitur caro scēnum, quæ igni destinatur: & omnis caro videbit salutare domini, quæ saluti ordinatur. Ego maxio neqz alia carne adulteria commisisse, necqz nunc alia carne ad continuam eniti. Si quis est, bina pudenda circumferens, potest iam & demere formam carnis immundæ, & solam sibi referuare quæ uisura sit domini salutare. Sed cū idem prophetes etiam Nationes ostendat, nunc deputatas uelut puluerem & saliuam, nunc speraturas & credituras in nomen & in brachiū domini, nunquid & de Nationibus fallimur: & aliæ quidē sunt credituræ; aliæ in puluerem deputatæ, ex diversitate substantiæ: Sed & Christus intra oceanum, & de isto coelo quod nobis incubat, uerum lumen Nationibus offulxit. Et ipsi Valentianii hic errare didicerūt: nec alia erit forma Nationum credentium, nisi quæ & non credentium, de carne, de anima. Sicut ergo easdem Nationes nō genere, sed sorte distinxit: ita & carnes quæ in ipsis Nationibus una substantia est, non materia, sed mercede disiunxit. Ecce autem ut adhuc controversiam exaggerant carni maximè eidem, de officijs quoqz membrorum argumentantur, aut & ipsa dicentes permanere debere in suis operibus & fructibus, ut eidem corpulentia adscripta: aut quia cōstet discessura esse officia membrorum, corpulentiam quoqz eradant, cuius scilicet perseverantia credenda non sit, utiqz sine membris: quia nec membra credenda sint sine officijs. Quo enim iam, inquiunt, spelūca hæc oris, & dentium statio, & gulæ lapsus, & competum stomachi, & alii gurges, & intestinum perplexa proceritas, cum esui & potui locus non erit? Quò huiusmodi membra admittunt, subigunt, deuoluunt, dividunt, digerunt, egerunt: quod manus ipsæ & pedes & operarij quicqz artus, cum uictus etiā cura ceserant: quò renes cōscij seminum, & reliqua genitalium utriusqz sexus, & conceptuum stabula, & uberū fontes, discessuro concubitu, & scēnu, & educatur. Postremo, quò totum corpus, totū scilicet uacaturum: Ad hæc ergo præstruximus non oportere cōmitti futorum atqz præsentium dispositiones, intercessura tūc demutacione: & nunc superstruimus officia ista membrorū uberū fontes necessi

necessitatibus uitæ huius, eò usq; consistere, donec & ipsa uita transferatur; à temporalitate in æternitatem, sicut animale corpus in spiritale: dum mortale istud induit immortalitatem, & corruptiuū istud incorruptelam: & ipsa autem liberata tunc uita necessitatibus, liberabuntur & membra ab officijs nec ideo non erunt necessaria. Licet enim officijs liberentur, sed iudicij retinentur, ut quis referat per corpus prout gessit. Saluum enim hominem tribunal dei exigit: saluum uero sine membris nō liquet eum, ex quorum uox officijs, sed substantijs constat: nisi forte, & nauem sine carina, sine prora, sine puppi, sine cōpaganis totius incolumitate saluam adseuerabis: & tamē uacuam procella dissiparam, uel carie dissolutam, redactis & recuratis omnibus membris, eandem s̄æpe conspeximus etiam titulo restitutionis gloriantem: de dei artificio & arbitrio & iure torquemur. Porrò si diues dominus & liberalis affectui aut gloriæ suæ præstans, solam nauis restitutionē, hactenus eam uoluerit operari, idcirco tunc negabis necessariam illi cōpaganem p̄fitinam, ut exinde iam uacaturam, cum soli saluti nauis sine operatione conseruat: Igitur hoc tantummodo discere sufficit, an dominus hominem salutis destinando, carnem destinat: at eandem uelit denuo esse, quam non debet & futura membrorum uacatione præscribere denuo esse non posse. Licet enim esse quid denuo, & nihilominus uacare: nec potest autem dici uacare, si non sit. At enim si sit, poterit & non uacare. Nihil enim apud deū uacabit. Sed acceperisti homo os ad uorandum atq; potandum: cur non potius ad eloquendum, ut à cæteris animalibus distes: cur non potius ad prædicandum deum: ut etiam hominibus antistes. Deniq; Adam antè nomina animalibus enunciauit, quām de arbore decerpit: ante etiam prophetauit, q̄ uorauit. Sed acceperisti dentes ad macellum corrodendum: cur non potius ad omnem hiatum & rictum coronandum: cur nō potius ad pulsus lingue

*Ad macellum
corrodendū*

45 temperando, ad uocis articulos offendendos: deniq; & edentulus es: sed audi & uide ut honorem oris, & organum dentium quæras. Forata sunt inferna in uiro & in foemina, nimírum quā libidines fluitent: cur non magis de fluxura colentur? Est adhuc foeminitis intus, quā semina congerantur, an quā sanguinis onera secedant, quem pigror sextus discutere non sufficit? Dicenda enim & hæc, quatenus quæ uolunt, & qualiter uolunt, & quorum uolunt officia membrorum ludibrio se de industria suffundendæ resurrectionis oblatrant: non recognitantes ipsas prius causas necessitatis tunc uacaturas, cibi famem, & potus litim, & concubitus genituram, & operationis uictum. Sublata enim morte, neq; uitæ fulcimenta ad præsidia uitæ, neq; generis subparatura grauis erit membris. Cæterum & hodie uacare intestinis & pudendis licebit. Quadraginta diebus Moyses & Helias ieiunio fuit, solo deo alebatur. Iam tūc enim dedicabatur: Non in pane uiuit homo, sed in dei uerbo. Ecce uirtutis futuræ lineamenta. Nos quoq; ut possumus, os cibo

os cibo excusamus, etiā sexum à congreſſione subducimus. Quot spādones congreſſione uoluntarij: quot uirgines Christi maritat: & quot steriles utriusque naturae ^{uocat coitum} in fructuosis genitalibus ſtructi: Nam & ſi hic iam uacare eſt, & officia & emolumenta membrorū temporali uacatione ut in temporali diſpoſitione, nec homo tamen minus ſaluus eſt: proinde homine ſaluo, & quidē magis, tunc ut in æterna diſpoſitione magis nō deſiderabimus, quæ iam hic nō deſiderare cōſueuimus. Sed huic diſceptationi, fine dominica pronunciatio imponit: Erunt, inquit, tanquam angeli. Si non hubendo, quia nec moriendo, utiq; nec ulli ſimili neceſſitati ſuccidendo corporalis conditionis. Quia & angelii aliquādo tanq; homines fuerunt, edendo & bibendo, & pedes lauacro porrigendo. Humanā enim induerant ſuperficie, ſalua intus ſubſtantia propria. Igitur ſi angelii facti tanq; homines in eadem ſubſtantia ſpiritus carnalem tractationē uſceperūt, cur non & homines facti tanquam angeli in eadem ſubſtantia carnis, ſpiritalem ſubeant diſpoſitionem, nō magis ſolemnibus carnis obnoxij ſub angelico iudamento, quam angelii tunc ſolemnibus ſpiritus ſub humano: Nec ideo nō permansuri in carne, quia nō & in ſolemnibus carnis, cū nec angelii ideo non & ſpiritu permancerint, quia nō & in ſolemnibus ſpiritus. Deniq; nō dixit, erūt angelii, ne homines negaret: ſed, tanquam angeli, ut homines conſeruaret. Non abſtulit ſubſtantiam, cui ſimilitudinem attribuit. Resurget igitur caro, & quidem omnis, & quidem ipſa, & quidem integra. In deposito eſt ubi cunq; apud deum, per fidelissimū ſequeretur dei & hominum Iesum Christum, qui & homini deum, & hominem ^{meſtrę qđ} deo reddet: carni ſpiritum, & ſpiritu cartiem. Vtruncq; iam in ſemeti poſto fecerat: ſponsam ſponſo, & ſponſum ſponsæ cōparauit. Nam etiā animam quis contendere ſponsam, uel dotis nomine ſequetur animā caro. Non erit anima proſtituta, ut nuda uſcipiat à ſponsō. Habet instrumentū, habet cultum, habet mancipium ſuū carnem, ut collactanea comitabitur. Sed caro eſt ſponsa, quæ in Christo Iesu ſpiritum ſponsum per ſanguinem paſſa eſt. Huius interitum quem putas, ſecellum ſcias eſſe. Non ſola anima ſeporatur: habet & caro ſecellus ſuos, interim in aquis, in ignibus, in alitibus, in bestijs. cū in hæc diſſolui uidetur, uelut in uasa transfunditur. Si etiā ipſa uafa defecerint, cum de illis quoq; effluxerit in ſuam matriſem terrā quāli per ambages reſorbetur: ut rurus ex illa p̄ſentetur Adam auditurus à domino: Ecce Adam quāli unus ex nobis factus eſt: uere tūc compoſt mali quod euasit, & boni quod inuasit. Quid anima inuidet carni? nemo tam proximus tibi quem post dominum diligas: nemo magis frater tuus, quæ tecum etiam in deo naſcitur. Tu potius illi exorare debueras reſurrectionē, per te ſi forte deliquit. Sed nihil mirum ſi odiſti, cuius autorem quoq; respuisti: quā & in Christo aut negare aut mutare cōfueristi, proinde & ipſum sermonem dei, qui caro factus eſt, uel ſtilo uel interpretatione corrumpens, arcana etiā

i apocrypho

apoctyphorum superducens, blasphemiae fabulas. At enim deus omnipotens aduersus haec incredulitatis & perueritatis ingenia, prouidetissima gratia sua, effundens in nouissimis diebus de suo spiritu in omnem carnem, in seruos suos & ancillas, & fidem laborantem resurrectionis carnis animauit, & pristina instrumenta manifestis uerborum & sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate purgauit. Nam quia haereses esse oportuerat, ut probabiles quicq; manifestentur, haec aut sine aliquibus occasionibus scripturarum audere non poterant: idcirco pristina instrumenta quasdam materias uidentur subministrasse, & ipsas quidem hsdem literis reuincibiles. Sed quoniam nec dissimulare spiritum sanctum oportebat, quo minus & huiusmodi eloquijs superinundaret, quae nullis haeticorū uestutis semina subspargerent, immo & ueteres eorum cespites uellerent, idcirco iam omnes retro ambiguates & quas uolunt parabolas, aperta atq; perspicua totius sacramenti prædicatione discussit, per nouam prophetiam de paracleto inundantem: cuius si hauseris fontes, nulla poteris sicut doctrinā, nullus te ardor exuret quæstionū: resurrectionem quoq; carnis usq; quaq; potando, refrigerabis.

*Videtur loqui
de prophetia
Montani*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,
DE CARNE CHRISTI, FINIS.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUITIS
PER BEATVM RHEANUM.

DE PRAESCRIPTIONIBVS aduersus omnes haereses tractaturus in primis docet haereses exemplo Febris non admirandas, sed deuitandas potius. nam admirationem offendiculo non carere. Proinde taleis in ruinam edificari solitos, quasi ueritatem obtineant haereses, ubi uidelerint insignes homines à regula lapsos: perinde ac si fides ex personis probanda ueniat, & non potius ex fide persone: non cogitantes quasdam dominicorum discipulorum offendiculum passos, CHRISTVM reliquisse: & Iudam fuisse de Apostolis. Necq; mirandū, si qui desciscant à nobis per impostores decepti, quando CHRISTVS sub typo rapaciū luporum ouilem gregem infestantiū prænunciavit haeticos in ecclesiā subingressuros: & Paulus haereses oportere esse scripsit, ut probabiles quicq; manifestentur, quos uidelicet deprauare nequierint: nō quidem inter bona haereses annumerans, sed inter pessima. Nec illud uero curiositati suae quodā recte pretexere quod dixit Apostolus, Omnia probate. Haereses porro dictas ex interpretatione electionis, qua quis nouū aliquid inueniens dogma, uel ab alio prius inuentum amplectens, uititur. At hoc Christianis nō licere qui duces sequimur Apostolos: nam & ī nō suam, sed à CHRISTO doctrinam maioribus nostris tradiderunt. Ipsas insuper haereses à philosophia subornari: Valentimum fuisse Platonicum, Marcionem Stoicum: nec secus ceteras haeticorum assertiones à philosophis esse desumptas: Dialecticam esse cōtentione molestam. At Apostolum præmonuisse nos, ut à philosophia caueremus, quam ipse pulchre cōpertam habebat, Athenis inter philosophos aliquādo uestatus. Deinde nobis curiositate opus non esse post Christum Iesum, nec inquisitione post Euange

Euangelium. Deinde refellit eos, qui dominicum illud præceptū: Quærite, & inuenietis, ad inēundam defendendamq; curiositatē detorquebāt, ut sic ip̄is uel iussu dominico liceret esse curiosis, ostendens in quem sensum Christus id sit locutus. Proponit regulam ac summam fidei, quā ubiq; in columem oporteat manere. Fidem exercitationi scripturarum præfert. Hæreticos non admittendos ad disputationē de scripturis: cū quod orthodoxis tantū competit scripturarū possessio, tum quod ex congressionibus istis plus est mali q̄ boni. Christum cum in terris agebat, quicquid erat necessariū abunde docuisse, elegisseq; duodecim discipulos, quos post resurrectionē suā iusserit ire ut docerent ethnicos. Eos apostolos primū institutis per Iudæā ecclesijs, in orbem deinde profectos, apud unam, quanq; ciuitatem ecclesiam cōdidisse, quæ uocatae sint Apostolicæ, à quibus certæ mutuo sumpserint doctrinā. Porro unam esse primā Apostolicam, à qua reliquæ. Hanc nulli loco affigit. Præscribit aduersus hæreses à reuelatione Christi, à doctrina apostolorū, & à ueritate Apostolicarū ecclesiarū originalium scilicet & matricum. Reliquā doctrinā omnē quæ huic contraria sit, de mendacio præiudicandam. Mox arguit eos, qui dicebant Apostolos nō omnia scisse, in hūc errorē lapsi, quod Petrus & qui cū eo erant, à Paulo reprehensi legantur. Sed & eos refellit, qui cōcedebant Apostolos omnia quidem nouisse, sed nō omnia uolebant illos omnibus reuelasse: quod Paulus ad Timotheū scribens, dixerit: Bonum depositū custodi. Correptas à Paulo fuisse ecclesiās, sed & emendatas, aut, ut ipsius utar uerbo recorrectas. Præscribit à concordi diuersarū ecclesiarum doctrina, & mox à posteritate hæresiū, atq; à contrarietate hæreticorū, si cum Apostolis cōferantur: qua non minus pugnant in doctrina q̄ in morib;us. Præscribit etiā à notatione hæresiū ab Apostolis facta. Hortatur insuper ut qui pie curiosus esse uelit, ecclesiās Apostolicas percurrat, in Achaia Corinthiensem, in Macedonia Philippensem, Ephesinā in Asia, Romanam in Italia. Recenset institutionem Romanæ ecclesiæ. Hæreses de nostro fructificasse nō nostras: Ad hæc scripturas nūc manu, nūc sensu fuisse ab hæreticis interuersas: cuius sensus diabolus sit auctor pessimus ille Christianæ religionis æmulus. Mox depingit uitā ac mores hereticorū. Postremo futuri nos admonet iudicij, in quo male audient à iusto iudice heretici, frustra tum se excusatū. Ibi deū per Ironiā hæreticis loquentē facit. Porro magnificæ laudis elogio Romanā ecclesiām ornat quū dicit: Si aut̄ Italiae adīceris, habes Romanā, unde nobis quoq; autoritas præsto est statuta. Subiūcitq; insigne epiphonema, Felix, inquit, ecclesia cui totam doctrinā Apostoli cū sanguine suo profuderunt. Idem facit libro quarto aduersus Marcionem: Videamus, inquit, quid etiā Romani de proximo sonent, quibus Euangelium & Petrus & Paulus sanguine quoq; suo signatum reliquerunt. Ex quibus locis liquet unde Apostolici cognomen Pontifici Romano obuenerit. Sed & in libro aduersus Praxeam, & alijs item locis nō obscurè significat quantum ualuerit illo quoque æuo Romani præsulī iudicium aliquid aut agnoscētis aut rejicientis. Huius ecclesiæ semper mansura autoritas quantum orbi Christiano profuerit, dām dogmatum concordiatū sartam teclam præstat, ac undiq; pacem conferuat, hæc turbulenta tempora abundē docent. Quæ præcipue causa ueteres Imperatores olim mouit, ut istam sedem Fl. Constantinus priuilegij: Iustinianus & Gotthorum principes qui primi ex Germanis Romanorum reges extitere Italię & provinciarū domini, atq; hos secuti Langobardi, prædijs amplissimis: Carolus Magnus, Ludouicus Pius, atq; Rudolphus Habispurgius, terris ac prophana dictione extulerint, auxerint, ornarint. Sed de his altas.

ARGUMENTI FINIS.

1 2

- Q**uantū sint.) Scripsimus, quantū si nō fuissent. Cōsentientibus exemplari bus uetus. Solent quidem isti miriones.) Miriones uocat hic simpli citer admiratores. Alioqui sic appellauit antiquitas qui ob oris distorti deformitatem admirationi forent. Præcedit aut̄, Malunt quidam mirari, Item. Si illas tantum nō valere mirantur. Rursus, dum mirantur, Et, Ideo mirantur. Infra scripsimus, Cū illis si uellēt & ipsis dis. pl. obtulisset. Mox pro Phygelus est Philetus in Gorziensi. Et incontinenti hæreses subiungit.) Incontinenti, id est statim. Iustinus solet dicere excontinenti, ceu lib. v. Ut excōntinenti Alcibiadē ducem Conone duce mutarent. Et lib. v 11. Teneri nō potuit, quin excōntinenti acie de cerneret. Mox pro aptes reposuimus sapit. Ex Gorziensi. Quod uero mox ibi sequitur, Si idem & Paulus, coniūcio legendum, si idem est Paulus. Et ectro mate sequitur Aristotelem.) Castigauimus, inserunt Aristotelem. Et mox, retrahantem. Ut aut̄ scias quid sit ectroma, Autor est D. Hieronymus in Amos prophetam, primo cōmentario, Valentini ex aonib⁹ suis extremum, hoc est, trigesimum, Christū uocare & extreμe, hoc est abortiuum. In suas hæreses multi partitā uarietatis sectarū inuitem repugnantia.) Ex uarietatis feci uarietate meū ipsius iudicium secutus. At quod pro Christianismo protulerunt legis, Christianis prætulerunt Collationi Gorziensi acceptū ferendū est. Alium non esse credendum.) Alium subaudi deum. Nam sequitur quod ab eo institutum est.
- Interim ex fiducia probationis.) Hæc tota periodus est mire intricata, nec carret mendis, Coniūcio sic expediti emendarīc posse, Interim ex fiducia probationis præuentō admotens quosdam nihil esse querendū ultra quod crediderit, id est, quod credere debuerunt, subaudi admonuit uel dixit, Quærite & inuenietis, in disciplina rationis interprete. Ratio aut̄ diciti huius, &c. Porro quod supra dixit probationem, hic uocat rationem. Est aut̄ præuentō aduerbaliter dictum. Expone, in disciplina rat. Interpr. id est per disciplinam rationis interpretem.
- H**anc tibi fossam determinauit.) Ultra quā transfilire non liceat. Metaphorica locutio. Dum ubiq⁹ cōuenio, Quærite & inuenietis, & uelint sic nusquā.) Et hic ambitus perplexus est & depravatus, uidetur sic restituendus. Et erit utiq⁹ nusquā dum ubiq⁹. Conuenior, Quærite & inuenietis, sed ueluti sit nusquā, quasi qui nunquā. Mox uidentur dictiones transpositæ, At enim quod si debui, pro si quod debui. In quo. duntaxat.) Viderur sic distinguendū, In quo s' duntaxat quod s.r.f.p.m. q. d. Alioqui nō malē quadraret, Idq⁹ duntaxat. Sedisse ad dexteram patris.) Exemimus hæc uerba ueterū codicum fidem secuti. Ad illam de scripturis disputationem.) Ad illā de qua diximus, ut emphasis habeat.
- A**lioqui posset etiā legi, ad ullam. Si hæ sunt illæ uires eorum.) Id est si tam infirmi sunt. Variae præsumptionis.) Scripsimus, variae præsumptiones, necessario uolunt agnoscere. Necesse est enim, ut illos, dicere.) Ut illos, hoc est, ueraleis, hæreticos uidelicet. Sive populo palam, sive discentib⁹. seorsum.) Dis cētibus, id est discipulis, ut supra monuimus. Vim sp̄ritus sancti.) Si uiscri batur, nihil est scrupuli. Sin legas vim, defendi poterit oratio per figurā Gr̄ecam. Hoc est per vim uel secundum vim sp̄ritus sancti cōtestata fide. Quibus traducem fidei & semina doctrinæ.) Et hic potest esse synecdoche. A quibus per traducem fidei & semina doctrinæ, cæteræ exinde ecclesiæ multæ sunt, hoc est descendunt. Nam hæc figura ualde familiaris huic auctori. Quā si quis non animaduertat, uolet legere pro multis sunt, mutuatis sunt. Id qd̄ nō prorsus malē cōuenit. Necesse est itaq⁹ tot ac tant. ec.) Hanc sententiā & præcedentē sic distinxī. Omne genus ad originem suā censeatur necesse est. Ita quæ tot ac tantæ ecclesiæ, unam esse illam ab Apostolis primā, ex qua omnes. Expone ita quæ tot ac tantæ ecclesiæ

ſiæ, subaudiuntur, unam esse. Subaudiūt necesse est. Cæterum quod hic dicit tot ac tantæ ecclesiæ, refertur ad id quod supra est, exinde ecclesiæ multæ sunt. Com- municationis pacis, & appellatio fraternitatis, & confessio hospitalitatis (sic enim restituimus adiuuante consensu ueterum codicis, quod prius legebatur, confeſſatio) Subaudiūt iura sunt ecclesiæ. Eleganter autem à tesserā nouator uocabulorum Tertullianus uerbum finxit confessare, unde confessio. Id significat cōiunctionem familiariorēm quę per signum fiat. Nam tessera signū erat apud ueteres hospitale, cuius ostensione si quem redisse contigisset, statim agnoscebatur. Vnde Plautinum illud, Confregisti tesseram. Atq[ue] haud scio an per primū salutatio, compellatio per secundum, deniq[ue] per tertium sacrosancta cōmunio intelligantur. Nam cōstat ex ueteri monumentis, maiores nostros peregrinè aduenientibus hominibus probatę religionis & fidei, corpus domini mittere solitos. Sed sequitur infra. Itaq[ue] & dexteram ei dederunt signū concordia & cōuenientia. Item. Nec recipiūtur in pacē, & in cōmunicationē ab ecclesijs quoquo modo Apostolicis.

Sed quoniam.) Ferè tres uersus inclusimus signis parentheseos, usq; ad uerba, solent dicere. Et cohæret quod sequitur, Quis enim integræ mentis. Nec uero te moueat enim coniunctio. Sæpe enim huiusmodi particulas admiscet, quū nihil est opus. Pectori eius incubantem.) Id est indormientē, ut supra docuimus. 7

Discētib⁹ missum.) Discētēs pro discipulis, ut antē & postea sāpe.

Quibus incunabulis institutum est hoc corpus.) Incunabula uocat initia siue primordia. Et corpus, collegium, cōgregationem, quod uulgo dicunt cōmunitatē.

Traductiones eorū quē mentiuntur.) Traductiones opponit probationibus. Sunt autē depravationes scripturarū infamatiōnē non adsimiles. Infra scriptus, ab illo & ab illis. Vt Apostolos committat.) Cōmittuntur gladiatores in

Vt Apoſtolos committat.) Comittuntur gladiatores in arena depugnaturi. Mox dicit, in quæ & ipſi cōmittebant, id est parabant. Sic aduersus Iudæos, Sicut cætera quæ in illum cōmissuri eſſetis, prædicta ſunt: pro admittebant, & admissuri. Sed & in tertium uſq[ue] coelum eruptus Paulus eſt.) Sic ſupra in regula fidei, In coelos eruptum ſedere ad dexterā patris. Potes diſtinguere, Paulus eruptus eſt, Aut legere eruptus, & in paradíſum delatus. nam & cōiunctionis ſcriptura uerbo eſt, non ita abſimilis. Et mox ſequitur, Aut & alius poteſta in paradíſum eruptus debet oſtendi. Intellegerat.) Aut legendum intel,

**ligere erat aut intellexerat, nō nescio quid sub ostendi hoc dicto, de remotoire do-
ctrina.** Sub modio obstrui solere.) Aduersus Marcionem lib. IIII. Et negat,
inquit, lucernam abstruendam. Quare hic quoq; abstrui legendum non obstrui.
Infra scripsimus, Quia siue Paulus. Quale est ut ante res dei curent? Scri-

Stoicæ studiosus, Platonicae sectator.)
Sub episcopatu Eleutheri benedicti.) Eleu-

Vtrobis lubaudi philosophiae. Sub epilcopatu Eleutheri benedicti.) Eleu-
thero decimoquarto Romanæ ecclesie pontifici iam defuncto bene precans.ad/

thero decimoquarto Romanæ ecclesiæ pontifici iam defuncto bene precans, ad-
dit benedicti. Sic postea ueteres, Cuius memoria sit in benedictione, quoties uis-
ti sancti iam mortui meminissent. Hodie sanctos dicimus, uulgs Germanorum
etiam quoslibet, beatos ac felices. Carterū merito præclarum Christi martyrem
ornat elogio benedicti Tertullianus amantissimus martyrij, quū ille sanguinem
suū pro religione fuderit in martyru numerum relatus, quoꝝ etiam illa tempora
summa uenerationi habuere. Cum ducentis H-s.) Ducenta festertia faciūt ⁱⁱ
quīnqꝫ millia coronatorum. Attende morem ueterum rejectis ab ecclesia sua red-

Quing militia coronatorum. Attende morem ueterum relectus ab ecclesia sua redentium. Cum conditione datę sibi occurrit.) Scriptissimus, cōditioni. Sensus est, Quū uellet conditioni præstitutae occurrere, morte præuentus est. Ex Gorzieni. Mox, nec tamen ideo bonum hæreses. Sed & Apellis stemma retrandum est,) Vulgo solent generosi de uetusitate familię sese factare. Deser

tor continentiae Marcionensis.) Nam interdicebat nuptias Phaneroseis scripsit.) Expositiones erant rerum secretarum, hoc est, insignium nugarum procul dubio. φανέρως Græcis est manifesto. Vnde φανέρωσις manifestatio. De hoc sic in sequenti libro de hæresibus, Habet præterea priuatas sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant Phaneroseis Philumenes cuiusdam puellæ, quam quasi prophetissam sequitur. Nam & sic facilius traducentur.) Traducentur, id est inanes ostendentur. Nam traducere proprie est ignominie causa aliquem publicè circunducere. libro 111. aduersus Marcionem, Vt traduceret, inquit, eas. Ergo illis traduxisse debuerat, &c. Vt diuersitates peruersitatū.) Subaudi solent esse. Neq; enim consentiunt peruersitates. Et unius ætonis uitii in originem deduceret dei creatoris.) Vnde hoc ipso libro aliquāto posterius, Expauit enim, inquit, & extimuit, & contristatus est, & ex his passionibus concepit & addidit. 14 Hinc fecit cœlum & terram. Quam enim damnant, qui extraneam.) Pro qui substituimus ex annotatiunculis Gorziensibus quasi. Observandum porro quod hic more suo loquitur, omittens uerbum quod rursus est subaudiendum, hoc modo, Quam enim damnant, quasi extraneam subaudi damnant. Felix ecclesia.) Magna laus ecclesiæ Romane, quā omnes ueteres summè sunt uenerati. Degeneres uarietatis grano.) Ex Gorziensi reposuimus ueritatis grano. Subauditur præpositio ab. Degeneres à ueritatis grano, id est degenerantes. Id quum non attenderet quispiam non indoctus, iam olim ueritatis in uarietatis mutauit. Nam codex Paterniacensis aperte habet uarietatis. Mox pro adeundam scripturam ad eandem de scripturis prouocationē, id est ad eam quā habent orthodoxi. Sine scripturis.) Nam carent scripturis. Quid in meo agitis non me?) Hic iuris peritū audis. Syluam alienā cōdere, fontes transuertere, limes cōmōuere, in alieno seminare & pascere, inuadentiū sunt & aliena bona occupantiū. Et ipsis autoribus quorum fuit res.) Hoc est ipsis dominis autoritatem suam accommodantibus. Neq; domesticarum est eius.) Extraneam significat. Et itaq; pro utiq; usurpat, ut alias sepe. Integro instrumento.) In Paterniacensi codice est strumento, quo etiā alibi utitur pro instrumento, à struendo. Quod uero continenter sequitur, & ut uidetur, aut legendum, utitur, uidetur non callidio, re ingenio quam Marcion, subauditur esse. Aut, ut uidetur, non callidiore ingenio quam Marcion, subaudi est. Machæra, non stilo usus est.) Machæra cultrum Græcis significat. Nam de instrumento sacro Acta Apostolorum, Apocalypsin, Euangeliū Lucæ partem, & partem Paulinarum epistolarum refecat. Quo ius hodie ex Virgilio fabula in totū, aliam componi materiam secundū.) Hanc sententiam nostrū secuti iudicium sic emendaūmus & distinximus. Quo ius hodie ex Virgilio, fabulam totum aliam cōponi, materia secundum uerū, uersibus secundum materias concinnatis. Est autem figura Greca quum dicit totum aliam, id est secundum totum uel in toto aliam. Pinacem Cebetis explicavit.) Tabulam Cebetis intelligit, nam πίνακες Græcis tabula. Extat hodie Cebetis libellus in utraq; lingua. Homeri centonas sententiam uocare solent.) Pro sententiam legendum etiam, Græci uocant ὁμηρόνυτρα. Circunfertur Probæ Falconia titulo opusculum huius generis ex Virgilio concinnatum, & alterum ex Homero Græce incerti autoris, tametsi quidā eidem Probæ uindicare conantur. 16 Et sic adhuc initiat Mithræ.) Diuus Hieronymus libro primo Commentario-rum in Amos prophetam, ait Mithram sub eodem numero aliarum literarum Ethnici esse, quem Basilides hereticus portentoso nomine uocet Abraxan, qui sit omnipotens deus secundum Græcas literas & annui cursus numerum in Solis círculo contentum. Idem libro primo aduersus Iouinianum tradit Mithram & Erich

& Erichthonium iuxta Gentilium fabulas uel in lapide uel in terra de solo æstuli biddenis esse generatos. An idē sit nescio. Sed ceremonias quibus aliquis initiatur Mithræ sacræ prolixè describit Tertullianus noster in fine libri cui titulus de corona militis. Quum Mithræ miles, inquit, in spelæo in castris uerè tenebrarum initiantur, coronâ interposito gladio sibi oblatâ quasi mimû martyrij, dehinc capiti suo accômodatam monetur obuia manu capite depellere, & in humerum si forte transferre, dicens Mithram esse coronam suam, atq; exinde nunquā coronatur. Id quod in signis habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de sacramento: statimq; creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eā in deo suo esse dixerit. Hæc illuc. Quæ uerba paulo pròlixius citauit quo facilius intelligas quod hic dicit. Et sub gladio redimit coronam. Porro Mithræ leones assignabâr, Vnde in primo aduersus Marcionem, Sicut aride & ardentis, inquit, naturæ sacramenta leones Mythræ philosophantur. Sic enim illuc pro mire scribendū docuit exemplar Gorziense. Quid quod & summum Pontificem nuptijs statuit? Hirsaugiensis codex habebat, in unius nuptijs statuit: Hoc est uxoris suæ quæ Flaminica dicebatur, recepto Romanis uocabulo. Porro mire explicant huc locum quæ Tertullianus ad uxorem suam libro primo scribit hijs uerbis. Sacerdotium, inquit, uiduitatis celebratum est apud Nationes pro diabolî scilicet æmulatione. Regem seculi Pontificem Maximū rursus nubere nefas est. Quantum deo sanctitas placet, quum illam etiam inimicus adfectat, non utiq; ut alicuius boni adfinis, sed ut dei domini placita cum contumelia adfectans. Huc præte rea pertinet quod in libro de Monogamia rursum memorat, Pontifex, inquit, Maximus & Flaminica nubunt semel. Hoc exemplum non frustra citat Tertullianus assertor Monogamiae, quam secus quām par est nusquam non urget.

Habet & uirgines.) Puta uestales. Habet & continentes, uidelicet ipsum Pontificem & uxorem eius Flaminicam, si alterutrum mori contigerit. Morositatem illam Iudææ.) Morositatem uocat illam accuratam præscriptionē instrumenti ueteris, etiam usq; ad minutias. Et sanctorum Christianorum.) Sicut dicimus sancta sanctorum. Et æmulè fidei attentate.) Solet dicere Aemulus deo, in dativo, Sic etiam per aduerbiū æmulè deo. nam fidei hic in dandi casu dictum est. Ita omne mendaciū deo uel natio quodammodo sexus est idolatriæ.) Huc locum meum iudiciū fecutus ausus sum mutare & pro uel natione scribere variatio, huc me trahentibus Paterniacensis codicis uestigijs. Ut sic legas, Ita omne mendaciū deo, variatio quodammodo sexus est idolatriæ. Sensus est, Mendaciū deo nihil aliud est quām variatio generis idolatriæ. Q.D. Mendaciū à mendaciō deo non differt, nisi quod aliud aliam constituit idolatriam. Et creatorem deum accusationem.) Opinor esse figurā Græcā.

Non parent schismata.) Hoc est non apparent. Est em unitas ipsa.) Pro 17 ipsa uidebatur legendū, schisma, uel scissa. At malum exponere, Est autem unitas, ipsa, subaudi schismata. Sic enim est Tertulliani stilus. Et apparitio de nota.) Apparere alicui, ministrare est & inseruire, ceu supra docuimus, Vnde ap, partio pro ministerio. Quām suorum.) Id est eorū qui nos ante præstruxerunt, hoc est Apostolorum Christi. Alia capit opinari eos.) Verbum capit hoc modo solet usurpare. Id est, Accidit ut alias adhuc opiniones habeant haereticī. Aut, Possunt adhuc alia opinari qui exorbitant, ut uis uerbi capit melius exprimatur. Libro primo aduersus Marcionem, Si depreciari capit in creatore. De hoc loquendi genere monuimus supra. Angelos hominem instituere.) 18

- 19 Bis angelos legis. Alterum uidetur superuacaneū. Quæ fœtida & immunda, subaudi sunt. Ipsi, aiunt, propterea.) Ex Gorziensi collatiōe scripsimus, Ipsi, aiunt, præterea. Et mox, dicendo. Ipsum introducunt ad benedicenda: eucharistia sua.) Tradit Aur. Augustinus Ophitas istos habere etiam uerum colubrum quem nutrīunt & uenerantur. Qui & incantante sacerdote egreditur de spelunca, & ascendit super altare innixum speluncæ, & oblationes eorum lambit, & inuoluens se circa eas, regreditur ad speluncam: & ita confringunt oblationes in eucharistiā, quasi à serpente Christo, ut illi putant, sanctificatas. Hæc ille. A quibus insertoribus permixtus.) Lege Aeonibus inferioribus permixto.
- 20 Vt dicant illum tantummodo, sed & pro ipso, sed ipsum fuisse.) Restituimus ex Gorziensibus annotatiunculis, Vt dicant illū tantummodo Seth, & pro ipso. Seth ipsum fuisse. Mox, à superioribus uirtutibus. Item, iustitiæ cultu, uitæ integritate. Confirmasset illum dicto hoc pronunciatio appellat.) Ex Irenēo sic apparet legendum, Confirmasset illum dicto Iaioth, pronunciatio appellat. Sic paulo post de Heracleone, Introducit em̄, inquit, in primis illud fuisse quod pronunciat. Mox pro deceptione lege de aporiatione, id est desperatione. Nam in defectione fuit. Vel suadendo præstiterat.) Castigauimus sudando. Tertullianus aduersum Valentianos, Vt & Nonacris, inquit, inde sudauerit, quæ Alexandrum occidit. Hæresim Cerdonis adprobare conatus est, eadem dicitur.) Admonuimus iam sæpenumero, Tertullianum solitum uerbū præcedens etiam in sequente sententia subaudire, ut hic conatus est eadem dicere. Hoc uult uideri m.i.) Hoc, id est ab hoc, ut supra docuimus. Mox pro cui mundi scripsimus, cui mundo, nostrum iudicium secuti. Nam præcedens mundi uidetur erato occasionem dedisse. Totus enim secūdum Valentinū sapit.) Sic in De resurrectione carnis: ne de resurrectione ad Sadducæos sapere existimaretur. Quod iam nec salutem consequi posse.) Hunc locum in omnibus manu scriptis exemplaribus depravatum, ut uidetur, ausi sumus mutare ex Irenæi lectio, ut, pro Quod iam, supponentes Adam nec salutem consequi posse. An recte, iudicent docti. Certe Tatianum Irenæus tradit Ad e salutē contradicere. Mox post hæc uerba, qui ijs Proclum dicantur, addidimus hanc clausulam, sunt qui secundum Aeschinem pronuncientur. Christi pro nomine adprehensus.) Pro nomine Christi, hoc est ob professionem nominis Christiani, ut antè sæpe. Hunc locum sic scripsimus cōsentientibus exemplaribus uetus, Gorziensi Paternia censiq, Qui postea quām Christi pro nomine adprehensus est, in Christum blasphemare non destitit. Quæ uerba ausus est quidam in Hirsaugensi uolumine ad Augustini narrationem mutare, qui scribit horum hæreticorum autorem lapsum in persecutione, ut eius casus opprobrium deuictaret, asserere cœpisse Christum tantū esse hominem, quo non deum sed hominem negasse uideretur. Itaq; scripsit, Qui postea quām Christū pro nomine adprehensus, negauit, in Christum blasphemare non destitit. Nec uero magnopere refert quo ad sententiam. Præreas quidam.) Huic confutando proprium uolumen dicauit, quod in hoc opere sequitur.

ANNOT. IN LIBRVM SEQUITENTEM FINIS.

Q[·] SEPTIMII FLOREN TIS TERTVLLIANI DE PRAE SCRIPT. ADVERSVS HAERETICOS, LIB.



ONDITIO præsentium temporum etiā hanc ammonitionem prouocat nostram, non oportere nos mirari super hæreses istas, siue quia sunt futuræ enim præconciabantur: siue quia fidem quorundam subvertunt: ad hoc enim sunt, ut fides habendo temptationem, haberet etiam probationem. Vanè ergo & incosideratè pleriq^z hoc ipso scandalizantur, quod tantum hæreses ualeant, quantū si non fuis sent: cum quod sortitū est omni modo sit, sicut causam accipit ob quam sit, sic uim consequitur per quam sit: nec esse nō possit. Febrem deniq^z inter ceteros mortiferos & cruciarios exitus erogando homini deputatā, neq^z quia est miramur: est enim: neq^z quia erogat hominem, ad hoc enim est. Proinde hæreses ad languorem & interitū fidei productas si expauescimus hoc eas posse, prius est ut expauescamus hoc eas esse, quæ dum sunt, habēt posse: & dum possunt, habēt esse. Sed enim febrem ut malum, & de causa & de potentia sua, ut notum est, abominamur potius quām miramur, & quantū in nobis est præcauemus, non habentes abolitionem eius in nostra potestate. Hæreses uero mortem æternam, & maioris ignis ardore inferenteis malunt quidam mirari quod hoc possint, quām deuitare ne possint: cum habeant deuitandi potestatem. Ceterum nihil ualebunt, si illas tantum ualere mirentur. Aut enim dum mirantur, in scandalum subministrantur: aut quia scandalizantur, ideo mirantur quod tantum ualeant, quasi ex aliqua ueritate ueniant. Mirum scilicet ut malum uires suas habeat: nisi quod hæreses apud eos multum ualent, qui in fide non ualent. In pugna pugilū & gladiatorum, pleriq^z non quia fortis est, uincit quis, aut quia nō potest uinci: sed quoniam ille qui uictus est, nullis viribus fuit: adeo idem ille uictor bene ualenti postea cōparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hæreses de quorundam infirmitatibus habent, quod ualent, nihil ualētes si in bene ualentem fidem incurvant. Solent quidem isti miriones etiam de quibusdam personis ab hæresi captis, ædificari in ruinam. Quare illa uel ille fidelissimi, & prudentissimi, & usitatisssimi in ecclesia, in illam partem transierunt: Quis hoc dicens, nō ipse sibi respondit: neq^z prudentes, neq^z fideles, neq^z usitatos æstimandos, quos hæreses potuerint demutare? Et hoc mirum (opinor) ut probatus aliquis retro, postea excidat: Saul bonus præ ceteris, liuore postea euertitur. David uir bonus secundū cor domini, postea cædis & stupratus

reus est. Salomon omni-gratia & sapientia donatus a domino; ad idolatriam a mulieribus inducitur. Soli enim dei filio seruabatur sine delicto permanere. Quid ergo si episcopus, si diaconus, si uidea, si uirgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a regula fuerit: ideo haereses ueritatem uidebuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Nemo sapiens est, nemo fidelis, nemo maior nisi Christianus. Nemo autem Christianus, nisi qui ad finem usque perseuerauerit. Tu ut homo, extrinsecus unumquemque nosti: putas quod uides. Vides autem quousque oculos habes. Sed oculi, inquit, dominii alti. Homo in faciem deus in præcordia contemplatur. Et idcirco cognoscit dominus qui sunt eius: & plantam quam non plantauit, eradicat: & de primis nouissimos ostendit: & uentilabrum in manu portat ad purgandam aream suam. Auolent quantum uolunt paleae leuis fidei, quocunque ad flatu tentationum, eo purior massa frumenti in horrea domini reponetur. Nonne ab **Discentes** ipso domino quidam discentium scandalizati deuerterunt? nec tamen propterrea, cæteri quoque discedendum a uestigio eius putauerunt: sed qui scierunt illum uitæ esse uerbum, & a deo uenisse, perseuerauerunt in comitatu eius usque ad finem: cum illis si uellent & ipsi discedere placide obtulissent. Minus est si & apostolū eius, aliqui Phygelus, & Hermogenes, & Philetus, & Hy menæus reliquerunt: ipse traditor Christi de Apostolis fuit. Miramur de ecclesijs eius, si a quibusdam deseruntur, cum ea nos ostendunt Christianos quæ patimur, ad exemplum ipsius Christi. Ex nobis, inquit, prodierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum.

Dominica p. Quin potius memores sumus tam dominicarum pronunciationum, quam **nunciatioes** apostolicarum literarum, quæ nobis & futuras haereses prænunciauerunt, **Apostolicae** & fugiendas præfinierunt: ut sicut esse illas non expauescimus, ita & posse id propter quod fugiendæ sunt non miremur. Instruit dominus multos esse uenturos sub pellibus ouium, rapaces lupos. Quæ nam istæ sunt pelles ouium, nisi nominis Christiani extrinsecus superficies? Qui lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli, ad infestandum gregem Christi intrinsecus delitescentes? Qui pseudoprophetæ sunt, nisi falsi prædicatores? Qui pseudoapostoli, nisi adulteri euangelizatores? Qui antichristi interim & semper, nisi Christi rebellcs? Hoc erunt haereses non minus doctrinarum peruersitate ecclesiastiam lacestantes, quam tunc antichristus persecutionum atrocitate persequitur: nisi quod persecutio & martyres facit, haereses apostatas tantum. Et ideo haereses quoque oportebat esse, ut probables quicunque manifestaretur: tam qui in persecutionibus steterint, quam qui ad haereses non exorbitauerint. Neque enim eos probatos intelligi iubet, qui in haeresim fidem demutant. Sicut ex diuerso sibi interpretantur, quia dixit alibi: Omnia examine, quod bonum est tenete. Quasi non liceat omnibus male examinatis iniectione aliqui malorum impingere per errorem. Porro si dissensiones & schismata increpat, quæ

pat, quæ sine dubio mala sunt, & incontinenti hæreses subiungit, quod malis adiungat malum utiq; profitetur, & quidem maius: cum idem credidisse se dicat, de schismatibus & dissensionibus: quia sciret etiam hæreses oportere esse. Ostendit enim grauior mali despectu de leuioribus se facile credi possit: certè non ut ideo de malis crediderit, quia hæreses bonæ essent, sed ut de peioris quoq; notæ temptationibus præmoneret non esse mirandū, quas ediceret tendere ad probabiles quosq; manifestados, scilicet quos non potuerint deprauare. Deniq; si totum capitulum ad unitatem continendam, & separationes cohæcendas sapit: hæreses uero non minus ab unitate diuelunt, quam schismata & dissensiones, sine dubio & hæreses in ea conditione reprehensionis constituit, in qua schismata & dissensiones. Ac per hoc non eos probabiles facit, qui in hæreses diuerterint, cū maxime diuerti ad eius modi obiurgans, & docens unum om̄es loqui, & ipsum sapere: quod etiam hæreses non sinunt. Nec diutius de isto, t̄ si idem & Paulus, qui & alibi hæreses inter carnalia crimina enumerat scribens ad Galatas: & qui Tito suggerit, hominem hæreticum post primam correptionem recusandum, quod peruersus sit eiusmodi & delinquit, ut à semetipso damnatus. Sed & in omnī penē epistola de adulterinis doctrinis fugiendis inculcans hæreses taxat: quarum opera sunt adulteræ doctrinæ, hæreses dictæ Græca uoce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas utitur. Ideo & sibi damnatum dixit hæreticū: quia & in quo damnatur, sibi elegit, Nobis uero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligeret quod aliquis de arbitrio suo induxit. Apostolos domini habemus autores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fideliter Nationibus adsignauerunt. Itaq; etiam si angelus de cœlis aliter euāgelizaret, anathema diceretur à nobis. Prouiderat iam tunc spiritus sanctus futurum in uirgine quadam Philumene angelum seductionis, transfigurantem se in angelū lucis: cuius signis & præstigijs Apelles inductus, nouam hæresim induxit. Hæ sunt doctrinæ hominum & dæmoniorum, prurientibus auribus natæ, de ingenio sapientiae secularis: quā dominus stultitiā uocans, stulta mundi confusione etiam philosophie ipsius elegit. Ea est enim materia sapientiæ secularis, temeraria interpres diuinæ naturæ dispositionis. Ipsæ deniq; hæreses à philosophia subornantur. Inde æones & formæ, nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentimum: Platonicus fuerat. Inde Marcionis deus melior de trāquillitate: à Stoicis uenerat. & uti anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur. Et ut carnis restitutio negetur, de una omnium philosophorum schola sumitur. Et ubi materia cū deo æquatur, Zenonis disciplina est: & ubi aliquid de igneo deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eadem materiæ apud hæreticos & philosophos uolutatur: idem retractatus implicatur. Vnde malum, & quare

& quare? & unde homo, & quomodo? Et quod proxime Valentinus pro-
 posuit, Vnde deus? Scilicet & de Enthymesi, & Ectromate inserunt Aristotelem, qui illis Dialecticam instituit, artificem struendi & destruendi, uersu-
 pellem, in sententijs coactam, in coniecturis duram, in argumentis operaria, contentione molestam, etiam sibi ipsi omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit. Hinc illae fabulae & genealogie indeterminabiles, & questiones infelicitas, & sermones serpentes, uelut cancer: a quibus nos Apostolus refrenans, nominatim philosophiam & inanem seductionem contestatus caueri oportere, scribens ad Colossenses: Videte ne quis sit circumueniens uos per philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominum, praeter prouidentiam spiritus sancti. Fuerat Athenis, & ista sapientiam humanam, affectatrix & interpolatrix ueritatis, de cōgressibus nouerat ipsam quocq; in suas haereses multipartitam uarietatem sectarum in-
 uicem repugnantium. Quid ergo Athenis & Hierosolymis? quid Academias & ecclesias? quid haereticis & Christianis? Nostra institutio de portico Salomonis est: qui & ipse tradiderat dominū in simplicitate cordis esse querendum, Viderint qui Stoicum, & Platonicum, & Dialecticum, Christianis praetulerunt. Nobis curiositate opus non est post Christū Iesum, nec inquisitione post Euangelium. Cum creditus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius creditus, nō esse quod ultra credere debemus. Venio itaque ad illum articulum, quem & nostri praetendunt ad ineundam curiositatem, & haeretici inculcant ad importandam curiositatem. Scriptum est in, quiunt: Quærite, & inuenietis. Quando hanc uocem dominus emisit, recordemur. Puto in primitijs ipsis doctrinæ suæ, cum adhuc dubitaretur apud omnes, an Christus esset. Et cum adhuc nec Petrus illum dei filium pronunciasset: cum etiam Ioaunes de illo certus esse desisset. Quærite, & inuenietis, quando quærendus adhuc erat: & hoc quantum ad Iudeos. Ad illos enim pertinet totus sermo suggestiōnis istius, qui habebant ubi quærerent Christum. Habent, inquit, Moysen & Heliam: id est, legem & prophetas Christum prædicantes: secundum quod & alibi aperit: Scrutamini scripturas, in quibus salutem speratis. Illæ enim de me loquuntur. Hic erit, quærite & inuenietis. Nam & sequentia in Iudeos competere manifestum est, Pulsate & aperietur uobis. Iudei retro penes deum fuerāt: dehinc electi ob delicta, extra deum esse cœperunt. Nationes uero nunquam penes deum, nisi stillicidiū de situla, & puluis ex area, & foris semper. Itaq; qui foris semper, quomodo pulsabit eō ubi nunquam fuit? quam ianuam nouit, in qua nec receptor, nec electus aliquando: an qui scit se intus fuisse & foras actū, is potius pulsabit, & ostium nouit? Etiam petite & accipietis, ei cōpetit, qui sciebat a quo erat aliquid promissum, a deo scilicet Abraham, Isaac & Iacob: quem Nationes non magis nouerant, quam ullam re-promissionem eius. Et ideo ad Israel

ad Israel loquebatur. Non sum, inquit, missus, nisi ad oves perditas domus Israe lis. Non dum canibus iactabat panem filiorum: non dum in uiam gentium uel nationum ire mandabat. Si quidem in finem precepit, ut uaderent ad docendas & tingendas Nationes, consecuturi mox spiritum sanctum paracletum, qui illos deducturus esset in omnem ueritatem. Et hoc erga illos facit. Quod si Nationibus destinati doctores Apostoli, ipsi quoque doctorē consecuturi erant paracletum, multo magis uacabat erga nos, Quærite & inuenietis: quibus ultro erat obuentura doctrina per Apostolos, & ipsis Apostolis per spiritum sanctum. Omnia quidem dicta domini omnibus posita sunt, per aures Iudeorum ad nostransierunt: sed pleraque in personās directa, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt, sed exemplum. Cedo nunc sponte de gradu isto: omnibus dictum sit, Quærite & inuenietis: tamen & hic expedit sensus, certare cum interpretationis gubernaculo. Nulla vox diuina ita dissoluta est & diffusa, ut uerba tantum defendantur, & ratio uerborum non coſtituatur. Sed in primis hoc propono: Vnūitacque & certum aliquid institutum esse à Christo, quod credere omni modo debant Nationes: & idcirco quærere, ut possint cū inuenient credere. Vnius porro & certi instituti, infinita inquisitio non potest esse: querendum est donec inuenias, & credendū ubi inuenieris: & nihil amplius, nisi custodiendum quod credidisti: dum insuper credis, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum, cū id inuenieris & credideris quod ab eo institutū est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quamquod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse, id quod à Christo institutū est. Interim ex fiducia probationis praeuento, admonens quosdam nihil esse quaerendum ultra quod crediderunt, id esse quod querere debuerunt: Quærite & inuenietis, sine disciplina rationis interpretentur. Ratio autē dicti huius in tribus articulis constitit. In re, in tempore, in modo. In re: ut quid sit querendum, consideres. In tempore, ut quando. In modo, ut quibusque. Igittar querendum est quod Christus instituit, utique donec inuenias. Inuenisti autē cum credidisti. Nam nō credidisses, si nō inuenisses: sicut nec quæsisses, nisi ut inuenires. Ad hoc ergo quæreris, ut inuenias: & ad hoc inuenies, ut credas. Omnem prolationem querendi & inueniendi statuit fructus ipse querendi. Hanc tibi fossam determinauit ipse qui te non uult aliud credere, quam quod instituit, ideoque nec querere. Ceterum si quæ talia tanta ab alijs sunt instituta, propterea instantum querere debemus, in quantum possumus inuenire, semper queremus, & nunquam omnino credemus. Vbi enim erit finis querendi: ubi statio credendi: ubi expunctio inueniendi? Apud Marcionem: sed & Valentinus proponit: Quærite & inuenietis. Apud Valentini num: sed & Apelles hac me pronūciatione pulsauit, & Hebion, & Simōn, & omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes me sibi adducant

Cedo de
gradu

*Vide Annos
tationes*

*Fossam tibi
determinauit*

Vide Annotations

ducant. Et erit itaq; nusquam dum ubiq; conuenio, Quærere & inuenietis & uelint sic nusquā, quasi qui nunquā adprehenderim illud quod Christus instituit: quod credi necesse est, qd' queri oportet. Impune erratur, nisi delinatur: quāuis errare, delinquere est. Impune, inquā, uagatur, qui nihil deserit. At em quod si debui credere, credidi: & aliud denuo puto requirendum: spero utiq; aliud esse inueniendum, nullo modo speratus istud, nisi quia aut non crediderā qui uidebar credidisse, aut desj credidisse. Ita fidem meā deserens, negator inuenior. Semel dixerim: Nemo querit, nisi qui aut nō habuit, aut perdidit. Perdiderat unā ex decē didragmis anus illa, & ideo querebat. Vbi tamē inuenit, querere desijt. Panem uicinus nō habebat, & ideo pulsabat. Vbi tamen apertū est ei, & accepit, pulsare cessauit. Vidua à iudece petebat audiri, quia nō admitebatur: sed ubi audita est, hactenus instittit. Adeo finis est, & querendi, & pulsandi, & petendi. Petenti enim dabitur inquit, & pulsanti aperietur, & querenti inuenietur. Viderit qui querit semper, quia non inuenit. Illic enim querit, ubi non inuenietur. Viderit qui semper pulsat, quia nunq; aperietur. Illuc em pulsat, ubi nemo est. Viderit qui semper petit, quia nunquā auditur. Ab eo enim petit, qui nō audit. Nobis & querendum est adhuc & semper. Vbi tamen queri oportet? Apud haereticos: ubi omnia extranea & aduersaria nostræ ueritati, ad quos uetamur accedere. Quis seruus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini sui sperat? Quis miles ab infederatis, ne dicā ab hostibus regibus, donatiuum & stipendium captat, nisi planè desertor & transfuga & rebellis? Etiā anus illa intra tectum suum dragmam requirebat: etiā pulsator ille uicini ianuam tundebat: etiā uidua illa nō inimicum licet durū iudicem interpellabat. Nemo inde strui potest, unde destruitur. Nemo ab eo inluminatur, à quo contenebratur. Quæramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro: In quo duntaxat Regula fidei Aliis, conditoris duntaxat quod salua regula fidei potest in quæstionē deuenire. R E G U L A E S T A V T E M F I D E I, ut iam hinc quid credamus profiteamur, illa scilicet qua creditur unum omnino deū esse, nec aliū præter mundi & creatorem, qui uniuersa de nihilo produxerit per uerbum suum primò omnium emisum: id uerbum filius eius appellatum in nomine dei, uariè uisum Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremo delatum ex spiritu patris dei & uirtute, in virginem Mariam, carnem factum in utero eius, & ex ea natū, egisse Iesum Christum: exinde prædicasse nouam legem, & nouam promissionem regni cœlorum, uirtutes fecisse, fixum cruci, tertia die resurrexisse: In cœlos eruptum, sedere ad dexteram patris: misisse uicariam uim spiritus sancti, qui credentes agat: uenturum cū claritate ad sumendos sanctos, in uitæ æternæ & promissorum cœlestium fructum, & ad prophanos iudicandos igni perpetuo, facta utriusq; partis resuscitatione cum carnis restitutione. Hæc regula à Christo ut probabitur instituta, nullas habet apud nos

sōs quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Cæte
tum manente forma eius in suo ordine, quantum libet quæras & tractes, &
omnem libidinem curiositatis effundas, siquid tibi uidetur uel ambiguitate
pendere, uel obscuritate obumbrari: est utiq; frater aliquis doctor gratia
scientiæ donatus: est aliquis inter exercitatos conuersatus, aliquid tecum cu-
riosius tamen quærens: nouissime ignorare melius est, ne quod non de-
beas, notis. Fides, inquit, tua te saluum fecit: non exercitatio scripturarum. Fi
des in regula posita est: habet legem, & salutē de obseruatione legis: exerci-
ratio aut in curiositate consistit, habens gloriā solam de peritiæ studio. Ce-
dat curiositas fidei, cedat gloria saluti. Certe aut nō obſtrepāt, aut quiescant
aduersus regulam. Nihil scire, omnia scire est. Ut non inimici essent uerita-
tis hæretici, ut de refugiendis eis nō præmoneremur, quale est conferre cum
hominibus, qui & ipsi adhuc se quærere cōfidentur: Si em̄ uerē adhuc que-
runt, nihil adhuc certi reprehenderunt: & ideo quodcunq; uidentur interim
tenere, dubitationem suam ostendunt quamdiu querunt. Itaq; tu qui pro-
inde quæris, spectas ad eos qui & ipsi quærunt, dubius ad dubios, incertus
ad incertos, cæcus à cæcis in foueam deducaris necesse est. Sed cū decipien-
di gratia prætendant se adhuc quærere, ut nobis per sollicitudinis iniectio-
nem tractatus suos insinuent: deniq; ubi adierunt ad nos, statim quæ dice-
bant quærenda esse, defendunt: iam illos sic debemus refutare, ut sciant nos
non Christo, sed sibi negatores esse. Cum enim querunt adhuc, nondum
tenent: cum autem tenent, nondum crediderunt, non sunt Christiani. At
cum tenent quidem & credunt, querendum tamen dicunt ut defendant: an/
tequam defendant negant quod credunt, confidentes se nondum credidisse
se, dum querunt. Qui ergo nec sibi sunt Christiani, quanto magis nobis?
Qui per fallaciam ueniunt, qualem fidem disputant: cui ueritati patrocinan-
tur, qui eam à mendacio inducūt? Sed ipsi de scripturis agunt, & de scriptu-
ris suadent. Aliunde scilicet suadere nō possent de rebus fidei, nisi ex literis
fidei. Venimus igitur ad propositum (huc enim dirigebam) & præstamus
allocutionis præfationem, ut iam hiac de eo cōgrediamur, de quo aduersar-
iū provocant. Scripturas obtendunt, & hac sua audacia statim quosdā mo-
uent: in ipso uero congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, me-
dios cum scrupulo dimittunt. Hūc igitur potissimum gradum obſtruimus, &
non admittendi eos ad illam de scripturis disputationem, si hæc sunt ille uir-
tes eorum, uti ne eas habere possint. Dispici debet cui competat possessio
scripturarū, ne is admittatur ad eandem, cui nullo modo cōpetit. Hoc de cō/
filio diffidentiæ, aut de studio aliter ineundæ constitutionis induxerim, nā
ratio constiterit, in primis illa, quod fides nostra obsequium Apostolo de-
beat, prohibenti quæstiones inire, nouis uocibus aures accōmodare, hæreti-
cum post unā correptionem cōuenire, nā post disputationem. Adeo inten-
sionem dixit

dixit disputationem, correptionem designans causa hæretici conuenientia & hoc unam, scilicet quia non est Christianus: ne more Christiani semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus castigandus uideretur: cu ob hoc sit castigandus, propter quod no sit cu illo disputandum. Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarū, nisi planè ut aut stomachi quis ineat uersionem, aut cerebri. Ista hæresis non recipit quasdam scripturas: et si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interverit. & si recipit non recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones cōmentata conuertit. Tantum ueritati obseruit adulter sensus, quantum & corruptor stilus. Variæ præsumptiones necessario nolunt agnoscere ea, per quæ reuincuntur: his nituntur quæ ex falso cōposuerunt, & quæ de ambiguitate cœperunt. Quid promouebis exercitatisime scripturarum, cu si quid defenderis, negetur ex diuerso, si quid negaueris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes, nisi uocem in contentione: nihil consequeris, nisi uilem de blasphematione laudem. Ille uero si quis est cuius causa in congressum descendis scripturarum, ut eum dubitatem confirmes, ad ueritatem an magis ad hæreses deuuerget: hoc ipso motus, quod te uideat nihil promouisse æquo gradu negandi & defendendi, diuersa parte statutum: certè & pari altercatione incertior discedet, nesciens quam hæresim iudicet. Hęc utiq & ipsi habent in nos retorquere. Necesse est enim & illos dicere, nobis potius adulteria scripturarū & expositionum eorum mendacia inferri, qui proinde sibi defendant ueritatem. Ergo no ad scripturas prouocandum est: nec in his cōstituendum certamen, quibus aut nulla aut incerta uictoria est, aut parum certa. Nam et si no ita euaderet collatio scripturarum, ut utrancq partem parem fisteret, ordo rerum desiderabat illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est: Quibus competit fides ipsa, Cuius finis scriptura: A quo, & per quos, & quando, & quibus si tradita disciplina qua fiunt Christiani. Vbi enim apparuerit esse ueritatē disciplinæ & fidei Christianæ, illuc erit ueritas scripturarū & expositionum, & omnium traditionū Christianorum. Christus Iesus dominus noster permittat dicere interim, quisquis est, cuiuscunq dei filius, cuiuscunq materiæ homo & deus, cuiuscunq fidei præceptor, cuiuscunq mercedis promissor. Quid esset, quid fuisset, quam patris uoluntatem administraret, quid homini agendum determinaret, quamdiu in terris agebat, ipse pronunciabat.

Discentes siue populo palā, siue discentibus seorsum. Ex quibus, duodecim præcipios lateri suo adlegerat destinatos Nationibus magistros. Itaq uno eorū decus so, reliquos undecim regrediens ad patrē post resurrectionē, iussit ire & docere Nationes, tingēdas in patrē & in filiū & spiritum sanctū. Statim igitur Apostoli quid apostoli, quos hec appellatio missos interpretatur, assumpto per sortē duos, decimo Mathia in locum Iudeæ ex autoritate prophetæ, qua est in psalmo David

Quia id consecutio promissa, uim spiritus sancti ad uirtutes & eloquium, pri-
 mò per Iudæam contestata fide in I E S U M C H R I S T U M, & ecclesijs in-
 stitutis, dehinc in orbem profecti, eandem doctrinā eiusdem fidei Natio-
 nibus promulgauerunt: & proinde ecclesijs apud unamquaq; ciuitatem
 condiderunt. Quibus traducem fidei & semina doctrinæ, cæteræ exinde ec-
 clesiæ multæ sunt, & quotidie mutuantur ut ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipse
 apostolicæ deputabuntur, ut soboles Apostolicarum ecclesiarū. Omne ge-
 nus ad originem suam censeatur, necesse est. Ita quæ tot ac tantæ ecclesiæ,
 unam esse illam ab Apostolis primam, ex qua omnes. Sic omnes primæ, &
 omnes Apostolicæ, dum unam omnes probant unitatem. **Cōmunicatio**
 pacis, & appellatio fraternitatis, & cōfesseratio hospitalitatis: quæ iura non
 alia ratio regit, quām eiudē sacramenti una traditio. **Hinc** igitur dirigitus
p r a e s c r i p t i o n e m: Si dominus Iesus Christus apostolos misit ad p r æ d i c a n -
 dum: alios nō esse recipiendos p r æ d i c a t o r e s , quām quos Christus instituit:
 quia nec alijs patrem nouit nisi filius, & cui filius reuelauit: & nec alijs vide-
 tur reuelasse filius, quām apostolis quos misit ad p r æ d i c a n d u m , utiq; quod
 illis reuelauit. Quid autē p r æ d i c a u e r i n t , id est , quid illis Christus reuelaue-
 rit, & hic p r æ s c r i b a m , non aliter probari debere , nisi per easdem ecclesijs,
 quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis p r æ d i c a n d o , tam uiua (quod aiunt) **v i v a n o c e**
 uoce, quām per epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnē do-
 ctrinam, quæ cum illis ecclesijs Apostolicis matricibus & originalibus fidei
 respiret, ueritati deputandam: & sine dubio tenentes, quod ecclesiæ ab Apo-
 stolis, Apostoli à Christo, Christus à deo suscepit: Reliquam uero omnem
 doctrinam de mendacio p r æ i j u d i c a n d a m , quæ sapiat contra ueritatem ec-
 clesiistarum, & Apostolorum, & Christi, & dei. Supereft ergo uti demonstre-
 mus, an nostra doctrina, cuius regulam supra edidimus, de Apostolorum
 traditione censeatur: & ex hoc ipso, an cæteræ de mendacio ueniant. Com-
 municamus cum ecclesijs apostolicis, quod nulla doctrina diuersa, hoc est
 testimoniu m ueritatis. Sed quoniam (tum expedita probatio est, ut si statim
 proferatur, nihil iam sit retractandum, ac si prolata nō fit à nobis, locum in-
 terim demus diuersæ parti, si quid putant ad infirmandā hanc p r æ s c r i p t i o-
 nem mouere se posse) solent dicere, non omnia Apostolos scisse, eadem agi-
 tati dementia qua rursus conuertunt, omnia quidem Apostolos scisse, sed
 non omnia omnibus tradidisse: in utroq; Christum reprehensioni innicien-
 tes, qui aut minus instructos, aut parum simplices apostolos miserit: Quis
 enim integræ mentis, credere potest aliquid eos ignorasse , quos magistros
 dominus dedit, indiuiduos habitos in comitatu, in discipulatu, in conuictu,
 quibus obscura quæq; seorsum differebat, illis dicens datum esse cognosce-
 re arcana, quæ populo intelligere non licet. Latuit aliquid Petrum ædifi-
 candæ ecclesiæ Petram dictum, claves regni cœlorum consecutū, & soluendi

k 3 & alli

Ioannes & alligandi in caelis & in terris potestatem? Latuit & Ioannem aliquid dile-

7 Etissimum domino, pectori eius incubantem, cui soli dominus Iudam tradis-
torem demonstrauit, quem loco suo filium Mariæ demandauit? Quid eos
ignorasse uoluit, quibus etiam gloriam suā exhibuit, & Moysen, & Heliam
& insuper de cœlo patris uocem? nō quasi cæteros reprobans, sed quoniam
in tribus testibus stabit omne uerbū. Ignorauerunt itaq; & illi quibus post
resurrectionē quoq; in itinere omnes scripturas edifferere dignatus est. Di-
xerat plane aliquando: Multa habeo adhuc uobis loqui, sed non potestis
modo ea sustinere: tamen adjiciens: Cū uenerit ille spiritus ueritatis, ipse uos
docet in omni ueritate: ostēdit illos nihil ignorasse, quos omnem ueritatem
consecuturos per spiritū ueritatis repromiserat. Et utiq; impleuit repromis-
sum, probantibus Actis Apostolorū descensum spiritus sancti. Nendum spi-

Dicens ritum sanctum possint agnoscere discentibus missum, sed nec ecclesiam se di-
cant defendere, qui quando, & quibus incunabulis institutū est hoc corpus,
probare nō habent. Tanti enim est illis non habere probationes eorū quæ
defendunt, ne pariter admittātur traductiones eorū quæ mentiuntur. Pro-
ponunt ergo ad suggillandam ignorantiam aliquam Apostolorum, quod
Petrus & qui cum eo erant, reprehensi sint à Paulo. Adeo, inquit, aliquid
eis defuit: Vt ex hoc etiam illud struant, potuisse postea pleniorē scientiam
superuenire, qualis obuenerit Paulo reprehēdenti antecessores. Possimus
& hic Acta Apostolorū repudiantibus dicere: Prius est uti ostendatis quis
iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus: quatenus &
aliás ad quæstiones plurimum eo utuntur. Neque enim pseudapostolum
se de persecutore profitetur. sufficit unicuiq; examineate credenti, quādo nec
deus de se testimonium dixerit. Sed credant sanè scripturis, ut credant ad-
uersus scripturas: tamen doceant ex eo quod allegant, Petrum à Paulo re-

Alius, hoc est prehensum, alias euangeli formam à Paulo superductam citra eam quam
alterius & di præmiserat Petrus, & cæteri. Atqui demutatus in prædicatorem de persecu-
tore deducitur ad fratres à fratribus, ut unus ex fratribus, ab illo & ab illis
qui ab Apostolis fidem induerant. Dehinc, sicut ipse enarrat, ascendit Hiero-
rosolymam cognoscendi Petri causa, ex officio & iure scilicet eiusdem fidei
& prædicationis. Nam & illi non essent ammirati de persecutore factū præ-
dicatorem, si aliquid contrarium prædicaret: nec dominū præterea magnifici
cassent, quia aduersarius eius Paulus obuenerat. Itaq; & dexteram ei deder-
unt signum cōcordię & cōuenientiæ: & inter se distributionē officij ordina-
uerunt, nō separationem euangeli: nec ut aliud alter, sed ut alijs alter prædi-
carent, Petrus in circuncisionē, Paulus in Nationes. Cæterū si reprehensus
est Petrus quod conuixisset ethnicis, postea se à conuictu eorū separabat
personarū respectu: utiq; cōuersationis fuit uitium non prædicationis. Non
enim ex hoc alias deus q̄ creator, & alias Christus, quam ex Maria, & alia
spes

Spes quām resurrectio annunciat. Non mihi tam bene est, immo nō mihi male est, ut Apostolos cōmittam. Sed quoniam peruersissimi isti illam reprehensionem ad hoc obtendunt, ut suspectam faciant doctrinā superiorem, respondebo quasi pro Petro: ipsum Paulū dixisse factum se omnibus esse omnia, Iudeis Iudæum, nō Iudeis nō Iudæum, ut omnes lucifaceret. Adeo pro temporib⁹ & personis & causis quædā reprehendebant, in quæ & ipsi & que pro temporib⁹ & personis & causis cōmittebant: quemadmodum si & Petrus reprehenderet Paulum, quod prohibens circūcisionem cīcūciderit ipse Timotheum. Viderint qui de Apostolis iudicāt. Bene quod Petrus Paulo & in martyrio adæquat. Sed & in tertium usq; cœlum erexitus Paulus est, in paradisum delatus audijt quēdam illic, quæ non possunt uideri fuisse quæ illum in aliam doctrinam instructiorem præstarent, cum ita fuerit conditio eorum ut nulli hominum prōderentur. Quod si ad alios conscientiam manauit nescio quid illud, & hoc se aliqua hæresis sequi affirmat, aut Paulus secreti proditi reus est, aut & aliis postea in paradisum erexitus debet ostendi, cui permisum sit eloqui, quæ Paulo mutare non licuit. Sed, ut diximus, eadem dementia est, cum confitentur quidem nihil Apostolos ignorasse, nec diuersa inter se prædicasse, sed non omnia uolunt illos omnibus reuelasse: quædam palam, & uniuersis: quædam secreto, & paucis demandasse: quia & hoc uerbo usus est Paulus ad Timotheum: O Timothee depositum custodi. Et rursum: Bonū depositum custodi. Quod hoc depositum est, tam idoneum, ut alterius doctrinæ deputetur? An illius denunciationis, de quo ait? Hanc denunciationem commendo apud te filiole Timothee. Item illius præcepti, de quo ait: Denuncio tibi ante deum, qui uirificat omnia, & Iesum Christum, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut custodias præceptum. Quod aut̄ præceptum, & quæ denunciatio, supra & infra ex scriptis intellegerat, non nescio quid sub ostendi hoc dicto de remotiore doctrina, sed potius inculcari de nō admittenda alia præter eam, quā audierat ab ipso: & puto corā multis, inquit, testibus. Quos multos testes, si nolunt ecclesiam intelligi, nihil interest quomodo nihil tacitum fuerit, quod sub multis testibus proferebatur. Sed nec quia monet illum hæc fidelibus hominibus demandare, qui idonei sint & alios docere, id quoque argumentum occulti alicuius euangeliū interpretandum est. Nam & cum dicit Hæc, de eis dicit, de quibus in præsenti scribitur: Hæc bebat: de occultis autem ut de absentibus apud conscientiam, non hæc, sed illa dixisset. Porro cōsequens erat, ut cui demandabat euangeliū administrationem, non passim nec inconsideratè administrandam adjiceret: & secundum dominicam uocem, ne margaritam porcis, & sanctū canibus iactaret. Dominus palam edixit, sine ulla significatione alicuius taciti sacramēti, ipse preceperat, si quid in tenebris & in abscondito audissent, in lucē & in tectis

prædicarent. Ipse per similitudinem præfigurauerat: ne unam mnam, id est, unum uerbum eius, sine fructu in abdito referuarēt. Ipse docebat lucernam non sub modio abstrui solere, sed in candelabrum constitui, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Hæc Apostoli aut neglexerūt, si non adimpleuerūt, abscondentes aliquid de lumine, id est, dei uerbo, Christi sacramento. Neminem quod scio uerebantur, non Iudæorum uim, non ethnicorū: quo magis utiq; in ecclesia libere prædicabant, qui in synagogis & in locis publicis non tacebant: imò neq; Iudæos conuertere, neq; ethnicoſ inducere potuissent, niſi quod credi ab eis uolebāt, ordinarie exponerent. Multo magis iam creditib; ecclesijs, nihil subtraxiſſent, quod alijs paucis ſeorsum demandarent: quanquām eti quædam inter domesticos, ut ita dixerim, diſſerebāt, non tamen ea fuſſe credendum eſt, quæ aliam regulā fidei superducerent, diuersam & contrariam illi, quam catholicè in mediū proferebant: ut alium dominum in ecclesia dicerent, aliū in hospitio: & aliam Christi substantiam designarent in aperto, aliam in secreto: & aliam ſpem resurrectionis apud omnes annunciasſent, aliam apud paucos: cum ipſi obſeruarent in epiftolis ſuis, ut idipſum & unum loquerentur omnes: & non eſſent ſchismata & diſſenſiones in ecclesia, quia ſive Paulus, ſive alijs, eadem prædicarent. Alioquin meminerant, Sit sermo uester: eſt, eſt: non, non: quod amplius, hoc à malo eſt: ne euangelium in diuersitate tractarent. Si ergo incredibile eſt, uel ignotissime Apostolos plenitudinem prædicationis, uel non omnem ordinem regulæ omnibus ædidiſſe, uideamus ne Apostoli quidem ſimpliciter & plenè, ecclesiæ autem ſuo uitio aliter acceperint q̄z Apostoli præferebant. Omnia iſta ſcrupulositatis incitamenta, inuenias prætendi ab hereticis. Tenent coruptas ab Apostolo ecclesijs, O infenſati Galatæ, quis uos uafinauit? &, tam bene currebatis, quis uos impedijt: ipſumq; principium: Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam, ad aliud Euangeliū. Item ad Corinthios ſcriptum, quod eſſent adhuc carnales qui lacte educarentur, nondum idonei ad pabulū: qui putarent ſe ſcire aliquid, quando nondum ſcirent, quemadmodum ſciri oportet. Cum correptas ecclesiias opponunt, credant emendatas. Sed & illas recognofcant, de quaſu fide & ſcientia & conuertatione Apostolus gaudet, & deo gratias agit: qui tamen vniuſiſtatuſ ionis iura miſſent Nulla respexerit ſpiritus sanctus uti eam in ueritate deduceret, ad hoc miſſus à Christo, ad hoc poſtulatus de patre, ut eſſet doctor ueritatis: neglexerit officium dei uillicus, Christi uicarius, ſinens ecclesijs aliter interim intelligere, aliter credere, quod ipſe per Apostolos prædicabat: Et quid uerisimile eſt, ut tot ac tantæ in unam fidem errauerint? Nullus inter multos euentus, uetus. Exiſt uariasse debuerat ordinē doctrinæ ecclesiārum. Cæterū quod apud

apud multos unum inuenitur, non est erratum. Audeat ergo aliquis dicere
 illos errasse qui tradiderunt: quoquo modo sit erratum, tam diu utiqꝫ erra-
 uit error, quām diu hæreses non erant. Aliquos Marcionitas & Valentini-
 nos liberanda ueritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, tot
 milia milium perperam tincta, tot opera fidei perperam ministrata, tot uir-
 tutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perpe-
 ram functa, tot deniqꝫ martyria perperam & in uacuum. Quale est ut ante
 res dei currenerent, quām cuius dei notum esset? Ante Christiani, quām Chri-
 stus inuentus: ante hæreses, quām uera doctrina. Sed enim in omnibus ue-
 ritatis imaginem antecedit: postremo, similitudo succedit. Cæterum satis in-
 ęptum, ut prior in doctrina hæresis habeatur, uel quoniam ipsa est quā fu-
 turas hæreses & cauendas prænunciabat. Ad eius doctrinæ ecclesiam scri-
 ptum est, immo ipsa doctrina ad ecclesiam suam scribit: Et si angelus de cœ-
 lo aliter euangelizauerit citra quām nos, anathema sit. Vbi tunc Marcion,
 Ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus? Vbi tunc Valentinus Platonicæ se-
 ctator? Nam constat illos, neqꝫ adeo olim fuisse, Antonini fere principatu,
 & in catholicam penè doctrinam credidisse apud ecclesiam Romanensem, Ecclesia Ro-
 manensis.
 sub episcopatu Eleutheri benedicti, donec ob iuquietam eorum semper cur-
 riositatem, qua fratres quoqꝫ uiciabant, semel & iterum electi. Marcion qui-
 dem cum ducentis H—S. quā ecclesiæ intulerat, nouissime in perpetuum di-
 scidium relegatus, uenena doctrinarum suarum disseminauit. Postmodum
 Marcion poenitentiam confessus, cū conditioni datæ sibi occurrit, ita pacem
 recepturus, si cæteros quoque quos perditioni eruditisset, ecclesiæ restitueret,
 morte præuentus est. Oportebat enim hæreses esse: nec tamē ideo bonum
 hæreses, quia esse eas oportebat: quasi non & malum oportuerit esse. Nam
 & dominum tradi oportebat, sed uæ traditori: ne quid etiā hæresis de-
 fendar. Sed & Apellis stemma retractandum est. Tam non uetus & ipse Apellis
 quām Marcion institutor & præformator eius: sed lapsus in foemina deser-
 tor continentiae Marcionensis, ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam
 secessit. Inde post annos regressus non melior, nisi tantum quā iam nō Mar-
 cionites, in alteram foeminam impegit, illam uirginem Philumenen (quam Philumene
 supra edidimus) postea uero immanc prostibulū & ipsam, Energemate cir- Energemate
 cumuentus, quā ab ea didicit Phanerosis scripsit. Adhuc in seculo super Phanerosis
 sunt qui meminerint eorum, etiam proprij discentes & successores ipsorum,
 ne posteriores negare possint: quanquā & de operibus suis, ut dixit domi-
 nus, reuincuntur. Si enim Marcion nouum testamentum à ueteri separauit:
 quia separare non posset, nisi quod unitum fuit: unitum ergo ante quām se-
 pararetur, postea factum separatum, posteriorem ostendit separatorem.
 Itē Valentinus: aliter exponens & sine dubio emendans hoc nomine, quic-
 quid emendat, ut mendosum retro alterius fuisse demonstret. Hos utiqꝫ in-
 signiores

Baptismus
 Opera fidei
 Virtutes
 Charismata
 Sacerdotia
 Ministeria
 Martyria
 Veritas
 Similitudo

Ecclesia Ro-
 manensis.
 Eleutherius
 episcopus Ro-
 manus.
 Marcion

Adulteri ueri signiores, & frequentiores adulteros ueritatis nominamus. Cæterum & Nigridius nescio qui & Hermogenes, & multi aliij adhuc ambulant peruerentes vias dei. Cupio ostendant mihi, ex qua autoritate prodierunt. Si alium deū prædicant, quomodo eiusdem rebus & literis & nominibus utūtur aduersus quē prædicant: si eiusdem, quomodo aliter. Probent se nouos Apostolos esse: dicant Christum iterum descendisse, iterum ipsum doctissime, iterum crucifixum, iterū resuscitatum: sic enim Apostolos solet facere, dare ille præterea uirtutem, eadem signa edendi, quæ & ipsi. Volo igitur uirtutes eorum proferre, nisi quod agnosco maximam uirtutem eorū, qua Apostolos in peruersum emulantur. Illi enim de mortuis suscitabant, isti de uiuis mortuos faciunt. Sed ab excessu reuertar ad principalitatē ueritatis, & posteritatem mendacitati deputandam, ex illius quoq; parabolæ patrocínio, quæ bonum semen frumenti à domino seminatum primo constituit: auenarum autem sterilis fœni adulteriū, ab inimico diabolo postea superducit. Pro parte enim doctrinarum distinctionem figurat: quia & alibi uerbum dei seminatis similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur, id esse dominicum & uerum, quod sit prius traditum: id aut̄ extraneū & falsum, quod sit posterius inmisiū. Ea sententia manebit aduersus posteriores quascq; hæreses, quibus nulla cōstantia & conscientia concedit ad defendendam sibi ueritatem. Cæterum si quæ audent interserere se ætati apostolicæ, ut ideo uideantur ab Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerunt: possumus dicere: Aedant ergo origines ecclesiarum suarum; euoluant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentē, ut primus ille episcopus aliquē ex Apostolis, vel Apostolicis uiris, qui tamen cum Apostolis perseverauerit, habuerit autorem & antecessorē. Hoc enim modo ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrnæorum ecclesia Polycarpum ab Ioanne collocatum refert: sicut Romanorū Clementē à Petro ordinatum: id & proinde utiq; & cæteræ exhibent, quos ab Apostolis in episcopatum cōstitutos, Apostolici seminis traduces habeant. Configant tale aliiquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam inlicitum est: sed et si cōfinixerint, nihil promouebūt. Ipsa enim doctrina eorum cum Apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronunciabit, necq; Apostoli alicuius autoris esse neq; apostoli: quia sicut Apostoli nō diuersa inter se docuissent, ita & Apostolici non contraria Apostolis ædidiſſent, nisi illi qui ab Apostolis descierunt, & alii ter prædicauerunt. Ad hanc itaq; formam prouocabuntur ab illis ecclesijs, quæ licet nullū ex Apostolis vel Apostolicis autorem suū proferant, ut multo posteriores, quæ deniq; quotidie instituuntur: tamen in eadē fide conspi rantes, nō minus Apostolicæ deputantur pro cōsanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreses ad utrancq; formam nostris ecclesijs prouocatæ, probent se quaquā putant Apostolicas. Sed adeo nec sunt, nec possunt probare quod non

Origines ecclesiarum.
Ordo episcoporum.
Ecclesiæ Apostolice

non sunt: nec recipiuntur in pacem & in cōmunicationem ab ecclesijs quo,
quo modo Apostolicis: scilicet ob diuersitatem sacramenti, nullo modo A/
postolicæ. Adhibeo super hæc, ipsarum doctrinarum recognitionem, quæ
sub Apostolis fuerunt, ab iisdem Apostolis & demonstratae & deieratae.¹²
Nam & sic facilius traducentur: dum aut iam tūc fuisse deprehenduntur,
aut ex illis quæ iam tunc fuerunt semina sumpsisse. Paulus in prima ad Co
rinthios, uotat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducei
Sadducæorum: Partem eius usurpat Marcion, & Apelles, & Valentinius, &
si qui alij resurrectionem infringunt. Ad Galatas scribens, inuehitur in ob/
seruatores & defensores circumcisionis & legis. Hebionis hæresis sic est. Ti
motheum instruens, nuptiarū quoq; interdictores suggillat: Ita instituant
Marcion, & Apelles eius secutor. & que tangit eos qui dicerent factam iam
resurrectionem: sic se Valentiniani adseuerant. Sed & cum genealogias in/
determinatas nominat, Valentinius agnoscitur: apud quem æon ille nescio
qui, noui & non unius nominis, generat è sua Charite Sensem & Verita/
tem, & hi æque procreant duos, Sermonem & Vitam Dehinc & isti gene/
rant Hominem & Ecclesiam: de qua prima hæc ideo decas æonum: exinde
decem alij, & duodecim reliqui æones miris nominibus oriuntur, in meram
fabulam triginta æonum. Idem Apostolus cum improbat elementis serui/
entes, aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natam introdu/
cens, deo nō nato eam comparat: & ita matrem elementorū deam faciens,
potest ei seruire quā deo comparat. Ioannes uero Apocalypsi idolothyta
edentes & stupra committentes, iubet castigare: Sunt & nunc alij Nicolai,
Mera fabula
xxx. conus Nicolaus
tæ, Cainana hæresis dicitur. At in epistola eos maxime antichristos uo/
cat, qui Christum negarent in carne uenisse, & qui non putarent Iesum fi/
lium dei: Illud Marcion, hoc Hebion vindicauit. Simonianæ autem magia
disciplina angelis seruiens, utiq; & ipsa inter idololatrias depurabatur: & à
Petro apostolo in ipso Simone damnabatur. Hæc sunt, ut arbitror, genera
doctrinarum adulterinarum, quæ sub Apostolis fuisse ab ipsis Apostolis
discimus: & tamen nullam inuenimus institutionem, ut diuersitates peruer/
titatum, quæ de deo creatore uniuersorum cōtrouersiam mouerint. Nemo
alterum deum ausus est suspicari, facilius de filio quam de patre hæsitaba/
tur, donec Marcion præter creatorem alium deum solius bonitatis induce/
ret: Apelles creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei, face/
ret deum legis & Israelis, illum igneum adfirmans: Valentinius æonas suos
spargeret, & unius æonis uitium in originem deduceret dei creatoris. His
solis & his primis reuelata est ueritas diuinitatis, maiorem scilicet dignatio/
nem & pleniorē gratiam à diabolo consecutis, qui deum sic quoque uo/
luerit æmulari, ut de doctrinis uenenorum, quod dominus negauit, ipse fa/
ceret discipulos super magistrum. Eligant igitur sibi tempora uniuersæ hæ/
reses¹³

refes, quæ quando fuerint, dum non intersit, quæ quando de ueritate nos sint: utiq; quæ sub Apostolis non fuerunt, fuisse non possunt. Si enim fuissent, nominarentur & ipsæ, ut & ipsæ coercenda. Quæ uero sub Apostolis fuerunt, in sua nominatione damnantur. Siue ergo eadem nunc sunt alii quanto expositiores, quæ sub apostolis rudes, habent suam exinde damnationem: siue aliae quidem illæ fuerunt, aliae autem postea obortæ quasdam ex illis opiniones usurpauerunt, habendo cum eis consortium prædicacionis, habeant necesse est etiam consortium damnationis: præcedente illo sine supradicto posteritatis, quo etsi nihil de damnaticis participarentur, de qua te sola præiudicarentur, tanto magis adulteræ, quanto nec Apostolis nominatae. Vnde firmius constat has esse, quæ adhuc tunc nunciabantur future.

Posteritas. **Damnaticæ hæreses** His definitionibus prouocatæ à nobis & reuictæ hæreses omnes, siue quâ posteræ, siue quâ coætaneæ apostolorum, dummodo diuersæ: siue generaliter, siue specialiter notatae ab eis, dummodo prædamnatae, audeant responderre & ipsæ aliquas eiusmodi præscriptiones aduersus nostram disciplinam. Si enim negant ueritatem eius, debet probare illam quoq; hæresim eadem forma reuictam, qua ipsæ reuincuntur: & ostendere simul ubi nam querenda sit ueritas, quam apud illas non esse iam constat. Posterior nostra res non est, immo omnibus prior est: Hoc erit testimonium ueritatis ubiq; occupantis principatum. Ab apostolis non damnatur, immo defenditur. Hoc erit indicium proprietatis. Quam enim damnant, quasi extraneam: quamq; non damnauerunt, suam ostendunt, ideoq; & defendunt. Age iam qui uoles curiositatè melius exercere in negocio salutis tuæ, percurre **B C C L E S I A S A P O S T O L I C A S**, apud quas ipsæ adhuc cathedræ apostolorū suis locis presidunt, apud quas authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes uocem, representantes faciem. Proxima est tibi Achæa: habes Corinthum. Si non longe es à Macedonia, habes Philippos. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiæ adiaceris, habes Romanam: unde nobis quoque autoritas præsto est statuta. Felix ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi Petrus passioni dominicae adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, ubi apostolus Ioannes postea quam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulâ relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit. Cum Aphricanis quoq; ecclesijs contestator: unum deum nouit creatorum universitatis, & Christum Iesum ex virginе Maria filium dei creatoris, & carnis resurrectionem: Legem & prophetas cum euangelicis & apostolicis literis miscer. Inde portat fidem: aqua signat, sancto spiritu uestit, eucharistia pascit, martyrium exhortatur, & ita aduersus hanc institutionem netiné recipit. Hæc est institutio, non dico iam quæ futuras hæreses prænunciabat, sed de qua hæreses prodierunt. Sed non omnes ex illa, ex quo factæ sunt aduersus illam. Etiam de oiuæ nucleo mitis & opima

Cathédrale apostolique 14. **Epistole Apostolorum authenticae** Cathedræ apostolorū, apud quas ipsæ adhuc cathedræ apostolorū suis locis presidunt, apud quas authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes uocem, representantes faciem. Proxima est tibi Achæa: habes Corinthum. Si non longe es à Macedonia, habes Philippos. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiæ adiaceris, habes Romanam: unde nobis quoque autoritas præsto est statuta. Felix ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi Petrus passioni dominicae adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, ubi apostolus Ioannes postea quam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulâ relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit. Cum Aphricanis quoq; ecclesijs contestator:

Romanæ ecclesie unum deum nouit creatorum universitatis, & Christum Iesum ex virginе Maria filium dei creatoris, & carnis resurrectionem: Legem & prophetas cum euangelicis & apostolicis literis miscer. Inde portat fidem: aqua signat, sancto spiritu uestit, eucharistia pascit, martyrium exhortatur, & ita aduersus hanc institutionem netiné recipit. Hæc est institutio, non dico iam quæ futuras hæreses prænunciabat, sed de qua hæreses prodierunt. Sed non omnes ex illa, ex quo factæ sunt aduersus illam. Etiam de oiuæ nucleo mitis & opima

& opimæ & suauissimæ, uentosa & uana caprificus exurgit. Ita & hæreses de nostro fructificauerunt, nō nostræ: degeneres ueritatis grano & menda/ cio sylvestres. Si hæc ita se habent, ut ueritas nobis adiudicetur, quicunq; in ea regula incedimus, quam ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Chri/ stus à deo tradidit, constat ratio propositi nostri definientis non esse admit/ tendos hæreticos ad eandem de scripturis prouocationē: quos sine scriptu/ ris, probamus ad scripturas non pertinere. Si enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo quod de sua electione sectati hæ/ reticorum nomine admittunt. Ita non Christiani, nullum ius capiunt Chri/ stianarum literarum: ad quos merito dicendum est, qui estis: quando, & un/ de uenistis: quid in meo agitis non mei: quo deniq; Marcion iure syluam meam cædis: qua licentia Valentine fontes meos transuertis: qua potesta/ te Apelles limites meos cōmoues: quid hic cæteri ad uoluntatem uestram seminatis & pascitis: Mea est pōssessio, olim possideo: habeo origines fir/ mas, & ipsis autoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Si/ cut cauerunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerūt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt semper & abdicauerunt, ut extraneos, ut inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apostolis hæretici, nīsi ex diuersi/ tate doctrinæ: quam unusquisq; de suo arbitrio, aduersus Apostolos, aut protulit aut recepit: Illic igitur & scripturarum & expositionum adulteratio deputanda est, ubi diuersitas inuenitur doctrinæ. Quibus fuit propositum aliter docendi, necessitas instituit aliter disponendi instrumenta doctrinæ. Alias enim non potuissent aliter docere, nīsi aliter haberent per quæ doce/ rent. Sicut illis nō potuisset succedere corruptela doctrinæ eius, ita & nobis integritas doctrinæ non competit, sine integritate eorū per quæ doctri/ na tractatur. Etenim quid contrarium nobis in nostris: quid de proprio in/ tulimus, ut aliquid contrarium ei & in scripturis deprehensem, detractione uel adiectione uel transmutatione remediaremus? Quod sumus, hoc sunt. Inde scripturæ ab initio suo. Ex illis sumus, antequam nihil aliter fuit, quam sumus. Quid deniq; fuit ante quam nobis interpollarentur? Cum autem om̄is interpollatio posterior credenda sit, ueniens itaq; ex causa æmulatio/ nis, qua neque prior, neq; domesticarum est eius q; quod æmulatur, tam incredibile est sapienti cuiq;, ut nos adulterum stilū intulisse videamus scri/ pturis, qui sumus & primi & ex ipsis, quam illos non intulisse qui sunt & por/ steri & aduersi. Alius manu scripturas, alius sensu expositiones interuertit. Neq; enim si Valentinus integro instrumento utitur, uidetur nō callidiore ingenio quam Marcion. Marcion enim exerte & palam machæra, non sti/ lo usus est: quoniam ad materiam suam cædem scripturarum confecit. Va/ lentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam scripturas, sed materiam ad scripturas excogitauit: & tamē plus abstulit, & plus adiecit auferens pro/ prieta

In alieno
agere
Syluā cedere
Fontes trans/
uertere
Limites com/
mouere
Seminare
Pascere
Pōssessio
Origines
Autores
Hæres
Cauere testa/
mento
Fidei commit/
tere
Adiurare
Exheredare
Abdicare
Instrumenta
doctrinæ

15

Ad materiam
suam cædem
scripturarum
confecit

priates singulorum quoq; uerborum, & adiiciens dispositiones non comparentium rerum. Hæc sunt ingenia de spiritualibus nequitiae, cū quibus lumen statio est nobis fratres, merito contemplandæ fidei necessaria, ut electi manifestentur, ut reprobi detegantur. Et ideo habent uim & excogitandis instruendisq; erroribus facilitatem: nō adeo mirandam quasi difficultem, & inexplicabilem, cum de secularibus quoq; scripturis exemplū præsto sit eiusmodi facilitatis: quo ius hodie ex Vergilio fabulam, totum aliam, cōponi: materia secundum uersus, uersibus secundum materias cōcinnatis. Deniq; Ouid. ex Ver/ gilio tragœ/ dia expressit. Tabula Cer betis Homeri cen tones. que materiæ. Nec periclitior dicere, ipsas quoq; scripturas sic esse ex dei uoluntate dispositas, ut hæreticis materias subministrarent, cum legam optere hæreses esse, quæ sine scripturis esse nō possent. Sed queritur, à quo intellectus interpretetur, eorum quæ ad hæreses faciant: A diabolo scilicet, cu*m* ius sunt partes interuertendi ueritatem: qui ipsas quoq; res sacramentorum diuinorum, in idolorum mysterijs æmulatur. Ttingit & ipse quosdam, utiq; credentes & fideles suos: expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithræ: signat illic in frontibus milites suos: celebrat & panis oblationem: & imaginem resurrectionis inducit: & sub gladio redimit coronam. Quid quod & summum pontificem in unius nuptijs statuit: Ha Numa Pompilius bet & uirgines, habet & continentes. Cæterum si Numæ Pompili superstitiæ reuoluamus, si sacerdotalia officia, insignia, & priuilegia, si sacrificia, ministeria, & instrumenta & uasa ipsorum sacrificiorum, ac piaculorum & uotorum curiositates consideremus, nōnne manifestè diabolus morositasem illam Iudææ imitatus est? Qui ergo ipsas res de quibus sacramenta Christi administrantur tam æmulanter affectauit exprimere in negotijs idolatriæ, utiq; & idem & eodem ingenio gestij & potuit instrumēta quoque diuinarum rerum & sanctorum Christianorū sensum de sensibus, uerba de uerbis, parabolas de parabolis, prophanè & æmulè fidei attentare. Et ideo neq; à diabolo immissa esse spiritualia nequitiae, ex quibus etiam hæreses ueniunt, dubitare quis debeat: neq; ab idolatria distare hæreses, cum & autoris & operis eiusdem sint cuius & idolatria. Deū aut fingunt alium aduersus creatorem: aut si unicum creatorem confitentur, aliter eum disserunt, quām in uero est: Ita omne mendacium de deo, uariatio quodammodo sexus est idolatriæ. Non omittam ipsius etiam conuersationis hæreticæ descriptionem, quām futile, quām terrena, quām humana sit, sine grauitate, sine autoritate, sine disciplina, ut fidei suæ congruens. In primis quis cætechumenus

eechumentis, quis fidelis incertum est: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam ethnici si superuenerint, sanctum canibus, & porcis margaritas, licet non ueras iactabunt. Simplicitatem uolunt esse post rationem disciplinæ, cuius penes nos curam lenocinium uocant. Pacem quoq; passim cum omnibus miscent. Nihil enim inuerum est illis, licet diuersa tractantibus, dum ad unius ueritatis expugnationem conspirent. Omnes scientiam pollicentur. Ante sunt perfecti catechumeni, quam edocti. Ipsæ mulieres hereticæ quam procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tingere. Ordinationes eorum temperariæ, leues, inconstantes: nunc neophytes conlocant, nunc seculo obstritos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia ueritate non possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaq; alias hodie episcopus, cras alias: hodie diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. De uerbi autem administratione quid dicam, cū hoc sit negocium illis, non ethnicoſ conuertendi, sed nostros euertendi: hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus eleuationem, operantur: quoniam & ipsum opus eorum non de suo proprio ædificio uenit, sed de ueritatis destructione nostra suffodiunt, ut sua ædificeant. Adime ille legem Moysi, & prophetas, & creatorem deum accusationem, & loqui non habent. Ita fit ut ruinas facilius operentur stantium ædificiorum, quam extreunctiones iacentium ruinarum. Ad hæc solummodo opera humiles, & blandi, & summissi agunt. Cæterum nec suis Præsidibus reuerentiam noue preſides runt. Et hoc est quod schismata apud hæreticos ferè non sunt: quia cū sint, non parent schismata. Est enim unitas, ipsa. Mentior si non etiam à regulis suis uariant inter ſe, dum unusquisque proinde ſuo arbitrio modulatur que accepit, quemadmodum de arbitrio ea composita ille qui tradidit. Agnoscit naturam ſuam: & originis ſuæ more, profectus rei. Idem licuit Valentianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio ſuo fidem innouare. Deniq; penitus inspectæ hærefes omnes in multis cum autoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur. Pleriq; nec ecclesiæ habent, ſine matre, ſine deo, orba fide, extorres quaſi latè uagantur. Notata ſunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quam pluribus, cum circulatorib; cum Astrologis, cum philoſophis, curiositati ſcilicet deditis. Quærit & inuenietis, ubiq; meminerunt. Adeo & de genere conuersationis qualitas fidei æſtimari potest: doctrinæ inde disciplina eſt. Negant deū timendum. Itaq; libera ſunt illis omnia & ſoluta. Vbi autem deus non timetur, tifī ūbi non eſt? Vbi deus non eſt, nec ueritas ulla eſt. Merito & talis disciplina eſt, At ubi deus, ibi metus in deum, qui eſt initium ſapientiæ. Vbi metus in deū, ibi grauitas, honestas, & diligentia adtronita, & cura ſollicita, & adiectio ex-

Alijs ſibilat^e
 Cōmercia bie
 reticorum.
 Magi
 Circulatori
 Astrologi
 Philoſophi

plorata, & communicatio deliberata, & promissio emerita, & subiectio reli
Apparitio giofa, & apparitio deuota, & pressio modesta, & ecclesia unita, & dei omnia.
deuota Proinde haec pressiora apud nos testimonia disciplinæ ad probationem ue
ritatis accedunt: à qua diuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudi
cij: quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes ratio
nem, in primis ipsius fidei. Quid ergo dicent qui illam stupraverint adulter
rio hæretico, uirginem traditam à Christo? Allegabunt, nihil unquam sibi ab
illo uel ab Apostolis eius, de saeuis & peruersis doctrinis futuris pronuncia
tum, & de cauendis & de abominandis quid præceptum. Agnoscent suam
potius culpam quam suorum, qui nos ante præstruxerunt. Adiçcent præte
rea multa de autoritate cuiusque doctoris hæretici, illos maxima doctrinæ
suæ confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformatte, futura significasse,
uti merito Apostoli crederentur: quasi nec hoc scriptum sit, uenturos mul
tos, qui etiā uirtutes maximas æderent, ad fallaciam muniendam corruptæ
prædicationis. Iraq; ueniam merebuntur. Si uero memores dominicarum
& apostolicarum denunciationum in fide integra steterint, credo de uenia
periclitabuntur, respondentे deo: Prænunciaueram planè futuros fallacie
magistros in meo nomine, & prophetarum, & apostolorum etiam, & di
scentibus meis eadem ad uos prædicare mandaueram: sed cum uos non cre
deretis. Semel Euangeliū & eiusdem regulæ doctrinā apostolis meis de
legaueram: sed libuit mihi postea aliqua inde mutare. Resurrectionē pro
miseram etiam carnis: sed recogniti ne implere non possem. Natum me or
stenderam ex uirgine, sed postea turpe mihi uisum est. Patrem dixerā, qui
solem & pluuias facit: sed alius me pater melius adoptauit. Prohibuerā uos
aurem accommodate hæreticis, sed erravi. Alia capit opinari eos qui exor
bitant, & fidei ueritatis periculum non carent. Sed nunc quidem generali
ter actū est nobis aduersus hæreses omnes, certis & iustis & necessarijs præ
scriptionibus repellendas à conlatione scripturarum. De reliquo si dei gra
tia annuerit, etiam specialiter quibusdam respondebimus. Quorum hæ
ticorum, ut plura præteream, pauca perstringam. Taceo enim Iudaismi hæ
reticos, Dositheum inquam Samaritanum, qui primus ausus est prophe
tas, quasi non in spiritu sancto locutos repudiare. taceo Sadduceos, qui ex
pore.
Hec appens,
dix male rei
nullsa fuerat
& reliquo cor
pore.
Dositheus Sa
maritanus.
Pharisei
Sadducei
Herodiani
Simon magus
ad struendo à Iudeis diuisi sunt: unde etiam hoc accipere ipsum quod ha
bent nomen, digni fuerunt: cum his etiam Herodianos, qui Christum He
rodem esse dixerunt. Ad eos me cōuerto, qui ex Euangeliō hæretici esse uo
luerunt: ex quibus est primus omnium Simon magus, qui in Actis aposto
lorum condignam meruit ab apostolo Petro iustumq; sententiam. Hic au
sus est summam se dicere uirtutem, id est, summū deum. Mundum autem
ab an

ab angelis suis institutum: à dēmone se oberrante qui esset sapientia descendisse quārendum apud Iudæos: se in phantasmate dei non passum, sed es se quasi passum. Post hunc Menander, discipulus ipsius, similiter magus, eadem dicens quæ Simon ipse: quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, Negans habere posse quenquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset. Secutus est post hēc & Saturninus, & hic sī, militer dicens, innascibilem uirtutem, id est deum, in summis & illis infinitis partibus & in superioribus manere, longe autem distantes ab hoc angelos inferiores mundum fecisse: & quia splendor quidam luminis desursum ¹⁸ in inferioribus resulsiſſet, ad similitudinem illius luminis angelos hominem instituere, angelos curasse: hūc super terram iacuisse reptantem: cuius lumen illud & uirtutem illam superiorem propter misericordiam, scintillam saluam esse: cætera hominis perire: Christum in substantia corporis non fuisse, & phantasmate tantum quasi passum fuisse: resurrectionem carnis nullo modo futuram esse. Postea Basilides hæreticus erupit: hic esse dicit summum ^{Basilides} deum nomine Abraxan, quo mentem creatam, quam Græce νοῦν appellat. Inde uerbum. Ex illo prouidentiam, uirtutem, & sapientiam: Ex ipsis inde principatus, & potestates, & angelos factos: deinde infinitas angelorū aeditiones & probolas, ab istis angelis trecentos sexaginta quinque cœlos institutos: & mundum in honore Abraxæ, cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. In ultimis quidem angelis, & qui hunc fecerūt mundum, nouissimum ponit Iudæorum deū: id est, deum legis & prophetarū: quem deum negat, sed angelum dicit. Huic fortito obtigisse semen Abraham, atque ideo hunc de terra Ægypto filios Israel in terra Chanaan transtulisse. Hūc turbulentiorem præ cæteris angelis, atque ideo & seditiones frequenter & bella concutere, sed & humanum sanguinem fundere: Christum autem nō ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxa missum uenisse in phantasma: sine substantia carnis fuisse. Hunc passum apud Iudæos non esse, sed uice ipsius Simonem crucifixum esse: unde nec in eum credendum esse qui sit crucifixus, ne quis confiteatur in Simonem credidisse. Martyria negat esse facienda. Carnis resurrectionem grauiter impugnat, negans salutem corporibus re promissam. Alter hæreticus Nicolaus emersit: hic de septem diaconis, qui in Actis apostolorum allecti sunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis & quidem foeda & obscena fuisse: ex hac permixtione, pudor est dicere quæ foetida & immunda. Sunt & cætera obscena. Omnes ¹⁹ enim refert quosdam turpitudinis natos, & cōplexus, & permixtiones execrabilis obscenasque coniunctas, & quædam ex ipsis adhuc turpiora. Natos præterea dæmones, & deos, & spiritus septem, & alia satis sacrilega patriter & foeda: quæ referre erubescimus, & iam præterimus. Satis est nobis quod totam istam hæresim Nicolaitarum, Apocalypsis domini grauissima

sententiae autoritate damnavit, dicendo: quia hoc tenes, odisti doctrinam
 Nicolitarum, quam & ego odi. Accesserunt his haeretici etiam illi, qui Ophi-
 tæ nuncupatur. Nam serpentem magnificant in tantum, ut illum etiam ipsi
 Christo præferant. Ipse enim, inquiunt, scientiae nobis boni & mali originem
 dedit. Huius animaduertens potentiam & maiestatem Moyses, inquiunt,
 ætatum posuit serpentem: & quicunq; ipsum aspicerunt, sanitatem consecu-
 ti sunt. Ipse, aiunt præterea, Christus in euangelio suo imitatur serpentis
 ipsius sacram potestatem dicendo: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in
 deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ipsum introducunt ad benedi-
 cenda eucharistia sua. Sed tota istius erroris & scena & doctrina inde flu-
 xit. Dicunt enim de illo summo primario æone complures alios æones ex-
 titisse inferiores, omnibus tamē istis æonem antestare, cuius sit nomen Ial-
 dabaoth. Hunc autem cōceptum esse ex altero æone æonibus inferioribus
 permixto: seçp postea cū in superiora uoluisset eniti, grauitate materiae per-
 mixta sibi, non potuisse ad superna peruenire, in medietate relictum, exten-
 disse totum, effecisse sic cœlum. Ialdabaoth tamen inferius descendisse, & fe-
 cisse sibi filios septem: quem occlusisse superiora dilatione: ut quia angeli
 quæ superiora essent, scire non possent, ipsum solum deum putarent. Virtu-
 tes igitur illas & angelos inferiores hominem fecisse: & quia ab infirmiori-
 bus & mediocribus uirtutibus institutus esset, quasi uermem iacuisse reptan-
 tem: Illum uero æonem ex quo Ialdabaoth processisset, inuidia cōmotum,
 scintillā quandam iacenti homini immisiisse, qua excitatus per prudentiam
 saperet & intelligere posset superiora. Sic rursum Ialdabaoth istum in indi-
 gnationem conuersum ex semetipso ædidisse uirtutem, & similitudinem ser-
 pentis: & hanc fuisse uirtutem in paradiſo, id est istum fuisse serpentem, cui
 Eua quasi filio dei crediderat. Decerpit, inquiunt, de fructu arboris, atque
 ideo generi humano scientiam bonorum & malorum cōtribuit. Christum
 autem non in substantia carnis fuisse: salutem carnis sperandam omnino
 nota esse. Necnon etiam erupit alia quoq; haeresis, quæ dicitur Cainorum.
 Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti uirtute conceptū,
 quæ operata sit in ipso. Nam Abel ex inferiore uirtute conceptum, procrea-
 tum: & ideo inferiorem repertum. Hi qui hoc adserunt, etiam Iudam pro-
 ditorem defendunt, admirabilem illum & magnum esse memorantes, pro-
 pter utilitates quas humano generi contulisse iactatur. Quidam enim ipsorū
 gratiarum actionem Iudæ propter hanc causam reddendam putant.
 Animaduertens enim, inquiunt, Iudas, quod Christus uellet ueritatē sub-
 uertere, tradidit illum, ne subuerti ueritas posset. Et alij sic contra disputant
 & dicunt. Quia potestates hæ mundi nolebant pati Christum, ne humano
 generi per mortem ipsius salus pararetur, saluti consulens generis humani,
 tradidit Christum, ut salus quæ impediebatur per Virtutes, quæ obſiste-
 bant

bant ne pateretur Christus, impediri omnino non posset: & ideo per passionem Christi non posset salus humani generis retardari. Sed & illa hæresis processit, quæ dicitur Setthoitarū. Huius peruersitatis doctrina hæc est: Setthoite
 Duos homines ab angelis constitutos, Cain & Abel propter hos magnas inter angelos contentiones & discordias extitisse: ob hanc causam illam uitatem quæ super omnes uitutes esset, quā matrem pronunciant, dum Abel imperfectum dicerent uoluisse concipi & nasci hunc Seth loco Abelis: ut euacuarentur angeli illi, qui duos priores illos homines condidissent: dum hoc semen mundum oritur & nascitur. Permixturent enim dicunt angelorum & hominum iniquas fuisse: ob quam causam illam Virtutem quam (sicut dimicimus) pronunciant matrem, ad vindictam etiam cataclysum inducere, ut & illud permixtione semen tolleretur: & hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. Sed enim illos qui seminis illos prioris instiuiti sunt, occulte & latenter, & ignorante illa matre uitute, cum illis octo animalibus in arcum misisse etiam semen Chaim, quo semen malitiæ non periret, sed cum cæteris conseruatum, & post cataclysum terris redditum, exemplo cæterorum excresceret, & effunderetur, & totum orbem & impletet & occuparet. De Christo autem sic sentiunt, ut dicant illum tantummodo 20. Carpocrates
 Seth, & pro ipso Seth ipsum fuisse. Carpocrates præterea hāc tulit sectam.
 Vnam esse dicit uitutem, in superioribus principalem, ex hac prolatos angelos, atq; uitutes: quos distantes longe à superioribus uitutibus, mundū istum in inferioribus partibus condidisse: Christum non ex virginē Maria natum, sed ex semine Ioseph, hominem tantummodo genitum, sane præce teris iustitiæ cultu, uitæ integritate meliorem: hunc apud Iudæos passum: solam animam ipsius in cœlo receptam, eo quod & firmior & robustior ex ceteris fuerit: ex quo colligeret, tentata animarum sola salute, nullas corporis resurrectiones. Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, similia docens. Nam cerinthus
 & ipse mundum institutum esse ab illis dicit: Christū ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodo sine diuinitate contendens, ipsam quoq; legem ab angelis datam perhibens: Iudaorum deum, non dominum, sed angelum promens. Huius successor Ebion fuit, Cerintho non Ebion
 in omni parte consentiens, quod à deo dicat mundum, nō ab angelis factū: & quia scriptum sit, nemo discipulus super magistrum, nec seruus super dominum, legem etiā proponit, scilicet ad excludendum euangelium, & vindicandum Iudaismum. Valentinus aut̄ hæreticus multas introduxit fabulas, valentinus
 has ego circūducens breviter expediam. Introducit em̄ pleroma & Āēones trinira: exponit aut̄ hos per syzygias, id est coniugationes quasdam. Nam dicit in primis esse Python & Silentium, ex his processisse semen, mentem & veritatem: ex quibus erupisse verbū & uitam: de quibus rursus creatum hominem & ecclesiam. Sed enim ex eis quoq; processisse duodecim zonas,

de sermonē autem & uita, ἡωνας alios decem: hæc esse ἡωνοῦ triacontada, quæ sit in pleromate ex octoade & decade, ac dyodecade. Tricesimus autem ἡων, Bython illum uidere uoluisse, & ad uidendum illū ausum esse in superiora concendere. Et quoniam ad magnitudinē ipsius uidendum capax non fuit, in defectione fuisse, & penè dissolutum esse, nisi quia misseret ad constabiliendum illum, ille quem appellat Horon, cōfirmasset illum dicto hoc Pronunciatio appellat. Istum autem ἡωνem in defectionem factum Achamote, dicit in passionibus desyderij quibusdam fuisse, & ex passionibus materias ædidiisse. Expauit enim, inquit, & extimuit, & contristatus est, & ex his passionibus concepit & ædidiit. Hinc fecit cœlum & terrā, & mare, & omnia quæcunq; sunt in eis: ob quam causam omnia infirma esse & fragilia, & caduca, & mortalia quæcunq; sunt ab ipso facta: quoniā quidem ipse fuerit de aporiatione conceptus, atq; prolatus: hunc tamen instituisse istum mundū ex his materijs, quas Achamote uel pauendo, uel timendo,

uel contristando, uel sudando præstiterat. Nam ex pauore, inquit, tenebre factæ sunt: ex timore & ignorantia, sp̄ritus nequitiae & malignitatis: ex tristitia & lachrymis, humida fontium, fluminū materia, marisq;. Christum autem missum ab illo propatore qui est Bythos. Hunc autem in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cœlo deferentem, quasi aquā per fistulam, sic per Mariam uirginē transmeasse, nihil inde uel accipientem, uel mutuantem. Resurrectionē huius carnis negat, sed alterius. Legis & prophetarum quædam probat, quædam improbat: id est omnia improbat, dum quædam reprobat: euangelium habet etiam suum, præter hæc nostra. Post hunc extiterunt Ptolemaeus & Secundus hæretici,

Ptolemaeus *Secundus* qui cum Valentino per omnia consentiunt. In illo solo differunt. Nam cum Valentinus ἡωνas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures: quatuor enim primum, deinde alios octo adgregauerunt. Et quod dicit Valentinus ἡωνem trigesimum excessisse de pleromate ut in defectionem, negant isti. Non enim ex illa triacontade fuisse hunc, qui fuerit in defectionem, propter desiderium uidendi propatoris. Extitit præterea Heracleon alter hæreticus, qui cum Valentino paria sentit, sed nouitate quadam pronunciationis, uult uideri alia sentire. Introducit enim in primis illud fuisse quod pronunciat, & deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos ἡωνas,

Heracleon deinde introducit totum Valentinum. Non defuerunt post hos Marcus quidam & Colarbasus, nouam hæresim ex Græcorum alphabeto compo-

Marcus *Colarbasus* nentes. Negant enim ueritatē sine istis posse literis inueniri, immo totam plenitudinem & perfectionem ueritatis, in istis literis esse dispositam. Propter hanc enim causam Christum dixisse: Ego sum α & ω. Deniq; Iesum Christum descendisse, id est, columbam in Iesum uenisse, quæ Græco nomine cū περιστρέψa pronuncietur, habere secundum numerum, D C C C I. Percurrunt isti

isti ω, Ι, Χ, Φ, Υ, Τ, totum usq; ad Alpha Beta, & computat ogdoadas & de-
 cadas, ita afferre illorum omnes uanitates ut ineptum sit & ociosum, quod
 tamen non tantum iam uanum, sed etiam periculosum sit. Alterum deum
 singunt preter creatorem: Christum in substantia negant carnis fuisse, ne-
 gant carnis resurrectionem futuram. Accedit his Cerdon quidam, hic in *Cerdon*
 trudicit initia duo, id est duos deos, unum bonum, & alterum sœnum. Bo-
 num superiorem: sœnum hunc, mundi creatorem. Hic prophetias & legem
 repudiatur: deo creatori renunciat: superioris dei filium Christum uenisse tra-
 stat: hūc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronunciat:
 nec omnino passum, sed quasi passum: nec ex uirgine natum, sed omnino
 nec natum. Resurrectionem animæ tantummodo probat, corporis negat.
 Solum euangelium Lucæ, nec tamen totum recipit. Apostoli Pauli neq; o-
 mnes, neq; totas epistolas sumit. Acta Apostolorū & Apocalypsim quasi
 falsa rejecit. Post hunc discipulus ipsius emersit Marcion quidam nomine, *Marcion*
 Ponticus genere, episcopi filius, propter stuprū cuiusdam uirginis ab eccle-
 siæ communicatione abiectus: hic ex occasione qua dictum sit, Omnis ar-
 bor bona bonos fructus facit, mala autē malos: hæretim Cerdonis adpro-
 bare conatus est, eadem dicere, quæ ille superior hæreticus ante dixerat. Ex-
 titit post hunc *Lucanus* quidam nomine, *Marcionis* sectator atq; discipu- *Lucanus* .ia. .ia.
 lus, & hic per eadē uadens blasphemiae genera, eadem docet quæ Marcion
 & Cerdon docuerant. Post hos subsequitur Apelles discipulus *Marcionis*, *Apelles*,
 qui postea quām in carnem suam lapsus est, à Marcione segregatus est: hic
 introducit unum deum infinitis superioribus partibus: hunc potestates mul-
 tas, angelosq; fecisse: propterea & aliam uirtutem quam dicit, dominum di-
 cit, sed angelum ponit: hoc uult uideri mundum institutum ad imitationem
 mundi superioris: cui mundo permiscuisse poenitentiam, quia nō illum tam
 perfecte fecisset, quām ille superior mundus institutus fuisset. Legē & Pro-
 phetas repudiatur: Christum neq; in phantasmate dicit fuisse sicut Marcion,
 neq; in substantia ueri corporis, ut euangelium docet, sed in eo quod è supe-
 rioribus partibus descéderet, ipso descensu sydeream sibi carnem, & aereum
 cotexuisse: hunc in resurrectione singulis quibusq; elementis, que in descen-
 su suo mutuata fuissent, in ascensu reddidisse: & sic dispersis quibusq; corpo-
 ris sui partibus, in coelo spiritū tantum reddidisse: hic carnis resurrectionem
 negat: solo uititur & apostolo, sed Marcionis, id est, nō toto. Animarū sola-
 rum dicit salutē. Habet præterea priuatas, sed extraordinarias lectiōes suas,
 quas appellant phaneroscis *Philumenes* cuiusdā puellę, quā quasi propheta, *Philumene*
 tissam sequitur. Habet præterea suos libros, quos inscripsit syllogismorū: in *Syllogismi*
 quibus probare uult, quod omnia quæcumq; Moyses de deo scripserit, ue, *Apellis*
 ra nō sint, sed falsa sint. His hæreticis omnibus accedit *Tacianus* quidā alter *Tacianus*
 hæreticus: hic Iustini martyris discipulus fuit, post hūc diuisa sentire cœpit.

Totus

Totus enim secundum Valentinū sapit, adiiciens illud, Adam nec salutem consequi posse, quasi non si rami salvi fiunt, & radix salua sit. Accesserūt alij hæretici, qui dicuntur secundum Phrygas: sed horum nō una doctrina est.

Kata Proclū Sunt enim qui Kata Proclū dicantur, sunt qui secundum Aeschinem pronunciantur: hi habent aliam cōmunem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem & suam: & communem quidem illam, qua in Apostolis quidam dicant spiritum sanctum fuisse, paracletum nō fuisse: & qua dicāt paracletum plura in Montano dixisse, quām Christū in Evangelium protulisse: nec tantum plura, sed etiā meliora atq; maiora. *Priyatam Kata Aeschine* blasphemiam illi qui sunt Kata Aeschine hanc habent, qua adiiciunt etiam hoc, uti dicant, Christum ipsum esse filium & patrē. Est præterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Iudaismum uult introducere. Paſcha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysū ~~X~~ IIII. mensis. Quis autem nesciat, quoniam euangelica gratia euacuatur,

Theodotus si ad legem Christū redigit. Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius, qui postea quām Christi pro nomine adprehensus est, in Christum blasphemare non destitit. Doctrinam enim introduxit, qua Christū hominem tantummodo diceret, deum autem illum negaret: ex spiritu quidem sancto natum ex uirgine, sed hominem solitariam atq; nudum, nullo alio præcepte nisi sola iustitiae autoritate. Alter post hūc Theodotus hæreticus erupit, posterior qui & ipse introduxit akteram sectam, & ipsum hominē Christum tantummodo dicit ex spiritu sancto, ex uirgine Maria cōceptum pariter & natum: sed hunc inferiorem esse quām Melchisedech, eo quod dictum sit de Christo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedechi. Nam illum Melchisedech præcipue gratiae coelestem esse uirtutem: eo, quod agat Christus pro hominibus, deprecator & aduocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro coelestibus angelis atq; uirtutibus. Nam esse illum usque adeo Christo meliorem, ut apator sit, amator sit, agenealogitus sit, cui ius neq; initium, neq; finis comprehensus sit, aut comprehendendi possit. Sed post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresim introduxit, quā Victorinus corroborare curauit: hic deū patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit, hūc crucifixum passumq; contendit, mortuū præterea seipsum ubi sedere ad dexteram suam, cum profana & sacrilega temeritate proponit.

πάτερ
ἀμήτηρ
αγεναλέ
γένος
Praxeas
Victorinus

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,
DE CARNE CHRISTI, FINIS.

ARROGAN^S Iudæorum superciliū ex Paulinis epistolis sati^s notum esse potest. Nulla gens unquam alienos à sua religione magis est execrata cunctis uicissim inuisissima; sic nimirū dignam inexpiabilis odij sui mercedem reportans odij. Quo minus mirandum est si Iudæi qui Christo nomen dederant, ethnicos non putabant recipiendos, sibi tantum Euangelicam legē datam cōtendentes, ut quondam lex illa Mosaica tradita fuit. Proin de disputatione Christiani, cū Iudæo proselyto, hoc est, qui ex ethniciis legi Mosaicæ nuper erat initiatus, suæ duntaxat genti Christum uendicante habitam, Tertullianus in literas retulit. Ostendit autem per figuræ instrumenti ueteris, ethnicos ad Euangelicam legem admittendos, negans interī Mosaicā legem primam fuisse quam deus hominibus præscriperit, sed omnium antiquissimā in paradiſo, mox patriarchis naturalem fuisse datam, deinde Mosaicam prodijisse, quæ pro tempore sit exhibita. Porrò legis præcepta pro conditione temporum à deo mutari, nostræ saluti cōsultum esse uolente. Itaq^z circuncisionem carnalem, obseruationem sabbati, sacrificiaq^z terrenarum oblationum, rebus spiritualibus cessisse, quarum erant figuræ. Prosequitur præcipua disputationis capita Proprietatum agens testimonijs, De sabbato, circuncisione, & legis utriusq^z obseruatione, De nativitate Christi, qui prior fuit aduentus, nimirū fese deiſcientis, De eius æterno regno, De illius Passione, & euersione Hierusalem, De probatione Nativitatis, ubi refelluntur argumenta, quibus Christi passionem impugnant Iudei, De figuris dominicæ passionis ex ueteri instrumento, De uastatione Israel, De gentibus quæ Christo credituræ forent, Iudæis illum respicientibus, Demum de posteriore Christi aduentu, qui cum magnificus sit futurus, solus Iudæis arridet, sublimem duntaxat Christum agnoscentibus. Ex hoc libro diuus Hieronymus bonam capitis partem citat, Danielem prophetam enarrans. Et uidetur Cyprianus hoc uolumen æmulatus suos illos ad Quirinum libros texuisse, nam is Tertullianum sedulo solet imitari, cuius scriptis assidue lectis pectus suū egregie refererat. Exemplo sit unicus de patientia libellus, quem Cyprianus fermè totum sibi uendicauit, uerbis tantū non etiam sententijs interpolatis, ceu supra abunde monuimus. Est autem multo candiōr Tertulliano faciliorq^z. Porrò non fugiat lectorem, huius operis materiam etiam in libris aduersus Marcionem haberi, præsertim in tertio, iisdem sanè uerbis, sed nonnihil fusius tractatam, ubi hoc ipsum probat, Christum uidelicet fuisse, de quo tot olim oracula Prophetæ adiderint.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQVENTEM

Contentioso fune.) Proverbialiter dixit, Alternis uicibus contentioso fune, ¹ uterq^z, diem in uesperam traxerūt. Sic in libro De resurrectione carnis. Non lo nūc, inquit, cōtentioso fune deducere, hac an illac hominē perditio depositulet.

Et diuinitate abrelicta.) Pro derelicta, ut mox. Abrelicto deo. Non in Esa² prioris populi.) Restituimus ex Gorziensibus adnotamentis, prioris filij. Paulo³ post scriptimus pro dicentur, discent. Et iam non discent præliari. Item abolitionem futuram. Et hostis executionem.) Executio pro persecutione. Actiuē. Sic dicit exequi delicta pro persecuti. Libro primo aduersus Marcionem. Quid deniq^z adulantiū quād delicta non exequi. Et legis ueteris abolitio expun⁴ cta suis temporibus demonstratur.) Expuncta, id est præstata, perfec̄ta, adimplēta. Sic

Sic infra. Et tam intelligitur prophetia renunciata, quām creditur expūcta. Item, Non erunt in alium prophetata, quām per quem expuncta consideramus. Rursum. Et quod sequitur expunctum est. Et Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum & Scytharum.) Hoc uidetur præcipue intelligendum de Sarmatæ parte aliqua, & Dacis, Germanis, Scythisq; prouincialibus. Sic & hoc accipiens dum quod sequitur, In quibus oīib; locis Christi nomē qui iam uenit, regnat.

5 Non Barbara alicuius imperiosi lœtitia.) Ex Gorziensi scripsimus Barbari. Subauditur, maior est, ut sit sensus, Christus non magis gaudet de Barbaris feris & indomitis. Et signum belli non tuba, sed crepitacillo datus.) Crepitacillum, ex ludicris puerilibus est, forma diminutiva à crepitaculo deducitum, sicut à speculo specillum. Aptè uero diminutiuo utitur, de infantulo loquens.

7 Prægnatus & partus.) Prægnatus pro imprægnatione, ut supra. Et despo
8 liatos quod habuerant.) Synecdoche. Itaq; specialiter dispungamus ordinē
9 coeptum.) Dispungamus, id est absoluamus. A delictorum peccantia.) Pec
10 cantiam delictorum dixit pro admissione criminum. Derelicta filia Sion tan
quam specula in uinea, uelut in cucumerario casula.) Supra uertit, Derelinque
tur filia Sion sicut casa in uinea, & sicut custodiarium in cucumerario. Paulo ante
scripsimus, curando inualitudines. Et infra, quæ in uia hodie est. Ex Gorziensi
bus castigationibus. Erroris uestri ducatum.) Hoc est quid uos in errorem
deducat. Et omni inhonestate prostratus.) Inhonestatem accipit pro defor
mitate, ut in scholijs De uera carne domini, monuimus.

ANNOT. IN LIBRVM SEVENTEM FINIS.

Q. SEPTIMII FLOREN TIS TERTULLIANI ADVER SVS IUDAEOS, LIBER.

Contentioso
fune diem in
uesperam tra
xerūt
spectantes,
spectatores



RO XIME accedit, disputatio habita est Christiano & proselyto Iudæo. Alternis uicibus contentioso fune uterque, diem in uesperam traxerūt. Obstrepenibus etiam quibusdam spectantibus singulorum, nubilo quodam ueritas obumbrabatur. Placuit ergo quod per concentū disputatiōis minus plene potuit dilucidari, inspici curiosus, & lectionibus stilo quæstiones retractatas terminare. Nam occasio qui dem defendendi etiam gentibus sibi diuinam gratiam, habuit hinc prærogatiuam, quod sibi uindicare dei legem instituerit homo ex gentibus, nec de prosapia Israelitum Iudæus. Hoc enim sat est, posse gentes admitti ad dei legem, ne Israel adhuc superbiat, quod gentes uelut stillicidium sicula, aut puluis ex area deputentur. Quanquam habeamus ipsum deū idoneum pollicitatorem, & fidelem sponsorem, qui Abrahæ promiserat, quod in se mine

mitte eius benedicerentur Nationes terræ, & quod ex utero Rebeccæ duo populi & duæ gentes essent processuræ: utiq; Iudæorū, id est Israelis: & genitium, id est noster. Vterq; ergo populus & gens est appellatus, ne de nominis appellatione priuilegiū gratiæ sibi quis audeat defendere. Duos etenim populos & duas gentes processuras ex unius fœminæ utero deus destinavit, nec discreuit gratiam in nominis appellatione, sed in partus æditione: ut qui prior esset de utero processurus, minori subiaceretur, id est posteriori. Sic namq; ad Rebeccam deus locutus est: Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de uentre tuo diuidetur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Itaq; cum populus seu gens Iudæorum anterior sit tempore, & maior per gratiæ primæ dignationis in lege, noster uero minor èta te temporum de Rebecca, de duobus populis, intelligitur id posse in ultimo seculi spacio adeptus notitiam diuinæ miserationis, procul dubio secundum edictum diuinæ locutionis, prior maior populus, id est Iudaicus, seruiat nescisse est minori, & minor populus, id est Christianus, superet maiorē. Nam & secundum memorias populus Iudæorum, id est antiquior, derelicto deo, Memoria idolis seruiuit, & diuinitate abrelicta simulachris fuit deditus, dicente populo ad Aaron: Fac nobis deos qui nos antecedant. Quod cum ex monilibus fœminarum & anulis uirorum aurum fuisset igne conflatum, & processisset eis bubulum caput, cui figmento uniuersus Israel abrelicto deo honorem dederunt dicentes: Hi sunt dñj qui nos eiecerunt de terra Ægypti. Sic namq; posterioribus temporibus quibus reges eis imperabant, & cū Hieroboam uaccas aureas & lucos colebant, & Bahali se mancipabant. Vnde probatur eos semper idololatriæ criminis reos designatos ex instrumento diuinorum scripturarū. Noster uero populus minor, id est posterior, relictis idolis quibus ante deseruiebat, ad eundem conuersus est, à quo Israel, ut supra memo rauimus, abscesserat. Sic namq; populus minor, id est posterior, populū maiorem superauit, dum gratiam diuinæ dignationis consequitur, à qua Israel est repudiatus. Igitur gradum conferamus, & sumnam quæstionis ipsius, certis lineis determinemus. Cur etenim deus uniuersitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plasmator, uniuersarum gentium sator, legem per Moysem uni populo dedisse credatur, & non omnibus gentibus attribuisse dicatur? Nisi enim omnibus eam dedisset, nullo pacto ad eam etiam profelytos ex gentibus accessum habere permetteret. Sed ut congruit boni tati dei & equitati ipsius, utpote plasmatoris generis humani, omnibus gentibus eandem legem dedit, quā certis & statutis temporibus obseruari præcepit, quando uoluit, & per quos uoluit, & sicut uoluit. Namq; in principio mundi ipsi Adæ & Euæ legem dedit, ne de fructu arboris plantatae in medio paradisi ederent: quod si contra fecissent, morte morerentur. Quæ lex eis sufficeret si esset custodita. In hac enim lege Adæ data, omnia præcepta in condita

Instrumentū
diuinarū scri
pturarum

Gradum con
ferre.
Summā que
stionis, certis
lineis determi
nare

condita recognoscimus, quæ postea pullulauerunt data per Moysen, id est,
Diliges dominum deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
Diliges proximum tibi tanquam te. Et non occides, non mœchaberis, non franda-
ueris, falsum testimonium non dices. Honora patrem tuum & matrē, & alie-

Primordialis lex Adæ & Euæ in para-
lex Adæ data, diso quasi matrix omnium præceptorum dei. Denique si dominum deum suum
matrix omnium præceptorum dei dilexissent, contra præceptum eius non fecissent: si proximum diligerent, id est
semetipos, persuasioni serpentis non credidissent, atque ita in semetipos ho-
micidium non commisissent, excidendo de immortalitate, faciendo contra dei
præceptum. A furto quoque abstinuerint, & de fructu arboris clam non degu-
stassent: nec a conspectu domini nostri sub arbore delitescere gestissent. Nec
falsum assueranti diabolo participes efficeretur, credendo ei quod similes
deo essent futuri. Atque ita nec deum offendissent ut patrem, qui eos de limo ter-
ræ quasi ex utero matris figurauerat. Si alienum non cōcupiscerent, de fructu
inlicito non gustassent. Igitur hac generali & primordiali de iure, quam in ar-
boris fructu obseruari deus sanxerat, omnia præcepta legis posterioris spe-
cialiter indita fuisse cognoscimus, quæ suis temporibus edita germinauerūt.
Eiusdem est enim postea docere legem, qui ante premiserat præceptum: quo-
niam & ipsius est erudire postea, qui ante iustos formare instituerat. Quid
enim mirum si is auget disciplinam, qui instituit: si is perficit, qui coepit. Denique
ante legem Moysi scriptam in tabulis lapideis, legem fuisse contendo non scri-

Lex naturalis ptam, quæ naturaliter intellegebatur & à patribus custodiebatur. Nam un-
non scripta de Noe iustus inuentus, si non illum naturalis legis iustitia præcedebat: un-
de Abraham amicus dei deputatus, si non de æquitate & iustitia legis nata-
ralis: unde Melchisedech sacerdos dei summi nuncupatus, si non ante Leuitæ
legis sacerdotium Leuitæ fuerunt, qui sacrificia deo offerebant: sic enim
post suprascriptos patriarchas data lex est Moysi, eo tempore posteaquam ab
Ægypto excesserunt, post interuum multorum temporum & spacia. De-
nicque post quadringentos & triginta annos Abrahæ data est lex. Vnde intel-
ligimus dei legem etiam ante Moysen, nec in Oreb tantum, aut in Syna & in
eremo primum, sed antiquiore primum in paradyso, post patriarchis, atque
ita & Iudeis certis temporibus reformatam: ut non iam ad Moysi legem ita
attendamus, quasi ad principalem legem, sed ad subsequentem, quam certo
tempore deus & gentibus exhibuit, & repromissam per Prophetas in me-
lius reformauit: & præmonuit, futurum ut sicuti certo tempore data est lex per
Moysen, ita temporaliter obseruata & custodita creditur. Nec ad imamus
hanc dei potestatem, pro tempore conditione legis præcepta reformantem, in
hominis salutem. Denique qui contendit & sabbatum adhuc obseruandum quasi
salutis medelam, & circumcisionem octauum diei propter mortis cōminationem,
doceat in præteritum iustos sabbatizasse, aut circuncidisse, & sic amicos dei effe-
citos

ctos. Nam si circuncisio purgat hominem, deus Adam incircumsum cū faceret, cur eū non circūcidit, uel postea quod deliquit, si purgat circuncisio? Certe in paradiſo constituens eū incircumsum, colonum paradisi p̄fecit. Igitur ^{Colonus para}
^{disi Adam} cum nequod circuncisum, nequod sabbatizantē deus Adam instituerit, consequenter quoquod sobolem eius Abel offerentē sibi sacrificia, incircumsum, nec sabbatizantem laudauit, accepto ferens quae offerebat in simplicitate cordis, & ^{Accepto ferre} reprobans sacrificium fratris Cain, qui quod offerebat, nō recte diuidebat.
 Noe quoquod incircumsum deus, sed & nō sabbatizantem de diluio liberauit. Nam & Enoch iustissimum non circuncisum, nec sabbatizantem de hoc mūdo transtulit: qui nequod morte gustauit, ut æternitatis candidatus, iam nobis ostenderet, nos quoquod sine legis onere, Moysi deo posse placere. Melchisedech quoquod summi dei sacerdos, incircensis & nō sabbatizans, ad sacerdotium dei allectus est. Et probatus Loth frater Abraham, quod pro meritis iustitie sine legis obseruatione de Sodomitarum incendio sit liberatus. Sed Abraham, inquis, circensis est. Sed antē deo placuit quām circuncideretur, nec tamē sabbatizauit. Acceperat enim circuncisionem, sed quae esset in signū temporis illius, nō in salutis prærogatiuam. Deniq; sequentes patriarchæ incircensi fuerunt, ut Melchisedech, qui ipsi Abraham iam circun-
 ciso reuertenti de prælio, panē & uinū obtulit incircensis. Sed & filius, inquit, Moysi tum ab angelo præfocatus fuisset, si nō Seffora mater eius calculo præputiū infantis circuncidisset. Vnde, inquit, circuncisionis maximū periculum est, si præputiū carnis quis nō circunciderit. Et ideo si salutem circuncisio omni modo adfert, etiā ipse Moyses in filio suo non intermisisset, quo minus octaua die circuncideret eum, quando cōstet Sefforam coactam ab angelo id fecisse in itinere. Consideremus itaq; quod nō potuerit unius infantis coacta circuncisio omni populo præscribere, & quasi legē huius præcepti condere in salutem. Nam prouidens deus quod hanc circuncisionem ^{in signum nō} futuri instigat circūcidi, ut cū cœpisset per eū populo dare præceptū circuncisionis, nō aspernaretur populus, uidens exemplū istud in iudicis filiū iam celebratū. Dari enim habebat circuncisio, sed ^{in signum: unde Israel in nouissimo tempore diuosci haberet, quād secundum sua merita in sanctam ciuitatem ingredi prohiberetur, secundum uerba prophetarū dicentium: Terra uestra deserta, ciuitates uestræ igni exustæ, regionē uestram in cōspectu uestro alieni comedent: & deserta & subuersa à populis extraneis, derelinqueretur filia Sion sicut casa in uinea, & sicut custodiariū in cucumerario, & quasi ciuitas quae expugnatur.} Et ideo subsequens sermo Prophetæ exprobrat eis dicens: Filios generaui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et iterum: ^{Et iterum} Et si extenderitis manus, auertam faciem meam a uobis. Et si multiplicaueritis preces, non exaudiam uos: manus enim uestræ sanguine plenæ sunt.

m 2 Et iterum

Et iterum: Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis filij scelerati: dereliquistis deum, & in indignationem misistis sanctū Israel. Hæc igitur dei prouidentia fuit, dandi circumcisionem Israel in signū, unde dinoscī posset cum adueniret tempus, quo meritis suis supra dictis in Hierusalem admitti prohiberentur: quod & quia futurum erat nunciabatur, & quia factū uidemus recognoscimus. Sicut ergo circumcisione carnalis, quæ temporalis erat, imbuta est in signū populo cōtumaci: ita spiritalis circūcisio est in salutē populo obaudienti, dicente propheta Hieremia: Innouate nobis nouitatē, & nolite se minare in spinis. Circuncidimini deo, & circuncidite p̄æputiū cordis vestri. Et alio loco dicit: Ecce enim dies ueniēt dicit dominus, & disponam domui Iudæ & domui Iacob testamentū nouum, non tale quale iam dedi patribus eorū, in die quo eos eduxi de terra Ægypti. Vnde intelligimus & priorem circumcisionem tunc datam cessaturam, & nouā legem nō tam qualē iam dederat patribus processuram annunciarī, sicut Esaias prædicauit, dicens: Quod in nouissimis diebus manifestus futurus esset mons domini, & dominus dei super uertices montiū: & exaltabitur, inquit, super colles, & uenient super illū omnes gentes, & ambulabunt multi & dicent: Venite ascendamus in montem domini, & in domū dei Iacob: non in Esau prioris filij, sed in Iacob sequentis, id est populi nostri, cuius mons Christus est sine manibus cōcidentium præcisus, implens omnem terrā, apud Danielē ostensus. Denicq; ex hac domo dei Iacob, etiā legem nouam processuram sequētibus uerbis annunciat Esaias dicens: De Sion enim exiet lex & uerbū domini ex Hierusalem, & iudicabit inter gentes, id est inter nos qui ex gentibus sumus uocati: & concident, inquit, gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non accipiet gens super gentem gladium, & iam nō discent præliari. Igitur intelliguntur alij quām nos, qui noua lege edocti ista obseruamus, oblitterata ueteri lege, cuius abolitionē futuram actus ipse demonstrat: Nam uetus lex ultione gladij se vindicabat, & oculū pro oculo eruebat, & vindictam iniuriā retribuebat. Noua autem clementiam designabat, & pristinam ferocitatem gladiorum & lancearum ad tranquillitatem conuertebat, & belli pristina inæmulos legis, & hostis executionem in pacificos actus arandæ & colendæ terræ reformabat. Igitur, sicut supra ostendimus, quod uetus lex & circumcisione carnalis cessatura pronunciata est, ita & nouę legis, & spiritalis circūcisio, nisi obseruantia, in pacis obsequia eluxit. Populus enim, inquit, quē non ueram seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, Prophetæ adnunciauerunt. Quis aut̄ populus qui deū ignorabat, nisi noster, qui retro deū nesciebamus: & quis in auditu auris obediuit ei, nisi nos, qui relicti idolis ad deū cōuersi sumus? Nam Israel, qui deo fuerat cognitus, quiq; ab eo in Ægypto Erythræum exaltatus fuerat, & p Erythræū pelagū transiectus est, quiq; in eremo mari pelagum na cibatus XL annis, ad instar eternitatis redactus, nec humanis passiōibus conta

contaminatus, aut seculi huius cibis pastus, sed angelorum panibus manna cibatus, satisq; beneficijs deo obligatus, domini & dei sui oblitus est, dicēs ad Aaron: Fac nobis deos qui nos præcedant: Moyses enim ille, qui nos eie cit de terra Ægypti, deteliquit nos, & quid illi acciderit nescimus. Et ideo nos qui nō populus dei retro, facti sumus populus eius, accipiendo nouam legem & supra dictam, & nouam circuncisionē ante prædictam. Sequitur itaq; ut quatenus circuncisionis carnalis, & legis veteris abolitio expuncta suis temporibus demonstratur, ita sabbati quoq; obseruatio temporalis fuisse demonstretur. Dicunt enim Iudæi, quod a primordio sanctificauerit deus diem septimū, requiescendo in eo ab omnibus operibus suis quæ fecit, & inde etiam Moysen dixisse ad populum: Mementote diem sabbatorum sanctificare eū: omne opus seruile nō facietis in eo, præterquam quod ad animā pertinet. Vnde nos intelligimus magis sabbatizare nos ab omni opere servili semper debere, & nō tantum septimo quoq; die, sed per omne tempus. Ac per hoc querendū nobis, quod sabbatū nos deus uellet custodire. Nam sabbatum æternum, & sabbatū temporale scripturæ designant. Dicit enim Esaias propheta: Sabbathū uestra odit anima mea. Et alio loco dicit: Sabbathū mea profanastis. Vnde dinoscimus sabbatū temporale esse humanum, & sabbatum æternum censeri diuinum, de quo per Esaiam prædicat: Et erit, inquit, mensis ex mense, & dies de die, & sabbatum de sabbato, & ueniet omnis caro adorare in Hierusalem, dicit dominus. Quod intelligimus adimplatum temporibus Christi, quando omnis caro, id est omnis gens adorare in Hierusalem uenit deum patrem, per Iesum Christum filium eius, sicut per prophetam prædictū est: Ecce Profelyti per me ad te ibunt. Sic igitur ante hoc sabbatum temporale, erat & sabbatum æternum præostensum & sabbatū tem-
prale
sabbatū æter-
num.
Circuncisio
carnalis.
Circuncisio spi-
ritalis.

prædictum, quomodo & ante circuncisionem carnalem fuit & spiritualis circuncisio præostensa. Deniq; doceant sicuti iam prælocuti sumus, Adā sabbatizasse, aut Abel hostiam deo sanctam offerentem, sabbati religionē placuisse: aut Enoch translatum, sabbati cultorem fuisse: aut Noe arcæ fabricatorem propter diluvium immensum, sabbatum obseruasse: aut Abraham in obseruatione sabbati, Isaac filium suū obtulisse: aut Melchisedech in suo sacerdotio legem sabbati accepisse. Sed dicturi sunt Iudæi, ex quo hoc preceptum datum est per Moysen, exinde obseruandum fuisse. Manifestū est itaq; non æternum nec spirituale, sed temporale fuisse præceptū, quod quan- docq; cessaret: Deniq; adeo non in uacatione sabbati, id est diei septimi, hæc solennitas celebranda est, ut Iesus Naue eo tempore quo Hiericho ciuitatē debellabat, præceptum sibi à deo diceret, uti populo mandaret, ut sacerdotes arcam testamenti dei septem diebus circūferrent in circuitu ciuitatis: atq; ita septimi diei circuitu peracto, sponte ruerent muri ciuitatis. Quod ita factum est, & finito spacio diei septimi, sicut prædictum erat, ruerunt muri ciuitatis.

uitatis. Ex quo manifeſte ostenditur, in numero iſtorum dierum ſeptem incurriffe diem ſabbati. Septem enim dies undecimq; initium acceperint, ſabbati diem ſecum concludant neceſſe eſt, quo die non tantum ſacerdotes ſint operati, ſed & in ore gladij präda facta ſit ciuitas ab omni populo Iſrael. Nec dubium eſt opus ſeruile eos operatos, cum prädas belli agerent ex dei präcepto. Nam & temporibus Machabæorum ſabbatis pugnando forteſter fecerunt, & hostes Allophylos expugnauerunt, legemq; paternam ad pristinum uitæ ſtatū pugnando ſabbatis reuocauerūt. Nec putem aliam legem eos defendiſſe, niſi in qua de die ſabbatorum meminerant eſſe präscriptum. Vnde manifeſtum eſt ad tempus & präſentis cauſæ neceſſitatem conualuiſſe, ut non ad perpetui temporis obſeruationem huiusmodi legem

Sacrificia terrenarum oblationum. eis deus ante dediſſet: Sic & sacrificia terrenarum oblationum, & ſpiritalium sacrificiorum prädicta oſtendimus. Et quidem à primordio maioris filij, id eſt Iſrael, terrena fuifſe in Cain präostenza ſacrificia: & minoris filij Abel, id eſt populi noſtri ſacrificia diuersa demoſtrata. Namq; maior natu Cain Cain de fructu terræ obtulit munera deo: minor uero filius Abel de fructu ouiu Abel suarum. Respexit deus in Abel & in munera eius, in Cain autem & in mu- nera eius non respexit. Et dixit deus ad Cain: Quare concidit uultus tuus, quoniam ſi recte quidem offeras, nō recte autem diuidas, peccasti, quieſce. Ad te enim cōuersio eius, & tu dominaberis eius. Et tūc dixit Cain ad Abel fratrem ſuum: Eamus in campum, & abiijt cum eo illic, & interfecit eum. Et tunc dixit Ieſus ad Cain: Vbi eſt frater tuus? Et dixit: Nescio. Nunquid cu- ſtos ſum ego fratriſ mei? Et dixit ei deus: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Propter quod maledicta terra, quæ aperuit os ſuum ad ex- cipiendum ſanguineum fratris tui. Gemens & tremens eris ſuper terrā, & omnis qui te inuenērēt occidet. Ex hoc igitur duplicita duorum populorum ſacrifi- cia präostenza iam nunc à primordio animaduertimus. Deniq; cum per Moysen in Leuitico lex ſacerdotalis cōſcriberetur, inuenimus präscriptum populo Iſraeli, ut ſacrificia nullo in loco offerrentur deo, quam in terra pro- missionis, quam dominus deus daturus eſſet populo Iſraeli, & patribus eo- rum. Et introducto Iſrael, illic celebraſtetur ſacrificia & holocausta tam pro peccatis quam pro animabus, & nusquam alibi niſi in terram sanctam. Cur itaq; poſtea per prophetas prädicat ſpiritus futurum, ut in omni terra, aut in omni loco offerantur ſacrificia deo, ſicuti ipſe per Malachiam angelum unum ex duodecim prophetis dicit: Non recipiam ſacrificium de manibus ueſtris, quoniam ab oriente ſole uſq; ad occidentem nomen meum clarifi- catum eſt in omnibus gentibus, dicit dominus omnipotens. Et in omni loco offerentur ſacrificia munda nomini meo. Item in Psalmis Dauid dicit: Adferte deo patriæ gentium. Indubitate quod in omni terra exire habebat prädicatio Apoſtolorum. Adferte deo claritatē & honorem, adferte deo ſacrifi-

sacrificia nominis eius. Tollite hostias & introite in atria eius. Namque quod non terrenis sacrificijs, sed spiritualibus deo litandum sit, ita legitimus ut scriptum est: Cor contribulatū hostia est dei. Et alibi: Sacrifica deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Sic itaque sacrificia spiritualia laudis designantur, & cor contribulatum acceptabile sacrificium deo demonstratur. Itaque quomodo carnalia sacrificia reprobata intelliguntur, de quibus & Esa*ias* loquitur, dicens: Quod mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum dicit dominus: ita sacrificia spiritualia accepta prae dicantur, ut prophetae adnuntiant: Quoniam & si adulteritis, inquit, mihi similam, uanum est: incensum abominatio est mihi. Et alibi dicit: Holocaustomata & sacrificia uestra, & adipem hircorum, & sanguinem taurorum nolo. Nec si ueniatis uideri mihi, quis enim exquisiuit haec de manibus uestris? Spiritualia uero sacrificia de quibus prae dictum est, & sicut supra dicit: Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus. Sacrificia non accipiam de manibus uestris: quoniam ab oriente sole usque in occidentem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus, dicit dominus. De spiritualibus uero sacrificijs, addit dicens: Et in omni loco sacrificia munda offerentur nomini meo, dicit dominus.

DE SABBATO ET CIRCUNCISIONE, ET LEGIS ET VETERIS ET NOVAE OBSERVATIONE, SIC DICIT.

Igit uero cum manifestū sit, & sabbatum temporale ostensum & sabbatum eternum prae dicatum: circuncisione carnalem prae dictam, & circuncisionem spiritalem prae indicatam: legem quoque temporalem, & legem aeternalem denunciatam: sacrificia carnalia, & sacrificia spiritualia prae ostensa: sequitur, ut praecedenti tempore datis omnibus istis praepartis carnaliter populo Israel, superueniret tempus quo legis antiquae & ceremoniarum ueterum precepta cessarent, & nouae legis promissio, & spiritualium sacrificiorum agnitio, & noui testamenti pollicitatio superueniret, fulgente nobis lumine ex alto, qui sedebamus in tenebris, & in umbra mortis detinbamur, oriretur lumen. Itaque necessitas nobis incumbit, ut quoniam prae dicatam nouam legem a prophetis prae dictimus eam & non talis qualis iam data esset patribus eorum, eo tempore quo eos de terra Aegypti produxit, ostendere & probare debeamus, tam legem illam ueterem cessasse, quam legem nouam promissam nunc operari. Et quidem in primis querendum, an expectetur noua legis lator, & noui testamenti haeres, & nouorum sacrificiorum sacerdos, & noua circumcisionis purgator, & aeterni sabbati cultor: qui legem ueterem compescat, & uetus testamentum statuat, noua sacrificia offerat & ceremonialias antiquas reprimat, & circumcisione ueterem cum suo sibi sabbato compescat, & nouum regnum quod non corruptatur adnunciet.

DE NATIVITATE CHRISTI, AD
VENTVS PRIMVS.

Ic, inquam, nouæ legis lator, sabbati spiritalis cultor, sacrificiorum æternorum antistes, regni æterni æternus dominator, quærendum an iam uenerit, an nec ne. Et si iam uenit, seruiendū est illi: si nec dum uenit, sustinendus est, dum modo manifestus sit aduentus eius cōprimere legis ueteris præcepta, & operari debere nouæ legis exordia: & in primis definiendum est non potuisse cessare legem antiquam & prophetas, nisi uenisset is qui per eandem legē, & per eosdem prophetas uenturus adnunciabatur. Igitur in isto gradū cōferamus, an qui uenturus est Christus iam uenerit, an uenturus adhuc speretur. Quod ipsum ut probari possit, etiam tempora sunt nobis requirenda quando uenturum Christum prophetæ annunciauerūt: ut si in ista tempora recognouerimus uenisse eum, sine dubio ipsum esse credamus, quem uenturum prophetæ cauebant, in quem nos gentes scilicet credituri annunciabamur. Et cum constiterit uenisse, indubitate etiā legem nouam ab ipso datam esse credamus, & testamentum nouum ab ipso & per ipsum nobis dispositum non diffiteamur. Venturum enim Christum nec Iudeos refutare scimus, utpote qui in aduentum eius spem suā portigant. Nec de isto pluribus quærendum, cum retrò omnes prophetæ de eo præcinuerint, ut Isaías dicit, Sic dicit dominus deus Christo meo domino, cuius tenui dextram, ut exaudiāt illum gentes fortitudines regum disrumpam: apertam ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi. Quod ipsum adimpletum uidemus. Cui enim dexteram tenet pater deus, nisi Christo filio suo: quem exaudiērunt omnes gentes, id est cui omnes gentes crediderunt, cuius & prædicatores Apostoli in Psalmis David ostenduntur, in utiuersa, inquit, terra exiit sonus eorum: & usq; ad terminos terræ uerba eorum. In quem enim alium uniuersæ gentes crediderunt, nisi in Christum qui iam uenit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt, Parthi, Medi, Elamitæ, & qui inhabitat Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum & Asiam, Pamphyliam, inmorantes Ægyptum, & regionem Africæ quæ est trans Cyrenen inhabitantes, Romani, & incolæ tūc & in Hierusalē Iudæi: & cæteræ gentes, ut iam Getulorum uarietates, & Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, & Galliarum diuersæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca Christo uero subdita, & Sarmatarum & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum & abditarum multarum gentium, & prouinciarum & insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus: In quibus omnibus locis Christi nomē, qui iam uenit, regnat: utpote ante quæ omnium ciuitatum portæ sunt apertæ, & cui nullæ sunt clausæ: ante quem feræ ferreæ sunt communiatæ, & ualuæ æreæ sunt apertæ, quanquam & ista spiritu

spiritualiter sint intellegenda, quo præcordia singulorum uarjs modis à diano obsessa, fide Christi sint referata: attamen perspicuè sunt adimpta, ut pote in quibus omnibus locis populus nominis Christiani habitet. Quis enim omnibus regnare potuisset, nisi Christus dei filius: qui omnibus in æternum regnaturus nunciabatur.

DE REGNO CHRISTI AETERNO.

DAM si Salomon regnauit: sed in finibus Iudeæ tantum, à Bersabeæ usq; Dan termini regni eius signantur. Si uero Babylonij & Parthis regnauit Darius, non habuit potestatem ulterius, ultra fines regni sui: non habuit in omnibus gentibus potestatem. Si Ægyptij Pharao, uel quisq; ei in hereditate regni successit: illuc tantum potius est regni sui dominium. Si Nabuchodonosor: cū suis regulis ab India usq; Æthiopiam habuit regni sui terminos. Si Alexander Macedo: nunquā Asiam uni ueram, & cæteras regiones postea quām deuicerat tenuit. Si Germani: ad huc usq; limites transgredi non sinuntur. Britanniaꝝ intra Oceani ambitum conclusæ sunt. Maurorum gentes, & Getulorum barbaries, à Romanis obſidentur, ne regionum suarū fines excedant. Quid de Romanis dicam qui de legionum suarum præsidij imperium suū muniunt, nec trans istas gentes porrigere vires regni sui possunt? Christi autem regnum & nomē ubiq; porrigitur, ubiq; creditur, ab omnibus gentibus supra enumeratis colitur, ubiq; regnat, ubiq; adoratur: omnibus ubiq; tribuitur æqualiter: non regis apud illum maior gratia, non Barbari alicuius imperiosi lætitia: non dignitas cum aut natalium cuiusquam discreta merita: omnibus æqualis, omnibus rex, omnibus iudex, omnibus deus & dominus est. Nec dubites credere qd' afflueres, cum videamus fieri. Itaq; requienda tempora prædicta & futurae nativitatis Christi, & passionis eius, & exterminij ciuitatis Hierusalem, id est, uastationis eius.

DE PASSIONE CHRISTI, ET VASTATIONE HIERUSALEM.

Dicit enim Daniel: & ciuitatem sanctam, & sanctum terminari cum duce uenturo, & destrui pinnaculum usq; ad interitum. Venturi itaq; Christi ducis sunt tempora requirenda, quæ inuestigavimus in Daniele, quibus computatis probabimus uenisse eum, etiam ex temporibus præscriptis, & ex signis cōpetentibus, & ex operibus eius. Quæ probamus, & ex consequentibus quæ post aduentum eius futura aduinciantur, ut tam adimpta omnia, quām perspecta credamus. Sic igitur de eo Daniel prædicauit, ut & quando, & quo in tempore gentes esset liberatus ostenderet, & quoniam post passionem Christi ista ciuitas exterminari haberet. Dicit em̄ sic: In primo anno sub Dario filio Assueri ex semine Medorum

dorum, qui regnauit super regnum Chaldaeorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum. Et adhuc me loquente in oratione, ecce uir Gabriel quem uidi in uisione in principio, uolans, & tetigit me, quasi hora sacrificij uespertini, & intelligere fecit me, & locutus est mecum, & dixit: Daniel, nunc exiui imbuere te intelligentia, in principio obseruationis tuæ exiuit sermo. Et ego ueni ut adnunciem tibi, quia uir desideriorum tu es, & cogita in uerbo & intellige in uisione. LXX hebdomadæ breuiatæ sunt super plebem tuam, & super ciuitatem sanctam, quoad usq; inueteretur delictum, & signentur peccata, & exorentur iniusticiæ, & inducatur iustitia æterna: & ut signentur uisio & prophetes, & ungatur sanctus sanctorum. Et scies & perspicias, & intelliges à profectione sermonis, integrando & reædificando Hierusalem usque ad Christum ducem, hebdomades LXII & dimidiam. & conuertet & ædificabitur in lætitiam, & cœuallationem, & innouabuntur tempora. & post hebdomadas has LXII, & exterminabitur unctio, & non erit: & ciuitatem sanctam exterminabit cum duce adueniente, & concidentur quomodo in cataclysmo usq; in finem belli, quod concidetur usq; ad interitum. Et confirmabit testamentum in multis. Hebdomada una, & dimidia hebdomadis auferetur meū sacrificium & libatio, & in sancto execratio uastationis, usq; ad finem temporis cōsummatio dabitur super hac uastatione. Anmaduertamus igitur terminum, quomodo in uerbo quas dixit LXX hebdomadas futuras, in quibus si receperint eum, ædificabitur in latitudinem, & in longitudinem, & innouabuntur tempora. Prouidens autem deus quid esset futurum, & quoniam non tantum non recipient eum, uerū & insequentur, & tradent eū morti, & recapitulauit & dixit: In LXII hebdomadibus nasci illum & uangi sanctū sanctorum. Hebdomades autem VII & dimidia cum implerentur pati habere, & ciuitatem exterminari post unam & dimidiā hebdomadam, quo scilicet septem & dimidia hebdomadæ complete sunt. Dicit enim sic: Et ciuitatem & sanctum exterminari cum duce uenturo, & concidentur sicut in cataclysmo, & destruet pinnaculum usq; ad interitum. Vnde igitur ostendimus quoniam uenit Christus intra LXII & dimidiā hebdomadas: Numerabimus autē à primo anno Darij, quomodo in ipso tempore ostenditur Danieli uisio ipsa. Dicit enim: Et intellege & coniice à profectione sermonis, respondere me tibi hæc. Vnde à primo anno Darij debemus computare, quando hanc uisionem uidit Daniel. Videamus igitur anni quomodo impletantur usq; ad aduentum Christi, Darius enim regnauit annis V IIII. Artaxerxes regnauit annis XL. Deinde rex Ochus, qui & Cyrus, regnauit annis XXIII. Argus anno uno. Alius Darius, q; & Melas nominatus est, annis XXII. Alexander Macedo annis + X. Deinde post Alexandrum, qui & Medis & Persis regnarat, quos reuicerat, & in Alexandria regnum suum firmauerat, quando & nomine suo eam appellauit. Postea

Alias, XII

uit. Postea regnauit illic in Alexandria Soter annis **xxxv**, cui succedit Philadelphus, & regnauit annis **xxxviii**. Huic succedit Euergetes, annis **xxv**. Deinde Philopator annis **xvii**. Post hunc Epiphanes, annis **xxiiii**. Item alius Euergetes, annis **xx. x vii**. Soter annis **xx x iiii**. Ptolemæus annis **txxxvii**. Cleopatra annis **xx**. mensibus **v**. Item adhuc Cleopatra conregnauit sub Augusto annis **xi**. Post Cleopatram Augustus alijs annis **xl v iii**. Nam omnes anni imperij Augusti fuerunt anni **l vi**. Videamus autem quoniam quadragesimo & primo anno imperij Augusti, quo post mortem Cleopatræ imperauit, nascitur Christus. Et superuixit idem Augustus, ex quo nascitur Christus, annis **xv**. & erūt reliqua tempora annorum in diē nativitatis Christi anni **xl i**. Efficiuntur autē anni **cccc xxxvii**, menses **v**. Vnde adimplētur **lxii** hebdomadæ & dimidia, quæ efficiunt annos **cccc xxxvii**, menses **vi**, in diem nativitatis Christi. Et manifesta est iustitia æterna, & unctus est sanctus sanctorum, id est Christus, & signata est uisio & prophetæ, & dimissa sunt peccata, quæ per fidem nominis Christi, omnibus in eum credentibus tribuuntur. Quid est autem quod dicit signari uisum & prophetam? Quoniam omnes Prophetæ nunciabant de illo, quod esset uenturus & pati haberet: igitur quoniam adimplēta est prophætia per aduentum eius, propterea signari uisionem & prophetiam dicebat: quoniam ipse signaculum omnium Prophetarum, adimplens omnia quæ retro de eo Prophetæ nunciauerant. Post enim aduentum Christi & passionem ipsius, iam non uisio, neq; prophetæ est, qui Christum nunciet uenturum. Denique hoc si non ita est, exhibeant Iudæi prophetarum post Christum aliqua uolumina, angelorum aliquorum uisibilia miracula, quæ retro patriarchæ uiderunt usq; ad aduentum **CHRISTI**, qui iam uenit, ex quo signata est uisio & prophetæ, id est statuta. Et merito euangelista: Lex & prophetæ usq; ad Ioannem baptizatorem. Baptizato enim **CHRISTO**, id est sanctificante aquas in suo baptisme, omnis plenitudo spiritalium retro charismatum in **CHRISTO** cesserunt, signante uisionem & prophetias omnes, quas aduentu suo adimpleuit. Vnde firmissimè dicit aduentum eius signare uisum & Prophetas. Itaq; ostendentes & numerum annorum & tempus, **lx** duarum & dimidiæ hebdomadarum adimplatarum, tunc uenisse **CHRISTVM**, id est natum: videamus quid aliæ **vii** & dimidiæ hebdomades, quæ sunt subdiuisæ in abscissione priorum hebdomadarum, in quo actu sunt adimplæ. Post enim Augustum, qui superuixit post nativitatem **CHRISTI**, anni **xv** efficiuntur, cui succedit Tiberius Cæsar, & imperium habuit annis **xxii**, mensibus **vii**, diebus **txx**. huius quintodecimo anno imperij passus est **CHRISTVS**, annos habens quasi **xxx** cum pateretur. Item Caius Cæsar, qui & Caligula, annis **iii**, mensibus **viii**, diebus **xiii**. Tiberius Claudius annis **xiii**, mensibus **vii**, diebus **xx**. Nero

*Ali. xxix
Alius. xxx
viii*

*Alias, xxv
viii*

*Referunt hec
Ter. sententia
ab Eusebio in
opere Chrys-*

nico

Cæsar

Cæsar annis XI, mensibus VIII, diebus XIII. Galba mensibus VII, diebus
 al. XXVIII † VI. Otho mensibus III, diebus V. Vitellius mensibus VIII, diebus † X. Ve/
 al. XXVIII alias, LII spasianus anno primo imperij sui debellavit Iudeos, & fuit anni † XLII,
 menses VI. Nam imperauit annis XI, atq; ita in diem expugnationis suę Iu-
 dæi impleuerunt hebdomadas LXX, prædictas in Daniele. Igitur expletis
 his quoq; temporibus, & debellatis Iudeis, postea cessauerunt illic libani-
 na & sacrificia quæ exinde illic celebrari non potuerunt. Nam & unctio il-
 lic exterminata est post passionem Christi. Erat enim prædictum extermini-
 nari illic unctionem, sicut est in psalmis prophetatum: Exterminauerūt ma-
 nus meas & pedes. Quæ passio huius exterminij intra tempora LXX heb-
 domadarum perfecta est sub Tiberio Cæsare, c o s s. Rubellio Geminio,
 & Rufio Geminio, mense Martio, tēporibus paschæ, die VIII Calendarum
 Aprilium, die prima azymorum, quo agnum ut occiderent ad uesperam, à
 Moysè fuerat præceptum. Itaq; omnis synagoga filiorum Israel eum inter-
 fecit, dicentes ad Pilatum, cum uellet eū dimittere. Sanguis huius super nos,
 & super filios nostros. Et si hunc dimiseris, nō es amicus Cæsaris: ut adim-
 pleri possent omnia quæ de eo fuerant scripta.

ITEM PROBATIO NATIVITATIS CHRISTI.

N C I P I A M V s igitur probare nativitatem Christi, à Prophe-
 tis esse nunciata: sic Esaias dicit: Audite domus Dauid, nō pu-
 fillum uobis certamen cum hominibus, quoniam deus præstat
 certamen, propter hoc ipse deus dabit uobis signum: Ecce uirgo
 concipiet & pariet filium, & uocabitis nomen eius Emanuel, quod interpre-
 tatur nobiscum deus. butyrum & mel manducabit: quoniam prius quam co-
 gnoscat infans uocare patrem aut matrem, accipiet uirtutem Damasci, &
 spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Itaque dicunt Iudei, prouo-
 cemus istam prædicationem Esiae, & faciamus comparationem, an Chri-
 sto qui iam uenit, competit illi primò nomen quod Esaias prædicauit, &
 insignia eius quæ de eo nunciauit. Evidem Esaias prædicat eum Emanuel
 uocari oportere, deinceps uirtutem sumpturum Damasci, & spolia Sa-
 mariæ aduersus regem Assyriorum. Porro, inquiunt, iste qui uenit, necq; sub
 eiusmodi nomine est dictus, necq; re bellica functus. At nos econtrario, ad-
 monendos eos existimauimus, uti cohærentia quoque huius capituli reco-
 gnoscant: subiuncta est enim & interpretatio Emanuel, nobiscum deus, uti
 non solum sonum nominis expectes, sed & sensum. Sonus enim Hebrai-
 cus, quod est Emanuel, id est nobiscum deus, suæ gentis est. Sensus autem
 eius quod est deus nobiscum, ex interpretatione communis est. Quere ergo
 an ista uox Nobiscum deus, quod est Emanuel, exinde quo Christus inlu-
 xit agitetur in Christo: & puto ex toto non negabis. Nam qui ex Iudaismo
 credunt Christo, ex quo in eum credunt, Emanuel cum uolent dicere, nobi-
 scum

scum deum esse significant. Atq; ita constat iam uenisse illum qui prædica-
 batur Emanuel, quia quod significat Emanuel uenit, id est nobiscum deus. Vide tertium lib.
brū aduersus
Marcionem
 & que sono nominis inducūtur, cum uirtutem Damasci & spolia Samariæ,
 & regnum Assyriorum sic accipiunt, quasi bellatorem portendant Christū,
 non animaduertentes quid scriptura præmittat: quoniam prius quam co-
 gnoscat puer vocare patrem aut matrem, accipiet uirtutem Damasci, & spo-
 lia Samariæ aduersus regem Assyriorū. Ante est enim inspicias ætatis de-
 monstrationem, an uirum iam Christum exhibere ista ætas possit, nedum
 imperatorem. Scilicet uagitu ad arma esset conuocatus infans: & signum signum belli
 belli non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo uel de muro, sed de nu-crepitacillo
 tricis & gerulæ suæ dorso sive collo hostem designaturus: atq; ita Dama-daturus
 scum & Samariam pro mammis subacturus. Aliud est, si penes uos infan-
 tes in prælium erumpunt, credo ad solem uncti prius, dehinc patinis arma-Ad solē uncti.
 ti, & butyro stipendiati, qui ante norint lanceare quam lancinate. Enim uero
 si nusquam hoc natura concedit, ante militare quam uirum facere, ante uit-Patinis armati.
 tutem Damasci sumere quam patrem nosse, sequitur ut figuratè pronuncia-Butyro stipen-
 tum uideatur. Sed & uirginem, inquiunt, parere natura non patitur, & tam-diati
 men credendum est Prophetæ. Et merito, Præstruxit enim fidem incredibi-
 li rei, dicendo, quod signum esset futurum: Propterea, inquit, dabitur uobis
 signum, Ecce uirgo cōcipiet in utero & pariet filium. Signum autem à deo,
 nisi nouitas aliqua monstruosa fuisset, signū non uideretur. Deniq; si quan-
 do ad deiiciendos aliquos ab hac diuina prædicatione, uel cōuertere singu-
 los simplices quoq; gestitis, mentiri audetis quasi non uirginem, sed iuuен-
 culam concepturam & paritaram scriptura contineat: Hinc quoq; reuinci-
 min: quod nihil signi uideri possit, res cotidiana, iuuenculæ scilicet prægna-
 tus & partus. In signum ergo nobis posita uirgo mater merito creditur, in-7
 fans uero bellator non æque. Et hic enim signi ratio uersatur, sed signo natu-
 ritatis nouæ adscripto, exinde post signū alius iam ordo infantis edicitur,
 mel & butyrum manducaturi. Et hoc utiq; in signum est infantiae: sed acce-
 pturum uirtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorū,
 hoc est mirabile signum. Seruate modum ætatis, & quærite sensum prædi-
 cationis: imò reddite ueritati, quæ credere nō uultis, & tam intelligitur pro-
 phetia renunciata, quam creditur expuncta. Accepit Christus infans uirtu-
 tem Damasci, & spolia Samariæ. Maneant enim orientales illi Magi infan-
 tiā Christi, ut regem auro, thure, & myrrha remunerantes, & accepit in-
 fans uirtutem Damasci sine prælio & armis. Nam præter quod omnibus
 notum est, orientis uirtutem, id est vires, auro & odoribus pollicre solitam,
 certe est creatori, & ex diuinis scripturis uirtutem quoq; cæterarum gentium locum tractat
 aurum constituere. Sicut per Zachariam dicit: Et Iudas prætenderet Hieru-lisdem uerbis.
sed paulo ali-
ter huc totum
locum tractat
aduersus Mar-
cionem lib. 3
 Salem, & congregabit omniem ualentiam populorum per circuitum aurum

n & argen

& argentum. Nam de hoc aurum munere etiam David dixit : Et dabitur illi de auro Arabiarum. Et iterum : Reges Arabum & Saba munera adferent illi. Nam & Magos reges ferè habuit Oriens, & Damascus Arabiarum retro deputabatur, antequam transcripta esset in Syrophoenicen ex distinctione Syriae rum, cuius tunc uirtutem Christus accepit, accipiendo insignia eius, aurum scilicet & odores : spolia autem Samariæ, ipsos Magos : qui cum illum cognoverissent, & muneribus honorassent, & genu posito adorassent, quasi dominum regem sub testimonio indicis & ducis stellæ spolia sunt facti Samariæ, id est idolatriæ, credentes uidelicet in Christo. Idolatriam enim Samariæ nomine notauit, ut ignominiosæ ob idolatriam, quæ descivuerat tunc à deo sub rege Hieroboam. Nec hoc enim nouum scripturis diuinis figuratè uti translatione hominum, ex comparatione criminum. Nam & Ἀρχοντας Sodomorum appellat archontas uestros, & populū uestrum populū Gomorræ uocat : cum iam olim essent ciuitates istæ extinctæ. Et alibi per Prophetam ad populum Israel dicit : Pater, inquit, tuus Amorreus & mater tua Cethea. Quorum ex genere procreati non sunt, sed ob consimilem impietatem. Quos aliquando etiam filios suos dixerat per Esiam prophetam : Filios generauit & exaltaui. Sic & Ægyptus nonnunquam totus orbis intelligitur apud illum, superstitionis & maledictionis elogio. Sic & Babylon apud Ioannem nostrum, Romanæ urbis figurâ portat, proinde & magna & regno superbæ, & sanctorum debellatricis. Hoc itaq; modo magos quoque

*Superstitionis
& maledictionis elogium.
Babylō Roma*

s Samaritanorum appellatione titulauit, & despoliatos quod habuerat cum Samaritis, ut diximus, idolatriam aduersus dominum. Aduersus regem autem Assyriorum, aduersus diabolum, qui ad hoc se regnare putat, si sanctos à religione dei deturbat. Adiuuabitur autem hæc nostra interpretatio, dum & alibi bellatorem C H R I S T V M scripturæ designant, ob armorum quorundam uocabula, & eiusmodi uerba. Sed ex reliquorum sensuum comparatione conuincuntur Iudei : Accingere, inquit David, ensem supra femur. Sed quid supra legis de Christo ὡραῖος ἦν κάλλις, Tempestiuus decoris super filios hominum, diffusa est gratia in labris tuis. Valde autem absurdum est, si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris, & labiorum gratia blandiebatur : de quo subiungens dicebat : Extende, & prospera, & regna. Et adiecit : Propter lenitatem & iustitiam tuam. Quis ensem accingegetur, & non contraria lenitati & iustitiae exercet : id est dolum, & asperitate & iniustitiam, propria scilicet negotia præliorum. Videamus ergo an aliis sit ens ille, cuius est alius actus, id est dei sermo diuinus, bis acutus, ut duobus testamentis legis antiquæ, & legis nouæ, acutus sapientiæ sue æquitate, rediens unicuique secundum actum suum. Licuit ergo & Christo dei in Psalmis sine bellicis rebus ensem sermonis dei præcincti figurato, cui prædicta tempestiuitas congruat cum gratia labiorum, quæ tuum cingebatur super femur apud

Lenitas

*Negocia præliorum, & do-
lus & iniustitia*

apud Dauid, quando uenturus in terras ex dei patris decreto nunciabatur: Deducit, inquit, te magnitudo dexteræ tuæ, uirtus scilicet gratiæ spiritualis, de qua Christi agnitiō deducitur. Sagittæ tuæ, inquit, acutæ, peruolantia ubiq; dei præcepta, minantes traductionem uniuscuiusq; cordis & cōpungentes & transfigentes conscientiam. Nanq; populi sub te cadent, utique adorantes. Sic bellipotens & armiger Christus accipiet spolia nō solius Samariæ, uerum & omnium gentium. Agnosce & spolia figurata, cuius & arma allegorica didicisti. Atq; ita in tantum Christus qui uenit nō fuit bellator, quia nō talis ab Elsaia prædicabatur. Sed si Christus, inquiunt, qui uenit creditur à Iudeis & dicitur, non est Iesus, quare is qui uenit I E S U S C H R I S T U S appellatur? Constat autē utrumq; nomen in Christo dei, in quo inuenitur etiā Iesus appellatus. Disce erroris tui morem. Dum Moy si successor destinaretur Aues filius Naue, transfertur certe de pristino nomine, incipit uocari Iesus? Certe, inquis. Hanc prius dicimus figuram futuri fuisse. Nam quia Iesus Christus secundum populum, quod sumus nos Nationes in seculo deserto commorantes antea, introducturus esset in terram Terra reprobationis melle & lacte manantem, id est in uitæ æternæ possessionem missionis qua nihil dulcius: id q; nō per Moysen, id est non per legis disciplinam, sed per Iesum, id est per nouæ legis gratiam prouenire habebat circuncisis nobis petrina acie, id est Christi præceptis (petra enim Christus multis modis Petrina acies & figuris prædicatus est) ideo is uir qui in huius sacramenti imagines parabatur, etiā nominis dominici inauguratus est figura, ut Iesus nominaretur. Nam qui ad Moysen loquebatur, ipse erat dei filius, qui & semper uidebatur. Deum enim patrem nemo uidit unquam, & uixit: & ideo constat ipsum dei filium Moysi esse locutum, & dixisse ad populum: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, id est populi, qui te custodiat in itinere, & introducat in terram quam præparaui tibi. Intende illi & audi eum, & ne inobedient fueris ei: non enim cœlauit te, quoniam nomen meum super illum est. Populum enim introducturus erat Iesus in terrâ reprobationis, non Moy ses. Angelum quidem dixit eum, ob magnitudinem uirtutum, quas erat edicatus (quas uirtutes fecit Iesus Naue, & ipsi legitim) & officiū prophetæ, nunciantis scilicet diuinam uoluntatē: sicuti & præcursorum Christi Ioannem, futurum angelum appellat, per prophetam spiritus dicens, ex persona patris: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, id est Christi, qui præparabit viam tuā ante te. Nec nouū est spiritui sancto, angelos appellare eos, quos ministros suæ uirtutis deus præfecit. Idem enim Ioannes non tantum Ioannes angelus Christi: uocatus est, sed & lucerna lucens ante Christum. Paraui enim, inquit, lucernam Christo meo, Dauid prædicat: quem ipse Christus ueniens adimplere Prophetas, dicit ad Iudeos: Ille uis, inquit, lucerna ardens & lucens: Vtpote qui nō tantū uias eius parabat in eremo, sed & agnū

dei demonstrando, illuminabat mentes hominum, præconio suo, ut eum esse intelligeret agnum, quem Moyses passurum nunciabat. Sic & Iesus ob nominis sui futurum sacramentum: id enim nomen suum cōfirmavit, quod ipse ei indiderat, quia non angelum, nec Ausen, sed Iesum eum iusserat exinde uocari. Sic igitur utrumq; nomen competit Christo dei, ut & Iesus ap-

Ex David pellaretur. Et quoniam ex semine Dauid, genus trahere deberet uirgo, ex qua nasci oportuit Christū, ut supra memorauimus, euidenter Esaias Propheta in sequentibus dixit: Et nascetur, inquit, uirga de radice Iesse, quod est

spiritus Maria, & flos de radice, Ascendet in illum spiritus dei, & spiritus sapientiaz & intellectus, spiritus agnitionis & pietatis, spiritus consilij & ueritatis, spiritus dei timoris implebit illum. Neq; enim ulli hominum uniuersitas spirituum documentorum competebat, nisi in Christum floridū quidem ob glo-

Bethleem riam, ob gratiam adæquatum, ex stirpe autem Iesse deputatum, per Mariam scilicet inde censendum. Fuit enim de patria Bethlehem & de domo

Dauid, sicut apud Romanos in censu descripta est Maria, ex qua nascitur Christus. Expostulo etiam & quia à Prophetis prædicabatur ex Iesse gene-

re uenturus, & omnem humilitatem & patientiam, & tranquillitatem esset

exhibiturus, an uenerit, atq; ita is homo qui talis ostenditur, ipse erit Christus, qui uenit. De hoc enim Propheta Esaias dicit: Homo in plaga positus

& sciens ferre imbècillitatem, qui tanquam ouis ad uictimam ductus est, &

sicut agnus coram tondente se, non aperuit os suum. Sic neq; contendit, ne-

que clamauit, neq; audita est foris vox eius, qui arundinem contusam, Isra-

elis fidem, non comminuit: qui lumen ardens, id est momentaneū ardorem

gentium non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu luminis sui. Non po-

test aliis esse quām qui prædicebatur. Oportet itaq; actū Christi eius qui

uenit ad scripturarum regulam recognosci. Duplii enim, nisi fallor, opera-

tione distinctum eum legimus, prædicationis & uirtutis, sed de utroq; pos-

9 pulo sic dispositam: itaque specialiter dispungamus ordinem cœptum, do-

centes prædicatorem adnuntiatum Christum, ut per Esaiam dixit: Excla-

ma, inquit, in uigore, & ne pepercenis, exalta ut tuba uocem tuam, adnuncia

plebi meæ facinora ipsorum, & domui Jacob delicta eorum. Me de die in-

diem querunt, & cognoscere uias meas cupiunt. Quasi populus qui iustitiā

fecerit, & iudiciū dei non dereliquerit. & reliqua. Virtutes autem facturum

à patre, Esaias dicit: Ecce deus noster iudiciū retribuet, ipse ueniet & saluos

faciet nos. Tunc infirmi curabuntur, & oculi cæcorum videbunt, & aures sur-

dorum audient, & mutorum lingue soluentur, & claudus saliet uelut ceruus,

& cætera quæ operatum Christum, nec uos diffitemini, utpote qui diceba-

tis, quod propter opera eū nō lapidaretis, sed quoniā ista sabbatis faciebat.

ITEM NEGANTES IVDÆI PASSIONEM
NEM CHRISTI IN CRUCE.

DE EXISTV planè passionis eius ambigit, negantes passionem crucis in Christum prædicatam, & argumentantes insuper non esse credendum ut ad id genus mortis exposuerit deus filium suum quod ipse dixit: Maledictus omnis homo qui pependit in ligno. Sed huius maledictionis sensum antecedit rerum probatio. Dicit enim in Deuteronomio, si autem fuerit in aliquo delictum, ita ut iudicium mortis sit, & morietur, & suspendetis eum in ligno. Sed & sepultura sepelientis ipsa die, quoniam maledictus à deo est omnis qui suspensus fuerit in ligno, & non inquinabit terram quam dominus deus tuus dabit tibi in sorem. Igitur non in hanc passionem Christum maledixit, sed distinctionem fecit, ut qui in aliquo delicto iudicium mortis habuisset, & moreretur suspensus in ligno, hic maledictus à deo esset, qui propter merita delictorum suorum suspenderetur in ligno. Alioquin Christus qui dolu de ore suo locutus non est, quicqz omnem iustitiam & humilitatem exhibuit, & ut supra de eo prædictum memorauimus, non pro meritis suis in id genus mortis exposuit est: sed ut ea quæ prædicta sunt à prophetis per uos ei obuentura implerentur, sicut in Psalmis ipse spiritus Christi iam canebat, dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis, & quæ non rapueram tunc exsoluebam, Exterminauerunt manus meas & pedes, & miserunt in potum meum fel, & in siti mea fel potauerunt me aceto, super uestem meam miserū sortem: sicuti cætera quæ in illum commissuri essentis prædicta sunt. Quæ quidem omnia ista perperfus, non pro actu suo aliquo malo passus est, sed ut scripturæ implerentur de ore prophetarum. Et utiqz sacramentum passionis ipsius figurari in prædicationibus oportuerat: quantoqz incredibile, tanto magis scandalu, futurum, si nude prædicaretur: quantoqz magnificum, tanto magis obumbrandum, ut difficultas intellectus gratiam dei quereret.

ITEM PATRIARCHÆ OSTE N'

DVNT FIGVRAM CRVCIS.

TA QVE in primis Isaac cū à patre hostia duceretur, lignumqz Isaac ipse sibi portans, Christi exitu iam tunc denotabat, in uictimam concessi à patre, lignum passionis suæ baiulantis. Ioseph & ipse Christum figurauit, uel hoc solo, ne cursum demoreret ipse, quod persecutionem à fratribus passus est & uenundatus est in Aegyptu, ob dei gratiā, sicut & Christus ab Israel à fratribus uenundatus, à Iuda cū traditur. Ioseph Nam & benedicitur à patre in hæc uerba Ioseph: Tauri decor eius, cornua Crux unicornis cornua eius, in eis Nationes uentilabit pariter ad summum usqz terræ. Non utiqz rhinoceros destinabatur unicornis, uel Minotaurus bicor Rhinoceros nis, sed Christus in illo significabatur, Taurus ob utrancqz dispositionem, alijs Minotaurus ferus

ferus ut iudex, alijs māsuetus ut saluator: cuius cornua essent estimata: Nam & in antemna nauis quae crucis pars est, hoc extremitates huius uocantur. Vnicornis autem media stipite palus. Hac deniq; uirtute crucis, & hoc mo^re cornutus, uniuersas gentes & nunc uenitiat per fidem, auferens à terra in cœlum, & tunc uenitabit per iudicium descendens de cœlo in terram. Idem erit & alibi taurus apud eandem scripturam, cū Iacob Simeon & Leui exporrigit benedictionem, de scribis & pharisæis prophetat, ex illis enim deducitur census illorū. Interpretatur enim spiritualiter sic. Simeon & Leui perfecerunt iniquitatem ex sua secta, qua scilicet Christū sunt persecuti. In concilium ne ueniat anima mea, & in stationē eorū ne incubuerint uiscera mea: quoniam in indignatione sua interfecerūt homines, id est prophetas, in concupiscentia sua subneruauerunt taurum: id est Christum, quem post necem prophetarum interfecerunt, & néuos eius suffigendo clavis deseuierūt. Cæterum uanum, si post homicidium iam ab eis commissum, alijs & nō ipsis exprobrat carnificinam. Iam uero Moyses, quid utiq; tantum tunc cum Iesus aduersus Amalech præliaabatur, extensis manibus orabat residens, quando in rebus tam attonitis magis utiq; genibus positis & manibus cædentiibus pectus, & facie humi uolutata orationem commendare debuisset: nisi quia illi ubi nomen Iesu dicebatur dimicaturi quādoq; aduersus diabolum, crucis habitus quoq; erat necessarius, per quā Iesus uictoriā esset relatus. Idem rursus Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur ēneum *Serpens* serpentem ligno impositum pendens habitu in spectaculū Israeli salutare proposuit, eo tempore quo à serpentibus post idolatriam exterminabantur: nisi quod hic dominicam crucem intentabat, qua serpens diabolus defignabatur, & læso cuiq; ab eiusmodi colubris, id est angelis eius, à delictorū peccantia ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur. Nam qui in illam tunc respiciebat, à mortu serpentium liberabatur. Age nūc si legisti penes prophetam in psalmis, Dominus regnauit à ligno, expecto quid intelligas, ne forte lignarium aliquem regem significari putetis, & non Christum, qui exinde à passione Christi superata morte regnauit. Proinde & Esaias: Quoniā puer, inquit, natus est nobis, & datus est nobis filius. Quid ἐρχεται nouum, si non de filio dei dicit: & natus est nobis, cuius imperium factū est super humerum ipsius. Quis omnino regum, insigne potestatis suæ humero præfert, & nō aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliqua proprietate usus noua: Sed solus nouus rex seculorum, Christus Iesus nouam gloriam & potestatem & sublimitatem suam in humero extulit, crucem scilicet, ut secundum priorem prophetam exinde dominus regnaret à ligno. De hoc enim ligno etiā deus insinuat per Hieremiam quod essetis dicturi: Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra uiuorū, & nomen illius non memorabitur amplius. Utq; in corpus eius lignū missum

sum est. Sic enim Christus reuelauit, panem corpus suum appellans, cuius Corpus Christi, retro corpus in panē prophetes nunciauit. Si adhuc quæres dominicæ crufi panem
cis prædicationes, satis iam poterit tibi facere x x i psalmus totam c h r i /
s t i continens passionem, canentis iam tunc gloriam suam, Foderunt, in Foderunt
quit, manus meas & pedes : quæ propria est atrocitas crucis. Et rursus cum
auxilium patris imploraret: Saluum me fac, inquit, ex ore leonis, utiqz mor/
tis, & de cornibt unicornium humilitatem meam : de apicibt scilicet Ali. unicornis
c h r i s t i crucis, ut supra ostendimus: quam crucem nec ipse David pa/
sus est, nec ullus regum Iudæorū, ne putetis alterius prophetari passionem,
quæm eius qui solus à populo tam insigniter crucifixus est. Nunc & si omnes
interpretationes istas respuerit & inriserit duritia cordis uestris, probauimus
sufficere posse mortem Christi prophetatam, ut ex hoc quod non esset edi/
ta qualitas mortis, intelligatur per crucē evenisse, nec alij deputandam fuis/
se passionem crucis quæm cuius mors prædicabatur. Nam mortem eius &
passionem eius, & sepulturam una uoce Esaias dicit: A facinoribus, inquit,
populi mei perductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & Sepultura
diuites pro morte eius, quia scelus non fecit, nec dolus in ore eius inuentus
est, & deus uoluit eximere à morte animam eius, & cætera. Dicit etiam ad/
huc: Sepultura eius sublata est è medio. Quomodo nisi per resurrectionē?
Deniqz subiungit idem Esaias: Propterea ipse multos in hæreditatem habe/
bit, & multorum diuidet spolia. Quis enim aliis, nisi qui natus est, ut supra
ostendimus, pro eo quo tradita est in mortem anima eius? Ostensa enim
causa gratiæ eius, pro iniuria scilicet mortis repensandæ, pariter ostensum
est hæc illum propter mortem consecuturum: post mortem utiqz post resur/
rectionem consecuturum. Nam quod in passione eius accidit, ut media dies
tenebresceret, Amos propheta annunciat dicens: Et erit, inquit, in die illa di/
cit dominus, occidet sol media die, tenebrescat super terram dies luminis, &
conuertam dies festos uestros in luctum, & omnia cantica uestra in lamenta/
tionem, & imponam super lumbos uestros saccum, & super omne caput
caluitum, & ponam eum quasi luctum delicti, & eos qui cū illo quasi diem
mœroris. Hoc enim & Moyses initio primi mensis nouorum facturos uos
prophetauit, cum omne uulgas filiorum Israel ad uesperam agnū esset im/
molaturum: & hanc solennitatem diei huius, id est paschæ azymorum, cum
amaritudine manducaturos præcanebat: & adiecit pascha esse domini, id Agnus pascha
est passionem Christi: Quod ita quoqz adimpletum est, ut prima die azy/
morum interficeretis Christum, ut & prophetæ implerentur. Properauit
dies uesperam facere, id est tenebras efficere: quæ media die factæ sunt: atqz
ita dies festos uestros conuertit deus in luctum, & cantica uestra in lamenta/
tionem. Post passionem enim c h r i s t i etiā captiuitas uobis & disper/
gio obuenit, prædicata per spiritum sanctum.

DE VASTATIONE ISRAEL POST
PASSIONEM DOMINI.

AM & pro istis meritis uestris, cladem uestram futuram Eze-
chiel nunciat: & non solum in isto seculo quæ iam evenit, sed in
die tribulationis quæ subsequetur. Quia clade nemo liberabitur,
nisi qui passione Christi, quam respuitis, fuerit obsignatus. Sic

Exodus enim scriptum est: Et dixit dominus ad me, Fili hominis, uidisti quæ senior-
tes Israel faciunt unusquisque eorum in tenebris, unusquisque in cubiculo ab-
sonto, quoniam dixerunt: Non uidet nos dominus, dereliquit dominus ter-
ram. & dixit ad me: Adhuc conuersis uidebis facinora maiora quæ isti fa-
ciunt. Et introduxit me ad limina ianuæ domus domini quæ aspicit ad Aqui-
lonem, & ecce illuc mulieres sedentes & plangentes Thammuz. & dixit dor-
minus ad me: Fili hominis, uidisti? Nunquid modica domui Iuda, ut faciat
facinora quæ fecerunt? & adhuc uisurus es affectiones maiores eorum. Et
introduxit me in eadem domus domini interiorem, & ecce in liminibus tem-
Alias, uiginti
quinq; pli domini inter medium elam & inter mediū altaris, quasi uiginti uiri por-
steriora sua dederunt ad templū domini, & facies suas contra orientem, hi
adorabant sole, & dixit ad me: Vides fili hominis? Nunquid pusilla domui
Iudæ, ut faciant facinora quæ fecerūt hi? quoniā impleuerūt impietates suas
& ecce ipsi quasi subsannantes. Ego faciam cū indignatione mea, nō parcer
oculus meus, neq; miserebor. Exclamabūt ad aures meas uoce magna, non
exaudiā eos, sed neq; miserebor. Et clamauit in aures meas uoce magna di-
cens: Ad proximauit uindieta ciuitatis huius, & unusquisque habuit uasa ex-
terminij in manu sua. Et ecce sex uiri ueniebant à via portæ altæ, quæ respū-
ciebat ad Aquilonē, & uniuscuiusq; bipennis dispersionis erat in manu eius.
Et unus uir in medio eorum indutus poderem, & zona saphiri in lumbis
eius. Et introierunt & steterunt in proximis altaris ærei, & claritas dei Israel
ascendit à Cherubin quæ fuit super eam in subdiuali domus. Et uocauit ho-
minem qui indutus erat poderem, qui habuit super lumbos suos zonam, &
dixit ad eum dominus: Transi per medianam Hierusalem, & scribe signum
Tau in frontibus uirorum qui gemunt & dolent super omnia facinora quæ
fuerint in medio eorum. Et in his dixit ad audientem: Ite post eum in ciuita-
tem & concidite, & nolite parcere oculis uestris, & ne misereatimi senioris
aut iuuenis, aut uirginis, & paruulos & mulieres interficite omnes ut perde-
leantur. Omnes autem super quos est Tau signum ne accesseritis. Et à san-
ctis meis incipite. Huius autem signi sacramentum uarijs modis prædicar-
cum est, in quo uita hominibus præstribatur, in quod Iudei nō essent cre-
dituri. Sicut Moyses ante nunciabat in Exodo dicens: Erjicimini de terra in
quam introibitis, & in nationibus illis nō eritis in requiem. Et non erit stabili-
tas uestrig; pedis tui, & dabit tibi deus cor tædians, & tabescerē animam,
& oculos

& oculos deficientes, ut non videant, & erit uita tua pendens in ligno ante ~~crux~~
 oculos tuos, & non credes uitæ tuæ. Itaq; quoniam impleta est prophetia
 per aduentum eius, id est per natuitatem, quam supra memorauimus, & pas-
 sionem quam euidenter ediximus, propterea & Daniel signari uisionem,
 & propheten dicebat, quoniam Christus est signaculum omnium prophete-
 tarum, adimplens omnia quæ retro erant de eo nunciata: post enim aduen-
 tum eius & passionem ipsius iam non uisio, neq; prophetæ. Vnde firmissi-
 me dicit aduentum eius signare uisum & prophetiam. Itaque ostendentes
 & numerum annorum, & tempus L X XI & dimidiæ hebdomadarum ad-
 impletarum, probauimus tuac uenisse Christum, id est natum: & quatuor
 & dimidiæ hebdomadarum, quæ sunt subdiuisæ in abscessionem priorum
 hebdomadarum, intra quæ tempora passum ostendimus Christum: atque
 ita L X X hebdomadibus conclusis, & ciuitate exterminata, & sacrificium
 & unctionem, exinde cessare. Sufficit huc usq; de his interim ordiné Chri-
 sti decucuruisse, quo talis probatur qualis adnunciabatur, etiam ex ista con-
 sonantia scripturarū, qua ex præiudicio maioris partis, aduersum Iudæos, ^{Consonantia} ^{scripturarum}
 elocuti sumus. Neq; enim in dubium deducat uel negent, quæ scripta pro-
 ferimus: ut ex hoc quoq; paria esse scripturis diuinis negare non possint: ut
 quæ post C H R I S T U M futura præcanebantur adimpta cognoscantur:
 nisi ille uenisset post quem habebant expungi, quæ uinciabantur, quæ com-
 pleta sunt, etiam probarentur.

ITEM DE CLARITATE GENTIVM

IN CHRISO IESV.

ASPICI TE uniuersas Nationes, de uoragine erroris humani exist-
 de emergentes ad dominū deum creatorem & Christum eius. Et
 si audes negare prophetatum, statim tibi promissio patris occurrit
 in Psalmis dicens: Filius meus es tu; ego hodie genui te. Pete à me & dabo
 tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Nec Regnum pro-
 poteris eum magis Daud filium dicere, quām Christum: aut terminos ter- ^{dicatio}
 ræ Daud potius promissos, qui intra unicā Iudæam regnauit, quām Chri-
 sto, qui totū iam orbem euangeliū sui fide cepit, sicut per Esaiam dicit: Ecce
 dedit te in dispositionem generis mei in lucem gentium, ut aperias oculos ce-
 corum, utiq; errantium, exsoluere de vinculis uictos, id est de delictis libe-
 rare: & de domo carceris, id est mortis, sedentes in tenebris, ignorantiae scili-
 cet. Quæ si per Christū eueniunt, non in aliū erunt prophetata quām per
 quem expuncta cōsideramus. Igitur quoniam filii Israel adfirmant nos er-
 rate recipiendo Christū, qui iam uenit: præscribamus eis ex ipsis scripturis,
 iam uenisse Christum qui prædicabatur. Quatuoris ex temporibus Danie-
 lis prædicantis probauerimus iam uenisse Christū, qui uinciabatur. Nasci
 enim cum oportuit in Bethlehem Iudea. Sic enim scriptum est in prophetis.
 Et cu-

Bethlehem Et tu Bethlehem non minima es in ducibus Iudæ. Ex te enim exiet dux qui pascet populum meum Israel. Si autem adhuc natus non est qui processus dux de tribu Iuda ex Bethlehem nunciabatur, oportet enim eum de tribu Iuda & à Bethlehem procedere: animaduertimus autem tunc neminem de genere Israel in ciuitate Bethlehem remansisse, & exinde quod interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Iudeorum, ut hoc quoque esset adimpletum per prophetam: Terra uestra deserta, ciuitates uestræ igni exustæ, id est quod belli tempore eis euenerit, regione uestram in conspectu uestro exteri comedent, & deserta & subuersa erit à populis alienis. Et alio loco sic per prophetam dicitur: Regem cum claritate uidebitis, id est Christum facientem uirtutes in gloria dei patris, & oculi uestri uidebunt terram de longinquuo: quod uobis pro meritis uestris post expugnationem Hierusalem prohibitis ingredi in terrâ uestram, de longinquuo eam oculis tantum uidere permisum est. Anima, inquit, uestra meditabitur timorem, scilicet quo tempore excidium sui passi sunt. Quomodo igitur nasceretur dux de Iudea, & quatenus procedet de Bethlehè, sicuti diuina prophetarum uolumina nunciant, cum nullus omnino sit illic in hodiernu de relictus ex Israel, cuius ex stirpe possit nasci Christus? Secundum Iudeos adhuc non uenit. Cum uenire coepit, unde ungetur? Lex enim precepit, in captiuitate non licere unctionem chrismatis regalis cōfici. Si autem iam nec unctionio est illis, ut Daniel prophetauit. Dicit enim, exterminabitur unctionio, ergo iam non est illic unctionio, quia nec templum ubi erat cornu de quo reges ungebantur. Si ergo nō est unctionio, unde ungetur dux qui nascetur in Bethlehem? aut quomodo procedet de Bethlehem, cum de germine Israel nullus omnino sit in Bethlehem? Iterato deniq; ostendimus, & uenisse iam Christum secundum prophetas, & passum, & in cœlis iam receptum, & inde ueniturum secundum prædicationes prophetarum. Nam post aduentum eius secundum Danielem, quod ipsa ciuitas exterminari haberet legimus, & ita factum recognoscimus. Dicit enim scriptura: Sic & ciuitatem & sanctum simul exterminari cum duce, indubitate, qui de Bethlehem & de tribu Iuda esset processurus. Vnde & manifestum est quod ciuitas simul eo tempore exterminari deberet, cum ducatore eius in ea pati haberet, secundum scripturas prophetarum dicentium: Expandi manus meas tota die ad populū contumacem & cōtradicentem mihi. Qui ambulat uiam non bonam, sed post clavi peccata sua. Et in Psalmis dicit: Exterminauerunt manus meas & pedes, diri numerauerunt omnia ossa mea. Ipsí autem contemplati sunt & uiderūt me, & in siti mea potauerunt me aceto. Hæc Dauid passus non est, ut de se merito dixisse uideatur, sed Christus qui crucifixus est. Manus autem & pedes non exterminantur, nisi eius qui in ligno suspenditur. Vnde & ipse Dauid regnaturū ex ligno dominum dicebat: nā & alibi Propheta ligni huius fructum

Cruces prophetarum dicentium: Expandi manus meas tota die ad populū contumacem & cōtradicentem mihi. Qui ambulat uiam non bonam, sed post clavi peccata sua. Et in Psalmis dicit: Exterminauerunt manus meas & pedes, diri numerauerunt omnia ossa mea. Ipsí autem contemplati sunt & uiderūt me, & in siti mea potauerunt me aceto. Hæc Dauid passus non est, ut de se merito dixisse uideatur, sed Christus qui crucifixus est. Manus autem & pedes non exterminantur, nisi eius qui in ligno suspenditur. Vnde & ipse Dauid regnaturū ex ligno dominum dicebat: nā & alibi Propheta ligni huius fructum

factum prædicat dicens: Terra dedit benedictiones suas. Vtique illa terra
 virgo nondum pluvijs rigata, nec imbribus fœcundata, ex qua homo tunc
 primum plasmatus est, ex qua nunc Christus secundum carnem ex uirgine
 natus est. Et lignum, inquit, attulit fructum suum. Non illud lignum in para *Lignum*
diso, quod mortem dedit protoplastis, sed lignum passionis Christi, unde
 uita pendens à uobis credita non est: Hoc enim lignum tunc in sacramento *In sacramen-*
erat, quo Moyses aquam amaram indulcauit, unde populus qui siti peribat *to erat.*
 in cromo, bibendo reuixit: sicuti nos qui de seculi calamitatibus extracti, in *Lignum in*
 quo cōmorabamur siti pereuentes, id est uerbo diuino propinati, ligno pas-*qua*
 sionis Christi aquam baptismatis potantes, fide quæ est in eum reuiximus,
 à qua fide Israel excidit, secundum Hieremiam dicentem: Mittite & interro-
 gate nimis, si facta sunt talia. Si mutabunt gentes deos suos, & isti non sunt
 dñi. Populus autem meus mutauit gloriam suam, ex quo nihil proderit eis.
 Expauit ccelū super isto. Et quomodo & quando expauit? Indubitate quan-
 do passus est Christus. Et horruit, inquit, plurimum nimis, & sol media die
 tenebrificauit. Et quando horruit nimis, nisi in passione C H R I S T I, cū ter- *Tenebra*
 ra quoque contremuit, & uelum templi scissum est, & monumenta dirupta
 sunt: Quoniam duo hæc mala fecit populus. Me, inquit, dereliquerunt fon-
 tem aquæ uitæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterant aquā con-
 tinere. indubitate non recipiendo Christum fontem aquæ uitæ, lacus cōtri-
 bulatos cœperūt habere, id est synagogas in dispersiones gentiū, in quibus
 iam spiritus sanctus nō immoratur, ut in præteritū in templo cōmorabatur
 ante aduentū Christi, qui est uerū dei templum. Nam & istam sitim diuinī
 spiritus eos passuros dixerat propheta Elaias dicens: Ecce qui seruiunt mihi
 manducabūt, uos aut̄ esurietis. Seruientes mihi potabuntur, uos aut̄ sitietis,
 & à contribulatione spiritus ululabitis. Remittetis enim nomen uestrum, in
 satietatem electis meis, uos aut̄ interficiet dominus. Eis aut̄ qui seruiunt mi-
 hi, nomē nominabitur nouū, quod benedicetur in terris. Adhuc huius ligni
 sacramentum etiā in Regnorum legitimus celebratum. Nam cū filij prophē-
 tarum super flumen Iordanem lignum securibus cæderent, exilij ferrū, &
 mersum est in flumine, atq; ita Heliseo propheta superueniente petunt ab
 eo filij prophetarum uti ferrum flumini quod mersum fuerat erueret. Atq;
 ita Heliseus accepto ligno, & misso in eū locum ubi submersum fuerat fer-
 rum, statim supernatauit, & lignū mersum est, quod receperunt filij prophē- *Lignum mers-*
 tarum. Ex quo intellexerunt quod Heliae spiritus in eum sit repræsentatus. sum
 Quid manifestius huius ligni sacramento? quod duritia huius seculi mersa *sacramentum*
 in profundo erroris, & à ligno Christi, id est passionis eius, in baptismo libe- *ligni*
 ratur, ut quod perierat olim per lignū in Adam, id restitueretur per lignum
 Christi. Nobis igitur qui successimus in loco prophetarū ea sustinentibus
 hodie in seculo quæ semper passi sunt prophetæ propter diuinā religionē.
 Alios

Alios enim lapidauerunt, alios fugauerunt, plures uero ad mortis necē trā diderunt, quod negare non possunt. Hoc lignū sibi & Isaac filius Abraham ad sacrificiū ipse portabat, cum sibi eum deus hostiam fieri præcepisset. Sed quoniam hæc fuerant sacramenta, quæ temporibus Christi perficienda ser uabātur: & Isaac cū ligno referuatus est, ariete oblato in uere cornibus hærente & Christus suis tēporibus lignū humeris suis portauit, inhærens cornibus crucis corona spinea in capite eius circundata. Hunc enim oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium, qui tanquā ouis ad victimā ductus est, & uelut agnus coram tondente se sine uoce, sic nō aperuit os suum. Hic enim Pilato interrogante, nihil locutus est: in humilitate enim iudicium eius sublatū est. Natiuitatem aut̄ eius quis enarrauit? quia nullus omnino hominum natiuitatis Christi fuit conscius, in conceptu, cū uirgo Maria uerbo dei prægnans inueniretur. Et quia tolleretur à terra uita eius. Cū utiq; post resurrectionem eius à mortuis, quæ die tertia effecta est, coeli eum receperūt, secundum prophetiam Esaiæ emissam huiusmodi: Ante lucem surgent ad me dicentes, Eamus & reuertamur ad dominū deum, quoniam ipse eripiet & liberabit nos. Post biduum, die tertia, quæ est resurrectio eius gloria, de terra in cœlos eum recepit, unde & uenerat ipse spiritus ad uirginē: cuius neq; natiuitatem, neq; passionem Iudæi agnouerunt. Igitur quoniā adhuc contendunt Iudæi, necdum uenisse Christum, quem tot modis adprobauimus uenisse, recognoscant Iudæi exitum suum, quem post aduentum Christi relaturi præcinebantur ob impietatem, qua eum & despicerūt, & interfecerunt. Primo em̄ ex qua die, secundum dictū Esaiæ, proiecit homo abominationa sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorare uanis & noxiis: id est ex quo gentes nos dilucidata pectora per Christi ueritatē, proiecimus

Hoc caput res idola (uideant Iudæi) & quod sequitur expūctum est, Tulerit enim dominus statui potest ex sabaoth à Iudæis & ab Hierusalem, inter cætera, & sapientem architectum, tertio lib. ad uerbus Marci, qui ædificat ecclesiam dei templum, & ciuitatem sanctam & domū domini. onem. ubi haec Nam exinde destitit apud illos dei gratia. Et mandatū est nubibus ne pluerent imbrem super vineam Soreth, id est cœlestibus beneficijs, ne prouenirent domui Israelis. Fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat: Idem fieri poterit in ceteris capitibus, illinc emens, & non iustitiam, sed clamorem, quo in crucē eū extorserat, & ita subtractis charismatum roribus, lex & prophetæ usq; ad Ioannem fuerunt: & piscina Bethsaïda usq; ad aduentum Christi curando inualitudines ab Israel, desigunt à beneficijs deinde, cum perseuerantia furoris sui nomen domini per ipsos blasphemaretur. Sicut scriptum est: Propter uos nomen dei blasphematur in gentibus. Ab illis enim incepit infamia, & tempus medium à Tiberio usque ad Vespasianum. Quæ cū ita cōmisiſſent, nec intellexiſſent Christum in tempore suæ uisitationis inueniendum, facta est terra eorum deserta, & ciuitates eorum igni exuſtæ. Regiones ipsorum in conspectu eorū extranci deuoran

deuorantes: derelicta filia Sion tanquā specula in vinea; uelut in cucumera, rīo casula: ex quo scilicet Israel dominū nō cognouit, & populus eum non intellexit, sed dereliquit magis, & ad indignationem prouocauit sanctū Is rael. Sicut machæræ cōditionalīs comminatio: Si nolueritis, nec obaudieris, gladius uos comedet. Ex quo probamus Machærā Christū fuisse, quem non audiendo perierunt, qui & in Psalmo dispersionem eius postulat à pa tre dicens: Disperge illos in uirtute tua. Qui & rursus per Esaiam exustio nem eorum orat: Propter me, inquit, hæc facta sunt uobis, in anxietate dor mietis. Hæc igitur cū pati prædicentur Iudæi propter Christum, & passos eos esse inueniamus, & in dispersionem demorari cernamus, manifestū est propter Christum Iudæis ista accidisse, cōspirante sensu scripturarum cum exitu rerum, & ordinis temporum. Aut si nondum uenit Christus, propter quē hæc passuri prædicabātur, cū uenerit ergo patientur, ubi tunc filia Sion relinquenda, quæ nulla hodie est: ubi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis exustæ sunt: ubi dispersio gentis, quæ iam extorris: Redde statū Iudææ quem Christus inueniat, & aliū contendere uenire. Discite nunc ex abundan tia erroris uestri ducatū. Duos dicimus Christi habitus à prophetis demon stratos, totidem aduentus eius prænotatos. Vnum in humilitate utiq; pri mum, cū tanquā ouis ad uictimam duci habebat, & tanquā agnus ante ton dentem sine uoce, sic non aperuit os, ne aspectu quidem honestus. Annun ciauitus enim, inquit, de illo sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, & nō erat ei species neq; gloria. Et uidimus eum & nō habebat speciem neq; de corem, sed species eius inhonorata, deficiens citra filios hominum, homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem: scilicet ut positus à patre in lapidem offenditionis, & minoratus ab eo modicum citra angelos: uermem se pronunciat, vermis & non hominem, ignominiam hominis, & abiectionem populi.

Contemptus

ITEM DE SECUNDO ADVENTV C HRISTI.

 v AE ignobilitatis argumenta, primo aduentui competunt: sicut sublimitatis secundo, cum fiet iam nō lapis offenditionis, nec petra scandali, sed lapis sumus angularis, post reprobationem adsum ptus, & sublimatus in consummationem: & petra sanè illa apud Danielem de monte præcisa, quæ imaginem secularium regnorum comminuet & con teret. De quo secundo aduentu eiusdem, Daniel dixit: Et ecce cum nubibus cœli tanquam filius hominis ueniens, uenit usq; ad ueterem dierum, & ade rat in conspectu eius. Et qui adistebant adduxerunt illum, & data est ei potestas regia, & omnes Nationes terræ secundum genus, & omnis gloria ser uient illi, & potestas illius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Tūc scilicet speciem honorabilem, & decorum habiturus est indeficientem supra filios hominū: tempestiuus enim decore citra filios hominū. Effusa est gratia, inquit, in labijs tuis, propterea benedixit te deus

Majestas

o in secula

in secula. Accingere ensem tuum circa femur tuum potens tempestuitate & pulchritudine tua. cum & pater postea cum diminuit illum modicum quid citra angelos, gloria & honore coronauit illum & subiecit omnia sub pedibus eius. Et tunc cognoscent eum quem pupugerunt. Et cædentes pectora sua tribus ad tribum, utique quod retro non agnouerint eum, in humilitate conditionis humanæ constitutum. Hieremias inquit, Homo est, & quis cognoscet illum? quia & natuitatem eius, inquit Esaias, quis enarravit? Sic & apud Zachariam in persona ipsius, immo & in ipsius nominis sacramento, uerissimus sacerdos patris Christus ipsius duplice habitu in duos aduentus deliniatur. Primo sorribus induitus est, id est carnis passibilis & mortalis indignitate, cum & diabolus aduersabatur ei, autor scilicet Iudeæ traditoris, qui eum etiam post baptismum tentauerat. Dehinc spoliatus pristinas sordes, exornatus podere & mitra, & cibat munda, id est secundi aduentus: quoniam gloriæ & honoré adeptus demonstratur. Nec poteritis eum Ioseph filium dicere, qui nulla omnino ueste sordida, sed semper sacerdotali fuit exornatus, nec unquam sacerdotali munere priuatus. Sed Iesus iste Christus dei patris summi sacerdos, qui primo aduentu suo humana forma & passibilis uenit in humilitate usque ad passionem, ipse etiam effectus hostia per omnia pro omnibus nobis, qui post resurrectionem suam indutus poterit, sacerdos in æternum dei patris nuncupatus est. Sic enim & duorum hircorum qui ieunio offerebantur faciam interpretationem. Nonne & illi utrumque ordinem nominis Christi qui iam uenit ostendunt: pares quidem atque consimiles, propter eundem domini conspectum, quia non in alia uenturus est forma, ut qui agnoscit habet à quibus & Iesus est. Vnus autem eorum circundatus coccino, maledictus & consputatus, & conuulsus, & compunctus, à populo extra ciuitatem abiectus, tur in perditionem, manifestis notis insignibus Christi passionis, qui coccinea circundatus ueste, & consputatus, & omnibus contumelij afflatus, extra ciuitatem crucifixus est. Alter uero pro delictis oblatus, & sacerdotibus tantum templi in pabulum datus, secundæ representationis argumenta signabat: quia delictis omnibus expiatis, sacerdotes templi spiritualis, id est ecclesiæ, dominicæ gratiæ quasi uisceratione quadam fruerentur, ieunantibus cæteris à salute. Igitur quoniam primus aduentus & plurimi figuris obscuratus, & omni inhonestate prostratus canebat, secundus uero & manifestus & deo condignus: iccirco quem facile & intelligere & credere potuerunt, eum solum intuentes, id est secundum qui est in honore & gloria, non immemor excellenter ritu decepti sunt circa indignorem, certe obscuriorum, id est primum. Atque ita in hodiernum negant uenisse CHRISTVM, quia non in sublimitate uenerit, dum ignorant in humilitate primò fuisset uenturum. Sufficit huc usque de his, interim ordinem Christi decucuruisse, quo talis probatur, qualis annunciatuatur: ut iam ex ista consonantia scripturarum diuinarum intelligamus

Ignotus

Iesus sordidus

Hirci duo

Visceratio, distributio carnis, que fieri solebat, uel in solenni sacrificio, uel in funere excellenter ritu alicuius

Error in aduentu

mus, & quæ post Christum futura prædicabantur, ex dispositione diuina credantur expuncta. Ni si enim ille uenisset post quem habebant expungi, nullo modo uenissent, quæ in aduentū eius futura prædicabantur. Igitur si uniuersas Nationes de profundo erroris humani exinde emergētes ad deū creatorē & Christū eius cernitis (quod prophetatū non audetis negare. Quia & si negaretis, statim uobis in psalmis sicuti iam prælocuti sumus, promissio patris occurteret dicentis: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Petet me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuā terminos terræ. Nec poteritis in istam prædicationē magis David filium Salomonē vindicare, quām Christum dei filium dicere: nec terminos tertæ, David filio promissos, qui intra unicam Iudeam regnauit, quām Christo filio dei, qui totū iam orbem euāgeliū sui radijs inluminauit. Deniq; & thronus in eūum magis Christo dei filio cōperit, quām Salomonī temporali scilicet regi, qui soli Israeli regnauit) Christū enim hodie inuocant Nationes, quē eum non sciebant, & populi hodie ad Christum cōfugiunt, quem retro ignorabant, non potes futurum contendere, quod uides fieri. Hęc aut̄ prophetata nega, cum corām uidentur, aut adimpta cum leguntur: aut si nō negas utruncq;, in eo erunt adimpta, in quem sunt prophetata.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,
ADVERSVS IVDAEOS LIBRI, FINIS.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUENTIS
PER BEATVM RHENANVM.



ARCION, ut autor est Tertullianus in catalogo Hæreſeon, natione Ponticus, episcopī filius, cum ob uiolatam uirginem ecclesiastica communione priuatus esset, ultionis (ut uerisimile est) studio quod etiam alias plus semel accidisse legimus, Cerdonis hæresim amplecti cœpit permotus ut uolūt, Euangeliā illa sententia, Omnis arbor bona, bonos fructus profert: mala aut̄, malos, Quā Christus non dijs, sed hominib; per allegoriā adcommodauit. Itaq; Cerdonis īmpij magistrī īmpius discipulus, profiteri cœpit quæ ille docuerat, duo uidelicet esse īuita, duos, inquam, deos, sed longe dissimil limos, Alterū bonū, mitem, ac sedatū, & nihil aliud quām optimū qui per Christum filium suum paulo serius nobis sit reuelatus, hūc superiorē uocat, Alterum truculentum, ac fætū, sanguinariumq; quippe qui bellis ac cædibus delectetur. Ab hoc uult mundū esse cōditum, quē mīnorem appellat, & afferit ueteris testamenti promulgatorem, ut superior ille noui fuit. Proinde legē & prophetas reij, cit, indigne de Creatore sentiens. At melioris illius dei sui filium esse Christum affirmat, quē tamen haud uera carne fuisse uestitū tradit, sed solū īimaginaria: nec uere passum nec natum. Resurrectionem animæ tantum concedit, corporis negat. Ex Euangelistis solū Lucam agnoscit, sed tamen non totum. Nec Paulinas epistolas omneis recipit, nec totas. Acta Apostolorū & Apocalypsim pro falsis damnat, Huius itaq; dogmata destructurus Tertullianus, ostendit nouū illū deū meram esse fabulam, quando cōstet duos deos esse non posse, uel ex hac regula,

o 2 quod

quod deus quiddam summe magnum sit. at hoc non fuerit, si sic cui adaequetur. Nec uero diuersitatem duos admittere deos, nedum æqualitatem. Nolebant autem incoueniens uideri Marcionitæ, duos esse deos, modo dispareis affirmarent. Et quia mire sibi placebant de nouo deo suo, docet nouitatem haud abesse à spe, cie fictionis. Id quod ex dijs Romanæ superstitionis liquet, quos illa leui de causa cottidle nouos commenta est. Sed enim huic malo occurrentes Marcionitæ, dicebant agnitione duntaxat nouum esse, non reipsa. Quod egregie confutat Tertullianus, probans deum nunquam latuisse, sed a primordio conditi mundi cum ipsis statim rebus in hominum deuenisse cognitionem, utputa cuius amplissima sint testimonia totum quod nos sumus, & in quo sumus, nempe mundus uniuersus. Proinde cum peculariter deo conueniat, aliquid condere: hoc argumento nullus esse comperietur deus Marcionis, cuius nullū opus demonstrari possit. Quod si esset, esset utiq̄ sine causa, quando re caret, quæ soleret esse causa, ut sit aliquis, cuius res est: & impudentia malitiaq; nota non effugeret. Iam ut dei sui ignauiam excusarent Marcionitæ, mundum hunc aiebant opus esse parum deo dignū, bestiolas & alia ad exornandam hanc rerū uniuersitatem creatā, palam irridentes. Quibus respondens Tertullianus, de dignitate pulchritudineq; mundi non nihil obiter differit. Deinde probat deū Marcionis non habere suū mundū supra Creatorem, nec esse rerum inuisibilium autorem, nec item à Christo reuelatum, sed ab illo mendaciter confictū, uel hoc argumēto certissimo, quod ètate Pauli nulla sit de deo facta quæstio, quem omnes unū credebāt, nempe creatorem: quanquam de cōuersatione interim & disciplina uariatum est etiam inter Apostolos, ut indicat Pauli illa cum Petro disceptatio. Sub hæc ostendit deum Marcionis esse malum permisorem, ac planè malignum, ut qui nō statim homini succurrerit. Nec fuisse rationem cur illius benignitas alieno homini subuenire voluerit: quando sic benignum esse, sit iniuriam facere. Præterea nō solum iniustam esse, sed imperficiam illius benignitatem, quod animam tantum liberet, corpus perire sinens, cuius apud Marcionē resurrectio negatur. In summa, bonitatem (ut ipsius utar uerbis) minime deo adæquari, ut neq; ingenitam, neq; rationalem, neq; perfectam, sed improbam & iniustum, & ipso iam bonitatis nomine indignā. His absolutis tractat quæstionem, An deus de sola bonitate sit censendus, ostendens etiam iudicium deo conuenire. Epicuricum uero Marcionis deū, stupidum esse, qui non offendatur hominibus ipsis præcepta contemnitibus, non irascatur, non suuat uindictam omnium affectuū expers. Demum rursus summatim colligit, deī Marcionici neq; statum, neq; cōditionem, neq; naturam, neq; ullam rationē, deī nichil nec fidei eius sacramentum baptismum consistere. Porro quoniam nullum regenerationis lauacro censebat abluendū, nisi coelibem aut matrimonio uel huius fructū renunciantem, ostendit hæc institutionem absurdam esse atq; damnabilem. Vbi de matrimonio ualde Christiane loquitur, admiscens tamē paululum de dogmate Montani. de unis uidelicet nuptijs, cū inquit, Sed etsi nubendi iam modus ponitur, quē quidem apud nos spiritualis ratio Paracleto auctore defendit, unū in fide matrimonium præscribens, &c. Atq; hæc libro primo. Refert diuus Hieronymus in catalogo scriptorū ecclesiasticorum, Smyrnensem episcopū Porsycarpum, cum huic Romæ forte fortuna Marcion obuius factus, dixisset, Cognoscis nos: respondisse, cognosco primogenitum diaboli. Eodem auctore, nominatim aduersus Marcionem scripsere, Theophilus Antiochenis episcopus, Philippus episcopus Creensis, Modestus & Rhodon. Ipse uero passim in suis scriptis hominem dementiae arguit, in Paulinis præcipue commentarijs.

ARGUMENTI FINIS.

Pontus igitur qui Euxinus negatur.) Scripsimus Euxinus natura negatur,
Ex Gorziensis adnotamentis. Ut escatiles fuerint.) Escatiles, id est ad
esum apti. Sic in libro De patientia, Post manna escatilem pluuiam. Fabulas
scenis dedit.) Tragedias intelligit, Euripidis apud Graecos, apud nos Senecae.

De sacrificijs Taurorum.) Nam hi pro uictimis aduenas mactare solebant au
tore Pomponio Mela. Et amoribus Colchorum.) Hoc dicit propter Mede
am de cuius amoribus habes apud Ouidium. Et crucibus Caucorum.)
Prometheus, diductus ad duo iuga brachijs, Caucaso fuit alligatus a Ioue. lege
Philostratum in principio secundi de uita Apollonij. Caucaso abruptior.)
Prodit Plinius Caucatum praealtis rupibus inaccessum esse. Vnde uocat inho
spitalem Horatius. Penes quem.) Subaudi Marcionem. Verus
Prometheus.) Vetus, omnipotentem deum creatorem, appellat uerum Prom
etheus, quod hunc fabulentur Poetæ primum hominem est limo finxisse, cuius rei
in scholijs libri De uera carne domini supra meminimus. Iam & bestijs il
lius Barbarie importunior.) Sic paulo ante, quasi quodam Barbaræ suæ pudore
secessit. Est enim Barbaria locus ipse. Quis enim tam castrator carnis castor?
Spectabilis naturæ potètia in his quoq; quibus & in terris & in aqua uictus est,
sicut & fibris, quos castores uocant, & castorea testes eorum. Amputari hos ab
ipsis cum capiuntur negat Sestius diligentissimus medicinae. Ex Plinius libro 32.
cap. 5. Captat uero gratiam uocabulorum quum inquit, castrator carnis castor. 3

Quis tam comes or mus ponticus?) Mures pötticos hyeme condi, atq; reman
dere Plinius autor est. Infra scripsimus, De bono præferendo construxit. De bo
no, hoc est ob bonitatem. Si in minutalibus, ut ita dixerim, regnis.) Deleui 4
mus præpositionem in, fidem Gorziensis collationis secuti, Vocat minutalia re
gna, minuta ac parua. Mox reposuimus ex Gorziensi, Eadem potuit & plura
post. Item, infra, quæ dei ambo. Si deprecari capit in creatore.) Sic uerbum
capit usurpat saepius, ut in præcedentii librorum scholijs admonuimus. Sic Gra
eci γένεται. Hic tantum ualeat ac si dicas, Si conceditur, si datur, ut creator depre
cietur. Sic libro secundo, quia si caperet hoc iure. Deum uero confessus utrum
que, duo summa magna confessus est.) Malum confessus es. Ut passiuo &
in alios quoq; permisso.) Hic aperte seipsum interpretatur ostendens quid intelli
git per passiuum, quum dicit, & pro id est, in alios quoq; permisso. Nam passiu
um illi commune significat & promiscuum, ab aduerbio passim. Supra dixit in
fine De carne Christi, Alium cæteris passiuum, ignobilem, hoc est uulgarem, ob
scurum. Sicut illuc in scholijs exposuimus. Infra leges in hoc primo libro, passiuum
conuictum. Paulo post, Sic communio, castigauimus, Si communio.

Quanti nequa serui.) Quantus pro quo. Sic uulcus loquitur. Quia qui in
quantum dij uocantur.) Qui uidetur superuacaneum. Mox uanam gloriam 6
uapulabunt.) Subauditur secundum. Figura Graeca. A tempore arbitro
& metatore initij & finis.) Metator est qui metitur loca in quibus tentoria figant
milites, aut qui hospitia præstat in ciuitatibus. Hic & Mensor appellatur quod
ad podium demetiatur loca. Cyprianus epistola primi libri quarti ad Christianos
quosdam captiuos scribens, Primum, inquit, hospitiū uobis in carcere præ
parauit, & metator quodam modo uester, nunc quoq; uos antecedit. Hic Ter
tullianus accipit pro demensore. Sic autem dixit, A tempore metatore, ut libro
quarto, Adiutore præcepto. Hinc itaq; constantissime dirigam.) Hoc uer
bo subinde sic utitur Tertullianus. Infra scripsimus, tanta idolatria dominatio
nem obumbrante. & post ponticis, adiecumus haec uerba, Iudeorum enim deum,
dicunt animæ deum. Ex Gorziensi. Mox, pro certus supposuimus, incertus. A

certo incertus. Item intelligetur. Et mox, quoniam aliquid ab unoquoce protero.

8. Et quidem maiore si false. Scribo false, ut subintelligatur, carnis. Et ita
pudentiae & malignitatis adfinis est.) Sic in libro De patientia, Adfines cupiditatis deprehendentur. Libro secundo, Vt adfinem mali arguere, Et alibi saepe. Sic
etiam Cicero loquitur. Vt pro Sylla, Huius affines suspicionis. Et de isto
9 huius mundi indigno loquar.) Indigno, id est indignitate. Cum de mundo.)
Sequentes periodi non admodum apte connectuntur. Mox scripsimus, quas co
lunt & Pers, M. Secundum sonum Gracorum uocabulorum.) Ζευς Gracis
est feruoe. unde ζευς Iuppiter. οὐρανος Iuno soror & cōiuinx Iouis. πατερ τὸν ἀνθρώπου θεούς οὐρανος. Hæc duo gentilium deorum uocabula nobis ignem & aerem declarant.
Et maritatus igne aer feruescit ut inquit Fulgentius, apud quem Hellanicus ait
Iunonem à Ioue catenis aureis uincitam, quod aer igni proximus sit in ordine ele
mentorū. Vestam in ignem.) Ouidius, Nec tu aliud Vestam quam uiuam
intelligeflammam. οὐρανος Graci uocant. Seminalia demessam.) Synecdoche
est. Sic & Osirim.) Apim bouem intelligit, qui numinis uice celebratur
in Aegypto. Lege Plinium libro octauo, cap. 46. & Herodotum, Tibullus:
Te canit, atque suum pubes miratur Osirim
Barbara, Memphiten plangere docta bouem.

Leones Mithræ philosophatur.) Sic enim restituimus pro mite, secuti lectio
nem codicis Gorziensis. Huius dei cultus, sacramenta Christianæ religionis im
tabatur, tingendo, signando in frontibus. Panis oblationem celebrando, resurre
ctionis imaginē inducendo, denique coronando suos sub gladio. Atque sic initiati, Mi
thræ milites dicebantur. Vt meminit in præscriptionibus Tertullianus, & in li
bello de corona militis adhuc apertius in fine. Huic ergo deo Mithræ leones at
tribuebant, currum eius, ut uidetur, trahenteis. In scholijs supra retulimus dicti
Hieronymi sententiā de Mithra. Ardentis aut̄ naturæ sacramenta eo dicit, quod
Mithra idem sit Persis qui nobis Sol. Vna tetraonis pennula.) In uolumi
ne Hirsaugiesi manu descripto legebatur terra pauonis, ego substitui tetraonis.
Est aut̄ tetrao avis Germanis der aurhan dicta, cuius meminit Plinius libro decim
mo h̄ijs uerbis, Decet, inquit, & tetraones suus ritor absolutaque nigritia, in super
cilij cocci rubor. Vbi in perulgatis editiōibus legitur Erythrona, refragan
tibus exemplaribus scriptis. Infra scripsimus, plane inimice. Sanctiorem ei
bum.) Et hodie quidam carnibus pisces præferunt. Hypocritam ut apocar
teresi probes te.) Hec uerba partim deprauata partim transposita restituimus suę
integritati ordinis, Gorziensis collationis fidem secuti, Hypocrita, ut apocarte
resi probes te Marcionitam, id est repudiatorē creatoris. ut sit hypocrita uocan
di casu dictum. Est autem ἀποκριτέρων Gracis autore Suida quum quis uel ine
dia uel laqueo uitam finit, unde ἀποκριτέρων. Quod uocabulum in Apologetis
co quoque usurpat sic scribens, Lycurgus ἀποκριτέρων optauit, quod leges eius
Lacones emendassent. Ceterum hypocritam hic appellat Marcionem, ut nō bo
na fide nec ex animo sed simulatè tantū res creatoris destruentē cōtemnentemque

Quomodo dominus paruit eius in hoc mundo?) Paruit, pro apparuit, ut sū
ii pra. Mox legis subsciua pro subsciuisa. Scripturarum quoque aduocationi.)
Aduocatio propriæ est turba patronorum & amicorum, qui alicui in iudicio ad
sunt. Hic accipit pro defensione. Sic in libro De patientia. Itaque talibus & aduoca
tio & risus promittitur pro consolatione. A deo creatore deputandam.)
Hoc est à partibus dei creatoris. Infra scripsimus, Per quæ deū probari oportet.
Ab ignoti dei quæstione deducta, satis.) Gorziensis codex habet deductus.
Opinor legendum, deductis. Siue potius, deductio, ut construas cum articulo.

Antoni

Antoninus hæreticus est.) Aut usurpat Antoninus pro Antoninius siue Ant¹² tonianus, hoc est eius temporis quo Antoninus Pius imperauit. Aut legen^{dum} Antonini hæreticus est. Sic mox sequitur, Deum Antonini. Paulo post, iudicantur uertimus in indicantur, & post discordiam, adiecimus Euangelijs. Item coniunctionem scilicet tibi. Ex Gorziensi. Passiuum scilicet conuictum.) Passiuum uocat cōmunem & promiscuum. Sic supra dixit in hoc ipso libro, Passiuum nomen dei. Et in fine De carne Christi, aliud cæteris passiuum ignobilem. Mox scripsimus suspectam pro suscep¹³tam. De Euangelijs societate condixe¹³ rant.) Condixerant pro conuenerant. Condicere enim etiam denunciare est atque constituere. Paulo post restituimus, Olim de hoc ipso prædicantis. Vel quanto principalis.) Pro quanto magis principalis. Et obduxeris.) Hoc est euiceris, ut in lib. De carne Christi, Hoc quidē, inquit, capitulo ego potius utar, tū adulteratores eius obduxero. Itē De resurrectione carnis, carneū enim inquit, atq^z corporeum probantes eum, proinde & obducimus, præscribendo nullum aliū credendum deum præter creatorem. Ibidem, Obducti dehinc deo carnis autore. Mox scripsimus, notitiam dei hæretici. Aeternitatis aliena.) Ut supra in De resurrectione carnis. In re aliena salutis. Item, In alienam culpæ.

Non posse quid deo nō licet.) Sensus est, Non licet deo ut aliquid non possit, sed nō ut non possit naturalibus suis fungi. Natura enim si non potest nolle.) Legendum, Natura enim se non potest nolle, quæ se ita dirigit. Totum deniq^z creatoris elogium.) Elogium in malam partem. Et exinde prosiliant delicta.) Alias proficiunt. Item nullum cespitem norant. Mox scripsimus, Si ut ex hoc melior. Ex redundantia super scribarum & pharisæorum.) Subaudi*iu*¹⁶ stitiam. Talis assertor.) Assertor hic de eo qui in libertate afferit, quanquam etiam de ijs dicatur qui in seruitutem trahuntur, ut apud Liuium, Marco Claudio clienti negotium dedit, ut uirginem in seruitutem affereret. Loquitur de Appio & filia Virginij. Nedum plagiator.) Plagiatorēt quia præcessit assertor usurpat pro plagiario soni gratia. Is autē eo uocabulo significatur qui hominem liberū emit aut uendit pro seruo. Etiam alijs modis cōmittitur plagium. Sic enim ipsi criminī nomine est. De hoc apud Iureconsultos disputatur. Infra, Sic denique plagiarij diliguntur. Mox scripsimus, At putem impudentiore. Ad alienum cœlum alijs deo expanditur.) Ergo precantes Christiani ad cœlū brachia expandebant. Alij deo sternitur.) Hoc pœnitentium erat. Dispensatorem si forte bonitatis.) Si forte solet usurpare pro forte. Infra scripsimus, aliquid ei debuit debuisse. Itē, quo ore contendes perfectum bonitatis titulum. Item postea, Non potes autem perfecte bonū ostendere. Ex Gorziensibus annotatiunculis.

Quis uolet.) Hæc clausula, Quis uolet quod non concupiscet: non est in uo¹⁸ lumine Gorziensi quemadmodū iudicat collatio. Itaq^z deleuimus. Nolentia¹⁹ tia.) Nolentiam opponit uoluntati. Sententiæ suæ circumscrip²⁰torem.) Circunscriptorē, id est abrogatorem. Circunscribere pro circuituducere & oblitterare frequens Iureconsultis & autoribus idoneis uerbum. Cicero in Finib. Circumscriptis igitur ijs sententijs quas modo posui, relinquitur & cætera. Et ipsa transfunctoria præcepta.) Transfunctoria uocat perfuctoriam. Est autem Iureconsultis perfuctorium quod leui cura sit, & aliud agendo, dum uidelicet non curamus ut aliquid bene fiat, sed tantum ut fiat. inde perfactorie aduerbiū in crebro usu apud illos. Quicq^z nondum hoc estis, ut esse possitis.) Hoc est quicq^z nondum estis peccatores, ut esse possitis peccatores. Obsequiū subsignare.) Sic in De patientia, Tantum illi subsignant, Mox castigauimus, Atque adeo præ se ferunt Marcionitæ. Quād delicta non exequi^r) Non exequi^r

dicit pro non vindicare, non punire. Vnde infra sequitur, Et executore delicti, id est Iudice. Sic aduersum Iudeos. Et hostis executionem, persecutionem significans ut illic annotauimus. In hunc sensum paulo ante dixit, Expugnatione malitiae. Non aliter Pomponius Iureconsultus morte exequi dixit, pro instituere actionem de parricidio perpetrato, Digestorum libro X L V I I I, titulus de accusationibus & inscriptionibus.

(Circi furentis, caueæ sanguinantis, & scenæ lascivientis.)

Ludos gladiatoriós atq[ue] ad bestias depugnationes & recensiones comodiarum intelligit. Statim oblata acerra.) Per thurificationem enim coram idolo homines explorabantur Christiani ne essent an gentiles.

Suffectura.) Suffectionis generis est cuius læsura, paratura, genitura, supparatura, à sufficio-

do, id est substituendo, nomen substantium. Mox reposuimus, Nisi tam uanus quam deus. Nunquam apud se resignatum.) Nam diabolus integratatem

imaginis & similitudinis resignauit, ut dicit Tertullianus libro secundo exponens propheticum illud, Tu es resignaculum similitudinis. Marcion autem non recipiebat uetus instrumentum.

Non reprehendens carni salutem.) Quasi fugitiuam uidelicet. Nam fugitiui propriè reprehenduntur, quæ fugitiuariorum ars est. Alioqui legerem rependens. Quasi non etiam Spadonibus ex nuptijs nata.) Sensus est, quasi non etiam Spadonum caro nata sit ex nuptijs.

Vt aliqui Nicolaitæ.) Sic in De resurrectione carnis. Viderit unus aliqui Lukanus. In precriptionibus. Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberandas ue- ritas expectabat. item, Aliquem Hermogenem ostendit. Et in hoc ipso libro supra. Aliquis Esaias. In gulam committunt.) Sic supra. In qua ipsi committebant.

Tunc. Nec uestitus ideo.) Scripsi meū secutus iudicium, ut nec uestitus ideo accusabuntur. Idem feci in calce libri I ubi pro confirmantes, sed & supposui, licet refragantibus exemplarib. manuscriptis, confirmant. Sed & totius opusculi.

ANNOT. IN LIBRVM SEQUENTEM FINIS.

Q. SEPTIMII FLOREN TIS TERTULLIANI ADVER-

SVS MARCIONEM, LIBER PRIMVS.



I QVID retro gestum est nobis aduersus Marcionem, iam hinc uiderit. Nouā rem aggredimur ex ueteri. Primum opusculū quasi properatum pleniore postea compositione rescideram. Hanc quoq[ue] nondum exemplarijs suffectam fraude tunc fratris dehinc apostatae amici, qui forte descriperat quædam mendosissime, & exhibuit frequentiæ. Emendationis necessitas facta est, innouationis eius occasio aliquid adjicere persuasit. Ita stilus iste nunc de secundo tertius, & de tertio iam hinc primus, hunc opusculi sui exitum necessario præfatur, ne quæ uarietas eius in disperso reperta confundat. Pontus igitur qui Euxinus natura

natura negatur, nomine illuditur. Cæterum hospitalem Pontum nec de si-
 tu æstimes: ita ab humanioribus fretis nostris, quasi quodam barbaræ suæ
 pudore secessit: gentes ferocissimæ inhabitant, si tamen habitatur in plau-
 stro. Sedes incerta, uita cruda, libido promiscua & plurimum nuda, etiam
 cum abscondunt, suspensis de iugo pharetris indicibus, ne temere quis in-
 tercedat. Ita nec armis suis erubescunt. Parentum cadauera cum pecudibus
 cæsa, conuiuio cœvorant. Qui non ita deceperint, ut escatiles fuerint, maledi Escatiles
 cta mors est. Nec foeminae sexu mitigantur secundum pudorem, ubera exi-
 cludunt, pensum securibus faciunt, malunt militare quam nubere. Duritia
 de cœlo quoq. Dies nunquam patens, sol nunquam libens, utus aer, nebu-
 la: totus annus, hybernum: omne quod flauerit, Aquilo est. Liquores igni-
 bus redeunt, amnes glacie negantur, montes pruina exaggerantur. Omnia
 torpent, omnia rigent: nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet, quæ fabulas sce-
 nis dedit, de sacrificijs Taurorum, & amoribus Colchorū, & crucibus Cau- Tauri
 tasorum. Sed nihil tam barbarū ac triste apud Pontum, q̄d quod illic Mar- Eolchi
 tion natus est, Scytha tetrior, Hamaxobio instabilior, Massageta inhu- Caucasi
 niot, Amazonia audacior, nubilo obscurior, hyeme frigidior, gelu fragilior,
 Histro fallacior, Caucaso abruptior: quid n̄: penes quē uerus Prometheus.
 deus omnipotens blasphemij lancinatur. Iam & bestijs illius barbaræ im-
 portunior Marcion. Quis enim tam castrator carnis castor, quam qui nu-
 ptias abstulit? Quis tam comes forus ponticus, quam qui euangelia corro-
 sit? Næ tu Euxine probabiliorem feram philosophis ædidisti, quam Chri-
 stianis. Nam ille canicula Diogenes hominem inuenire cupiebat, lucernam Diogenes
 meridie circunferens: Marcion deum quem inuenierat, extincto lumine fi-
 dei suæ amisit. Non negabunt discipuli eius, primam illis fidem nobiscum
 fuisse, ipsius literis testibus: ut hinc iam destinari possit hæreticus, qui deser-
 to quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod retro non erat. Intantum
 enim hæresis depurabitur, quod postea inducitur: in quantum ueritas habe Heresis
 bitur, quod retro & à primordio traditum est. Sed alius libellus hunc gra- Veritas
 dum sustinebit aduersus hæreticos, etiam sine retractatu doctrinarū reuin- De praescris-
 cendos, quod hoc sint de præscriptione nouitatis. Nūc quatenus admittenti- ptionibus ade-
 da cōgressio est, interdum ne cōpendium præscriptionis ubiq̄ aduocatum, ticos
 diffidentiæ deputetur, regulam aduersarij prius prætexam, n̄c cui lateat, in
 qua principalis quæstio dīmictatura est. Duos Ponticus deos affert, tanquam
 duas Symplegadas naufragij sui: quem negare non potuit, id est creato-
 rem, id est, nostrum: & quem probare non poterit, id est suum: passus infe-
 lix huius præsumptionis instinctu, de simplici capitulo dominicæ pronun-
 ciationis, in homines nō in deos disponentis exempla illa bonæ & maleæ at-
 boris, q̄ neq̄ bona malos, neq̄ mala bonos proferat fructus: id est neq̄
 mens uel fides bona, malas ad dat operas, neq̄ mala bonas. Languens enim
 quod

bona ligna
 genia.

Vnde malum (quod & nunc multi, & maximè hæretici) circa mali quæstionem, Vnde malum: & obtusis sensibus ipsa enormitate curiositatis, ingeniens creatorem prænūciantem: Ego sum qui condo mala: quanto ipsum præsumpsiterat mali autorem, & ex alijs argumentis quæ ita persuadent peruerso cuiq; tanto in creatorem interpretatus, malam arborem malos fructus condentem, scilicet mala, alium deum præsumpsit esse debere in partem bonæ arboris bonos fructus. Et ita in Christo quasi aliam inueniens dispositionem solius & puræ benignitatis, ut diuersæ à creatore, facile nouam & hospitā argumentatus est divinitatem in Christo suo reuelatam, modicoq; exinde sermone totam fidei massam hæretico acore decepit. Habuit & Cerdonem quemdam informatorem scandalii huius, quo facilius duos deos cæci perspexisse se existimauerunt. Vnum enim non integre viderant. Lippientibus etiā singularis lucerna numerosa est. Alterum igitur deum quem confiteri cogebatur, de malo infamando destruxit: alterum quem commentari connitebatur, de bono præferendo construxit. Has naturas quibus disposuerit articulis, per ipsas responsones nostras ostendimus. Principalis itaq; & exinde tota congressio de numero, an duos deos liceat induci, si forte poetica & pictoria licentia, & tertia iam hæretica. Sed ueritas Christiana destricte pronunciauit, Deus si non unus est, non est: quia dignus credimus non esse, quodcumq; non ita fuerit ut esse debebit. Deum aut ut scias unum esse debere, quare quid sit deus, & non aliter inuenies. Quantum humana conditio de deo definire potest, id definio quod & omnium cōscientia agnosceret, deum summum esse magnum, in æternitate constitutum, innatum, infectum, sine initio, sine fine. Huc enim statum æternitati censendum, quæ summum magnum deū efficiat, dum hoc est in deo ipsa, atq; ita & cetera, ut sit deus summum magnū, & forma, & ratione, & ui, & potestate. Cum de isto conueniat apud omnes (nemo enim negabit deū, summum magnū quid esse, nisi qui poterit deū, ipsum, modicum quid econtrario pronunciare, ut deum neget, auferendo quod dei est) quæ erit iam conditio ipsius summi magni: nempe ut nihil illi adæquetur, id est ut non sit aliud summū magnum: quia si fuerit, adæquabitur: & si adæquabitur, non erit iam summū magnū euera cōditione, & ut ita dixerim lege, quæ summo magno nihil sinit adæquari. Ergo unicum sit necesse est quod fuerit summum magnum, par non habendo, ne non sit summum magnum. Ergo non aliter erit quam per quod habet esse, id est unicum omnino. Proinde deus cum summum magnū sit, recte ueritas nostra pronunciauit: Deus si non unus est, non est. Non quasi dubitemus esse deum, dicendo si non unus, non est: sed quia quem confidimus esse, h̄dem definiamus esse. Quod si non est, deus non est, & summum scilicet magnum. Porro summum magnum unicum sit necesse est. Ergo & deus unicus erit, non aliter deus, nisi summum magnū. Nec aliter summum magnum

Heretica littera, poetica, pictoria

summum magnum

magnum, nisi parem non habens. Nec aliter parem non habens, nisi unicus fuerit. Certe quemcunq; alium deum induxeris, nō alia poteris eum forma tueri deum, quā ut & illi proprium diuinitatis assipseris, sicut æternum, ita & summum magnum. Duo ergo summa magna quomodo consistent, cum hoc sit summum magnum, par non habere: Par autem non habere, uni competit, in duobus esse nullo modo possit. Sed argumentabitur qui libet, posse & duo summa magna consistere distincta atq; disiuncta in suis finibus. & utiq; aduocabit exemplum: Regna terrarum tanta numero, & ta-
men summa magna in suis quibusq; regionibus: & putabit ubiq; humana diuinis cōferenda. Iam ergo si huic argumētationi locus dabitur, quid prohibet nō dico & tertū & quartum deum inducere, uerum tot iam numero, quot & gentium reges. De deo agitur, cuius hoc principaliter proprium est, nullius exempli capere cōparationem. Hoc natura ipsa, si nō aliquis Esaias, uel ipse per Esiam deus cōcionabitur, Cui me similabis? Diuinis forsitan comparabuntur humana:deo nostra. Aliud enim deus, aliud quæ dei. Deniq; qui exemplo uteris regis quasi summi magni, uide ne iam non possis eo uti. Rex enim & si summum magnum est in suo solio usq; ad deum, tamen infra deum: comparatus autem ad deum, excidet iam de summo magno translato in deum. Hoc si ita, quomodo uteris eius rei exemplo ad dei cōparationem, quæ dum ad cōparationem accedit, amittitur? Quid nūc, si nec inter reges plurifarium uideri potest summum magnum, sed unicum & singulare, apud eum scilicet qui rex regum ob summitatem magnitudinis & subiectionem cæterorum graduum quasi culmē dominationis excipit? Sed etiam alterius formæ reges, qui singulares in unione imperij præ-
sunt, si minutalibus, ut ita dixerim, regnis uidiq; cōferantur in examinatio-
nem, qua constet quis eorū præcellat in substantijs & uiribus regni, in unum regna
necesse est summitas magnitudinis eliquerit, omnibus gradatim per com-
parisonis exitum de magnitudinis summa expressis & exclusis. Adeo & si
in disperso multifarium uidetur summum magnum, suis uiribus, & sua na-
tura, & suo statu unicum est. Proinde cum duo dīj cōferuntur ut duo reges
& duo summa magna, in alterū concedat necesse est unio summi magni ex-
sententia comparisonis: quia summū ex uictoria sua constat, superato emulo
lo alio magno, non tamen summo, atq; ex defectione æmuli solitudinem
quandam de singularitate præstantiæ suæ possidens, unicum est. Inelucta-
bilis iste cōplexus, in hoc sententiam constringit, aut negandum deum esse
summū magnū, quod nemo patietur sapiens, aut nulli alij cōmunicandum.
Aut quæ ratio duo summa magna cōposuit? Primo enim exigam, cur non
plura si duo, quando locupletiorem oporteret credi substantiam diuinita-
tis, si cōpeteret ei numerus. Honestior & liberalior Valentinus, qui simul au-
sus est duos cōcipere Bythum & Sigen, cum usq; ad xxx zonum foetus,
tanquam

X X X cap. tanquam ætoniae scrofæ, examen diuinitatis effudit. Quæcumq; ratio plura
 fœtus enixa summa magna nō patitur admitti, eadem nec duo ut ipsa plura post unum.
 iacebat Post unum enim numerus. Quæ potuit duo admittere, eadem potuit & plu-
 ra post. Duo enim multitudo, unione iam excessa. Deniq; apud nos uis ra-
 tionis istius ipso termino plures deos credi non sinit, quod nec duos illa re-
 gula unum deum sistens, qua deum id esse oporteat, cui nihil adæquetur ut
 summo magno: unicum autem sit, cui nihil adæquetur. Iam nunc duo sum-
 ma magua, duo paria, cui operæpretio, cui emolumento depuratetur? quid
 interfuit numeri, cum duo paria non differant uno? Vna enim res est, quæ
 eadem in duobus est. Etiam si plura essent paria, tantundem omnia unum
 fuissent, nullo ante se differendo quâ paria. Porrò si neutrum ex duobus al-
 tero distat, iam ut ambo summa magna, quâ dei ambo, neutrum plus alte-
 ro præstat, nullam rationem numeri sui ostendunt, præstantiam nō haben-
 tes. Numerus autem diuinitatis summa ratione constare deberet, uel quo-
 niam & cultura eius in anceps deduceretur. Ecce enim duos intuens deos,
 tam pares quâm duo summa magna, quid facerem si ambos colerem? Ve-
 terer ne abundantia officij supersticio potius quâm religio existimaretur,
 quia duos tam pares, & in altero ambos possem in uno demereri: hoc ipsum
 testimonio præstans parilitati & unitati eorum, dum alterum in altero ue-
 nerarer, dum in uno mihi duo sunt. Si alterum colerem, æque recogitarem
 ne suffundere uiderer numeri uanitatem sine differentia superuacui, hoc est
 ut tutius censerem neutrum coendum, quâm alterum cum scrupulo coen-
 dum, aut ambos uane. Sic adhuc uidemur disputare, quasi Marcion duos
 pates constituat. Nam dum defendimus deum summū magnum unicum
 credi oportere, excludentes ab eo parilitatem, tanquam de duobus paribus
 de his retractauimus: nihilominus tamen docendo pares esse non posse se-
 cundum summi magni formam, satis confirmauimus duos esse non posse.
Dispares dīj
Marcionis Alioqui certi, Marcionem dispares deos cōstituere, alterū, iudicem, serum,
 bellipotentem: alterum mitem, placidum, & tantummodo bonū atq; optimū.
 Dispiciamus æque & hanc partem, an diuersitas saltim duos capiat,
 si parilitas capere non potuit. Porrò & hic eadem regula summi magni pa-
 trocinabitur nobis, ut pote quæ totum statum vindicet diuinitatis. Conue-
Iniecta manu
detinere niens enim & quodammodo iniecta manu detinens aduersarij sensum nō
 negantis creatorem deum, iustissime præscribo illi, diuersitati locum nō esse
 inter eos, qui ex æquo deos confessus, non potest facere diuersos: non quia
 non & homines licet sub eadem appellatione diuersissimos esse, sed quia
 deus non erit dicendus, quia nec credendus, nisi summum magnum. Cum
 ergo summum magnum cogatur agnoscere quem deum non negat, nō po-
 test admitti ut summo magno aliquam asscribat diminutionem, qua subi-
 ciatur alijs summo magno. Desinit enim si subiiciatur. Non est autem dei
 definere.

definere de statu suo , id est de summo magno. Nam & in illo deo potiore periclitari poterit summum magnum, si deprecari capit in creatore. Ita cum duo dñi pronunciantur duo summa magna, necesse est neutrū altero aut maius sit, aut minus: neutrū altero aut sublimius aut deiectius. Nega deum, quem dicas deteriorem. nega summum magnum , quem credis minorem. Deum uero confessus utruncq; duo summa magna confessus es. Nihil alteri adimes, aut alteri ascribes. Agnosces diuinitatem, negasti diuersitatem.

Tentabis ad hæc de nomine dei cōcutere retractatum, ut passiuo & in alios Passuum, nos quoq; permisso, quia scriptum sit, Deus deorum stetit in ecclesia deorum, in men dei medio autem deos dijudicauit: Et ego dixi, uos dñi estis. Nec tamen idcirco eis competit possesio summi magni, quia dei cognominantur, ita nec creatori. respōdebo, & stulto qui nec hoc recogitauerit, ne tantundē & in deum Marcionis possit retorqueri, & illum deum dictū, nec ideo tamen summum magnum probatum, sicut nec angeli aut homines creatoris. Si communio nominum conditionibus præjudicat, quanti nequam serui regum nominibus insultant, Alexandri & Darij & Olofernisi. Nec tamen ideo regibus id quod sunt, detrahetur. Nam & ipsa idola gentiū dei uulgo , sed deus nemo ea re qua deus dicitur. Ita ego non nomini dei, nec sono , nec notæ nominis huius, summum magnū in creatore defendo, sed ipsi substantiæ cui nomen hoc contigit. Hanc inueniens solam innatam, infectam , solam æternam, & uniuersitatis conditricem, non nomini, sed statui, nec appellationi, sed conditioni eius summum magnū & ascribo & uendico. Et ideo quia deus iam uocari obtinuit substātia cui ascribo , nomini me ascribere putas, quia nesciis est per nomen ostendam cui ascribam substantiæ, scilicet qua constat qui deus dicitur, & summum magnum ex substantia, non ex nomine depūtatur. Deniq; hoc & Marcion suo deo uendicans , secundum statum, non secundum uocabulum uendicat. Id ergo summum magnum , quod deo ascribimus ex substantiæ lege non ex nominis sorte, contendimus ex pari esse debere in duobus, qui ea substantia constant qua deus dicitur : quia in quantum dñi uocantur, id est summa magna, substantiæ scilicet merito innatae & æternæ, ac per hoc magnæ summæ, in tantum nō possit sumnum magnum minus & deterius alio summo magno haberi. Si summi magni felicitas & sublimitas & integritas stabit in deo Marcionis, stabit æque & in nostro : si non & in nostro , æque nec in Marcionis. Ergo nec paria erunt duo summa magna, quia prohibet disposita iam regula summi magni compensationem non sustinentis: nec disparia, quia & alia summi magni regula occurrat, diminutionem non admittens. Hæsisti Marcion in medio ponti tui æstu, utrinq; te fluctus inuoluunt ueritatis: nec pares, nec dispare deos susterere potes. Duo enim non sunt, quod pertineat proprie ad numeri retractatum. Quanquam tota materia de duobus dñs dimicetur , his interim lineis

Lineis claudet
re materiam

p eam

eam clausimus, intra quas de singularibus iam proprietatibus congregemur. Primo, supercilio stuporem suum ædificat Marcionitæ, quod nouum deum præferant, quasi nos ueteris dei pudeat. Inflantur & pueri nouis calceis, sed à uetere pædagogo calciati, mox uanam gloriam uapulabunt. Non uum igitur audiens deum in uetere mundo, & in uetere ævo, & sub uetere deo ignotum, inauditum, quem tantis retro seculis neminem, & ipsa ignorantia antiquū, quidam *I E S V S C H R I S T V S*, & ille in ueteribus nominibus nouus reuelauerit, nec aliis antehac: gratias ago huic glorię eorum, maximo adiutorio eius hinc iam hæresim probaturus, nouæ scilicet diuinitatis professionem. Hæc erit nouitas quæ etiam ethnicis deos peperit, nouo semper ac nouo titulo consecrationis cuiusq;. Quis deus nouus, nisi falsus? Ne Saturnum quidem tanta hodie antiquitas deum probabit, quia & illū nouitas aliquando produxerit, cum primum consecrauit. At enim uiua & germana diuinitas, nec de nouitate, nec de uetusate, sed de sua ueritate censetur. Non habet tempus eternitas. Omne enim tempus ipsa est. Quod facit, pati non potest. Caret ætate, quod non licet nasci. Deus si est uetus, nō erit: si est nouus, non fuit. Nouitas initium testificatur: uetusas finem comminatur. Deus autem tam alienus ab initio & fine est, quām à tempore arbitro & metatore initij & finis. Scio quidem quo sensu nouum deum iactitent, agnitione utiq;. Sed & ipsam nouitatis cognitionē, percutientem rudes animas, ipsamq; naturalem nouitatis gratiositatem uolui repercutere: & hinc iam de ignoto deo prouocare. Utq; enim quem agnitione nouum opponunt, ignotum ante agnitionem demonstrant. Age igitur ad lineas rursum & in gradum, p/ gradum. Persuade deum ignotum esse potuisse. Inuenio planè ignotis deis aras prostitutas, sed Attica idololatria est. Item incertis deis, sed superstitionis Romana est. Porro incerti dei minus noti ut minus certi, & proinde ignoti quā minus certi. Quē titulū incidemus ex duobus deo Marcionis? Vtrumque opinor, & nunc incerto, & retro ignoto. Sicut enim ignotum eum fecit deus notus creator, ita & incertum deus certus. Sed non euagabor uti dicam deus si ignotus fuit, latuitq;, illum regio latebrarum obumbravit, noua utique & ipsa & ignota, & similiter nunc quoq; incerta, certe immensa aliqua & maior indubitatè eo quem abscondit. Sed breuiter proponam, & plenisime exequar, præscribens deum ignorati nec potuisse nomine magnitudinis, nec debuisse nomine benicitatis, præsertim in utroq; prælatiorem nostro creatore. Sed quoniam animaduerto in quibusdam ad formam creatris prouocari oportere om̄is dei noui & retro ignoti probationē, hoc ipsum ratione fieri à nobis prius commendare debebo, quo cōstantius utar rationis æditæ patrocinio. Ante omnia quidem quale est, ut qui deum agnoscis creatorem, & priorem de notitia confiteris, non ijsdem modis & alium scias tibi examinandum, quibus iam in alio didicisti, deum nosse. Omnis res anterior

terior posteriori normam præministrauit. Duo nunc dei proponuntur; ignotus & notus. De noto uacat quæstio: esse eum constat, quia notus non fuisset, nisi esset. De ignoto instat altercatio: potest enim & nō esse, quia si esset; notus fuisse. Quod ergo queritur, quādū ignoratur, in incerto est, quādū queritur: & potest nō esse, quādū in incerto est. Habes deum certum quā notum, & incertum quā ignotum. Si ita est, ecquid tibi uidetur iusta ratione defendi, ut ad normam & formā & regulam certorum probentur incertas? Cæterum si ad hāc causam & ipsam adhuc incertam, etiam argumenta de incertis adhibeantur, series implicabitur quæstionū, ex ipsorum quocq; argumentorum æque incertorum retractatu periclitantium de fide per incertum, & ibit in illas iam indeterminabiles quæstiones, quas Apostolus nō amat. Sin de certis & indubitatis & absolutis regulæ partibus, incertis & dubijs & inexpeditis præiudicabunt planè, in quibus diuersitas status inuenitur, fortasse an non prouocentur incerta ad formam certorum, ut liberata à reliqua comparationis prouocatione per diuersitatem status principalis? Cum uero duo dñi proponuntur, communis est illis status principalis. Quid enim deus est: ambo sunt innati, infecti, æterni. Hic erit status principalis. Cætera uiderit Marcion, si in diuersitate disposuit. Posteriora enim sunt in retractatu, imò nec admittentur si de principali statu constet. Porro constat quia dñi ambo: & ita de quorum statu constat communem esse, cum sub eo ad probationem deuocantur si incerta sunt, ad eorum certorum formā prouocanda erunt, cum quibus de communione status principalis censemur, ut proinde & de probatione communicent. Hinc itaq; cōstantissime dirigam, 7 deum non esse qui sit hodie incertus, quia retro ignotus: quando quē constat esse, ex hoc ipso constat, quod nunquam fuerit ignotus, ideo nec incertus. Siquidem à primordio rerum, conditor earum cum ipsis pariter cōperitus est, ipsis ad hoc prolatis, ut deus cognosceretur. Nec enim si aliquanto posterior Moyses, primus uidetur in templo literarum suarum deum munidi dedicasse, idcirco à Pentateucho natales aguitionis supputabuntur, cū totus Moysi stilus notitiam creatoris nō instituat, sed à primordio enarrat, à paradiſo & Adam, non ab Ægypto & Moysē recensendam. Deniq; maior popularitas generis humani, ne nominis quidem Moysi cōpotes, nedum instrumenti, deum Moysi tamen norunt, etiam tanta idolatria dominationem obumbrante, seorsum tamē illum quasi proprio nomine deū perhibent, & deum deorum, & si deus dederit, & quod deo placet, & deo cōmendo. Vide an nouerint, quem omnia posse testantur. Nec hoc ullis Moysi libris debent. Ante anima, quādū prophetia. Animæ enim à primordio conscientia, dei dos est: eadem nec alia & in Ægyptijs, & in Syris, & in Ponticis. Iudæorum enim deum, dicunt animæ deū. Noli barbare hæretice priorem Abrahā cōstituere, quādū mundum. Et si unius familiæ deus fuisse creator,

Deus deorum

Si deus dede-
rit

Quod deo pla-

ct

Deo cōmendo

tamen posterior tuo non erat, etiam Ponticis ante eum notus. Accipe igitur ab antecessore formam, à certo incertus, à cognito incognitus. Nunquam deus latebit, nunqp deus deerit: semper intelligetur, semper audietur, etiam videbitur quomodo uoleat. Habet deus testimonia totum hoc quod sumus & in quo sumus. Sic probatur & deus & unus, dum non ignoratur, alio ad, huic probari laborat. Et merito, inquiunt: Quis enim non tam suis notus est quam extraneis? Nemo. Teneo & hanc uocem. Quale est enim, ut ali⁹ quid extraneum deo sit, cui nihil extraneum esset, si quis esset? quia dei hoc est, omnia illius esse, & omnia ad illum pertinere: Vel ne statim audiret à nobis, quid ergo illi cum extraneis? Quod plenius suo loco audiet. At nunc satis est, nullum probari cuius nihil probatur. Sicut enim creator, ex hoc & deus, & indubitate deus, quia omnia ipsius, & nihil extraneū illi: ita & alius idcirco non deus, quia omnia non eius, idcop & extranea. Deniqp si uniuersitas creatoris est, iam nec locum video dei alterius. Plena & occupata sunt omnia suo autore. Si uacat aliquid spaci⁹ alicuius diuinitati in creaturis, plaune falsæ uacabit. Patet mendacio ueritas. Tauta uis idolorum, cur non recipiat alicubi deum Marcionis? Igitur ex forma hoc & creatoris ex postulo, deum ex operibus cognosci debuisse alicuius proprij sui mundi & hominis & seculi: Quando etiam error orbis propterea deos præsumperit, quos homines interdum confitetur, quoniam aliquid ab unoquoqp prospectum uidetur utilitatibus & commodis uitæ: Ita & hoc ex forma dei creditum est diuinum esse, instituere uel demonstrare quid aptum & necessarium sit rebus humanis. Adeo inde autoritas accommodata falsæ diuinitati, unde præcesserat ueræ. Vnam saltem cicerculam deus Marcionis propriam protulisse debuerat, ut nouus aliquis Triptolemus prædicaretur. Aut exhibe rationē deo dignam, cur nihil condiderit, si est: quia condidisset, si fuisset, illo scilicet præiudicio, quo & nostrum deum nō alijs manifestum est esse, quam quia totum condidit hoc: Semel enim præscriptio stabit, nō posse illos & deum confiteri creatorem, & eum quem uolunt æque deum credi, non ad eius formam probare, quem & ipsi & omnes deum: ut quando hoc ipso nemo creatorem deum dubitet, quia totum hoc condidit, hoc ipso nemo debeat credere deū & illum qui nihil condidit, nisi ratio forte proferatur. Duplex ista videatur necesse est, ut aut noluerit condere quid, aut nō potuerit. Tertium cessat. Sed nō potuisse, indignum deo est. Noluisset, an dignum, uolo inquirere. Dic mihi Marciop, uoluit deus tuus cognosci se quocunqp in tempore, an nō: alio proposito & descendit, & prædicauit, & passus resurrexit, quam uti cognosceretur: Et sine dubio si cognitus est, uoluit, nihil enim circa eum fieret nisi uoluisset. Quid ergo tantopere notitiam sui procurauit, ut in deo decore carnis exhiberetur, & quidem maiore si falsæ. Nam hoc turpius, si & mentitus est substantiam corporis, qui & maledictum in se creatoris admisit, ligno

Nouus Triptolemus

fit, ligito suspensus. Quanto honestius per aliqua propriæ molitionis indicia cognitionem sui prestruxisset, maxime aduersus eum cognosci habens, apud quē ex operibus ab initio cognitus non erat. Nam & quale est, ut creator quidem ignorans esse alium super se deum, ut uolunt Marcionitæ, qui solum se etiam iurans assuerabat, tantis operibus notitiam sui armauerit, quam potuerat nō ita curasse secundum singularitatis sue presumptionem: ille autem sublimior sciens inferiorem deum tam instructum, nullam sibi prospexerit agnoscentio paraturam: quando etiam insigniora & superbiora opera debuisset condidisse, ut & deus ex operibus cognosceretur secundum creatorē, & ex honestioribus potior & generosior creatore. Cæterum & si esse eum possemus confiteri, sine causa esse eum deberemus argumentari. Sine causa enim esset, qui rem non haberet: quia res omnis causa est, ut sit aliquis cuius res sit. Porro in quantum nihil oportet esse sine causa, id est sine re, quia si sine causa sit, perinde est atq; si nō sit, non habens rei causam rem ipsam: in tantum deū dignius credam non esse, quam esse sine causa. Sine causa est enim qui rem non habendo, non habet causam. Deus autem sine causa, id est sine re esse nō debet. Ita quoties ostendo eum sine causa esse tanquam sit, hoc constituo non esse illum: quia si fuisset, omnino sine causa non fuisset. Sic & ipsam fidem dico illum sine causa ab homine capere, aliter solito deum credere ex operum autoritate formatum, quia nihil tale prospexit, per quod homo deum didicit. Nam & si credunt pleriq; in illum, non statim ratione credunt, non habentes dei pignus, opera eius deo digna. Itaq; hoc nomine cessationis & defectionis operū, & impudentiae & malignitatis affinitis est: Impudentiae, qua fidem non debitam sibi capiat, cui præstruendæ nihil prospexit: malignitatis, qua plures incredulitas reos fecit, nihil fidei procurando. Cum deum hoc gradu expellimus, cui nulla conditio tam propria & deo digna, quam creatoris testimonium præsignauerit, narem contrahentes impudentissimi Marcionitæ conuertuntur *Narem cōtrā
ad destructionem operum creatoris.* Nitirum, inquiunt, grande opus & *here*
dignum deo, mundus. Nunquid ergo creator minime deus? Planè deus. Ergo nec mundus deo indignus: nihil etenim deus indignum se fecit. Etsi mundum homini, nō sibi fecit: & si omne opus inferius est suo artifice, Et tamen si quale quid fecisse indignum est deo, quanto indignius deo est nihil eum omnino fecisse, uel indignū, quo posset etiam digniorum autor sperari. Ut ergo aliquid & de isto huius mundi indigno loquar, cui & apud Græcos *λόρκος* ornamenti & cultus, nō sordium nomen est, indignas uidelicet substantias ipsi illi sapientiæ professores, de quorum ingenij omnis hæresis animatur, deos pronunciauerunt, ut Thales aquam, ut Heraclitus ignem, ut Anaximenes aerem, ut Anaximander uniuersa coelestia, ut Strato cœlum & terram, ut Zeno aerem & ætherem, ut Plato sydera, quod genus deorum igneū *De philosop
borum inge
nijs omnis ha
resis anima
tur*

appellat. Cum de mundo, considerando scilicet & magnitudinem, & uitam
 & potestatem, & honorem, & decorum, opem, fidem, legem singulorum e-
 lementorum, quae omnibus gignendis, atendis, conficiendis, reficiendisq;
 conspirant, ut pleriq; Physicorum formidauerint initiam ac finem mundo
 constare, ne substantiae eius tantæ scilicet minus dñi haberentur: quas colunt
 & Persarum Magi, & Aegyptiorum Hierophantæ, & Indorum Gymnoso-
 phistæ. Ipsa quoq; vulgaris superstitionis communis idolatriæ, cum in simu-
 lachris de nominibus & fabulis veterum mortuorum puderet, ad interpreta-
 tionem naturalium refugit, & dedecus suū ingenio obumbrat, figurans Io-
 uem in substantiam feruidam, & Iunonē eius in aeream, secundum sonum
 Græcorum uocabulorum, item Vestam in ignem, & Camenas in aquas,
 & Magnam matrem in terram, seminalia demessam, lacertis aratam, laua-
 cris rigatam. Sic & Osiris, quod semper sepelitur, & in uiuido quæritur, &
 cum gaudio inuenitur, reciprocatur frugum & uiuidorum elementorum,
 & recidiui anni fidem argumentantur: Sicut aridae & ardentes naturæ sacra-
 menta, leones Mithræ philosophantur. Et superiores quidem situ aut statu
 tibiæ substancialia, sufficit, facilius deos habitas, quam deo indignas. Ad humilia-
 deficiam. Vnus opinor, de sepibus flosculus, non dico de pratis, una cuius-
 libet maris conchula, non dico de Rubro, una tetraonis pennula, taceo de
 pauo, sordidum artificem pronunciabit tibi creatorem? At cum & animalia
 irides minutiora, quæ maximus artifex de industria ingenij aut viribus
 ampliavit, sic magnitudinem in mediocritate probari docens, quemadmo-
 dum uitutem in infirmitate secundum Apostolū, imitare si potes apis edifi-
 cia, formicæ stabula, aranæ retia, bombycis stamina: sustine si potes illas
 ipsas lectuli & tegetis tuæ bestias, cantharidis uenena, muscæ spicula, culicis
 & tubam & lanceam. Qualia erunt maiora, cum tam modicis aut inuatis
 aut læderis, ut nec in modicis despicias creatorem? Postremo te tibi circum-
 fer, intus ac foris considera hominem, placebit tibi uel hoc opus dei nostri,
 quod tuus dominus ille deus melior adamauit, propter quem in hæc pau-
 pertina elementa de tertio cœlo descendere laborauit, cuius causa in hac cel-
 lula creatoris etiam crucifixus est. Sed ille quidem usq; nunc nec aquam re-
 probauit creatoris qua suos abluit, nec oleum quo suos unguit, nec mellis &
 lactis societatem qua suos infantat, nec panem quo ipsum corpus suum re-
præsentat, etiam in sacramentis proprijs egens mendicitatibus creatoris. At
 tu super magistrum discipulus, & seruus super dominum, sublimius illo fa-
 pis, destruens quæ ille desiderat. Volo inspicere si ex fide saltem, ut non &
 ipse quæ destruis appetas. Aduersaris cœlo, & libertatem cœli in habitatio-
 nibus captas. Despicis terram planè inimice tuæ carnis matricem, & omnes
 medullas eius uictui extorques? Reprobas & mare, sed usq; ad copias eius
 quas sanctiorem cibum deputas. Rosam tibi si obtulero, non fastidies crea-
 torem

10

torem. Hypocrita, ut apocarteresi probes te Marcionitā, id est repudiato, Apocarteres rem creatoīs (nam hæc apud uos pro martyrio affectari debuisset, si uobis sis mundus displiceret) in quamcunq; materiam resoluēris, substātia creatoris uteris. Quanta obstinatio duritiæ tuæ! Deprecias in quibus & uiuis & moreris. Post hæc uel ante hæc cum dixeris esse & illi cōditionem suā, & suum mundum, & suū cœlum, de cœlo quidem illo tertio uidebimus, si & ad Apostolum uestrum discutiendum peruererimus. Interim quæcunq; substātia est, cum suo utiq; deo apparuisse debuerat. At nūc quale est ut dominus à xii Tiberij Cæsar is reuelatus sit, substātia uero à xv iam Seueri imperatoris nulla omnino comperta sit, quæ friuolis creatoris præcellens utique latere desisset, non latente iam domino suo & autore? Et ideo si ipsa non potuit manifestari in hoc mundo, quomodo dominus paruit eius in hoc mundo? Si dominum cepit hic mundus, cur substātiā capere non potuit, nisi domino fortasse maiorem? Iam nunc de loco quæstio est, pertinens & ad mundum illum superiorem, & ad ipsum deū eius. Ecce enim si & ille habet mundum suum infra se super creatorem, in loco utiq; fecit eum, cuius spaciū uacabat inter pedes suos & caput creatoris. Ergo & deus ipse in loco erat, & mundum in loco faciebat. Et erit iam locus ille maior, & deo & mundo. Nihil enim nō maius est id quod capit, eo quod capitur. Et uidendum ne qua adhuc illic uacent + substātia, in quibus & tertius aliquis stipare deus se cum mundo suo possit. Ergo iam incipe deos cōputare. Erit enim & locus deus, non tantum quā deo maior, sed & quā innatus & infectus, ac per hoc æternus, & deo par, in quo semper deus fuerit. Dehinc si & ille mundum ex aliqua materia subiacente molitus est, innata & infecta & contemporali deo, quemadmodum de creatore Marcion sentit, redigis & hoc ad maiestatem loci, qui & deum & materiam duos deos clusit. Et materia enim deus, secundum formam diuinitatis, innata scilicet, & infecta, & æterna. Aut si de nibi lo molitus est mundum, hoc & de creatore sentire cogetur, cui materia subiicit in substātia mundi. Sed ex materia & ille fecisse debebit, eadem ratione occurrente illi quoq; deo, quæ opponeretur creatori, ut æque deo. Atq; ita tres interim mihi deos numera Marcionis, Factorem, & Locum, & Materiam. Proinde & creatorem in loco facit, utiq; eadem conditione censendo: Locus & materiam ei subiicit, utiq; innatam & infectam & hoc nomine æternam, Materia ut domino. Amplius, & Malum materiæ deputans, innatū innatæ, infectū Malum infectæ, & æternum æternæ, quartum iam hic deum fecit. Habet igitur in superioribus tres substātias diuinitatis, in inferibus quatuor. His cum accedunt & sui Christi, alter qui apparuit sub Tiberio, alter qui à creatore promittitur, manifestam iam fraudem Marcion patitur ab eis, qui duos illum deos inferre præsumunt, cum nouem assignet licet nesciens. Non cōpatente igitur mundo alio, sicut nec deo eius, cōsequens est ut duas species terum, Christus Tiberianus, alterius dei Christus creatoris scilicet

uisibilia & inuisibilia duobus autoribus deis dividant, & ita suo deo inuisibilia defendant. Quis autem poterit inducere in animum nisi spiritus haeticus, eius esse inuisibilia qui nihil uisibile praemiserit, quam eius qui uisibilia operatus, inuisibilium quoque fidem fecerit: cum iustius multo sit aliquibus exemplarijs annuere quam nullis: Videbimus & Apostolus cui autori inuisibilia deputet, cum & illum explorauerimus. Nunc enim communibus plurimum sensibus, & argumentationibus iustis, secuturæ scripturarum quoque aduocationi fidem sternimus, confirmantes diuersitatē hanc uisibilium, & inuisibilium à deo creatore deputandam, sicuti tota operatio eius ex diuersitatibus constat, ex corporalibus & incorporalibus, ex animalibus & inanimalibus, ex uocalibus & mutis, ex mobilibus & statuis, ex genitalibus & sterilibus, ex aridis & siccis, ex calidis & frigidis. Sic & hominem ipsum diuersitas temperauit, tam in corpore quam in sensu. Alia membra fortia, alia infirma: alia honesta, alia inhonesta: alia gemina, alia unica: alia comparia, alia disparia. Proinde & in sensu nunc lætitia, nunc anxietas: nunc amor, nunc odium: nunc ira, nunc lenitas. Quod si ita est, ut æmula inter se conditionis uniuersitas, ista modulata sit, iam igitur & uisibilibus inuisibilia debentur, non alteri autori deputanda, quam cui & æmula eorum ipsum creatorem diuersum notant, iubentem quæ prohibuit, & prohibentem quæ iussit, percutientem & sanantem. Cur in hac sola specie uniformē eum capiūt, uisibilium solummodo conditorem, quem proinde credendum sit, & uisibilia & inuisibilia cōdidisse, quemadmodum & uitam & mortē, & mala & pacem: Et utiqz si illa inuisibilia maiora sunt uisibilibus creaturis suo loco magnis, sic quoque cōgruit eius esse maiora, cuius & magna, quia nec magna ne dum maiora ei competant, cuius nec modica cōparent. His cōpressi, erum, punt dicere: Sufficit unicum hoc opus deo nostro, quod hominem liberavit summa & præcipua bonitate sua, & omnibus locutis anteponenda. Ó deū maiorem, cuius tam magnū opus nō potuit inueniri, quam in homine dei minoris. Enim uero prius est ut probes eum esse per quæ deum probari oportet, per opera, tunc deinde per beneficia. Primo enim queritur an sit, & ita qualis sit. Alterum de operibus, alterum de beneficijs dei dignoscitur. Cæterum non quia liberasse dicitur hominem, ideo esse eum constat: sed si esse constituerit, tūc & liberasse dicetur, ut & an liberauerit constet, quia potuerit & esse, & non liberasse. Quomodo ergo quia liberasse dicetur, etiam esse credetur, cum potuerit & esse, & nō liberasse: Nunc in isto articulo ab ignoti dei quæstione deducta, satis constituit, tam nihil illum cōdidisse, quam debuisse cōdidisse, uti cognosceretur ex operibus, quia si fuisset, cognosci debuisset. Et utiqz à primordio rerum: deum em̄ non decuisse latuisse. Regrediar, necesse est ad originē quæstionis dei ignoti, ut cæteros quoque rāmulos eius excutiā. Primo em̄ quæsti oportebit, qui postea se protulerit in noticiam, cui postea

postea & non à primordio rerum: quibus utiqz necessarius, quâ deus, & qui dem melior, quo necessario latere non debuit? Non enim potest dici non fuisse aut materiam aut causam cognoscendi deum, cum & homo à primordio esset in seculo, cui nunc subuenit, & malicia creatoris, aduersus quam ut bonus subuenit. Igitar aut ignorantia & causam & materiam suæ reuelationis necessariæ, aut dubitauit, aut non potuit, aut noluit. Omnia hæc deo in digna, maxime optimo. Sed & hunc locum alibi implebimus exprobratione seræ reuelationis, sicut nunc sola demonstratione. Processerit age iam in notitiam quando uoluit, quando potuit, quando hora fatalis aduenit. fortasse enim ἀναβίβαζεν ei obstabat, aut aliquæ maleficæ, aut Saturnus qualiter dratus, aut Mars trigonus. Nam & Mathematici plurimum Marcionitæ: dens nec hoc erubentes, de ipsis etiam stellis uiuere creatoris. Tractandum & hic de reuelationis qualitate, an digne cognitus sit, ut constet an uere, & ita credatur esse quem digne constituerit reuelatum, digna enim deo probabunt deum. Nos definitus deum primo natura cognoscendum, deinde doctrina recognoscendum: natura ex operibus, doctrina ex predicationibus. Sed cui nulla natura est, naturalia instrumenta non suppetunt. Ergo uel prædicationibus reuelationem sui debuerat operari, maxime aduersus eum reuelandus, qui & conditionis & predicationis operibus tot ac tantis, uix tamen hominem fide impleuerat. Quomodo itaqz reuelatus est, si per humanam coniecturam negas deum alias cognosci posse quam per semetipsum: nec tantum ad formam prouocans creatoris, uerum & ad conditionem tam diuinæ magnitudinis quam humanæ mediocritatis: ne maior deo homo uideri possit, qui non eum nō ultro uolentem cognosci, suis uiribus quodammodo in publicum agnitionis extraxerit: cum humana mediocritas facilius deos fingere sibi norit, secundum totius æui experimenta, quam uerum servari, quem natura iam intelligunt. Alioquin si sic homo deum commentabitur, quomodo Romulus Consul, & Tatius Cloacinam, & Hostilius Paus Romuli Cons. uorem, & Metellus Alburnū, & quidam ante hoc tempus Antinoum, hoc sus alijs licebit: nos Marcionem nauclerum nouimus, non regem nec imperatorem. Imò, inquit Marcionitæ, deus noster, et si non ab initio, et si non per conditionem, sed per semetipsum reuelatus est, in CHRISTO IESU. Dabitur & in Christū, liber de omni statu eius. Distingui enim materias operat, quo plenius & ordinatius retractentur. Interim satis erit, ad præsentem gradum ita occurgere, ut ostendam CHRIS TVM IESVM non alterius dei circumlatorem qz creatoris. Et quidem paucis. Anno xv Tiberij Christus. Iesus de coelo manare dignatus est, spiritus salutaris: Marcionis salutis, qui ita uoluit, quanto quidem anno Antonini maioris de Ponto suo exhala uerit aura canicularis non curauit inuestigare, de quo tamen constat Antoninus hereticus est, sub Pio impius. A Tiberio aut usqz ad Antoninum anni 12 ferè

ferè c^{xxv}. & dimidium anni cum dimidio mensis: tantundem temporis pos-
 nunt inter Christū & Marcionem. Cum igitur sub Antonino primus Mar-
 cione hūc deum induxerit, sicuti probauimus, statim qui sapientia plana res est.
 Præjudicant tempora quod sub Antonino primum processit, sub Tiberio
 non processisse, id est deum Antonini, imperij Tiberiani non fuisse: atq^z ita
 non à Christo reuelatum, quem cōstat à Marcione primū prædicatū. Hoc
 nunc ut probem constare, quod superest ab ipsis aduersarijs sumam. Sepa-
 ratio legis & Euangelijs, proprium & principale opus est Marcionis: nec po-
 terunt negare discipuli eius quod in summo instrumento habent, quo deni-
 Antiebes
 Marcionis que initiantur & indurātur in hanc heresim. Nam h̄e sunt Antitheses Mar-
 cionis, id est contrariae oppositiones, quæ conantur discordiam Euangelijs
 cum lege committere, ut ex diuersitate sententiarum utriusq^z instrumenti,
 diuersitatem quoq^z argumententur deorum. Igitur cum ea separatio legis
 & Euangelijs, ipsa sit, quæ alium deū Euangelijs insinuauerit, aduersus deum
 legis, apparet ante eam separationem deum in notitia non fuisse, qui ab ar-
 gumento separationis innotuit: atq^z ita nō à Christo reuelatum, qui fuit an-
 te separationem, sed à Marcione commentatum, qui instituit separationem
 aduersus Euangelijs legisq^z pacem, quam retro illas & inconcussum ab
 apparentia c̄ H R I S T I usq^z ad audaciam Marcionis, illa utiq^z ratio serua-
 uit, quæ nō alium & deum legis & Euangelijs tuebatur, præter creatorem, ad-
 uersus quem tanto post tempore separatio à Pontico immissa est. Huic ex-
 peditissimæ probationi defensio quoq^z à nobis necessaria est, aduersus ob-
 Obstrepita/
 enia strepitacula diuersæ partis. Aiunt enim Marcionem non tam innouasse re-
 gulam separatione legis & Euangelijs, quam retro adulteratam recurasse. O
 Christe patientissime domine, qui tot annis interuersiōnem prædicationis
 tuæ sustinuisti, donec scilicet tibi Marcion subueniret. Nam & ipsum Perrū
 cæterosq^z, columnas Apostolatus, à Paulo reprehensos opponunt, quod
 non recto pede incederent ad Euangelijs ueritatem: ab illo certe Paulo qui
 adhuc in gratia rudis, trepidans deniq^z ne in vacuum cucurisset aut curre-
 ret, tunc primum cum antecessoribus Apostolis conferebat. Igitur si feruen-
 ter adhuc ut Neophytus, aduersus Iudaismum aliquid in conuersatione re-
 prehendendū existimauit, passiuum scilicet cōuictum, postmodū & ipse
 usū omnibus omnia futurus ut omnes lucaretur, Iudeis quasi Iudeus, & eis
 qui sub lege tanquam in lege: tu illam solius conuersationis placiturē postea
 accusatori suo reprehensionem, suspectam uis haberi etiam de prædicatio-
 nis erga deum præuaricatione. Atquin de prædicationis unitate, quod su-
 pra legimus, dextras iunxerant, & ipsa officij distributione de Euangelijs so-
 cietate condixerant: sicut & alibi, Siue ego, inquit, siue illi, sic prædicamus.
 Sed & si quosdam falsos fratres irrepsisse descripsit, qui uellent Galatas ad
 aliud Euangelium transferre, ipse demonstrat adulterium illud Euangelijs
 non

non ad alterius dei & Christi fidem transferendam, sed ad disciplinam legis conseruandam, habuisse intentionem, deprehendens scilicet illos circumsionem vindicantes, & obseruantes tempora, & dies, & menses, & annos Iudaicarum ceremoniarum, quas iam exclusas agnouisse debuerant, secundum innouatam dispositionem creatoris, olim de hoc ipso prædicantis per prophetas suos, ut per Esaiam: *Vetera transferunt, inquit, ecce noua quæ ego nunc facio.* Et alibi: *Et disponam testamentū, non quale disposui ad patres uestros, cum illos eduxisse de terra Ægypti.* Sic & per Hieremiam: *Renuate uobis nouamen nouum, & circuncidimini deo uestro, & circuncidimini præputia cordis uestri.* Hanc ergo circumsionem iam sistens Apostolus, & hoc nouamen: illas quoque uetus states ceremoniarum dissuadebat, de quibus idem conditor earum quandoque cessaturis profitebatur, per Osee: *Et auer tam omnes iucunditates eius, & dies festos eius, & Neomenias, & sabbata, & omnes ceremonias eius.* Sic enim & per Esaiā: *Neomenias uestras & sab bata & diem magnum non sustineo, ferias & ieuniū, & dies festos uestros, odit anima mea.* Quod & si creator omnia hæc iam pridem recusauerat, & Apostolus ea iam recusanda pronunciabat, ipsa Apostoli sententia consenteanea decretis creatoris, probat non aliud deum ab Apostolo prædicatum, quam cuius decreta cupiebat iam agnoscere, falsos & apostolos & fratres notans in hac causa, qui Euangeliū Christi creatoris transferrent, à nouitate prænunciata à creatore, ad uetus statem recusatam à creatore. Cæterū si qua nouum deū prædicans, ueteris dei legem cupiebat excludere, quare de deo quidem novo nihil prescribit, sed de ueteri lege solummodo: nisi quoniam fide manente in creatorem, sola lex eius concessare debebat: ut & Psalmus ille præcinuerat: *Disrumpamus vincula à nobis eorū, & abiijciamus eorum iugum à nobis:* Ex quo scilicet tumultuatae sunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terre & magistratus circumuenerunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Et utique si alias deus prædicaretur à Paulo, nulla disceptatio esset, seruandæ legis, nec tne, non pertinentis scilicet ad dominum nouum, & æmulum legis. Ipsa enim dei nouitas atque diuersitas abstulisset non modo questionem, ueteris & alienæ legis, utrum omnē eius mentionē. Sed hic erat totus status questionis, quod cū idē deus legis in Christo prædicaretur, lege eius derogaretur. Stabat igitur fidis semper in creatore & Christo eius, sed cōuersatio & disciplina nutabat. Nam & alij de idolothyto edendo, alij de mulierum uelamento, alij de nuptijs uel repudijs, nonnulli de spe resurrectionis disceptabāt, de deo nemo. Nam si fuisset hec quoque questione disceptata, & ipsa apud Apostolum inueniretur, uel quanto principalis. Quod si post Apostolorum tempora adulterium ueritas passa est, circa dei regulam, ergo iam Apostolica traditio nihil passa est in tempore suo circa dei regulam. Et non alia agnoscenda erit traditio

E C C L E S I A E A P O S T O L O R U M. traditio Apostolorum , quām quæ hodie apud ipsorum ecclesias æditur. Nullam aut̄ Apostolici census ecclesiam inuenias: quæ nō in creatore Chri stianizet. Aut si hæ erunt à primordio corruptæ, quæ erunt integræ? nimis aduersariæ creatoris. Exhibe ergo aliquam ex tuis Apostolici census, & ob duxeris. Igitur cum omnibus modis collet alium deum in regula sacramen ti istius nō fuisse à Christo usq; ad Marcionem quām creatorē, satis iam & probatio nostra munita est, qua ostendimus notitiam dei hæretici ex Eu uangelij & legis separatione cepisse: & definitio superiora instructa est, non esse credendum deum quem homo de suis sensibus composuerit, nisi planè prophetes, id est nō de suis sensibus. Quod si Marcion poterit dici, debebit Cuneo ueritatis extrudis etiam probari. Nihil retractare oportebat. hoc enim cuneo ueritatis, omnis tur heresis extruditur hæresis, cum Christus non alterius dei quām creatoris circumlator ostenditur. Sed quomodo funditus euertetur Antichristus, nisi cæteris quoq; injectionibus eius elidendis locus detur, relaxata præscriptionū defensione? Accedamus igitur iam hinc ad ipsam dei personā, uel potius um bram & phantasma, secundū Christū ipsius, per idq; examinetur per quod creatori præfertur. Et utiq; erunt regulæ certæ ad examinandam dei bonitatem. Sed prius est ut inueniā illam & apprehendam, & ita ad regulas perrudcam. Cum enim circumspicio tempora, nusquam est, à primordio materiarum, & in introitu causarum, cū quibus debuerat inueniri, exinde agens quo agi habuit. Erat enim iam mors, & aculeus mortis delictum, & ipsa malitia creatoris, aduersus quam subuenire deberet alterius dei bonitas, primæ huic regulæ diuinæ bonitatis occurrens, si se naturalem probaret, statim succurrens, ut causa cœpit. Omnia enim in deo naturalia & ingenita esse debent, ut sint æterna secundum statum ipsius, ne obuenientia & extranea re putentur, ac per hoc temporalia & æternitatis aliena: ita & bonitas perennis & iugis exigetur in deo, quæ in thesauris naturalium proprietatum reposita & parata antecederet causas & materias suas: & primam quamq; susciperet, nō despiceret & destitueret si antecedebat. Deniq; & hic nō minus queram, cur nō à primordio operata sit bonitas eius, quām de ipso quæsumus, cur non à primordio sit reuelatus? Quid nī qui per bonitatem reuelari haberet, si qui fuisset. Non posse quid, deo non licet, nedū naturalibus suis fungi: quæ si continentur quo minus currant, naturalia non erunt. Et ocium em̄ sui natura non nouit: hinc censetur, si agatur. Sic nec noluisse videbitur exercere bonitatem interim naturæ nomine. Natura enim se non potest nolle, quæ se ita dirigit, ut si cessauerit non sit. Sed cessauit aliquando in deo Marcionis de opere bonitatis. Ergo non fuit naturalis bonitas, quæ potuit aliquando cessasse, quod naturalibus non licet. Et si non erit naturalis, iam nec æterna credenda, nec deo par, quia non æterna, dum non naturalis: quæ deniq; nullam sui perpetuitatem, aut de præterito constituat, aut de futuro re promittat

promittat. Nam & à primordio nō fuit, & in finem sine dubio non erit. Potest enim & non esse quandoq; sicut nō fuit aliquando. Igitur cum constet in primordio cessasse bonitatē dei illius, non enim à primordio liberauit hominem, & uoluntate potius eam quām infirmitate cessasse, iam uoluntas suppressæ bonitatis, finis inuenietur malignitatis. Quid enim tam malum quām nolle prodesse cum possis: quām utilitate cruciari, quām iniuriam sinere? Totum deniq; creatoris elogium in illum rescribetur, qui saeuias eius, bonitatis suæ mora iuuit. Nam in cuius manu est quid, ne fiat, eius iam deputatur cum iam sit. Homo damnatur in mortem ob unius arbitrii delibationem, & exinde prosiliunt delicta cum pœnis, & pereunt iam omnes qui paradisi nullum cespitem norunt. Et hoc melior aliqui deus aut nescit aut sustinet? Si ut ex hoc melior inueniretur, quanto creator deterior haberetur, satis & in isto consilio maliciosus, qui & illum uoluit oneratum operationibus eius admissi, & seculum in uexatione detinuit. Quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum mora præsidij, & periculū extendat dilatione remedij, quo pretiosius, aut famosius curet? Talis & in deum Marcionis dicenda sententia est, mali permissorem, iniuriæ fautorem, gratiæ leuocinatorem, benignitatis præuaricatorem, quam nō statim causæ suæ exhibuit. Planè si natura bonus, exhibitur, & non accessione: si ingenio optimus, & non disciplina: si ab æuo deus & non à Tiberio, immo (quod uerius) à Cerdonc & Marcione. Tiberio nunc deus ille præstiterit, ut imperio eius divina bonitas in terris dedicaretur. Aliam illi regulam prætendo, sicut natura ita rationalia esse in deo omnia. Exigo rationem bonitatis: quia nec aliud quid bonum haberi liceat, quod non rationaliter bonum sit, nedum ut ipsa bonitas irrationalis deprehendatur. Facilius malum cui rationis aliquid afferit, pro bono habebitur, quām ut bonum ratione desertum non pro malo iudicetur. Nego rationalem bonitatem dei Marcionis, iam hoc primo q; in salutem processerit hominis alieni. Scio dicturos: atquin hanc esse principalem & perfectam bonitatem, cum sine ullo debito familiaritatis, in extra nos uoluntaria & libera effunditur, secundum quam inimicos quoque nostros & hoc nomine iam extraneos diligere iubeamur. Cum ergo nō à primordio hominem respexit, à primordio extraneum, cessando præiudicauit cum extraneo nihil sibi esse. Cæterum disciplinam diligendi extraneum uel inimicum, antecepsit præceptū diligendi proximum tanquam te ipsum. Quod & si ex lege creatoris, & tu quoq; illud excipere debebis, ut à Christo non destructum, sed potius extructum. Nam quo magis proximum diligas, diligere iuberis inimicum & extraneum. Exaggeratio est debitę bonitatis, exactione indebitę. Antecedit autem debita indebitā, ut principalis, ut dignior ministra & comite sua, id est indebita. Prior igitur cum prima bonitatis ratio sit, in rem suam exhiberi ex iustitia, secunda autem in alienam ex redundantiā.

q dantia

dantia iustitiae super Scribarum & Phariseorum, quale est secundam ei rationem referri, cui deficit prima, non habentis proprium hominem, ac per hoc quoque exiguae? Porro exigua quae suum non habuit, quomodo in alium redundauit? Exhibe te principalem rationem, & tuac uendica sequentem. Nulla res sine ordine rationalis potest uendicari, tanto abest ut ratio ipsa in aliquo ordinem amittat. Sit nunc & à secundo gradu incipiens ratio bonitatis in extraneum scilicet, nec secundus illi gradus ratione constabit, alio modo destructus. Tunc enim rationalis habebitur uel secunda in extraneum bonitas, si sine iniuria eius operetur, cuius est res. Quamcunque bonitatem, iustitia prima efficit rationalē. Sic & in principali gradu rationalis erit, cum in rem suam exhibetur, si iusta sit. Sic & in extraneum rationalis uideri poterit, si non sit iniusta. Cæterum qualis bonitas que per iniuriam constat, & quidem pro extraneo: forrasse enim pro domestico aliquatenus rationalis habeatur bonitas iniuriosa, Pro extraneo uero, cui nec proba legitime deberetur, qua ratione tam iniusta rationalis defendetur? Quid enim iniustius, quid iniquius & improbius, quam ita alieno benefacere seruo, ut domino eripiatur, ut alijs uendicetur, ut aduersus caput domini subornetur, & quidem, quod indignius, in ipsa adhuc domo domini, de ipsius adhuc horreis.

Affractor uiuens, sub ipsius adhuc plagis tremens? Talis assertor etiam damnaretur **Plagiator** in seculo, nedum plagiator. Non aliter deus Marcionis intempens in alienum mundum, eripiens deo hominē, patri filium, educatori alumnum, domino famulum: ut eum efficiat deo impiū, patri irreligiosum, educatori ingratum, domino nequā. Oro te si rationalis bonitas tales facit, qualem faceret irrationalis? An putem impudentiore, quam qui in aliena aqua alijs

Tingi deo tinguitur, ad alienū cœlum alijs deo expanditur, in aliena terra alijs deo **ad cœlū exsternitur**, super alienum panem alijs deo gratiarum actionibus fungitur, de pandi alienis bonis ob aliū deum nomine eleemosynæ & dilectionis operatur? **In terrasterni** Super panem? Quis iste deus tam bonus, ut homo ab illo malus fiat: tam propitius, ut aliū gratiarum actio illi deum & dominum quidem faciat iratum? Sed deus sicut æternus & rationalis, ita opinor & perfectus in omnibus. Eritis enim perfecti quemadmodum pater uester qui in cœlis est. Exhibe perfectam quoque bonitatem eius. Et si de imperfecta satis constat, quae necque naturalis inuenitur, neque rationalis, & alio ordine traducetur: nec iam imperfecta, immo & defecta, tiois operari exigua, & exhausta, minor numero materiarum suarum, quae non in omnibus exhibetur. Non enim omnes salui fiunt, sed pauciores omnibus & Iudeis & Christianis creatoris. Pluribus uero percuntibus, quomodo perfecta defenditur bonitas ex maiore parte cessatrix, paucis aliqua, pluribus nulla, cedens perditioni, partiaria exitij? Quod si plures salui non erunt, erit iam non bonitas, sed malitia perfectior. Sicut enim bonitatis operatio est, quae facit saluos, ita malignitatis quae non facit saluos. Magis autem non faciens

Eucharistia De bonis nomine elemosynæ & dilectionis operis operari exigua, & exhausta, minor numero materiarum suarum, quae non in omnibus exhibetur. Non enim omnes salui fiunt, sed pauciores omnibus & Iudeis & Christianis creatoris. Pluribus uero percuntibus, quomodo perfecta defenditur bonitas ex maiore parte cessatrix, paucis aliqua, pluribus nulla, cedens perditioni, partiaria exitij? Quod si plures salui non erunt, erit iam non bonitas, sed malitia perfectior. Sicut enim bonitatis operatio est, quae facit saluos, ita malignitatis quae non facit saluos. Magis autem non faciens

faciens saluos, dum paucos facit, perfectior erit in non iuuando quām iuuando. Non poteris & in creatorem referre bonitatem, in omnes defectio-
 nem. Quem enim iudicem tenes, dispensatorem si forte bonitatis ostendis ¹⁷
 intelligendum, non profusorem, quod tuo uendicas. Usque adeo hac sola
 eum præfers bonitate creatori, quam si solam profitetur & totam, nulli de-
 esse debuerat. Sed nolo iam de parte maiore pereuntium, imperfectum bo-
 nitatis arguere deum Marcionis: sufficit ipsos quos saluos facit, imperfectæ
 salutis inuentos, imperfectam bonitatē eius. ostendere: scilicet animatenus *Animatenus*
 saluos, carne deperditos, quæ apud illum non resurgit. Vnde hæc dimidia-
 Probat resur-
 tionem car-
 nis
 tio salutis, nisi ex defectione bonitatis: Quid erat perfectè bonitatis, quām
 totum hominem redigere in salutem, totum damnatum à creatore, totum à
 deo optimo allectum? Quod si iam & caro tingitur apud illum, & caro de-
 nuptijs tollitur, & caro in confessione nominis desævit, sed & si carpi deli-
 cta reputantur, præcedit animæ reatus, & culpæ principatus animæ potius
 adscribendus, cui caro ministri nomine occurrit. Carens deniq; anima caro,
 hactenus peccat. Ita & in hoc iniusta bonitas: & sic quoq; imperfecta, inno-
 centiorem substantiam relinquens in exitium, obsequio non arbitrio delin-
 quentem: cuius Christus & si non induit ueritatem ut tuæ heresi uisum est,
 imaginem tamen eius subire dignatus est. Ipsum quod mentitus est illam,
 aliquid ei debuit debuisse. Quid est autem homo aliud quām caro? Siqui-
 dem noten hominis, materia corporalis, non animalis, ab autore sortita
 est. Et fecit hominem deus, inquit, limum de terra, non animam. anima em̄
 de afflato. Et factus est homo in animam uiuam. Quis? utiq; qui de limo.
 Et posuit deus hominem in paradiſo: quod finxit, non quod flauit: qui caro
 nunc, non qui anima. Itaq; si ita est quo ore contendes perfectum bonita-
 tis titulum, quæ non iam à partitione speciali hominis liberandi defecit, sed
 à proprietate generali: Si plena est gratia, & solida misericordia que soli ani-
 mæ salutaris est, plus præstat hæc uita, qua toti & integri fruimur. Ceterum
 ex parte resurgere, multari erit, non liberari. Erat & illud perfectè bonitatis,
 ut homo liberatus in fidem dei optimi, statim eximeretur de domicilio atq;
 dominatu dei sæui. At nunc & febricitas o Marcionita, & cæteros tribulos
 & spinas dolor carnis tuæ tibi ædit: nec fulminibus tantum, aut bellis, & pe-
 stibus alijsq; plagiis creatoris, sed & scorpis eius obiectus, in quo te putas li-
 beratum de regno eius, cuius te muscae adhuc calcant? Si de futuro erutus
 es, cut non & de præsenti, ut perfectè sis: alia est nostra conditio, apud auto-
 rem, apud iudicem, apud offenditum principē generis. Tu tantummodo bo-
 num dñm præfers, non potes autem perfectè bonum ostendere, à quo no-
 perfectè liberatis. Quod attinet ad bonitatis quæstionem, his lineis deduc-
 ximus eam minime deo adæquari, ut neq; ingenitam, neq; rationalem, ne-
 que perfectam, sed & improbam & iniustum, & ipso iam bonitatis nomine

q 2 indignam

indigham: quod scilicet in quantum deo congruat, in tantum deum nō esse cōueniat, qui de tali bonitate etiā praeferatur, nec de tali modo, uerum & sola. Iam em̄ & hoc discuti par est, an deus de sola bonitate censendus sit, neq; gatis cæteris appendicibus, sensibus & affectibus, quos Marcionitæ quidē à deo suo abigunt in cretorem, nos uero & agnoscimus in cretore, ut deo dignos. Et ex hoc quoq; negabimus deum, in quo non omnia quæ deo divisa sunt, cōstent. Si aliquem de Epicuri schola deum, affectauit Christi nomine titulare, ut quod beatum & incorruptibile sit, neq; sibi, neq; alijs molestias præstet (haec enim sententiam ruminans Marcion, remouit ab illo se ueritates & iudiciarias vires) aut in totum immobilem & stupentem deum concepisse debuerat: & quid illi cum Christo molesto & Iudeis per doctrinam, & sibi per Iesum: aut & de cæteris motibus eum agnouisse: & quid illi cum Epicuro, nec sibi nec Christianis necessario: Ecce enim hoc ipso quod retro quietus, qui nec notitiā sui aliquo interim opere curauerit, post tantū anni senserit in hominis salutem, utiq; per uoluntatem, nōne concussibilis tuus fuit nouæ uoluntati, ut & cæteris motibus uideatur obnoxius? Quæ autem uoluntas sine concupiscentiæ stimulo est: Sed & cura accedet uoluntati. Quis enim uolet quid & concupiscet & non curabit: Igitur cum & uoluit & concupiit in hominis salutem, iam & sibi & alijs negotium fecit, Epicuro nolente, consiliario Marcionis. Nam & aduersarum sibi cōstituit, ipsum illud, aduersus quod & uoluit & concupiit & curauit, siue delictum, siue mortem: in primis ipsum arbitrum eorum, & dominū hominis cretorem. Porro nihil sine æmulatione decurret, quod sine aduersario nō erit. Deniq; uolens & cōcupiscens, & curans hominem liberare, hoc ipso iam æmulatur, & eum à quo liberat, aduersus eum scilicet sibi liberaturus: eum de quibus liberat, in alia liberaturus. Proinde enim æmulationi occurrant necesse est officiales suæ in ea quæ æmulatur, ira, discordia, odiū, dēsignatio, bialis, nolentia, offensa. Hæc omnia si æmulationi assistunt, æmulatio autem liberando homini procurat, liberatio aut hominis operatio bonitatis est, non poterit ea bonitas sine suis dotibus, id est sine sensibus & affectibus p̄ quos administratur aduersus cretorem: ne sic quoq; irrationalis præscribatur, si careat & sensibus & affectibus debitiss. Hæc multo plenius defendemus in causa creatoris, in qua & exprobrantur. At hic sufficit peruersissimum deum ostendi, in ipso præconio solitariæ bonitatis qua nolūt ei ascribere eiusmodi motus animi, quos in cretore reprehendunt. Si em̄ neq; æmulatur, neq; irascitur, neq; damnat, neq; uexat, utpote qui nec iudicem præstat, nō inuenio quomodo illi disciplinarū ratio consistat, & quidem plenior. Quale est em̄ ut præcepta cōstituat nō executurus, ut delicta prohibeat nō vindicaturus, quia nō iudicaturus: extraneus scilicet ab omnibus sensibus severitatis & animaduersionis. Cur em̄ prohibet admitti, quod nō defendit admissum:

*Deus de Epi-
curi schola*

Epicurus

*Epicurus, con-
filiarius Mar-
cionis*

*Officiales e/
æmulationis af/
fectus*

cum

cum multo rectius non prohibuisset quod defensurus non esset, quam ut
 non defenderet quod prohibuisset: immo & permisso directo debuit, sine
 causa prohibiturus, non ut defensurus. Nam & nunc tacite permisum est,
 quod sine ultione prohibetur: Et utique non aliud prohibet admitti, quam
 quod non amat fieri. Stupidissimus ergo qui non offenditur facto, quod
 non amat fieri: quando offensa comes sit frustratæ uoluntatis. Aut si offendit,
 debet irasci: si irascitur, debet ulcisci. Nam & ultio fructus est iræ: & ira
 debitum offensæ, & offensa, ut dixi comes frustratæ uoluntatis. Sed non ul-
 ciscitur, ergo nec offenditur. Sed non offenditur, ergo nec laeditur uoluntas
 eius cum sit quod fieri noluit: & sit iam delictum secundum uoluntatem eius,
 quia non sit aduersus uoluntatem, quod non laedit uoluntatem. Aut si hoc
 erit diuinæ uirtutis sive bonitatis, nolle quidem fieri, & prohibere fieri, non
 moueri tamen si fiat: Dicimus iam motum esse illum qui noluit: & uanè nō
 moueri ad factum, qui motus sit ad non faciendum, quādo noluit fieri. No-
 lendo enim prohibuit: non enim & iudicauit, nolendo fieri, & idcirco pro-
 hibendo: nō faciendum enim iudicauit, & prohibendum pronunciauit. Er-
 go & ille iam iudicat: si indignum est deum iudicare. aut si eatenus dignum
 est deum iudicare, quā tantummodo nolit & prohibeat, nō etiam defendat
 admissum: atquin nihil deo tam indignum quam nō exequi quod noluit,
 & prohibuit admitti. Primo, quod qualicunque sententiae suæ & legi, debeat
 vindictam in autoritatem & obsequij necessitatem. Secundo, quia emulum
 sit necesse esse, quod noluit admitti, & nolendo prohibuit. Malo autem par-
 cere deum, indignus sit, quam animaduertere: & quidem deo optimo, qui
 non alias plenè bonus sit, nisi mali emulus, ut boni amorem odio mali ex-
 erceat, & boni tutelam expugnatione mali impleat. Sed iudicat planè ma-
 lum nolendo, & damnat prohibendo: dimittit autem nō vindicando, & ab-
 soluit non puniendo. Ó deum ueritatis præuaricatorem, sententiae suæ cir-
 tumscripторem. Timet damnare quod damnat, timeret odisse quod nō amat: 20
 factum sinit quod fieri non sinit: mauult ostendere quid nolit, quam proba-
 re. Hoc erit bonitas imaginaria: disciplina, phantasma: & ipsa transfunctio
 nis præcepta, secura delicta. Audite peccatores, quiq; nondum hoc estis, ut
 esse possitis: deus melior inuentus est, qui nec offenditur, nec irascitur, nec ul-
 ciscitur, cui nullus ignis coquitur in gehenna, cui nullus dentium frendor hor-
 ret in exterioribus tenebris, bonus tantum est. Denique prohibet delinquere, sed
 literis solis. In uobis est, si uelitis illi obsequium subsignare, ut honorem deo
 habuisse uideamini: timorem enim non uult. Atque adeo præ se ferunt Mar-
 cionitæ, quod deum suum omnino non timeant: malus autem, inquiunt, ti-
 mebitur, bonus autem diligitur. Stulte, quem dominum appellas, negas ti-
 mendum: cum hoc nomen potestatis sit etiam timendum. At quomodo di-
 liges, nisi timeas nō diligere? Planè nec pater tuus est, in quem competit &

amor propter pietatem, & timor propter potestatem : nec legitimus dominus
 tuus, ut diligas propter humanitatem, & timeas propter disciplinam. Sic de-
 Plagiarii nichil plagiarii diliguntur, non etiam timentur. Non enim timebitur, nisi iusta
 & ordinaria dominatio: diligere autem potest etiam adultera. Sollicitatione enim
 constat, non autoritate: & adulatione, non potestate. Quid denique adulan-
 tius quam delicta non exequi? Age itaque qui deum non times quasi bonum,
 quid non in omnem libidinem ebullis, summum quod sciam fructum uitę o-
 mnibus qui deum non timent? Quid non frequentas tam solenneis uolupta-
 tes Circi furentis, & caueſ ſæuientis, & scenae laſciuentis? Quid non & in per-
 Caueſ ſæuientis
 Scena laſci-
 uiens
 secutionibus statim oblata acerra anima negatione lucratis? Absit, inquis,
 abſit. Ergo iam times delictum, & timendo probasti illum timeri, qui pro-
 hibet delictum. Aliud est si eadem dei tui peruersitate, quem non times ob-
 seruas, qua & ille quid non vindicat prohibet. Multo adhuc uanius, cum in-
 terrogati, quid fiet peccatori cuique dei illorum, respondent, abiecti illum quasi
 ab oculis. Nonne & hoc iudicio agitur? iudicatur enim abiectus, & utique
 iudicio damnationis: nisi in salutem abiectus peccator, ut & hoc deo optimo
 cōpetat. Et quid erit abiecti, nisi amittere id quod erat cōsecuturus si non
 abiecteretur? id est salutem. Ergo salutis in detrimentum abiectus. & hoc de-
 cerni non poterit nisi ab irato, & offenso, & executore delicti, id est iudice.
 Exiit autem illi abiecto quis? ab igne, inquietū, creatoris deprehēdetur. Adeo
 ne nullum habet elementum, uel in hanc causam prouisum, quod peccatores
 suos uel sine ſæuitia relēget, ne illos dedat creatoris? Quid tunc creator? Cre-
 do sulphuratiorem eis gehennam præparabit, ut blasphemis suis scilicet: ni
 si quod deus zelotes, fortasse an desertoribus aduersarii parcer? O deum us-
 quequaque peruersum, ubique irrationalē, in omnibus uanum, atque ita nemini
 nem: Cuius non statum, non conditionem, non naturam, non ullum ordi-
 nem video cōsistere, iam nec ipsum fidei eius sacramentum, Cui enim rei
 baptisma quoque apud eum exigitur, si remissio delictorum est? Quomodo
 videbitur delicta dimittere, qui non videbitur retinere? quia retineret, si iu-
 dicaret, Si absolutio mortis est, quomodo absolueret à morte, qui non de-
 uinxit ad mortem? deuinxisset enim, si à primordio damnasset. Si regenera-
 tio est hominis, quomodo regenerat qui non generauit? Iteratio enim non
 competit ei, à quo quid nec semel factum est. Si consecutio est spiritus san-
 ctus, quomodo spiritum attribuet, qui animam non prius contulit? quia suffi-
 ciētura est quodammodo spiritus anima. Signat igitur hominem nunquam
 apud se resignatum: Lauat hominem, nunquam apud se coinquatum: &
 in hoc totum salutis sacramentum, carnem mergit exortem salutis. Nec ru-
 sticus terram rigabit fructum non relaturā, nisi tam uanus, quam deus Mar-
 cionis, proinde cum tantam, siue sarcinam, siue gloriam, infirmissimæ aut
 indignissimæ carni imponit sanctitatem. Quid dicam autem de disciplinae
 uanitate

uanitate , quā sanctificat substantiam sanctam ? Quid autem onerat infir-
mam, aut exornat indignam ? Quid non salute remunrat , quam onerat
uel exornat ? Quid fraudat , mercudem operis non rependens carni salu-
tem ? Quid & honorem sanctitatis in illa mori patitur ? Non tinguitur
apud illum caro nisi virgo , nisi vidua, nisi cœlebs , nisi diuortio baptismum
mercata , quasi non etiam spadonibus ex nuptijs nata. Sine dubio ex da-
mnatione coniugij , institutio ista constabit, Videamus an iusta, non quasi
destructuri felicitatem sanctitatis, ut aliqui Nicolaitæ assertores libidinis at, Nicolaitæ
que luxuria , sed qui sanctitatem sine nuptiarum damnatione ouerimus,
& sectemur, & præferamus , non ut malo bonum, sed ut bono melius: non
enim projicimus, sed deponimus nuptias: nec præscribimus, sed suademos,
sanctitatem seruantes, & bonum, & melius, pro virib[us] cuiusque sectando:
Tunc denique coniugium exerte defendantes cum inimicè accusatur, spur-
citiæ nomine, in destructionem creatoris, qui proinde coniugium pro rei ho-
nestate benedixit, in crementum generis humani , quemadmodum & uni-
uersum conditionis in integros & bonos usus. Non ideo autem & cibi da-
mnabuntur, quia operiosus exquisiti, in gulam committunt : ut nec uestitus
ideo accusabuntur , quia pretiosius comparati, in ambitionem tumescunt.
Sic nec matrimonij res ideo despuntur, quia intemperantius diffusæ in lu-
xuriam inardescunt. Multum differt inter causam & culpam , inter statum
& excessum. Ita huiusmodi non institutio, sed exorbitatio reprobanda est,
secundum censuram institutoris ipsius, cuius est tam, Crescite & multiplicá-
mini, quæ & Non adulterabis, & Vxorē proximi tui non cōcupisces: mor-
te punientis, & incestam sacrilegam, atq[ue] monstruosam in masculos & in pe-
cudes libidinum insaniam. Sed & si nubendi iam modus ponitur, quæ qui-
dem apud nos spiritalis ratio Paracletu[m] autore defendit, unum in fide ma-
trimonium præscribens, eiusdem erit modū figere, qui modū aliquādo dif, Montanizæ
fuderat: is colliget, qui sparsit: is cedet syluā, qui plantauit: is metet segetem,
qui seminauit: is dicit, Superest ut & qui uxores habent, sic sint quasi nō ha-
beāt, cuius & retro fuit, Crescite & multiplicamini: eiusdem finis cuius & ini-
tium. Non tamen accusanda ceditur sylua, nec ut damnanda secatur seges,
sed ut temporī suo parens. Sic & connubij res nō ut mala securem & falcem
admittit sanctitatis, sed ut matura defungi, ut ipsi sanctitati reseruata, cui cæ-
dendo præstat & esse. Vnde iam dicam deū Marcionis, cū matrimonium
ut malum & impudicitia negocium reprobat, aduersus ipsam facere sancti-
tatem, cui uidetur studere, Materiam enim eius eradicat. Quia si nuptiæ non
erunt, sanctitas nulla est. Vacat enim abstinentia testimonium , cum licen-
tia eripitur. Quoniam ita quædam in diversis probantur. Sicut & virtus in
infirmitate perficitur, sic & abstinentia nubendi in facultate dinoscitur. Quis
deniq[ue] abstinen[s] dicetur, sublatu[m] eo à quo abstinentiū est: Quæ cōperantia

gulæ in fame: quæ ambitionis repudiatio in egestate: quæ libidinis infrenatio in castratione: Iam uero semen generis humani compescere totum, nescio: in hoc quoq; optimo deo congruat. Quomodo enim saluum hominem uolet, quem uetat nasci, de quo nascitur auferendo: quomodo habebit in quo bonitatem suam signet, quem esse non patitur? Quomodo diligit, cuius originem non amat? Timet forsitan redundantiam sobolis, ne laboret plures liberando, ne multos faciat hæreticos, ne generosiores habeat Marcionitas ex Marcionitis. Non erit immanior duritia Pharaonis nascientium enecatrix, nam ille animas adimit, hic nō dat. Ille aufert à uita, hic non admittit in uitam. Nihil apud ambos de homicidio differt. sub utroq; homo interficitur, sub altero iam æditus, sub altero qdēdus. Gratus esles ô dee hæretice, si isles in dispositionem creatoris, quod marem & fœminam miscuit. utiq; em & Marcion tuus ex nuptijs natus est. Satis hæc de deo Marcionis, quem & definitiones unicæ diuinitatis, & conditiones statuum eius, omnino non esse confirmant. Sed & totius opusculi series in hoc utiq; succedit. Proinde si cui minus quid uidemur egisse, speret reseruatum suo tempore, sicut & ipsarum scripturarum examinationem, quibus Marcion utitur.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI,
ADVERSVS MARCIONEM LIBRI
PRIMI FINIS.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS
PER BEATVM RHENANVM.

VE M A D M O D V M primo libro deum Marcionis esse non posse uidissimis argumentis cōprobauit, sic hoc secundo quicquid unquam à deo patre & creatore factum est, sapientissime factum demonstrat, proinde præter hunc non aliud credendum. Atq; in ipso quidem libri uestibulo curiositatis quosdam notat, qui humanæ conditionis obliti magno superilio de diuinis censuram peragunt, Marcionitarū temeritatem taxans. Mox exorsus institutam disputationem, creatoris bonitatem probat non nuperam esse, sed æternam. Quod dum facit creationem hominis & mundi recenset, & de legi commenīnit quam homini deus præscripsit. Quoniam autem in hac re uersantes hæretici, urgere solebāt orthodoxos, Cur deus passus sit hominē labi, quando bonus est, quando futuri præscius, quādo prohibere potuit, alioqui nō omnipotens auditurus: ad hanc quæstionem argute respōdet, materiam liberi arbitrij elegantissime explicans, & ostendens bonitatem dei semper cum ratione conspīrare: proinde ob grauitatem, patientiam ac fidem dei decuisse, ut homo sibi liber relinqueretur. Non erant segnes in excogitandis argumentis aduersarij pietatis, sic obn̄cientes. Si est afflatus dei anima, aliquo modo hominis peccatū ad deum pertingit. Hoc iaculum depellit ea dexteritate, qua deū mox vindicat immunem à flagitio diabolicae seductionis, quo deum hæretici aspergebant, ut conditorem.

Ibī de

Ibi de præstantia angelicæ naturæ, ex literis arcanis. Post hæc ostendit donec diuinum præceptum homo præuaricaretur, deum tantum bonum fuisse, postea uero iudicem & seuerum. Item nihil bonum quod iniustum, ut bonum omne quod iustum; itaq; iustitiam bonitati diuinæ coæternam existere. Ad hæc, timorem iudicij salutem afferre, subinferens iustitiam esse plenitudinem ac perfectionem diuinitatis. Exponit obiter quo sensu deus malorum conditor dicatur. Et mox argute colligit, Si quis bene rem expendat, iustitiam esse, quæ primum seueritas uideatur, quod hæc sit iustitiae debitum. Nec exprobrari posse iudici quæ accidunt iudici, uacantia & ipsa culpa sicut & iudex. Quo loco quorundam stultæ obiectio, ni respondens de affectu humanis & diuinis, sed suo modo & ex nostra comparatione, non nihil differere cogitur. Sub hæc de doctrinis, disciplinis, præceptis & consilijs creatoris disputaturus, ut deo dignis & bonitatí consentaneis, à scelerate primum excusat Aegypti direptionem ab Hebræis factam. Deinde refellit alii, quot Antitheseis de arcæ circumlatione, de æneo serpentis simulachro, de sacrificijs, de reprobatione quorundam probatorum, & approbatione reproborum, de pœnitentia diuina, de Adæ & Abelis ignorantia, de descensu dei, de iuramento, & demum de Christi indignitatibus quas sponte suscepit. Postremo Antithesis Marcionis, Antitheseis alias opponit, malo nodo (quod aiunt) malum querens cuneum, & ineptijs ineptias refellens. Porro Marcion opus ædiderat Antitheses inscriptum, hoc est pugnantes inuicem positiones, quo conabatur legem ab Euangelio separare, & duos indicare deos, sed diuersos, ueteris instrumenti suum, noui mitem. Aduersus id Antitheseon opus, hos quinq; libros ueluti quandam aciem Tertullianus dirigit, ne quis hic tantum putet cōtra illas agi. De hoc in principio quarti libri plura reperies.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM

Sic ædificat, qui propria paratura caret.) Paraturā & hic uocat materiam. Sic in De carne Christi, Debeo, inquit, illos de sua paratura repercutere. Item libro præcedenti, Nullā sibi prospexit agnoscendo paraturam. Quem quanto constaret esse.) Sic etiam alibi loqui solet per quanto & tanto. Rudis ad huc hereticus fuit.) Ex Gorziensi scriptissimus, rudis admodum h. f. Et ipse si forte iudicem fecerat.) Si forte pro forte, ut libro precedente. Dispensatorem si forte bonitatis ostendis intelligendum. In suam summam commisit bonitatem.) Sic etiam supra locutus est. Infra scriptissimus, blasphemiq; surculus. Item, Sic & benedicebat. Totius orbis possidens.) Possidens, possessor. Sic paulo post. Et auertendi mali potens. Infra reposuimus, O canes: Item, Et potentia qua tanta. Similiter, id est animæ pro animam. Quia si caperet hoc iure.) Capit, uerbū suo more solet usurpare ceu monuimus in superioribus. Libro præcedente, Si deprecari, inquit, capit in creatore. Hic exposuerim pro eo quod est si fieret uel si accideret hoc iure. Poteſt tamen etiam simpliciter accipi, si caperet hoc iure, subaudi homo, id est si possideret hoc, si haberet, si capax huius esset, iure. Porro pro uerbo abiret quod sequitur, legendum, obiret. Nisi quis scriptum fuisse patet aueret, hoc est cuperet, uellet, quod postea sit in abiret mutatum. Infra scriptissimus, Sed rationabilibus institutionib. eius vindicandas. Paulo post, pro continetur in ipso, posset legi in seipso uel semetipso. Per quas intercessisse potuisset.) Inter

Intercedebant tribuni senatus consulis apud Romanos, dum obstabat ne fietent. Sic & mox, si enim intercessisset, Et puta intercessisse. Colubrum circumscriptorem.) Hoc est deceptorem. Iuuenalis satyra x.v. Pupilum ad iura uocantem, Circumscriporem. In De patientia. Et circa Diaboli circumscriptionem. Nam circumscribere etiam circumuenire significat. Si non bene depunxit) Depunxit pro dispunxit usurpat ut puto. Hoc est, si non bene eo usus fuisset, si non bene absoluisset. In manuscriptis exemplaribus legitur depinxisset. Infirmo domini nandi.) Sic dicit infirmo dominandi, ceu mox, in ualido sustinendi. Conuenisset.) Allocutus fuisset. Minorum spiritum esse.) Aptius forte, minorem spiritu esse, nam sequitur. Et adflatus spiritu inferior. Paulo ante in Gorziensi uis detur esse occasionem spirituum. Capit etiam imaginem spiritus dicere flatum.) Et hinc uides quomodo uerbo capit utatur. Hoc est flatus significat etiam imaginem spiritus. Siue, potest dici imago spiritus. Quod si ita se habent.) Subaudi res. Sed et si non ab homine.) Superuacaneum est, non. Malum elo- gium.) Sic libro praecedente, Totum deniq; creatoris elogium in illum rescriberetur. Paulo post scripsimus deferendo de deo. Læsuræ tuae.) Hoc uocabulo saepe usus est ante. In De patientia, Demonstrans, inquit, per abiectionem diuiniarum, læsuras quoq; earum computandas non esse. Et alijs in locis, ut annotauimus. Qua succederet illi.) Legendum succiderat, id est succubuerat. Nam hoc uerbo saepe utitur, ut in De patientia, At ubi semel succidit impatientia. Libro huius operis quarto. Quæ nulli tactui succidisset, si fuisset. Et alijs in locis. Per benedictionem in clementum generis.) Potest esse figura Graeca, per benedictionem secundum incrementum generis, audierat, crescere tantum & multiplicamini. Exinde in scorteis uestibus.) Pelliceas intelligit. Aut de eam.) Det non est in uolumine Gorziensi, nisi fallit collatio scripta quam penes me habeo. Ego tamen meum securus iudicium scripsi. Aut & eam in species malitiae deputare. Qualem oportet deum, uelles.) Sensus est, Qualem oportet deum esse, id est bonum & iustum, uelles equidem, nisi malefacta terrorē tibi insuterent: quem esse malles, expediret tibi, scilicet esse tam, quum male uiuas, & malefactis delectari. Sequitur enim, sub quo delicta gauderent. Si non & nocentiae speciem.) Opinor legendum, quanquam conspirent hic exemplaria, Si non & nocentiae speciem, subaudi mercedem. Nocentiae, hoc est improbitatis siue malitiae. Infra scripsimus, idem percutiens. Hospitis populi conflictationem.) Iudeos intelligit in Aegypto captiuos. Ibidem & Crocodilum citius colens quam deum uiuum.) Iuuenalis satyram decimam quintam sic auspicatur, Quis nescit Volusi Bithynice, qualia demens Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat Pars haec: illa pauet saturam serpentibus Ibm.

Duritia populi talia remedia compulerat.) Hoc est, ad talia remedia coegerat. Posteritatibus suis.) Pluralis numerus pro singulari, id est posteritati sue. Vel posteris suis. Infra scripsimus, Hoc itaq; omnis prouid. Constrictent.) Pro constringant. Paulo post reposuimus, ut quoniā in homine c. Et bilem propter ingratos.) Ex Gorziensi castigatione scripsimus exacerbabilem, subaudi iram. Cum utrumq; conueneris in creatore.) Hoc est deprehenderis. Si clivus haec quarto, Hæc conueniemus. Multi defensam.) Defensa substantiæ pro defensione & uindicta. Repastinaretur.) Repastinatur uineæ ueteres dum refodiuntur. Hic uidetur accipere repastinaretur, pro defoderetur, obrueretur, sepeliretur. Mox scripsimus, astuta pro uestuata. Ex Gorziensi. Per eundem saporem passionis.) Saporis uocabulo, degustatione perceptionemq; & sensum intelligit

intelligit. Hoc uocabulo supra alicubi usus est. Et non glorioſis eſcis affueſta.) Glorioſas uocat eſcas quiibus gloriantur nonnulli, nunc ob raritatem, nūc ob p̄tium.) Sacrificiorum onera.) Hęc sacrificiorum onera atq; has operationum & oblationum negoſioſas ſcrupulositates in De præſcriptionib; hęre ticorum, apte uocauit morolitatem Iudeæ. Mox reſtituimus, Ne ulli momento. Et paulo post, Non onus legis adiuuandum, etiam prophetas. Sed enim ſæ 18 pe iſti.) Pro ſæpe reſtituimus ſepiæ ex Gorziensi. Eleganter autē & apposite hęreticos Marcionitas ſepijs comparat. Nam, ut Plinius tradit libro nono capite 29. ſepiæ (piscium genus eſt) ubi ſentire ſe apprehendi, effuso atramento, quod pro ſanguine h̄ijs eſt, infuſata aqua abſconduntur. Eodem modo hęretici Marcionitæ ubi traductionem ſui ſentiunt, hoc eſt quū erroris arguuntur conuincuntur, teniebras huic blaſphemiaſe interuomunt (ut atramentum ſepiæ p̄ſces) atque ita arguentem impediunt & auertunt, allegando quæ bonitatem Creatoris infuſcent obnubilentq;. Cognosce in utramq; gentem prius.) Hoc eſt, Sede 17 arbiter, & cognosce cauſam utriuſq; gentis. Et tamen has iuſtitia renunciauerunt ſibi Aegyptiū) Videlicet iuſte renunciare operas Hebræorum, hoc eſt mercedem pro operis debitam denegasse. An gratia Hebræorum) Quæ eis debebatur, & quam meruerant, id eſt merces.

Vt ſolo iniuriarum iudicio.) Hoc eſt actione iniuriarum intentata. Satisfaciendum Hebræis pronuciasset.) Locus eſt deprauatus etiam in manu descriptis uoluminib; uideo quid imposuerit librario. Quare ſic diſtinguo castigoq;. Et popularium omnium collationib; ſatisfaciendum, Hebræus pronuciasset. Subaudi, iudex. Nam præcedit, Apud ſubſellia ſua. Hoc eſt iudices ſuæ gentis. Aegyptius enim non ſecundum Hebræos ſed ſecundum ſe ſententiam tulifſet.

Et ſuum populum expunxit.) Hoc eſt ſuo populo ſatisfecit. Mox ſcripſimus, Hebræis enim, Item pro ſabbata, ſabbatiza. Paulo post, pro ni nimis longum eſſet, poſſet legi, niſi longum eſſet. Scilicet quæ ſubſtantia cohibentes. Subaudiſunt. Niſi mauis, cohibet. Ad remediandoſ eos.) Sic in De resurrecione carniſ, Vitiorum, inquit, a domino remediatorum. In præſcriptionib; Vel transmutatione remediaremus. Vl etiam dicto.) Hoc eſt iuſſu domini, uel iubente domino. Infra ſcripſimus, Exhibe malum ſemper. In utroq; diſpungetur.) Hoc eſt in utroq; ei ſatisfiet, in utroq; mercedem accipiet. Sic & pœnitentiam praeue interpretariſ.) Suppleuimus dictionem quæ deerat magno ſenſu incommodo, ſcripſimusq; apud illum, hoc eſt apud creatorem. Item, quod regem fecerim. Beneficij ingratus.) Ingratus beneficij, cum genitio coſtruit. Sic ad calcem libri tertij. Quin, inquit, ob utriuſq; promiſſionis ingratos. Infra, Non pro malignitatibus ponunt, Nos, ponuntur. Et laſuris.) Hoc uocabu 20 lum ſuperius eſſe Tertulliani plus ſemel indicauitus. Ex recordatione plurimum delicti.) Plurimum aduerbialiter pro ut plurimū. Terentius in Phormio: Domum ire pergam, ubi plurimum eſt. Sic etiam noster ſupra locutus eſt. Latinī minimum hoc item modo uſurpant. Occuru, rei oſtendimus.) Ab exemplaribus scriptis nihil eſt ſubſidiū. Dluino Tertullianum ſcripſiſſe, occuſura, ut ſit ſubſtantiuum nomen pro occurſu. nam huius terminationiſ uocabulū gaudet. Leges ergo, quam apud deum pro rerum uariantium ſeſe occurſura, oſtentamus. Itaq; in numerum iſtiusmodi nominū, paratura, genitura, laſura, ſuffeſtura, ſupparatura, referes & iſtud occurſura. Vt reſtitutiōis candidatos.) Hoc 21 eſt priorē felicitate recepturos. Apud Romanos erāt candidati petitores honorum. Sic ſupra dixit, Aeternitatis candidatus de Enoch. Vt preter admissum, etiam negationis eius oneratum.) Subaudi, admiſſo, uel peccato. Ad uane peierantem

- peierantem.) Scribendum, Igitur peierantem deprehendis, an uane deierantem?
Et quæstiuæ legendum. Nam sequitur, Sed nec uane deierat. Nunc uero &
haereticos.) Legendum haeretici. Infra scripsimus, Miserandi uos quoq; Subau-
di, estis. Deuersatum.) Deuersari pro conuersari. Et sequitur, Iplum ab ini-
tio conuersatum. Philosophorum deo.) Stoicos & Epicureos intelligit.
23 Heraclitus ille tenebrosus.) Huc Græci σκοτεινοὶ uocant, ipse tenebrosum uer-
tit. Infra scripsimus, Pœnituit mali in aliquo deum nostrum. Ex Gorziensi.
24 Paucis amat.) Subaudi fieri, aut uincere, Amat pro solet, more Græcorum qui
dicunt Φίλε γεράς, hoc est amat fieri. Tacitus historiæ suæ quarto libro, Ut fer-
mè amat, posterior adulatio, pro solet. Mox, Multa mendacia erūt necessaria, fe-
cimus, mendacio. Et nihil aliud præstat.) Opinor scriptum fuisse præstat.
Mox pro meis exemplis scripsimus, in eis exemplis. Diuinitatibus.) Hoc
dicit propter Marcionem qui duos deos inducebat, seuum & mitem. Paulo post
pro quomodo supposui quoniam, meum iudicium secutus.

ANNOT. IN LIBRVM SEQVENTEM FINIS.

Q. SEPTIMII FLOREN- TIS TERTULLIANI ADVER- SUS MARCIONEM, LIBER SECUNDVS.



CCASIO reformandi opusculi huius, cui quid acciderit
primo libello præfati sumus, hoc quoq; contulit nobis,
uti duobus dñis aduersus Marcionē retractandis, suum
cuiq; titulum & uolumen distingueremus pro materia
diuisione, alterum deum definientes omnino nō esse, al-
terum defendantes digne deum esse: quatenus ita Ponti-
co placuit, alterum inducere, alterum excludere. Non enim poterat ædifica-
re mendacium sine demolitione ueritatis. Aliud subruere neceſſe habuit, ut
quod uellet extrueret. Sic ædificat, qui propria paratura caret. Oportuerat
autem in hoc solum disceptasse, quod nemo sit deus ille qui creatori super-
ducitur, ut falso deo depulso, regulis certis & unicam & perfectam præscri-
bentibus diuinitatem, nihil iam quereretur in deum uerum: quem quanto
constaret esse, sic quoq; dum alium esse non constat, tanto qualemcumque
sine controversia haberi deceret, adorandum potius quam iudicandum, &
demerendum magis quam retractandum, uel quam timendum ob seueri-
tatem. Quid enim amplius homini necessarium, quam cura in deū uerum,
in quem (ut ita dixerim) inciderat, quia aliis deus nō erat. At nūc negotium
patitur, deus omnipotens, dominus, & conditor uniuersitatis. Ideo tantum
opinor, quia à primordio notus est, quia nunquam latuit, quia semper illuxit,
etiam

etiam ante Romulum ipsum, nedium ante Tiberium: nisi quod solis hæreti Romulus
 tis cognitus non est, qui ei negotium faciunt: propterea alium deum existi, Tiberius
 mantes præsumendum, quia quæ constat esse, reprehendere magis possunt
 quam negare, de arbitrio sensus sui penitentes deum aliqui: proinde atq; si
 cæcus uel fluitantibus oculis, ideo alium solem præsumere uelit mitiorem &
 salubriorem, quia quem uideat non uidet. Unicus sol est, o homo, qui mun-
 dum hunc temperat, & quando non putas optimus & utilis, & cu tibi acrior
 & infestior, uel etiā sordidior atq; corruptior, rationi tamen suæ par est. Eam
 tu si perspicere non uales, iam nec ullius alterius solis, si qui suisset, radios su-
 stinere potuisses, utiq; maioris. Nam qui in inferiorem deum cæcutis, quid
 in sublimiorem? Quin potius infirmitati tuæ parcis, nec in periculum exten-
 deris, habens deum certum, & indubitatum, & hoc ipso satis uisum, cum id
 primum conspexeris eum esse, quem non scias nisi ex parte qua uoluist ipse.
 Sed deum quidem ut sciens nō negas, ut nesciens retractas: imò & accusas
 quasi sciens, quem si scires non accusares, imò nec retractares. Reddens no-
 men illi, negas substantiam nominis, id est magnitudinis, quæ deus dicitur,
 nō tantam eam agnoscens, quantam si homo omniariam nosse potuisset,
 magnitudo nō esset. Ipse iam Apostolus prospiciens hæretica corda. Quis,
 inquit, cognovit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit: aut ad quem
 consultauit, aut uia intellectus & scientiæ quis demonstrauit ei: Cui & Apo-
 stolus contradicet, o profundum diuinarum & sophiæ dei, ut inuestigabilia
 iudicia eius, utiq; dei iudicis. Et inuestigabiles uiae eius, utiq; intellectus & sci-
 entiæ, quas ei nemo monstrauit, nisi forte isti censores diuinitatis, dicentes: *Censores diuinitatis.*
 Sic non debuit deus: & sic magis debuit: quasi cognoscatur aliquis quæ sint in
 deo, nisi spiritus dei. Mundi autem habentes spiritum, non agnoscentes insi-
 plentiam dei, per sapientiam deum, cōsultiores sibimet uidentur deo. Quo-
 niam sicut sapientia mundi stultitia est penes deum, ita & sapientia dei stul-
 titia est penes mundum. Sed nos scimus stultum dei sapientius hominibus,
 & inualidum dei ualidius hominibus. Et ita deus tūc maxime magnus, cum
 homini pusillus, & tunc maxime optimus cum homini non bonus. Et tunc
 maxime unus, cu homini duo aut plures. Quod si à primordio homo ani-
 malis non recipiens quæ sunt spiritus, stultitiam existimauit dei legē, ut quam
 obseruare neglexit, ideoq; non habendo fidem etiam quod uidebatur ha-
 bere, ademptum est illi, paradisi gratia, & familiaritas dei, per quam omnia *Gratia para-*
 dei cognouisset, si obedisset: quid mirum si redbibitus materiæ suæ, & in er-
 ga stulum terræ laborandæ relegatus, in ipso opere prono & deuexo ad ter-
 ram, usurpatum ex illa spiritum mundi uniuerso generi suo tradidit, dunta-
 xat animali & hæretico nō recipiēti quæ sunt dei? Aut quis dubitabit ipsuta
 illud Adæ delictum hæresim pronūciare, quod per electionem suæ potius *Hæresis, Adæ*
 quam diuinæ sententiæ admisit, nisi quod Adam nunquā figulo suo dixit, *delictum*

r non

non prudenter definixisti me: confessus est seductionem, non occultauit sed
 ductricem: rudis admodum hereticus fuit. Non obaudij: non tamen blasphemauit creatorem: nec reprehendit autorem, quem a primordio sui & bo
Si forte num & optimum inuenerat, & ipse si forte iudicem fecerat a primordio. Igli-
 tur oportebit ineuntes examinationem in deum notum, si queritur in qua
 conditione sit notus, ab operibus eius incipere, quae priora sunt homine, ut
 statim cum ipso comperta bonitas eius, & exinde constituta atque prescripta,
 aliquem sensum suggerat nobis intelligendi, qualiter sequens seru ordinatio
 euaserit. Possunt autem discipuli Marcionis recognoscentes bonitatem
 dei nostri, dignam quoque deo agnoscere per eosdem titulos, per quos indi-
 gnam ostendimus in deo illorum. Nam hoc ipsum quod materia est agnicio-
 nis suae, non apud alium inuenit, sed de suo sibi fecit. Prima denique bonitas
 creatoris, qua se deus noluit in aeternum latere, id est non esse aliquid cui deus
 cognosceretur. Quid enim tam bonum quam notitia & fructus dei? Nam
Bonitas crea-
toris, eterna et si nondum apparebat, hoc bonum esse, quia nondum erat quicquam eius
 appareret, sed deus praescribat quid boni appariturum esset: & ideo in suam
 summam commisit bonitatem, apparituri boni negotiaticem, non utique re-
 pentinam, nec obuenticie bonitatis, nec prouocaticie animationis, quasi ex-
 inde censendam quo coepit operari. Si enim ipse constituit initium, exinde
 quo coepit operari, non habuit initium ipsa cum fecit. Initio autem facto, ab
 ea etiam ratio temporum nata est, utpote quibus distinguendis & notandis,
 sydera & luminaria coelestia disposita sunt. Erunt enim, inquit, in tempora,
 & menses, & annos. Ergo nec tempus habuit, ante tempus, quae fecit tempus
 sicut nec initium ante initium, quae constituit initium. Atque ita caret & ordi-
 tie initij, & modo temporis, de immensa & interminabili aetate censemur:
 nec poterit repentina uel obuenticia & prouocatitia reputari, non habens uta-
 de reputetur, id est aliquam temporis speciem, sed & aeterna & deo ingenia-
 ra & perpetua presumenda, ac per hoc deo digna, suffundens iam hinc bos-
 nitatem dei Marcionis, non dico initij & temporibus, sed ipsa malitia crea-
 toris posteriorem, si tamen malitia potuit a bonitate committi. Igitur cum co-
 gnoscendo deo hominem prospexit bonitas dei ipsius, etiam hoc praeco-
 nio suo addidit, quod prius domicilium homini commentata est, aliquam
 postmodum molem maximam, postmodum & maiorem, ut in magna tan-
 quam in minore proluderet atque proficeret: & ita de bono dei, id est de ma-
 gno, ad optimum quoque eius, id est ad maius habitaculum promoveretur.
Sermo Adhibet operi bono optimum etiam ministrum, sermonem suum. Eructa-
 uit, inquit, cor meum sermonem optimum. Agnoscat hinc primum fructum
 optimum, utique optimae arboris Marcion: imperitissimus rusticus quidem
 in malam, bonam inseruit: sed non ualebit blasphemiae surculus, arescit cum
 suo artifice, & ita se bona arboris natura testabitur. Aspice ad summam, qua-
 lia sermo

lia sermo fructificauerit, Et dixit deus, fiat: & factum est, & uidit deus, quia bonum, non quasi nesciens bonum, nisi uideret, sed quia bonū, ideo uidens, honorans, & consignans, & dispungens bonitatem operum dignatione cōspectus. Sic & benedicebat quæ benefaciebat, ut tibi totus deus cōmenda-retur, bonus, & dicere & facere. Maledicere adhuc sermo nō norat, quia nec malefacere. Videbimus causas quæ hoc quoque à deo exegerunt. Interim mundus ex bonis omnibus constitit, satis præmōstrans, quantum boni pararetur illi, cui præparabatur hoc totū. Quis deniqz dignus incolere dei opera, quām ipsius imago & similitudo? Eam quoqz bonitas & quidē operantior operata est, non imperiali uerbo, sed familiari manu, etiam uerbo blan-diente præmisso, Faciamus hominē ad imaginem & similitudinē nostram: bonitas dixit, bonitas fixit hominem de limo: in tantam substantiam car-⁴
atis ex una materia, tot qualitatibus extractam, bonitas inflauit, in animam non mortuam, sed uiuam, Bonitas præfecit uniuersis fruendis atqz regnandi, etiam cognominandis. Bonitas amplius delicias adiecit homini, ut quam
quam totius orbis possidens in amœnioribus moraretur, translatus in pa-radisum, iam rūc de mundo in ecclesiam. Eadem bonitas & adiutoriū pro-spexit, ne quid non boni: Non est enim, inquit, bonum, solū esse hominem. Sciebat illi sexum Mariæ, & deinceps ecclesiæ profuturum. Sed & quam ar-guis legem, quam in controvèrsias torques, bonitas erogauit, consulens ho-mini quo deo adhæreret: ne non tam liber quām abiectus uideretur, euan-dus famulis suis cæteris animalibus, solutis à deo & ex fastidio liberis: sed ut solus homo gloriaretur, quod solus dignus fuisset, qui legem à deo sume-ret: utqz animal rationale intellectus & scientiæ capax, ipsa quoqz libertate rationali cōtineretur, ei subiectus qui subiecerat illi omnia. Cuius legis ob-seruandæ consilium, bonitas pariter asscripsit: Qua die autem ederitis, mor-te morimini. Benignissimè enim demonstrauit exitum transgressionis: ne ignorantia periculi, negligentiam iuuaret obsequij. Porrò si legis imponen-dæ ratio præcessit, sequebatur etiā obseruandæ, ut poena transgressioni asscri-beretur: quam tamen euenire noluit, qui ante prædixit. Agnosce igitur bo-nitatem dei nostri interim, uel huc usqz ex operibus bonis, ex benedictioni-bus bonis, ex indulgentijs, ex prouidentijs, ex legibus, ex præmunitionibus bonis & benignis. Iam hinc ad questiones omneis. Ó canes, quos foras Apo-stolus expellit, latrantes in deum ueritatis, hæc sunt argumentationum ossa quæ obroditis: Si deus bonus, & præscius futuri, & auertendi malī potens: cor hominem, & quidem imaginem & similitudinem suam, immo & substan-tiam suā, per animqz scilicet censem, passus est labi de obsequio legis in mor-tem, circumuentum à diabolo? Si enim & bonus, qui euenire tale quid nol-let, & præscius qui euenturum nō ignoraret, & potens qui depellere ualeret, aullo modo euenisseret, quod sub his tribus conditionibus diuinæ maiestatis

Paradisus, ecclisia

Bonus
Præscius
Potens

r z euenire

euenire non posset. Quod si euenit, absolutum est è contrario deum neque
 bonum credendum, neq; præscium, neq; potentem. Siquidem in quantum
 nihil tale euenisset, si talis deus, id est bonus & præscius & potens: in tantum
 ideo euenit, quia nō talis deus. Ad hæc prius est istas species in creatore de-
 fendere quæ in dubium uocantur, bonitatem dico & præscientiā & poten-
 tiā. Nec immorabor huic articulo, præcunte definitione etiā ipsius Chri-
 sti. Ex operibus ineundæ probationes. Opera creatoris, utrumq; testantur,
 & bonitatē eius quā bona, sicut ostendimus, & potentiam quā tanta, & qui-
 dem ex nihilo. Nam & si ex aliqua materia, ut quidam uolunt: hoc ipso ta-
 men ex nihilo, dum nō id fuerunt quod sunt. Postremo uel sic magna, dum
Bonitas
Potentia
Prescientia
Liberum arbitrii
Ratio
 bona: uel sic deus potens, dum omnia ipsius, unde & omnipotens. De præ-
 scientia uero quid dicam: quæ tantos habet testes, quantos fecit prophetas.
 Quanquam quis præscientiæ titulus in omnium autore, qua uniuersa utiq;
 disponendo præscit, & præsciendo disposuit, certe ipsam transgressionem,
 quam nisi præscisset, nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. Igitur
 si & fuerunt in deo istę facultates, præ quibus nihil mali euenire homini aet
 potuisset aut debuisse, & nihilominus euenit: uideamus & hominis condi-
 tionem, ne per illam potius euenerit, quod per deum euenire non potuit. Li-
 berum, & sui arbitrij & suę potestatis inuenio hominem à deo institutum,
 nullam magis imaginem & similitudinem dei in illo animaduertens, quām
 eiusmodi status formam. Neq; enim facie & corporalibus lineis, tam uarijs
 in genere humano, ad uniformem deum expressus est: sed in ea substantia
 quam ab ipso deo traxi, id est animę, ad formam dei spondentis, & arbitrij
 sui libertate, & potestate signatus est. Hunc statum eius confirmauit etiam
 ipsa lex, tunc à deo posita. Non enim poneretur lex ei, qui non haberet ob-
 sequium debitū legi in sua potestate: nec rursus comminatio mortis trans-
 gressioni adscriberetur, si nō & contemptus legis in arbitrij libertatem ho-
 mini deputaretur. Sic & in posteris legibus creatoris inuenias, proponentis
 ante hominem, bonum & malum, uitam & mortem: sed nec alias totum or-
 dinem disciplinę per precepta dispositum, auocante deo & minante, exhortan-
 tante, nisi & ad obsequium & ad contemptum, libero & uoluntario homine.
 Sed quoniam ex hoc iam intelligimus eos struentes libram hominis po-
 statem arbitrij sui, ut quod ei uenit, nō deo sed ipsi debeat exprobrari: ne &
 tu hinc iam opponas, non ita illum institui debuisse, si libertas & potestas
 arbitrij exitiosa futura esset: hoc quoq; prius defendam, ita institui debui-
 se, quo fortius commendem, & ita institutum & dignè deo institutum, por-
 tiose ostensa ea causa, quæ ita fecit institui. Bonitas dei & ratio eius, huic
 quoq; instituto patrocinabuntur, in omnibus conspirantes apud deum no-
 strum. Nec ratio enim sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione boni-
 tas, nisi forte penes deū Marcionis, irrationaliter bonum, sicut ostendimus.

Qporte

Oportebat deum cognosci: bonum hoc, utiq; & rationale. Oportebat di-
gnum aliquid esse, quod deum cognosceret. Quid tam dignū prospici pos-
set, quām īmago dei & similitudo? Et hoc bonum, sine dubio & rationale.
Oportebat igitur īimaginem & similitudinem dei, liberi arbitrij & suæ po-
testatis institui, in qua hoc ipsum īmago & similitudo dei deputaretur, arbi-
trij scilicet libertas & potestas: in quā rem ea substantia homini accommo-
data est, quę huius status effet; afflatus dei, utiq; liberi & suę potestatis. Sed
& aliàs, quale erat ut totius mundi possidens homo, non in primis animi sui
possessione regnaret, aliorum dominus, sui famulus. Habes igitur & boni-
tatem dei agnoscere ex dignatione, & rationem ex dispositione. Sola nunc
bonitas deputetur, quæ tantum homini largita sit, id est arbitrij libertatem.
Aliud sibi ratio defendat in eiusmodi institutionē. Nam bonus natura deus
solum. Qui enim quod est sine initio habet, non institutione habet illud, sed
natura. Homo autem qui totus ex institutione est, habens initium, cum ini-
cio sortitus est formam qua efficitur ita non natura in bonum dispositus
est, sed institutione, non suū habens bonus esse, quia non natura in bonum
dispositus est, sed institutione, secundum institutorem bonum, scilicet bono-
rum conditorem. Ut ergo bonum iam suum haberet homo emancipatum
sibi à deo, & fieret proprietas iam boni in homine, & quodammodo natu-
ra, de institutione ascripta est illi, quasi libripens emancipati à deo boni, li-
bertas & potestas arbitrij: quæ efficeret bonū ut proprium iam sponte pre-
stari ab homine, quoniam & hoc ratio bonitatis exigeret uoluntariè exer-
cendæ, ex libertate scilicet arbitrij non fauente, institutionis non scruiente:
ut ita demum bonus consisteret homo, si secundum institutionem quidem
sed ex uoluntate iam bonus inueniretur, quasi de proprietate naturæ: pro-
inde ut & contra malum (nam & illud utiq; deus prouidebat) fortior homo
prætenderet, liber scilicet & suæ potestatis: quia si caperet hoc iure, ut bonū &
quoque non uoluntate obiret, sed necessitate, usurpabilis etiam malo futu-
rus esset ex infirmitate seruitij, proinde & malo sicut bono famulus. Tota
ergo libertas arbitrij in utramq; partem concessa est illi, ut sui dominus con-
stanter occurret, & bono sponte seruando, & malo sponte uitando: quo-
niam & aliàs positum hominem sub iudicio dei, oportebat iustum illud ef-
ficere de arbitrij sui meritis, liberi scilicet. Ceterum nec boni nec mali merces
iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisse inuentus, non
uoluntate. In hoc & lex constituta est, non excludens, sed probans liberta-
tem de obsequio sponte præstando, uel transgressione sponte committendi:
ita in utrumq; exitum libertas patuit arbitrij. Igitur si & bonitas & ratio
dei, inuenitur circa libertatem arbitrij concessam homini, nō oportet omissa
prima definitione bonitatis atq; rationis, quæ ante omnem tractatum con-
stituenda est, post factis præiudicare, non ita deum instituere debuisse, qui

aliter quam deum deceret euasit: sed dispecto quia ita debuerit instituere, saluo eo quod dispectum est, cætera explorare. Cæterum facile est offendentes statim in hominis ruinam, antequam conditionem eius inspexerint, in autorem referre quod accidit, quia nec autoris examinata sit ratio. Denique & bonitas dei à primordio operum perspecta, persuadebit nihil à deo mali euenire potuisse: & libertas hominis recognitata se potius ream ostendit, quod ipsa commisit. Hac definitione omnia deo salua sunt, & natura honestatis, & ratio dispositionis, & præscientiæ & potentiarum copia. Exigere tamen à deo debes & grauitatem summam, & fidem præcipuam in omni institutione eius, & desinas querere an deo nolente potuerit quid euenire. Tenens enim grauitatem & fidem dei boni, sed rationalibus institutionibus eius uidicandas, nec illud miraberis quod deus non intercesserit aduersus ea quæ noluit euenire, ut conseruaret ea quæ uoluit. Si enim semel homini permiserauit arbitrij libertatem & potestatem, & dignè permiserat, scut ostendimus, utq; fruendas eas ex ipsa institutionis autoritate permiserat: fruendas autem quantum in ipso, secundum ipsum, id est secundum deum, id est in bonum. quis enim aduersus se permittet aliquid: quantum uero in homine, secundum motus libertatis ipsius. Quis enim non hoc præstat ei cui quid semel frui præstat, ut pro animo & arbitrio suo fruatur? Igitur consequens erat ut deus secederet à libertate, semel concessa homini: id est contineret in ipso & præscientiam & præpotentiam suā, per quas intercessisse potuisset, quo minus homo male libertate sua frui aggressus, in periculum laberetur. Si enim intercessisset, rescidisset arbitrij libertatem, quam ratione & bonitate permiserat. Denique puta intercessisse, puta rescidisse illum arbitrij libertatem, dum reuocat ab arbore, dum ipsum circumscriptorem colubrū à cōgressu foeminæ arcet: nōne exclamaret Marcion: ó dominum futilem, instabilem, infidelem, rescidētē quæ instituit? Cur permiserat libertam arbitrium, si intercedit? Cur intercedit, si permisit? Eligat ubi semetipsum erroris notet, institutione an in rescissione. Nōne tunc magis deceptus ex ian præscientia futuri uidetur, cum obstitisset? & quod quasi ignorans quomodo euasorum esset indulserat, quis non diceret? Sed & si præcierat male hominem institutione sua usurum, quid tam dignum deo, quam grauitas, quam fides institutionum qualiumcunque? Vidisset homo si non bene depunxisset, quod bene acceperat: ipse legi reus fuisset, cui obsequi toluisset: non ut legislator ipse fraudem legi suæ faceret nō finendo præscriptum eius impleri. Hæc dignissimè peroratus in creatorem, si libero arbitrio hominis ex prouidentia & potentia, quas exigis, obstitisset, nūc tibi insuffra pro creatore & grauitate, & patientiam, & fidem, institutionibus suis functo ut & rationalibus & bonis. Nec enim ad uiuendum solummodo produxerat hominem, ut non ad recte uiuendum, in respectu scilicet dei legisq; eius.

Igitur

Igitur uiuere quidem illi ipse præstiterat, facto in animam uiuam: recte uero uiuere demandarat, admonito in legis obsequium. Ita non in mortem institutum hominem probat, qui nunc cupit in uitam restitutum, malens peccatoris pœnitentiam quam mortem. Igitur sicut deus homini uitæ statum induxit, ita homo sibi mortis statum attraxit. Et hoc non per infirmitatem, sicuti nec per ignorantiam, ne quid autori imputaretur. Nam & si angelus qui seduxit, sed liber & suæ potestatis qui seductus est: sed imago & similitudo dei, fortior angelo: sed afflatus dei generosior spiritu materiali quo angeli constiterunt. Qui facit, inquit, spiritus angelos, & apparitores flammam ignis. Quia nec uniuersitatem homini subiecisset infirmo domini, & non potiori angelis, quibus nihil tale subiecit: sic nec legis pondus imposuisset, si grauis lex inuálido sustinendi: nec quæ excusabilem sciret nomine imbecillitatis, cum definitione mortis conuenisset. postremo non libertate nec potestate arbitrij fecisset infirmum, sed potius defectione earum. Atque adeo eundem hominem, eandem substantiam animæ, eundem Adæ statum, eadem arbitrij libertas & potestas, vietorem efficit hodie de eodem diabolo, cum secundum obsequium legum eius administratur. Quoquo tamen, inquis, modo substantia creatoris delicti capax inuenitur, cum afflatus duci, id est anima in homine deliquit. nec potest non ad originalem summam referri corruptio portionis. Ad hoc interpretanda erit qualitas animæ. In primis tenendum quod Graeca scriptura signavit, afflatum nominans, non spiritum. Quidam enim de Graeco interpretantes, hoc recognitata differentia, nec curata proprietate uerborum, pro afflatu spiritum ponunt, & dant hereticis occasionem spiritu dei delicto infuscandi, id est ipsum deum: & usurpata iam quæstio est. Intellige itaque afflatum minorem spiritum esse, & si de spiritu accidit, ut aurulam eius, non tamen spiritum. nam & auctoratio rarer: et si de uento aura, non tamen uentus aura. Capit etiam imaginem spiritus dicere flatum. nam & ideo homo imago dei, id est spiritus: deus enim spiritus. Imago ergo spiritus, afflatus. Porro imago ueritati non usquequaque adæquabitur. Aliud est enim secundum ueritatem esse, aliud ipsam ueritatem esse. Sic & afflatus cum imago sit spiritus, non potest ita imaginem dei comparare, ut quia ueritas, id est spiritus, id est deus sine delicto est, ideo & afflatus, id est imago, non debuerit admisso delictum. In hoc erit imago minor ueritate, & afflatus spiritu inferior, habens illas utique lineas dei, quæ immortalis anima, quæ libera & sui arbitrij, quæ præscia plenumque, quæ rationalis, capax intellectus & scientiæ: tamē & in his imago, & non usque ad ipsam uitam diuinitatis. Sic nec usque ad integratatem à delicto: quia hoc soli deo cedit, id est ueritati, & hoc solum imagini non licet. Si 4 enim imago cum omnes lineas exprimat ueritatis, ut tamen ipsa caret, non habens motum: ita & anima imago spiritus, solam uitam eius exprimere.

non ualuit, id est non delinquendi felicitatem. Cæterum non esset anima, sed spiritus, nec homo qui animam sortitus est, sed deus. Et alias autem non omne quod dei erit, deus habebitur, ut ex postules deum & afflatum, id est uacuum à delicto, quia dei sit afflatus. Nec tu enim si in tibiam flaueris, hominem tibiam feceris, quamquam de anima tua flaueris, sicut & deus de spiritu suo. Deniq; cum manifestè scriptura dicat, fuisse deum in faciem hominis, & factum hominem in animam uiuam, non in spiritum uiuificatorem, separauit eam à conditione factoris. Opus enim aliud sit necesse est ab artifice, id est inferius artifice. Nec urceus enim factus à figulo ipse erit figulus, ita nec afflatus factus à spiritu, ideo erit spiritus. Ipsum quod anima, uocatus est fatus. Vide etiam ne de afflatus conditione transierit in aliquam diuinutiorem qualitatem. Ergo, inquis, dedisti animæ infirmitatem supra negatam. Planè cum illam exigis deo parenti, id est delicti immunem, dico infirmam. Cum uero ad angelum prouocatur, fortiorum defendam necesse est dominum uniuersitatis, cui iam angeli administrant: qui etiam angelos iudicaturus est, si in dei lege constiterit, quod in primordio noluit. Hoc ipsum ergo potuit afflatus dei admittere. Potuit, sed non debuit. Potuisse enim habuit per substantiaz exilitatem, qua afflatus non spiritus: non debuisse autem per arbitrij potestatem, qua liber non seruus, assistente amplius demonstratione non delinquendi sub comminatione moriendi, qua substrueretur substantiaz exilitas, & regeretur sententiaz libertas. Itaque non per illud iam uideri potest anima deliquisse, quod illi cum deo affine est, id est per afflatum: sed per illud quod substantiaz accessit, id est per liberum arbitrium, à deo quidem rationaliter attributum, ab homine uero quæ uoluit agitatum. Quod si ita se habent, omnis iam dei dispositio de mali exprimatione purgatur. Libertas enim arbitrij nō ei culpam suam respuit à quo data est, sed à quo non ut debuit administrata est. Quod denique malum describes creatori, si delictum hominis, non erit dei, quod est hominis: nec idem habendus est delicti autor, qui inuenitur interdictor, imò & condemnator. Si mors malum, nec mors comminatoři suo, sed contemptori faciet inuidiam, ut autori. Contemnendo enim eam fecit, non utiq; futuram si non contemp̄sset. Sed & si ab homine in diabolum transcripteris maleologium, ut instinctorem delicti, ut sic quoq; in creatorem dirigas culpam, ut in autorem diaboli, qui fecit angelos spiritus: ergo quod factus à deo est, id est angelus, id erit eius qui fecit. Quod autem factus à deo non est, id est diabolus, id est delator, superest ut ipse se se fecerit deferendo deo & quidem falsum, primo q; deus illos ex omni ligno edere uetusset, dehinc quasi morituri non essent si edissent, tertio quasi deus illis inuidisset diuinitatem. Vnde igitur malitia mendacię & fallacię in homines, & infamiae in deum: à deo utiq; nō, qui & angelum ex forma operum honorum instituit bonum. Deniq;

Deniqp sapientissimus omnium aeditur, antequam diabolus nisi malum est
 sapientia. Et si euolua Ezechielis prophetiam, facile animaduertes tam in
 stitutione bonum angelum illum, quam sponte corruptu: In personam em
 principis Sor, ad diabolum pronunciatu: Et factus est sermo domini ad me
 dicens: Fili hominis sume planctum super principem Sor, & dices: Hac di
 cit dominus, Tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integratatem ima
 ginis & similitudinis resignaueris, corona decoris (hoc ut eminentissimo au
 gclorū, ut archangelo, ut sapientissimo omnium) in delicijs paradisi dei tui
 natus es. Illic enim ubi deus in secunda animalium figuræ formatione ange
 los fecerat, lapidē optimū indutus est, Sardium, Topazium, Smaragdum,
 Catbunculum, Saphirum, Iaspīn, Ligurium, Achaten, Amethystū, Chry^{Lycavitis}
 solithum, Berillum, Onychiaum, & auro replesti horrea tua & thesauros
 tuos. Ex qua die conditus es, cum Cherubin posui te in monte sancto dei,
 fuisti in medio lapidum igneorū, fuisti inuituperabilis in diebus tuis ex qua
 die conditus es, donec inuentæ sunt læsuræ tuæ de multitudine negotiatio
 nis tuæ. Promas tuas replesti, & deliquisti. & cætera, quæ ad suggillationem ^{taude}
 angeli, non ad illius principis, propriè pertinere manifestū est, eo quod ne
 mo hominum in paradiſo dei natus sit, ne ipse quidē Adam, translatus po
 tius illuc: nec cum Cherubin positus in monte sancto dei, id est in sublimi
 tate cœlesti, de qua Satanam dominus quoqp decidisse testatur: nec inter la
 pides igneos demoratus, inter gemmantes syderum ardantium radios, un
 de etiam quasi fulgur deiectus est Satanás. Sed ipse autor delicti in perso
 na peccatoris uiri denotabatur, retro quidem inuituperabilis à die conditio
 nis suæ, à deo in bonum conditus, ut à bono cōditore inuituperabilem con
 ditionum, & excultus omni gloria angelica, & apud deū constitutus quā bo
 nus apud bonū: postea uero à semetipso translatus in malum. Ex quo em
 inquit, apparuerunt læsuræ tuæ: illi eas reputans, quibus scilicet læsū homi
 nem electum à dei obsequio: & ex illo deliquit, ex quo delictum seminauit;
 atqe ita exinde negociationis, id est malitiæ suæ multitudinem exercuit deli
 ctorum scilicet & censuum, non minus & ipse liberi arbitrij institutus, ut spu
 ritus. Nihil enim deus proximum sibi non libertate eiusmodi ordinaverit.
 Quem tamen & prædamnando testatus est, ab institutionis forma libidi
 ne propria conceptæ ultro malitiæ exorbitasse: & commeatum operationi
 bus eius admetiendo, rationem bonitatis suę egit: eodem consilio differens
 extinctionem diaboli, quo hominis restitutionem. Certamini ^{equim} dedit
 spatiū, ut & homo eadem arbitrij libertate elideret iniuricum qua succide
 rat illi, probans suam non dei culpam: & ita salutem dignè per uictoriā recu
 peraret, & diabolus amarius puniretur, ab eo quem eliserat ante, deuictus:
 & deus tanto magis bonus inueniretur, sustinens hominē gloriosem in
 paradiſum ad licentiam decerpēdæ arboris uicæ iam de vita regressurum.

Igitur

Igitur usq; ad delictum hominis deus à primordio tantum bonus, exinde iudex & seuerus, & quod Marcionitæ uolunt, sœuus: Statim mulier in doloribus parere, & uiro seruire damnatur: sed quæ ante sine ulla contristatione per benedictionem incrementum generis audierat, crescere tantum & multiplicari min: sed quæ in adiutorium masculo, non in seruitum fuerat destinata. Statim & terra maledicitur, sed antè benedicta. Statim tribuli & spinæ, sed antè, fœnum, & herbæ, & arborum fructuosa. Statim sudor & labor pa-
 nis, sed ante ex omni ligno uictus immunis, & alimenta secura. Exinde ho-
 mo ad terram, sed antè de terra. Exinde ad mortem, sed antè ad uitam. Ex-
 inde in scorteis uestibus, sed antè sine scrupulo nudus. Ita prior bonitas dæ-
 scundam naturam, seueritas posterior secundum causam. Illa ingenita, hæc
 accidens. Illa propria, hæc accommodata. Illa ædita, hæc adhibita. Nec na-
 tura enim inoperatam debuit cōtinuisse bonitatem, nec causa dissimulata-
 euasisse seueritatem. Alteram sibi, alterā rei deus præsttit. Incipit nūc etiam
 iudicis statum ut ad finem malī arguere, qui idcirco alium deum somniasti
 solummodo bonum, quia non potes iudicem: quanquam & illum ut iudi-
 cem ostendimus. Aut si non iudicem, certe peruersum ac uanum disciplinæ
 non uindicandæ, id est non iudicandæ, cōstitutorem. Non reprobas autem
 deum iudicem, qui non iudicem deum probas: Ipsam sine dubio iustitiam
 accusare debebis, quæ iudicem præstat, aut & eam in species malitiæ depu-
 tare, id est iniustitiam in titulos bonitatis ascribere. Nunc enim iustitia ma-
 lum, si iniustitia bonum. Porrò cum cogeris iniustitiam de pessimis pronun-
 ciare, eodem iugo urgeris iustitiam de optimis censere. Nihil enim æmulum
 urgeri malū non bonum, sicut & boni æmulum nihil nō malum. Igitur quanto ma-
 lum iniustitia, tanto bonum iustitia. Nec species solummodo, sed tutela re-
 putanda bonitatis: quia bonitas nisi iustitia regatur, ut iusta sit, non erit bo-
 nitas, si iniusta sit. Nihil enim bonum, quod iniustum: bonum autem om̄e,
 quod iustum. Ita si societas & conspiratio bonitatis atq; iusticiæ, separatio
 ne earum non potes carere: quo ore constitues diuersitatem duorum deorum
 in separatione, seorsum deputans deum bonum, & seorsum deum iustum:
 Illic cōsistit bonum, ubi & iustum. A primordio deniq; creator tam bonus,
 quam & iustus. pariter utrūq; processit. bonitas eius operata est mundum:
 forte, etiā tu iustitia modulata est. quæ etiā dum mundum iudicauit ex bonis faciēdum,
 quia cum bonitatis consilio iudicauit. Iusticiæ opus est, quod inter lucem &
 tenebras separatio pronūciata est, inter diem & noctem, inter cœlum & ter-
 ram, inter aquam superiorem & inferiorem, inter maris cetum & aridæ mo-
 lem, inter luminaria maiora & minoria, diurna atq; nocturna, inter mare &
 foemina, & inter arborem agnitionis mortis & uitæ, inter orbem & para-
 disum, inter aquigena & terrigena animalia. Omnia ut bonitas concepit, ita
 iustitia distinxit. Totum hoc iudicatò dispositum & ordinatum est. Omnis
 situs

Aquigena
 Terrigena
 Animalia

situs, habitus elementorum, effectus, motus, status, ortus, occasus singulorum, iudicia sunt creatoris: ne putas eum exinde iudicem definiendum quo malum coepit, atque ita iustitiam de causa mali offusces. His enim modis ostendimus eam cum auctrice omnium bonitate prodisse, ut & ipsam ingenitam deo & naturalem nec obuentitiam deputandam, quae in domino inuenta sit arbitatrix operum eius. Atenim ut malum postea erupit, atque inde iam copia bonitas dei cum aduersario agere, aliud quoque negocium eadem illa iustitia dei facta est iam secundum aduersionem dirigendae bonitatis, ut se posita libertate eius, qua & ultrò deus bonus, pro meritis cuiuscumque pensetur, dignis offeratur, indignis denegetur, ingratiss auferatur, proinde omnibus æmulis vindicetur. Ita omne hoc iustitiae opus procuratio bonitatis est, quod iudicando damnat, quod damnando punit, quod ut dicitis facit, utique bono non malo proficit. Denique timor iudicij ad botum, non ad malum confert. Non enim sufficiebat bonum per semetipsum commendari, iam sub aduersario laborans. Nam & si commendabile per semetipsum, non tamē & conservabile: quia expugnabile iam per aduersariū, nisi uis aliqua praeseret timendi, quae bonū etiā nolentes appetere & custodire cōpelleret. Cæterū tot illebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret quod impune contemneret? Quis custodiret, quod sine periculo amitteret? Legis mali uiam latam & multo frequentiorem: nonne omnes illaberentur, si nihil in illa timeatur? Horremus terribiles minas creatoris, & uix à malo auellimur. Quid si nihil minaretur? Hanc iustitiam malum dices, quae malo non fauet? Hanc bonum negabis, quae bono prospicit? Qualem oportet deū, uelles: qualem malle, expediret, sub quo delicta gauderent, cui diabolus illuderet: illū bonum iudicares deum, qui hominem posset magis malum facere, securitate delicti? Quis boni autor, nisi qui & exactor? Proinde quis mali extraneus, nisi qui & inimicus? Quis inimicus, nisi qui & expugnator? Quis expugnat, nisi qui & punitor? Sic totus deus bonus est, dum pro bono omnia est. Sic denique omnipotens, quia & iuuandi & lædetudi potens. Minus est, tantummodo prodesse, quia non aliud quid possit quam prodesse. de eiusmodi qua fiducia bonum sperem, si hoc solum potest: quomodo innocentiae mercedem secter, si non & nocentiae speciem: diffidam necesse est, ne nec alteram partē remuneretur, qui utramque non ualuit. Vsq; adeo iustitia etiam plenitudo est diuinitatis ipsius, exhibens deum perfectum, & patrem & dominum: Patrem, clementia: dominum, disciplina. Patrem, potestate blanda: dominum, seuera. Patrem, diligendum pie: dominum, timendum necessariè. Diligendum, quia malit misericordiam quam sacrificiū: & timendum, quia nolit peccatum. diligendum, quia malit poenitentiam peccatoris quam mortē: & timendum, quia nolit peccatores suū iam non poenitentes. Ideo lex utrumque definit, diliges deum, & timebis deum. Aliud obsecutori proposuit, aliud

aliud exorbitatori. Ad omnia tibi occurrit deus, idem percutiens, sed & sanans, mortificans, sed & uiuificans, humilians, sed & sublimans, cōdens mala, sed & pacem faciens: ut etiam & hic respondeam hæreticis: Ecce enim, inquit, ipse se conditorem profitetur malorum, dicens: Ego sum qui condonat mala. Amplexi enim uocabuli cōmunionem, duas malorum species in ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur & delicta & supplicia, passim uelunt eum conditorem intelligi malorum, ut malitia autor renuncietur. Nos autem adhibita distinctione utriusq; formæ, separatis malis delicti & malis supplicij, malis culpas, & malis poenæ, suum cuiq; parti definitus autorem: malorum quidem peccati & culpæ, diabolum: malorum uero supplicij & poenæ deum creatorem: ut illa pars malitiae deputetur, ista iustitiae mala condentis iudicia aduersus mala delicta. De his ergo creator profitetur malis, quæ congruunt iudicii. Quæ quidem illis mala sunt, quibus rependuntur: cæterum suo nomine bona quæ iusta, & honorū defensoria, & delictorum inimica, atq; in hoc ordine deo digna. Aut proba ea iniusta, ut probes malitiae deputanda, id est iniustitiae mala: quia si iustitiae erūt, iam mala nō erūt, sed bona, malis tantummodo mala, quibus etiam directò bona pro malis damnantur. Constitue igitur iniuste hominem diuinæ legis uoluntariū contemptorem id retulisse quo uoluit caruisse: iniuste malitiam æui illius imbribus, dehinc & ignibus caesam: iniuste Ægyptum foedissimā, superstitionem, amplius hospitis populi cōflictatricem, decemplici castigatione percussam. Indurat cor Pharaonis, sed meruerat in exitium subministrari, qui iam negauerat deū, qui iam legatos eius toties superbis excusserat, qui iam populo laborem operis adiecerat: postremo quæ Ægyptius olim deo reus fuerat ibis gentilis idololatriæ, ibim & crocodilum citius colens quam deū uiuum. Impedit & ipsum populum, sed ingratū. Immisit & pueris ursos, sed irreverenteribus in prophetam. Iustitiam ergo primò iudicis dispice, cuius si ratio constiterit, tunc & seueritas & per quæ seueritas decurrat, rationi & iustitiae repugnabuntur. Ac ne pluribus immoremur, asperite cauas, cæteras quoq; ut tentias cōdemnetis: excusate delicta, ut iudicia reprobetis. Nolite reprehendere iudicem, sed reuincite malum iudicem. Nam & patrum delicta de filiis exigebat, duritia populi talia remedia compulerat, ut uel posteritatibus suis prospicientes, legi diuinæ obediarent. Quis enim non magis filiorum salutem, quam suam cureret? Sed & si benedictio patrū semini quoq; eorū deftinabatur, sine ullo adhuc merito eius, cur non & reatus patrū in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offensa: ut per totū genus, & gratia decurreret, & offensa, saluo eo quod postea decerni habebat, non dicturos acdam uiam patres manducasse, & filiorū dentes obstupuisse: id est nō sumpturum patrem delictum filij, nec filiū delictum patris, sed unum quemq; delicti sui reum futurum: ut post duritiam populi, duritia legis edomita, iustitia

stitia iam non genus, sed personas iudicaret: Quanquam si Euangelium ue-
 ritatis accipias, ad quos pertineat sententia reddentis in filios patrum deli-
 cta, cognosces: ad illos scilicet qui hanc ultro sibi sententiam fuerant irroga-
 turi, Sanguis illius super capita nostra & filiorum nostrorum. Hoc itaq; o-
 mnis prouidētia dei césuit, quod iam audierat. Bona igitur & seueritas quia
 iusta, si bonus iudex, id est iustus. Item cætera bona, per quæ opus bonum
 currit bona seueritatis, siue ira, siue emulatio, siue saevitia. Debita enim omnia
 hec sunt seueritati, sicut seueritas debitum est iustitiae. Vindicanda erat pro-
 cacitas ætatis uerecundiam debentis. Atq; ita non poterunt iudici exprobra-
 ri, quæ iudici accedunt, carentia & ipsa culpa sicut iudex. Quid enim si medi-
 cum quidem dicas esse debere, ferramenta uero eius accuses, quod secent, &
 inurant, & amputent, & constrictent, quando sine instrumento artis medi-
 cus esse non possit? Sed accusa male fecantem, importune amputantem, te-
 mere inurentem, atq; ita ferramenta quoq; eius ut mala ministeria reprehē-
 de: Proinde est enim, cum deum quidem iudicem admittis, eos uero motus
 & sensus per quos iudicat destruis. Deum nos à prophetis & à Christo, nō
 à philosophis nec ab Epicuro erudimur. Qui credimus deum etiam in ter-
 ris egisse, & humani habitus humilitatem suscepisse, ex causa humanæ salu-
 tis, longe sumus à sententia eorum qui nolant deum curare quicquam. Inde
 uenit ad hæreticos quoq; definitio eiusmodi, Si deus irascitur & æmulatur,
 & extollitur, & exacerbatur: ergo & corruptetur, ergo & morietur. Bene au-
 tem quod Christianorum est, etiam mortuum deum credere, & tamen ui-
 uentem in ævo eorum. Stultissimi qui de humanis diuina præiudicant, ut
 quoniam in hominē corruptoriæ conditionis habentur huiusmodi passio-
 nes, idcirco & in deo eiusdem status existimentur. Discerne substantias, &
 suos eis distribue sensus, tam diuersos quam substantiæ exigunt, licet uocabu-
 lis communicare uideantur. Nam & dexteram, & oculos, & pedes dei le-
 gitimus, nec ideo tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione so-
 ciantur. Quanta erit diuersitas diuini corporis & humani sub eisdem nomi-
 nibus membrorum, tanta erit & animi diuiniti & humani differentia sub eis-
 dem licet uocabulis sensuum: quos tam corruptorios efficit in hominē corru-
 ptibilitas substantiæ humanæ, quam incorruptorios in deo efficit incorru-
 ptibilitas substantiæ diuinæ: Certe deū confiteris creatorem? Certe, inquis.
 Quomodo ergo in deo humanū aliquid existimas, & non diuinum omnes?
 Quem deum non negas, confiteris non humanum. Siquidem deum confi-
 tendo, præiudicasti utiq; illum ab omni humanarum conditionum qualita-
 te diuersum. Porrò cum pariter agnoscas hominem à deo inflatum in ani-
 mam uiuam, non deum ab homine, satis peruersum est, ut in deo potius hu-
 mana constitutas, quam in homine eligata, & hominis imagine deū imbuas
 potius, quam dei hominē. Et hæc ergo imago censenda est dei in homine,
 s quod

quod eosdem motus & sensus habeat humanus animus, quos & deus, licet
nō taleis qualeis deus. Pro substantia enim & status eorum & exitus distant.
Deniq; cōtrarios eorum sensus, lenitatem dico, patientiam, misericordiam,
ipsamq; matricem earum bonitatem, cur diuina presumitis? Nec tamē per-
fecte ea obtainemus, quia solus deus perfectus. Ita & illas species, irā dico &
exasperationis non tam feliciter patimur: quia solus deus de incorruptibili-
tatis proprietate felix. Irascitur enim, sed non exacerbabitur, sed non peri-
clitabitur: mouebitur, sed non euertetur. Omnia necesse est adhibeat pro-
pter omnia, tot sensus, quot & causas. Et iram propter scelestos, & bilena
propter ingratos, & æmulationem propter superbos, & quicquid non expe-
dit malis. Sic & misericordiam propter errantes, & patientiam propter non
respicientes, & præstantiam propter merentes, & quicquid bonis opus est.
Quæ omnia patitur suo more, quo eū pati condecet, propter quem homo
eadem patitur æque suo more. Hæc ita dispecta totum ordinem dei iudicis
operarium, & (ut dignius dixerim) protectorem catholice & summæ illius
bonitatis ostendunt: quam semotam à iudicarijs sensibus, & in suo statu pu-
ram nolunt Marcionitæ in eodem deo agnoscere, pluentem super bonos &
malos, & solem suū oriri facientem super iustos & iniustos: quod alius deus
omnino non præstat. Nam & si hoc quoq; testimonium Christi in creator-
rem, Marcion de Euangelio eradere ausus est, sed ipse mundus inscriptus
est, & omni à conscientia legitur: & erit hæc ipsa patientia creatoris in iudi-
cium Marcionis, illa patientia quæ expectat poenitentiam potius peccato-
ris, quam mortem, & mauult misericordiam quam sacrificiū, auertens iam
destinatum exitium Ninivitis, & largiens spatiū uitę Ezechiae lachrymis,
& restituens statum regni Babylonis tyranno poenitentia functo: Illam di-
co misericordiam, quæ & filium Saulis moriturum ex deuotione, populo
concessit: & David delicta in domum Vriæ confessum, uenia liberauit: &
ipsum Israel toties restituit, quoties iudicauit: toties refouit, quoties & incre-
puit. Non solum igitur iudicem aspiciens, cōuertere & ad optimi exempla.
Notans cum ulciscitur, considera cū indulget, repende austeriori lenitatem:
cum utrumq; cōueneris in creatore, inuenies in eo & illud propter quem al-
terum deum credis. Veni deniq; ad inspectionem doctrinarum, discipli-
narum, præceptorum, consiliorumq; eius. Dices forsitan, hæc etiam huma-
nis legibus determinari. Sed ante Lycurgos & Solonas omneis, Moyses &
deus. Nulla posteritas non à primordijs accipit. Tamen non à tuo deo didi-
cit creator meus præscribere, Non occides, non adulterabis, non furaberis,
non fallum testimonium dices, alienum non cōcupisces, honora patrem &
matrem, & diliges proximum tuum ut te ipsum. Ad hæc innocentia, pudici-
tia, & iustitia, & pietatis, principalia consulta, accedunt etiam humanitatis
præscripta, cum septimo quoq; anno seruitia libertate solvuntur: cū eodem
tempore

tempore agro parcitur egenis cedendo locum: boui etiā terenti uincula oris remittuntur ad fructum præsentis laboris, quo facilius in pecudibus præmeditata humanitas, in hominum refrigeria eruditetur. Sed quæ potius legis bona defendam, quām quæ heresis concupīt, ut talionis definitionem, oculum pro oculo, dentem pro dente, & liuorem pro liuore repetentis: Non enim iniuriæ mutuo exercendæ licentiam sapit, sed in totum cohibendæ uiolentie prospicit, ut quia durissimo & infideli in deum populo longum, uel etiam ¹⁵ incredibile uideretur à deo expectare defensam, edicendā postea per prophetam: Mihi defensam, & ego defendam, dicit dominus, interim commissio iniuriæ metu uicis statim occursuræ repastinaretur: & licentia retributio-
nis, prohibitio esset prouocationis, ut sic improbitas astuta cessaret, dum se-
cunda permitta, prima terretur: & prima deterrita, nec secunda committitur,
quā & aliás facilior timor talionis per eundem sapore passionis. Nihil amar-
ius, quām id ipsum pati, quod feceris alijs. Et si lex aliquid cibis detrahit, &
immunda pronunciat animalia, quæ aliquando benedicta sunt, consilium
exercendæ continentiae intellige, & frenos impositos illi gulæ agnosce, quæ
cum panem ederet angelorum, cucumeres & pepones Aegyptiorum desiderabat. Agnosce simul & comitibus gulæ, libidini scilicet atq; luxuriæ pro Libido & lux-
spectum, quæ ferè uentris castigatione frigescunt: Manduauerat enim po-
pulus & biberat, & surrexerat ludere: proinde ut & pecunie ardor restringe-
retur ex parte qua de uictus necessitate causatur, preciosorum ciborum am-
bitio detracta est. Postremo ut facilius homo ad ieiunandum deo forma-
retur, paucis & non gloriofis escis assuefactus, & nihil de lazieribus esuru-
rus. Reprehendendus sanè creator, q; cibos potius populo suo abstulit, q; in gravioribus Marcionitis. Sacrificiorum quoq; onera, & operationū & ob-
lationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, quasi deus talia si-
bi propriè desiderauerit, qui tam manifeste exclamat, Quò mihi multitudi-
nem sacrificiorum uestrorū: Et quis exquisivit ista de manibus uestris: sed
illam dei industriam sentiat, qua populum prouum in idolatriā & trans-
gressione, eiusmodi officijs religioni suæ uoluit astringere, quibus supersti-
tio seculi agebatur, ut ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri quasi desideran-
ti, ne simulachris faciendis delinqueret. Sed & in ipsis commercijs uitæ & con-
uersationis humanæ domi ac foris, ad usq; curam uascularum omnifariam
distinxit, ut istis legalibus disciplinis occurrentibus ubiq; ne ulli momento
uacarent à dei respectu. Quid enim faceret beatum hominem, quām in le-
ge domini uolūtas eius: & in lege domini meditabitur die ac nocte. Quam
legem non duritia promulgauit autoris, sed ratio summæ benignitatis po-
puli potius duritiam edomantis, & rudem obsequio fidem operosis officijs
dedolantis: ut nihil de arcanis attingam significantijs legis spiritualis scilicet
& propheticæ, & in omnibus penè argumentis figuratę. Sufficit enim in pre-
Defensa, de-
fensio.
vindicta

senti si simpliciter hominē deo obligabat: ut nemo eam reprobare debeat, nisi cui non placet deo deseruire. Ad hoc beneficium non onus legis adiuvandum, etiā prophetas eadem bonitas dei ordinavit docentes deo digna, auferre nequitias de anima, discere benefacere, exquirere iudicium, iudicare pupillo, & iustificare uiduam, diligere quæstiones, fugere improborum contactum, dimittere conflictam integrum, dissipare scripturā iniustum, infringere panem esurienti, & teatum non habente in inducere in domum tuam, nudum si uideris contegere, & domesticos seminis tui non despicere, cōpescere linguam à malo, & labia ne loquantur dolum, declinare à malo & facere bonum, quærere pacem & sectari eam: irasci & non delinquere, id est in ira non persuerare, siue fæuire: non abire in concilium impiorum, nec stare in via peccatorum, nec in cathedra pestilentū sedere, Sed ubi? Vide quām bonum & iucundum habitare fratres in unum, meditantes die ac nocte in lege domini. Quia bonum scilicet fidere in deū, quām fidere in hominem: & sperare in deum, quām sperare in hominem. Qualis enim apud deū merces homini? & erit tanquam lignum quod plantatū est iuxta exitus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: Et folium eius nō deciderit, & omnia quæcūq; faciet prosperabuntur illi. Innocens autem & purus corde, qui non accepit inuanum nomen dei, & nō iurauit ad proximum suum in dolo: iste accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salvificatore suo. Oculi enim domini super timentes cum, sperantes in misericordiam ipsius, ad deliberandas animas eorum de morte, utiq; eterna, & nutritandos eos in fame, utiq; uitæ aeternæ. Multæ enim presuræ iustorum, & ex omnibus liberabit eos dominus. Honorabilis mors in conspectu domini sanctorum eius. Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex ipsis non comminuetur. Redemit dominus animas seruorum suorum. Pauca ista de tantis scripturis creatoris intulimus, & nihil puto iam ad testimonium dei optimi deesse, quod satis & præcepta bonitatis, & promissa cōsignant. Sed

^{is} *Sep̄is p̄f̄cib. comparantur Marcionite*

ut traductionem sui sentiunt, tenebras hinc blasphemias interuomunt, atq; ita intentionem uniuscuiuscq; iam proximam dispargunt, iactando & affluerando ea quæ reluentē bonitatē creatoris infuscent. Sed & per istas caligines, sequemur nequitiam, & in lucem extrahemus ingenia tenebrarum, obīcientia creatori uel maxime fraudem illam & rapinam auri & argenti, mandata ab illo Hebræis in Ægyptios. Age infelicissime hæretice, te ipsum ¹⁷ ex postulo arbitrum, cognosce in utrancq; gentem prius, & ita de autore præcepti iudicabis. Reponscūt Ægyptij de Hebræis uasa aurea & argentea, contra Hebræi mutuas petitiones instituunt, allegantes sibi quoq; eorundem patrum nomine, ex eodem scripture instrumento, mercedes restitui oportere illius operariæ seruitutis, pro laterinis deductis, pro ciuitatibus & uillis ædificatis

ficatis. Quid iudicabis optimi dei elector? Hebræos fraudē agnoscere debere, an Aegyptios compensationem? Nam & aiunt ita actum per legatos utrinq; Aegyptiorum quidem repetentium uasa, Iudæorum uero reposcentium operas suas: & tamen has iustitia renunciauerunt sibi Aegyptij. Hodie aduersus Marcionitas amplius allegant Hebræi, negantes compensationi satis esse, quantumuis illud auri & argenti, si sexcentorū milium operæ per tot annos uel singulis nummis diurnis æstimentur. quæ autem pars maior repetentium uasa, an incolentium uillas & urbes? Querela ergo maior Aegyptiorum, an gratia Hebræorum? Ut solo iniuriarum iudicio Hebræi Aegyptios repercuterent, liberi homines in ergastulum subacti: ut solas scapulas suas scribæ eorum apud subsellia sua ostenderent flagellorum contumeliosa atrocitate laceratas: nō paucis lancibus & scyphis pauciorum utiq; diuitum ubiq; sed totis & ipsorum facultatibus, & popularium omnium collationibus satisfaciendum, Hebreus pronunciasset. Igitur si bona Hebræorum causa, bona iam & causa, id est mandatum creatoris: qui & Aegyptios gratos fecit nescientes, & suum populum in tempore expeditionis angusto, aliquo solatio tacitæ cōpensationis expunxit. Planè minus exigi iussit: Hebrais enim etiam filios Aegyptij restituere debuerant. Sic & in cæteris contrarietates præceptorum ei exprobras, ut mobili & instabili, prohibentis sabbatis operari, & iubentis arcam circumferri per dies octo, id est etiam sabbato, in expugnatione ciuitatis Hiericho. Nec sabbati enim inspicis legem, opera humana non diuina prohibentem. Siquidem sex, inquit, diebus opere rare, & facies omnia opera tua. Septima autem die sabbatiza dominodeo tuo, non facies in ea omne opus. quod utiq; tuum. Cōsequens enim est, ut ea opera sabbato auferret, quæ sex diebus supra indixerat, tua scilicet, id est humana & cottidiana. Arcam uero circumferre, neq; cottidianum opus uideri potest, neq; humanum, sed & rarum & sacrosanctum, & ex ipso tunc dei præcepto utiq; diuinum. Quod & ipse quid significaret edissererem, nimis longum eslet figuræ argumentorum omnium creatoris expandere, quas forsitan nec admittis. Sed plus est si de absolutis reuincamini, simplicitate ueritatis, non curiositate: sicut & nūc certa distinctione est sabbati, humana non diuina opera prohibentis. Ideoq; qui sabbatis lignatum ierat, mortali datus est. suum enim opus fecerat, lege interdictum. Qui uero arcam sabbatis circumulerant, impune gesserunt. nō suum enim opus, sed dei, ex præcepto scilicet ipsius amministrauerant. Proinde & similitudinem uetans fieri omnium, quæ in cœlo & in terra & in aquis, ostendit & causas, idololatriæ 18 scilicet quæ substantiam cohibentes. subiicit enim, non adorabitis ea neque seruietis illis. Serpentis aut. ænei effigies postea præcepta Moysi à domino non ad idololatriæ titulu pertinebat, sed ad remediandos eos, qui à serpentibus infestabantur. Et taceo de figura remedij. Sic & Cherubim & Seraphim

aurea in arcæ figuratum exemplum, certè simplex ornamentum, accommo-
data suggestui, longe diuersas habendo causas ab idolatriæ conditione,
ob quā similitudo prohibetur, nō uidentur similitudinum prohibitarum le-
gi restagari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo
prohibetur. Diximus de sacrificiorum rationali institutione, auocanti scilicet
ab idolis ad deū officia ea, quæ si rursus eiecerat, dicens: Quò mibi mul-
titudinem sacrificiorū uestrorum: hoc ipsum uoluit intelligi, quod non sibi
ea propriè exegisset, Non enim bibam, inquit, sanguinem taurorū. quia &
alibi ait, Deus æternus non esuriet nec sitiet. Nam & si ad oblationes Abel
aduertit, & holocausta Noe odoratus est libenter, quæ iocunditas siue ui-
scerum ueruecinorum, siue nidoris ardentium uictimarum? Sed animus sim-
plex & deum metuens offerentium ea quæ à deo habebat, & pabuli & sua-
uis oleniæ gratiæ apud deum deputabatur, non quæ siebant exigentis, sed
illud propter quod siebant, ob honorem scilicet dei. Si cliens diuini aut regi
nihil desideranti, tamen aliquid uilissimi munusculi obtulerit, quantitas &
qualitas muneric infuscabit diuitem & regem, an delebit titulus officij?
At si cliens ei munera ultrò uel etiam dicto, ordine suo offerat, & solennia
regis obseruet, nō ex fide tamen nec corde puro, nec pleno circa cætera quo-
que obsequia, nonne consequens ut rex ille uel diues exclamat, quò mihi
multitudinem muneric tuorum? Plenus sum. Et solennitates & dies festos
& uestra sabbata dicendo, quæ secundum libidinem suā, non secundum re-
ligionem dei celebrando, sua iam nō dei fecerant: conditionalem idcirco &
rationalem demonstrauit recusationem eorum quæ administranda præscri-
pserat. Si uero etiam circa personas leuem uultis intelligi, cum reprobat ali-
quando probatos, aut improuidum cum probat quandoq; reprobandos,
quasi iudicia sua aut damnet præterita, aut ignoret futura: atquin nihil tam
bono & iudici conuenit, quam pro præsentibus meritis & reiçere & adlige-
re. Eligitur Saul, sed nondum despector prophetæ Samuelis. Reiçitur Sa-
lonon, sed iam à mulieribus alienis posseſſus, & idolis Moabitarum & Si-
doniorū mancipatus. Quid faceret creator ne à Marcionitis reprehendere-
tur: Bene adhuc agentes prædamnaret iam propter futura delicta. sed dei
boni nō erat, nondum merentes prædamnare. Proinde peccantes nūc non
recusaret propter pristina benefacta. sed iusti iudicis non erat, rescissis iam
bonis pristinis sclera donare. Aut quis hominum sine delicto, ut eum deus
semper eligeret, quem nunquā posset recusare: uel quis item sine aliquo bo-
no opere, ut eum deus semper recusaret, quē nunq; posset eligere? Exhibe
bonū semper, & non recusabitur: exhibe malum semper, & nunq; eligetur.
¶ Cæterū si idem homo, ut in utroq; pro temporibus, in utroq; dispugetur
à deo, & bono, & iudice, qui non leuitate aut improvidentia sententias uer-
tit, sed censura grauissima & prouidentissima, merita temporis cuiusc; dispen-
sat. Sic

fat. Sic & pœnitentiā apud illum prauē interpretaris, quasi proinde mobilitate uel improvidentia, imo iam ex delicti recordatione pœnitit: quoniam quidem dixerit, pœnituit quod regem fecerim Saul: præscribens scilicet pœnitentiam, confessionē sapere mali operis alicuius uel erroris. Parrò nō semper. Euenit enim in bonis factis pœnitentiæ cōfessio, ad inuidiam & exprobationem eius, qui beneficij ingratus extiterit. sicut & tunc circa personam Saulis honorandam annuntiatur à creatore, qui non deliquerat dum Saum assumit in regnum, & sancto spiritu auget: optimū enim adhuc, qualis, inquit, nō erat in filijs Israelis, dignissimè adlegerat, sed nec ignorauerat ita euenturum. Nemo enim te sustinebit improvidentiam ascribentem deo ei, quem deū non negans cōfiteris & prouidū. Hæc enim illi propria diuinitas constat. Sed malum factū Saulis (ut dixi) onerabat pœnitentiæ suæ professiōne, quā uacante delicto circa Saulis adlectionem, cōsequens est, inuidiosam potius intelligi, nō criminosa. Ecce, inquis, criminosa eam animaduerto circa Niniuitas, dicente scriptura Iona: Et pœnituit dominum de malitia quam dixerat facturum se illis, nec fecit. Sicut & ipse Iona ad deum, Propterea præueni profugere in Tharsos, quia cognoveram te esse misericordem & miserescentem, patientem, & plurimum misericordiæ, pœnitentem malitiarum. Bene igitur quod præmisit optimi dei titulum, patientissimi scilicet super malos, & abundantissimi misericordiæ & miserationis super agnoscentes & deplangentes delicta sua, quales tunc Niniuitæ. Si enim optimus, qui talis: de isto prius cessisse debebis, non competere in talem, id est in optimum, etiam malitiæ concursum. Et quia & Marcion defendit arborem bonam malos quoq; fructus non licere producere, sed malitiā tamē nominauit quod optimus non capit, nunquid aliqua interpretatio sub est earum malitiarum intelligendarum, quæ possint & in optimum decurrisse? Subest autem. Dicimus deniq; malitiā nunc significari, non quæ ad naturam redigatur creatoris quasi mali, sed quæ ad potestatem quasi iudicis, secundum quam enunciarit, Ego sum qui condō mala: & ecce ego emitto in uos mala non peccatoria, sed ultoria, quorum satis diluimus infamiam ut congruentium iudicii. Sicut autem licet mala dicantur non reprehenduntur in iudice, nec hoc nomine suo malum iudicem ostendunt: ita & malitia hæc erit intelligenda nūc, quæ ex illis malis iudicarijs deputata, cū ipsis competit iudici. Nam & apud Gr̄cos interdū malitię pro uexationibus & læsi-
Mala ultoria
nō peccatoria
 ris, nō pro malignitatibus ponūtur, sicut & in isto articulo. Atq; adeo si eius 20
 malitiæ pœnituit creatorē, quasi creaturæ reprobandæ scilicet & deletui uin dicandæ: atqui nec hic ullū admissum criminosum reputabitur creatori, qui iniquissimam ciuitatem dignè meritoq; decreuerat abolendam. Ita quod iū stē destinauerat non male destinans, ex iustitia non ex malitia destinarat: sed pœnam ipsam malitiā nominauit, ex malo & merito passionis ipsius.

Ergo dices, si malitiam iustitiae nomine excusas, quia iuste exitium destinat in Niniuitas: sic quoque culpandus est qui iustitiae, utique non poenitendae, poenitentiam gessit. Imo nec iustitiae, inquam, poenitebit deum, & superest iam agnoscere quid sit poenitentia dei. Non enim si hominem ex recordatione plurimum delicti, interdum & ex alicuius boni operis ingratia poenitet, ideo & deum proinde. In quantum enim deus nec malum admittit, nec bonum damnat: in tantum nec poenitentiae boni aut mali apud eum locus est. Nam & hoc tibi eadem scriptura determinat, dicente Samuele Sauli, Discedit dominus regnum Israeles de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo, optimo super te: & scindetur Israël in duas partes: & non contueretur, neque poenitentiam ageret: quia non sicut homo est ad poenitendum. Hæc itaque definitio in omnibus aliam formam diuinæ poenitentiae statuit, que neque ex improvidetia, neque ex levitate, neque ex ulla boni aut mali operis damnatione reputetur, sicut humana. Quis ergo erit mos poenitentiae diuinæ? Iam relucet, si non ad humanas conditiones eam referas. Nihil enim aliud intelligetur, quam simplex conuersio sententiae prioris: quæ etiam sine reprehensione eius possit admitti, etiam in homine nedium in deo, cuius omnis sententia caret culpa. nam & in Græco sono, poenitentie nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatio compositum est, quam apud deum pro Legerim, pro rerum uariantium se se occursum, rei ostendimus. Iam nunc ut omnia eiusmodi rerum uarian expediā, ad ceteras pusillitates & infirmitates & incongruentias (ut putatis) tū se se occursurra, ostendimus interpretandas purgandasque pertendam. Inclamat deus, Adam ubi es? scilicet ignorans ubi esset: & causato nuditatis pudore, an de arbore gustatus interrogat, scilicet incertus. Imo nec incertus admissi, nec ignorans loci. Enim uero oportebat conscientia peccati delitescentem, euocatum prodire in conspectum domini, non sola nominis inclinatione, sed cum aliqua iam tunc admissi suggillatione. Nec enim simplici modo, id est interrogatorio sono legendum est, ubi es Adam: sed impresso & incusso & imputativo, Adam ubi es? id est in perditione es, id est iam hic non es, ut & increpandi & dolendi exitus vox sit. Cæterum qui totum orbem comprehendit manu uelut nidum, cuius cœlum thronus, & terra scabellum, nimurum huius oculos aliqua paradisi portio euaserat, quo minus illi ubicunque Adam ante euocationem uiseretur, tam latens quam de interdicta fruge sumens. Speculator, furunculus rem uiueat uel horti tui, lupus aut furunculus non latet: deum puto de sublimioribus oculatiorē aliquid subiecti præterire non posse. Stulte qui tantum argumentū diuinæ maiestatis & humanæ instructionis, naso agis. Interrogat deus quasi incertus, ut & hinc liberi arbitrii probans hominem in causa aut negationis, aut cōfessionis, ut daret ei locū, sponte cōfendi delictum, & hoc nomine releuandi: sicut de Cain sciscitur, ubi nam frater eius, quasi non iam uociferatum à terra sanguinem Abelis audisset: sed ut & ille haberet potesta

potestatem ex eadem arbitrij potestate sponte negandi delicti, & hoc nomine grauandi: atq; ita nobis conderentur exempla confitendorum potius delictorū, quām negandorum, ut iam tunc initiaetur Euangelica doctrina, “ Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo damnaberis. Nam & si Adam propter statum legis deditus morti est, sed spes ei salua est, dicente domino: Ecce Adam factus est tanquā unus ex nobis, de futura scilicet adlectione hominis in diuinitatem. Deniq; quid sequitur: Et nunc nequando extendat manum & sumat de ligno uitæ & uiuat in æuum. Interponetis enim, & nūc, præsentis temporis uerbum, temporalem & ad præsens dilationem uitæ fuisse se ostendit. Ideoq; nec maledixit ipsum Adam nec Euam, ut restitutio/ 21
 nis candidatos, ut cōfessione releuatos. Cain uero & maledixit, & cupidum ^{candidati} / morte luere delictum, mori interim uetus: ut præter admissum, etiam negationis ^{fūtūtōnis} eius oneratum. Hæc erit ignorantia dei nostri, quæ ideo simulabatur, ne delinquens homo quid sibi agendum sit ignoret. Sed ad Sodomam & Gomorram descendens, Videbo, ait, si secundum clamorem peruenientem ad me consumantur: si uero non, ut agnoscam. Et hic uidelicet ex ignorantia incertus, & scire cupidus. An hic sonus pronunciationis necessarius, non dubitatiuum, sed cōminatiuum exprimens sensum sub sciscitationis obtenuit: Quod si descensum quoq; dei irides, quasi aliter non potuerit perficere iudicium, nisi descendisset, uide ne tuum æque deum pulses. Nam & ille descendit, ut quod uellet efficeret. Sed & iurat deus: nunquid forte per deum Marcionis. imò, inquit, multo uanius, quod per semetipsum. Quid uellet facere, si aliis deus non erat in conscientia eius, hoc cū maxime iurantis, alium absq; se omnino non esse. Igitur peierantem deprehendis, an uane deierantem: Sed nō potest uideri peierasse, qui alium esse nō sciuit, ut dicitis. Quod enim scit, hoc deierans, uere non peierauit. Sed nēc uane deierat, aliū deum non esse. Tunc enim uane deieraret, si nō fuissent qui alias deos crederent, tunc quidem simulachrorum cultores, nūc uero & hæretici. Iurat igitur per semetipsum, ut uel iuranti deo, credas alium deum omnino non esse. Hoc ut deus faceret, tu quoq; Marcion coegisti: iam tunc etim prouidebaris. Proinde si & in promissionibus aut comminationibus iurat, fidē in primordijs arduam extorquens, nihil deo indignum est, quod efficit deo credere. Satis & tunc pusillus deus in ipsa etiam ferocia sua, cum ob uituli consecrationem efferratus in populum, de famulo suo postulat Moysē. Sine me, & indignus ira, disperdam illos, & faciam te in nationem magnam. Vnde meliorem soletis affirmare Moysen deo suo, deprecatorem imò & prohibitorem iræ. Non facies enim istud, aut & me uba cum eis impende. Miserandi uos quoque cum populo, qui C H R I S T U M non agnoscitis in persona Moyſi figuratum, patris deprecatorem, & oblatorem animæ suæ pro populi salutē. Sed sufficit si & Moyſi proprie donatus est populus ad præsens. Quod ut famu

ut famulus postulare posset à domino, id dominus à se postulauit. Ad hoc enim famulo dixit, Sine me, & disperdam illos, ut ille postulando & semet ipsum offerendo non sineret: atq[ue] ita disceres quantum liceat fidelis & Prophetae apud deum. Iam nunc ut & cætera compendio absoluam, quæcunq[ue] adhuc ut pusilla & infirma & indigna colligitis ad destructionem creatoris, simplici & certa ratione proponam: Deum non potuisse humanos cōgressus intire, nisi humanos & sensus & affectus suscepisset, per quos uim maiestatis suæ intolerabilem utiq[ue] humanæ mediocritati, humilitate temperaret, sibi quidem indigna, homini autem necessaria, & ita iam deo digna: quia nihil tam dignum deo, quam salus hominis. De isto pluribus retractarem, si cum ethnicis agerem, quanquā & cum haereticis non multo congressio stet. Quatenus & ipsi deum in figura & in reliquo ordine humanæ conditionis

²² diuersatum iam credidistis, non exigetis utiq[ue] diutius persuaderi deum conformasse semet ipsum humanitati, sed de uestra fide reuincimini. Si enim deus, & quidem sublimior, tanta humilitate fastigium maiestatis suæ stravit, ut etiam morti subiaceret, & morti crucis, cur non putetis nostro quoque deo aliquas pusillitates congruisse, tolerabiliores tamen Iudaicis contumelias & patibulis & sepulchris. An hæ sunt pusillitates, quæ iam hinc præiudicare debebunt Christum humanis passionibus obiectū, eius dei esse, cuius humanitates exprobrantur à uobis? Nam & profitemur Christum semper egisse in dei patris nomine, ipsum ab initio conuersatum, ipsum cōgressum

Sermo cum Patriarchis & Prophetis, filium creatoris, sermonem eius: quem ex semetipso proferendo filium fecit, ut exinde omni dispositioni suæ uoluntati utq[ue] præfecit, diminuens illum modico citra angelos, sicut apud eum scriptū est: qua diminutione, in hæc quoq[ue] dispositus est à patre, quæ ut humana reprehenditis, ediscens iam inde à primordio, iam inde hominem, quod erat futurus in fine. Ille est qui descendit, ille qui interrogat, ille qui postulat, ille qui iurat. Cæterum quia patrem nemini uisum, etiam cōmune testabitur Evangelium, dicente Christo: Nemo cognouit patrem nisi filius: ipse enim & veteri testamento pronunciarat, Deum nemo uidebit, & uiuet: patrem inuisibilem determinans, in cuius autoritate & nomine ipse erat deus, qui uidebatur dei filius. Sed & penes nos Christus in persona C H R I S T I accipitur, quia & hoc modo noster est. Igitur quæcunq[ue] exigitis deo digna, habebuntur in patre inuisibili, incongressibili & placido, & (ut ita dixerim) philosophorum deo. Quæcunq[ue] autem ut indigna reprehenditis, deputabuntur in

rum deus filio, & uiso, & auditu, & congresso, arbitro patris & ministro, miscente in semetipso hominem & deum, in uirtutibus deū, in pusillitatibus hominem, ut tantum homini conferat, quantum deo detrahit: totum deniq[ue] dei mei penes uos dedecus, sacramentum est humanæ salutis. Conuersabatur deus, ut homo diuina agere doceretur. Ex æquo agebat deus cū homine, ut homo ex

mo ex equo agere cum deo posset. Deus pusillus inuentus est, ut homo maximus fieret. Qui tales deum dignaris, nescio an ex fide credas deum crucifixum. Quanta itaque peruersitas uestra erga utrumque ordinem creatoris. Iudicem eum designatis, & seueritatem iudicis secundum merita causarum congruentem pro saevitia exprobratis. Deum optimum exigitis, & lenitatem eius benignitati congruentem, pro captu mediocritatis humanae delectius conuersatam, ut pusillitatem deprecatis. Nec magnus uobis placet, nec modicus: nec iudex, nec amicus. Quid si non eadem & in uestro deprehendantur: Iudicem quidem & illum esse iam ostendimus, in libello suo: & de iudice necessariè seuerum, & de leuero sicut saevum, si tamen saevum. Nunc & de pusillitatibus, & malignitatibus, cæterisque notis, & ipse aduersus Marcionem Antithesis æmulas faciam. Si ignorauit deus meus esse aliū super se, etiam tuus omnino non sciuit esse alium infra se. Quod enim ait Heraclitus ille ^{Heraclitus} nebrofus, eadem via sursum & deorsum. Denique si non ignorasset, & ab initio ^{exorteretur} ei occurrisset. Delictum & mortem, & ipsum autorē delicti diabolum, & omne malum, quem deus meus passus est esse, hoc & tuus qui illum pati passus est. Mutauit sententias suas deus noster, proinde quā & uester. qui enim genus humanum tam sero respexit, eam sententiam mutauit, qua tanto tuo nō respexit. poenituit mali in aliquo deum nostrum, sed & uestrum. Eo enim quod tandem animaduertit ad hominis salutem, poenitentiā dissimulationis pristinam fecit, debitam malo facto. Porro malum factum depurabitur negligentia salutis humanae, non nisi per poenitentiam emenda ta apud deum uestrum. Mandauit fraudem deus noster, sed auri & argenti. Quanto autem homo preciosior auro & argento, tanto fraudulentior deus uester, qui hominem domino & factori suo eripit. Oculum pro oculo reprobavit deus noster: sed & uester uicem prohibens, iterabilem magis iniuriam facit. Quis enim non rursus percutiet, non repurgatus? Nescit deus noster qualeis adlegeret, ergo nec uester. Iudam traditorem non adlegisset, si praescisset. Si & mentitum alicubi dicis cretorem, longe maius mendacium est in tuo Christo, cuius corpus non fuit uerum. Multos sequitiae dei mei absunt posuit, tuus quoque deus quos saluos non facit, utique in exitium disponit. Deus meus aliquem iussit occidi, tuus semetipsum uoluit interfici, non minus homicida in semetipsum, quam in eum à quo uellet occidi. Multos autem occidit deum eius probabo Marcioni. Nam fecit homicidam, utique periturū, nisi si populus nihil deliquit in Christū. Sed expedita uirtus ueritatis, paucis amat. Multa mendacio erunt necessaria. Cæterum ipsas quoque Antithesis Marcionis cominus cecidissent, si operosiore destructione earum egeret defensio creatoris tam boni quam & iudicis, secundū utriusque partis exempla congruentia deo, ut ostendimus. Quod si utraque pars bonitatis atque iustitiae dignam plenitudinem diuinitatis efficiunt omnia potentis, cōpendio interim

interim possum Antitheseis retudisse, gestienteis ex qualitatibus ingeniorū
sive legum, sive virtutum discernere, atq; ita alienare Christum à creatore
ut optimum à iudice, & mitem à fero, & salutarem ab exitioso. Magis enim
eos coniungunt, quos in eis diuersitatibus ponunt quæ deo congruunt. Au-
fer titulum Marcionis, & intentionem atq; propositū operis ipsius, & nihil
aliud præstat quam demonstrationem eiusdem dei optimi & iudicis, quia
hæc duo in solum deum competit. Nam & ipsum studium in eis exemplis
opponendi Christum creatori, ad unitatem magis spectat. Adeo enim ipsa
& una erat substātia diuinitatibus, bona & severa, & eisdem exemplis & in
similibus argumentis, ut bonitatem suā uoluerit ostendere, in quibus præ-
miserat seueritatem. Quia nec mirum erat, diuersitas temporalis, si postea
deus mitior pro rebus edomitīs, qui retro austerior pro indomitīs. Ita per
Antitheseis facilius ostendi potest ordo creatoris à Christo reformatus.
Quo repercussus & redditus potius quam exclusus, præsertim deum tuum
ab omni motu amariore secernas, utiq; & ab æmulatione creatoris scilicet.
Nam si ita est, quoniam eum Antitheses singulas species creatoris æmula-
tum demonstrant, agnoscam igitur & in hoc per illas deū meum zelotem,
qui res suas t̄ arbustiores in primordijs, bona ut rationali æmulatione matu-
ritatis præcurauerit suo iure. Cuius Antitheseis etiā ipse mundus eius agno-
scet ex contrarietatibus elementorum summa tamen ratione modulatus.
Quamobrem inconsideratissime Marcion alium deū lucis ostendisse de-
bueras, alium uero tenebrarum, quo facilius alium bonitatis alium seuerita-
tis persualisses. Cæterum eius erit Antithesis, cuius est & in mundo.

*Arbustiores
uidetur usur/
pare pro fero
ciores, sumpta
metaphora ab
arbustis luxu/
riatis. Alio
qui putabam
leg. austerior/
res, Nam com-
parationē fa-
cit maturita-
tis ad nouum
testamentum,
et acerbitatis
aduetus*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,

ADVERSVS MARCIONEM LIBRI

SECUNDI FINIS.

ARGUMENTVM LIBRI SECVNTIS

PER BEATVM RHENANVM.

PO ST Q.V A M primo libro ostendit deum Marcionis illū meliorem,
esse non posse, & mox secundo creare ab omni sauitia afferuit cle-
menter seuerum & severe clementem, nam utrumq; necessarium, hoc
tertium uolumen Christo dicauit, quem uel hoc arguento nō alium
quempiam patrem habere probat quam deum creatorē, quod apud ecclesias ab
Apostolis institutas, & non minus ore quam stilo confirmatas, de hac re nihil un-
quam scrupuli fuit, priusquā Cerdonis insania, cui Marcion subscrispsit, orbi in-
notesceret. Igitur indecens fuisse dicit, ut tam subito uenerit ἀπὸ τοῦ μηχανῆς, iuxta
proverbium, nullis prophetarū uaticinijs prænunciatus. Sic enim Christus Mar-
cionis in mundum irrepli, ut solent in ædes diuītum furunculi. Stultus autem est
eum

cum potius Christum recipere, qui ex improviso uenerit, quam eum qui tot prophetarum oraculis sit demonstratus. Quoniam uero non sunt efficaciora argumenta, quam quae ex arcanis literis petuntur, praefatus de duplice forma Propheetici sermonis, ad ipsas ueteris instrumenti scripturas descendit, ut cum has a Christo ostenderit adimplatas, Christum creatori uendicet, cui Marcion illas tribuebat, & sunt quidem tribuendas. Rursus pro se Iudeos allegabant Marcionitas Christum ut alienum execratos, & in huc morte graffatos, quod haud facturi fuissent illorum iudicio, nisi alterius dei cognouissent. His respondet Christus Iudeis etenim ignotum fuisse, quatenus non melioris cuiuspiam dei filium, sed solum hominem & legalium ceremoniarum praeuaricatorem arbitrabatur. Nam & a prophetis duplex aduentus Christi insinuatus est, & predicitus, quod in priori illum Iudei non forent agniti, & ideo in crucem sublati. Ad quam rem duorum etiam hircorum qui ieunio offerebatur allegoriam accommodat. Iam quia Marcionitas nihil crassis Iudeis perspicaciores, offensi incommunitatis quibus humana natura patet, ob quas uidelicet Iudei Christum reiecerant, negabant Christum uera carne uestitum fuisse, ne natum concedere cogerentur, repetit disputationem de carne Christi, cui peculiare uolumen aliquando dedit. Mox exponit Esiae uaticinium praeudentis Christum Emanueli uocandum, & uirtutem Damasci sumpturum & spolia Samariae, aduersus regem Assyriorum. nam haec de Christo creatoris dicta uolebat Marcion ut bellatore, nolens figuratum esse sermonem. Deinde docet Christi uocabulum, non Marcionici dei filio competere, multo minus nomen Iesu, sed filio creatoris. Atque ita pergit uaticinia commemorare, quae de Christi natuitate & eius contemptibili forte, ac figuris atrocissimi supplicij quo in crucem suffixus est, olim prophetae ediderant. Postremo probat Christum uenisse uel hoc argumento, quod iam euenerint quae post illum futura nunciabantur. nam & ethnici fidem suscepérunt, & Iudei ob pertinaciam suam & intentatam Christo mortem male sunt accepti. Quis autem expectet Iudeam defertum iri, quae iam olim euastata est: & populum Iudaicum exilio multandum, qui abhinc tot annos e suis sedibus est electus? Ceterum ubi in calce de restituitione Iudea loquitur, appareat eum huius fuisse sententia, ut putarit in hac terra uelut in campis quibusdam Elysij post resurrectionem nos suauiter acuros, id est mille annis. Nam hoc nomine notatur, in Definitionibus ecclesiasticorum dogmatum. Qui error insigneis aliquot uiros etiam inuoluit, uidelicet Lactantium, Victorinum, Seuerum, & Græcis Ireneum & Apollinarium, ceu Hieronymus autor est exponens Ezechielis caput XXV. Hos quidam Græce χλιεῖσθαι, Latinè Millarios uocat. Opus uero de spe fidelium, in quo uerisimile est hoc ab illo astrui, hodie non extat, citatur tamen a Hieronymo loco quo diximus. Porrò huius libri nonnulla capita reperiuntur in uolumine quod scripsit aduersus Iudeos, quedam in libro de carne Christi, ut nescias an hinc illuc trahasterit, an edituero. Habebat autem olim eruditii certos locos paratos quibus ubilibet uti poterat, si exigeret materia.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM

Quem nunquam mandator designauit.) Mandator est qui aliquid agendum committit. Mandatarius qui suscipit. In tantum paraturam desiderabat.) Iterum habet paraturam pro dispositione sive materia. Mox scripsimus, & homini indicaret a deo. Exautorauit.) Hoc est autoritate destituit, infirmavit, Quasi

Quasi locum in balneis ita fidem occupauit.) Vulgare est. Simile dicitant Ger
mani de ijs qui molendinum adeunt frumenta molituri, nam in publicis habet ill
lud Iureconsultorum locum, Qui prior tempore, potior iure. Mox pro posteris
2 reposuimus, posteros. Hoc in posteros constituendi. Ex Gorziensi. Tunc si
forte credendus est.) Si forte pro forte. Video aliquas etiam lineas prædu
cendas.) Præducere lineas. Sic alibi, Ad lineas rursum & ad gradum. Nec pror
sus dissimile illud in præscriptionibus. Hanc tibi fossam determinauit. Atq
ita iam expunctum.) Expunctum hoc est adimpletum ex debito. Quia nec
statim aquilicem.) Aquilicem appellare uidetur ab aquis eliciendis que a legen
dis aquis aquilegem alijs uocant. Aquilices olim Tusci erant arte quadam & re
medijs pluuias elicientes quum fruges nimia siccitas tantum non enecaret. Vn
de dictum Aquelicum. Aquileges inueniendorum fontium perit erat, & aquas
ad aqueductus colligebant. Plinius libro XXV I, capite V I Tuffim, inquit, se
dat Bechion, quæ & tussilago dicitur. Duo eius genera Sylvestris ubi nascitur,
subesse aquas credunt, & hoc habent signum aquileges. Meminit Aquilegij que
scrutandarum aquarū ars est Plinius libro XXXI. Sed uidentur mihi posterio
res istam differentiam non obseruasse, quando Aur. Arcadius Iurecons. Digest.
de iure immunitatis libro L. Aquilices etiam inter eos refert quibus grauior con
ditio uacationem aliquam munerum tribuit, aquileges, ut arbitror, intelligens.
Structores, inquit, carpentarij, scadularij, gladiatores, aquilices, tubarij, cornua
rij, arcuarij, & cætera. Apparet porrò omnium disciplinarum ac rerum absolutis
sima cognitione prædictum fuisse Tertullianū, ex hoc loco & alijs similibus. Nec
omittendum haec uerba, Ponam flumina in regione sitienti, ad aquilicem, poste
riora. Et in solitudine buxum & cedrum, ad agricolam referri debere. Bene
dicent bestie agri.) Benedici eleganter interpretatur, fausta omnia ab aliquibus si
ue faultum omen ab aliquo referre. Iudaicæ literaturæ.) Per Iudaicam lite
raturam libros ueteris instrumenti intelligit. Mox contendenter uertimus in cō
3 tenderet. Scilicet nauclero illi.) Locus est in gentem. nam Marcion episco
pi filius fuit: ut tamen possibile sit maiores eius naucleros extitisse, quod de Iulio
secundo pontifice Romano quidam retulere. Non quidem Rhodia lex, sed
Pontica cauerat.) Notat Marcionem quod nauclerus esset & Barbarus alludens
ad legē Rhodiam de iactu, cuius fit mentio in libris Digestorum, titulo, ad legē
Rhodiam de iactu. Ea lex ad nauigantes & nauarchum ipsum pertinet, iubens
electarum e naui mercium damnum, iuxta seruatarum rerum æstimationem ab
unoquoque esse compensandum. Hic propriè de ea re non agit, sed ioci tantū gra
tia Marcioni qui nauiculariam olim fortassis exercuerat in Barbara Ponti regio
ne natus, non Rhodiam quidem legem quæ nautica quidem est, sed tamen Ro
mana ac à prudentissimis hominibus lata, uerū Ponticam ac Barbaram aliquam
legem cauisse scribit, errare Iudeos in Christum suum non licere. Humana
conditio deceptuī obnoxia.) Deceptor pro deceptione. Infra scripsimus ablatis
agnitionis & intelligentiae uiribus. Et paulo post, qui ab initio uicarius patris.

4 Id enim intelligi uel non intelligi capit.) Sæpe iam indicauimus usum uerbī ca
pit apud hunc autorē. Simillimū est illud libro proximè superiori, Capit etiam,
inquit, imaginem spiritus dicere flatum. Rationem quoq; errorū eius à quo
ducatum mutuatus.) Mutuatus ad utrumq; accusatiuum refertur. Ne aspe
ctu quidem honestus.) Honestus pro pulchro, ceu supra annotauimus. Sic accu
piendum quod infra sequitur, omni in honestate prostratus, id est deformitate. In
5 fra scripsimus, quia & de isto notati fuissent. Ex Gorziensi. Incredibile pre
sumperant deum carnem.) Figura Græca, hoc est secundum carnem.

Impresse

Impressus Apostolus demandat.) Hoc aduerbio etiam usus est supra, ut in libro De carne Christi, Et ut impressus dixerim. Eodem. Hoc quidem impressus quod factum dicit quoniam natum. Deuertentis in terram.) Deuertere sicut deuersari.

Breuem carnis comedatum. Hoc est facultate breuis temporis agendi in carne. 6

Aedas & ipse consilium dei, uti quo.) Ipse me sensus coegerit ut hic dictio ne uti uerterim in tui, consilium dei tui, quo C H R I S T U M tuum & cetera. Exemplaria ueruista consentiunt in errore. Strophā administrasset.) Stropha dolorum, uersutiām, atq; imposturam significat. Grecis σφη. Aliquantis enim.) Ali quantis pro aliquot, subaudi rebus. Aut falsae aut etiam uerae carnis paratura.) Iterum paratura pro materia. Scripsimus infra, Nunc ut omnia ad Euangelij dist. exam. Expungendam putauit.) Hoc est ex debito adimplendam. 7

Aut sanguinis tributo.) Supra dixit, ni fallor, totius naturae tributa. Dea buerat phantasmatis scenam decucurisset.) Sic dicit scenam phantasmatis, ut in De haeresibus, Scenam erroris, Actum quem uocant intelligens. Sensus est, Dea buerat ex toto seruire scenae, & susceptam fabulam peragere Christus Marcionis, qui si putatiuam gessit carnem, debebat etiam putatiuam habere natuitatem; sic enim phantasmatis scenam decucurisset. Age iam per ora in illa sanctissima.) Hunc locum habes in De carne Christi ipsisdem propemodum uerbis relatum non ita longe post initium. Ludicros exitus.) Videbatur mihi aliquando legendum lubricos, sed ipse respicit ad id quod in libro quem modo citauimus dicit, de infante recens aedito loquens, Blanditijs deridetur. Et mox illum per ludibria nutritum. Item ibidem infra. Aequè illum & natuitatis & infantiae imaginariū imaginariæ uacula ludibria subire potuisse. In sensu sonum expungens.) Hoc est absoluens, adimplens. satisfaciens sono in sensu. Nunc si non men Christi, ut sportulam furunculus, captauit.) Docet Asconius Pedianus in Verrinas Ciceronis, sportam, sportulas, nummorum esse receptacula ac spartea utensilia ad maioris summe pecunias capienda. quanquam locus ille mendis non caret, ut ubiq; ferme corruptus est optimus ille Ciceronis interpres. Hic uero non arbitror Tertullianum de fure nummorum loqui, sed sportulam eam intelligere quae pauperculis clientibus salutatoribusq; dabatur a diuitibus olim apud Romanos. Huic recta cena opponitur, id erat legitimum coniuicium a liberalioribus patronis exhiberi solitum. Inter eos autem qui sportulam accipiebāt, accidebat nonnunquam ut alieni qui de numero clientum non erant, ingererent se, nō satis ab atrienti seruo inspecti exploratiq; nam interdum ab absentibus se summissos mentiebantur. Id quod Iuuenalis expressit satyra prima.

Tunc sportula primo

Limine parua sedet, turbæ rapienda togatae.

Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat ne

Suppositus uenias, & falso nomine poscas.

Aginitus accipies.

Hoc est ergo quod Tertullianus dicit, Nec si nomen Christi, ut sportulam furunculus, captauit, Cæterum huius temporis religiosi pleriq; medicis sportulam dant ad ostium domus, diuitibus quibus abunde per se suppetit quod edant coenæ rectæ immo dubie adhibitis. Mox scripsimus, in quo Christus non presumebatur. De nominibus iam obduximus.) Hoc est euicimus, ut supra & infra 10 saepe. Infra scripsimus, Marcionis Euangeliū discuti placuit. Expungamus ordinem cœptum.) Hoc est absoluamus, ut ante saepe. Joseph & ipse 11 Christū figuratus.) Figura Graeca. Media stipitis palus.) Et hic figura Greca, hoc est secundum media, id est medium partem stipitis. Nervos utique

t 2 eius

eius, classis desauerunt.) Et hic synecdoche est. Infra scripsimus, Et satus exinde
prædicabatur. Ex Gorziensi. Item ex eodem infra. Venite mittamus lignum in
panem eius. Panis dedisse.) Subaudit more suo accusatiuum figuram.

14 Dispositio expuncta.) Ut supra. Sic rursum infra. Vide an quod sequitur ex
punctum sit. Hoc est ex debito adimpletum. Quia uiro deputare.) Addidis
mus ex Gorziensibus annotatiunculis. Nam quia uiro deputare non poterat nisi
15 ginis, eum uentrem patri deputauit. Item infra. Iam non in Moyse. Sibynas
in falces.) Apud Esaiā iuxta septuaginta uersionē Græce legitur, καὶ τὰς Ἰερᾶς
καὶ θυσίας ἀποτινά. Est autem Ἰερόν, uenabuli genus auctore Tertulliano. Suidas Ἰερόν
σημειον ἀποτινά significare scribit, hoc est telum prorsus ferreum. nonnunquam
16 λόγχη sine ἀριθμῷ; id est lanceā uel ensem. Et tempus medium à T. u. ad V.
17 non pœnitentiam intellexissent. Figura Græca. Quæ nulla hodie est.) Ad
uersum Iudeos ubi hæc ad uerbum leguntur, ex Gorziensi pro nulla supposu-
mus, inuia, utrumq; stare potest. Infra scripsimus, Planè deus zelotes. Item infra.
18 Deniq; proxime expunctum est. Quam in multitudinem arenæ reponitur.
titur.) Id est secundum quā promissionem. Figura Græca. Infra scripsimus. Quo
alij perueniant, unde alij decidant.

Q. SEPTIMII FLOREN TIS TERTULLIANI ADVER- SUS MARCIONEM, LIBER TERTIVS.



ECUNDVM uestigia pristini operis quod amissum rei
formare perseveramus, iam hinc ordo de Christo, licet
ex abundantia, post decursam defensionem unicæ diuini
tatis. Satis etenim præiudicatum est, Christum non al-
terius dei intelligendum, quam creatoris, cū determina-
tum est, alium deum non credendum præter creatorem,
quæ adeo Christus prædicauerit, & deinceps Apostoli non alterius Christi
stum annunciauerint, quam eius dei quem Christus prædicauit, id est crea-
toris, ut nulla mentio alterius dei, atq; ita nec alterius Christi agitata sit, an-
te scandalum Marcionis. Facillime hoc probatur Apostolicarum & hæreti-
carum ecclesiarum recenti : illic scilicet pronunciandam regulæ interuersio-
nem, ubi posteritas inuenitur. Quod etiā primo libello intexui. Sed & nūc
congressio ista seorsum in C H R I S T V M examinatura, eò utiq; proficit,
ut dum Christum probamus creatoris, sic quoq; deus Marcionis excluda-
tur. Decet ueritatem totis uiribus uti suis, non ut laborantem. Cæterum in
Præscriptio-
nes p̄scriptiōnū compendijs uincit. Sed decretum est ut gestientem ubique
aduersario occurtere, in tantum furenti, ut facilius præsumperit eū aenisse
Christum, qui nunquam sit annunciatuſ, quam eum qui semper fit prædi-
catuſ

catus. Hinc deniq; gradum conseruo, an debuerit tam subito uenisse. Primo, *Gradū cōfero* quia & ipse dei sui filius. hoc enim ordinis fuerit, ut antē pater filium profite retur, quām patrem filius: & antē pater de filio testaretur, quām filius de patre. Dehinc & quā missus præter filij nomen. Proinde enim præcessisse debuerat mittentis patrocinium in testimonium missi: quia nemo uenientis ex alterius autoritate, ipse eam sibi ex sua affirmatione defendit, sed ab ipsa defensionem potius expectat, præeunte suggestu eius, qui autoritatē præstat. Cæterum nec filius agnoscetur, quem nunquam patet nuncupauit: nec missus credetur, quem nunquam mandator designauit: nūcupaturus pater, & designaturus mandator, si fuisset. Suspectum habebitur omne, quod ex orbitat à regula: rerumq; principalis gradus nō sinit posterius agnosci patrem post filium, & mandatorem post mandatum, & deū post Christum. Nihil origine sua prius est in agnitione, quia nec in dispositione. Subito filius, & subito missus, & subito Christus. Atqui nihil putem à deo subitum, quia nihil à deo non dispositum. Si autem dispositum, cur & non prædicatum, ut probari posset & dispositum ex prædicatione, & diuinum ex dispositione. Et utiq; tantum opus, quod scilicet humanę saluti parabatur, uel ea tenus subitum nō fuisset, quā per fidem profuturum. In quantum enim credi habebat ut prodesset, in tantum paraturam desiderabat, ut credi posset, substructam fundamentis dispositionis & prædicationis: quo ordine fides informata, merito & homini indiceretur à deo, & deo exhiberetur ab homine: ex agnitione debens credere quia posset, quæ scilicet credere didicisset ex prædicatione. Non fuit, inquis, ordo eiusmodi necessarius, quia statim se & filium, & missum, & dei Christū, rebus ipsis esset probaturus per documenta uirtutum. At ego negabo solam hanc illispeciem ad testimonium competisse, quam & ipse postmodum exautorauit. Siquidem edicens multos uenturos, & signa facturos, & uirtutes magnas ædituros, auersionem etiam electorum, nec ideo tamen admittendos, temerariam signorū & uirtutum fidem ostendit, ut etiam apud pseudochristos facillimarum. Aut quale est *pseudochristi* si inde se uoluit probari, & intelligi, & recipi, ex uirtutibus dico, unde cæteros noluit æque & ipsos tam subito uenturos, quām à nullo autore prædicatos. Sed quia prior eis uenit, & prior uirtutum documenta signauit, idcirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posterioris quibusq; præripuit. *Locum in balneis occupare* Vide ne & ipse in conditione posteriorum deprehendatur, posterior inuenitus creatore, ante iam cognito, & prouinde uirtutes ante operato, & nō aliter præfato, nō esse alijs credendum, post eum scilicet. Igitur si priorem uenisce, & priorem de posteris pronūciasse, hoc fidem cludet: prædamnatus erit & ipse iam ab eo quo posterior est agnitus, & solius erit autoritas creatoris hoc in posteros constituendi, qui nullo posterior esse potuit. Iam nunc cum probaturus sim creatore, easdem uirtutes, quas solas ad fidem Christo tuo

uendicas, interdum per famulos suos retro ædidisse, interdū per Christum suum edendas destinasse: possum & ex hoc merito præscribere, tanto magis Christum non ex solis uirtutibus credendum fuisse, quanto illum non aetius quām creatoris interpretari potuissent, ut respondentem uirtutibus creatoris, & æditis per famulos suos, & in Christū suū re promissi. Quanquam et si alia documenta inuenirentur in tuo Christo, noua scilicet, facilius crederemus etiā noua eiusdem esse cuius & vetera, quām cuius tantummodo noua, egentia experimētis fidei uictoris uetus statis: ut sic quoq; prædicatus uenire debuerit, tam prædicationibus proprijs extruentibus ei fidem, quām & uirtutibus, præsertim aduersus Christū creatoris uenturū, & signis & prophetis proprijs munitum, ut æmulus Christi per omnes diuersitatum species reluceret. Sed quomodo à deo nunquam prædicato Christus eius prædicaretur? Hoc est ergo quod exigit, nec deū, nec Christum tuū credi: quia & deus ignotus esse non debuit, & Christus agnoscī per deum debuit. Dignatus opinor est imitari ordinem dei nostri, ut displacentis, ut cum maxime reuincendi. Nouus nouè uenire uoluit, filius ante patris professionem, & missus ante mandatoris autoritatem, ut & ipse fidem monstruosissimam induceret, qua ante crederetur Christum uenisse, quām sciretur fuisse. Competit mihi etiam illud retractare, cur non post Christum uenerit. Nam cum intueor dominum eius, tanto æuo patientissimum acerbissimi creatoris annunciantis interea in homines Christum suum, quacunq; id ratione fecit, tam reuelationem quām intercessionem suam differens: eadem ratione dico illum patientiam debuisse creatori, in Christo quoq; suo dispositiones suas executuro, ut perfecta & expleta omni operatione emuli dei & æmuli C H R I S T I, tunc & ipse proprias dispositiones superducet. Cæterum poenitentia tantæ patientiæ fecit, quod non in finem rerum creatoris pœnauerit. Vanè sustinuit prædicari C H R I S T U M eius, quē non sustinuit exhiberi. Aut sine causa intercidit temporis alieni decursum, aut sine causa tam diu non intercidit. Quid illum detinuit, quid' ue turbanit? Atquin in utrumq; commisit, post creatorem quidem tam tardè reuelatus, ante Christum uero eius tam properè. Alterum uero iam dudum debuerat traduxisse, alterum nondum: Ne illum quidem tamdiu sequentem sustinuisse: Istum uero adhuc quiescentem inquietasse, circa ambos excidens ab optimi dei titulo: certe uarius & ipse & incertus, tepidus scilicet in creatorem, & calidus in C H R I S T U M, & uanus utrobique. Non magis enim compescuit creatorem, quām obstitit C H R I S T O. Manet & creator, qualis omnino est: ueniet & C H R I S T U S qualis & scribitur. Quid uenit post creatorem, quem emendare non ualuit? Quid ante Christum eius reuelatus est, quem reuocare non potuerit? Aut si emendauit creatorem, post illū reuelatus, ut emenda danda præcederent: ergo & Christum eius æque emendaturus expectasse debuerat.

debuerat, proinde & illius posterior et mediator futurus, sicut creatoris. Aliud est si & ipse post illum rursus aduerteret: ut primo quidem aduentu processerit aduersus creatorem, legem & prophetas destruens eius: secundo procedat aduersus Christum, regnum redarguens eius. Tunc ergo conclusurus ordinem suum, tunc si forte credendus est: aut si iam hinc perfecta res est eius, uanè ergo uenturus est, nihil scilicet pertacturus. His præluserim quasi de gradu primo adhuc & quasi de longinquio. Sed & hinc iam ad certum & continuus dimicaturus, video aliquas etiam nunc lineas præducendas, ad quas erit dimicandum, ad scripturas scilicet creatoris. Secundum eas enim probaturus, Christum creatoris fuisse, ut postea Christo suo adimpleras, necesse habeo ipsarum quoque scripturarum formam, & (ut ita dixerim) naturam demandare, ne tunc in controvërsiam deductæ cum adhibentur ad causas, & sua & causarum defensione commixtæ, obtundat lectoris intentionem. Duas itaque causas Propheticæ eloquij adlego agnoscendas abhinc aduersarijs nostris, Vnam qua futura interdù pro iam transactis enunciantur. Nam & divinitati competit, quæcumque decreuerit, ut perfecta reputare, quia non sit apud illam differentia temporis, apud quam uniformem statum temporis dirigit æternitas ipsa: & diuinationi propheticæ magis familiare est, id quod propiciat, dum prospicit, iam usum atque ita iam expunctum, id est omni modo futurum demonstrare: sicut per Esaiam, Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem meam uero non auerti a sputamini bus. Siue enim Christus iam tunc in semetipsum secundum nos, siue Prophetes de semetipso secundum Iudeos pronunciabat, nondum tamen factum pro iam trânsacto sonabat. Alia species erit, qua pleraque figuratè portenduntur per enigmata, & allegorias, & parabolas, aliter intelligenda quæ scripta sunt. Nam & montes legitimus destillaturos dulcorem, non tamen ut sapam de petris, aut defructum de rupibus speres: & terram audimus lacte & melle manentem, non tam ut de glebis credas te unquam placentas & famias coacturum: quia nec statim aquilicem & agricolam se deus repromisit, dicens: Ponam flumina in regione sitiensi, & in solitudine buxum & cedrum. Sicut & prædicans de Nationum conversione, Benedic me bestiæ agrorum, sirenes & similes passerum: non utique ab hirundinum pullis & uulpeculis, & illis monstruosis fabulosisque cantricibus fausta omnia relaturus est. Et quid ego de isto genere amplius: cum etiam hereticorum Apostolus ipsam legem indulgenter bubus terentibus os liberum, non de bubus, sed de nobis interpretetur: & petram portui subministrando comitem Christum adleget fuisse: doces proinde ad Galatas, duo argumenta filiorum Abrahæ allegoricè cucurrisse: & suggerens Ephesios, quod in primordio de homine prædicatum est relicturo patrem & matrem, & futuris duabus in unam carnem, id se in Christum & ecclesiam agnosceret. Si satis constat de ipsis interim duabus proprietatibus Iudaicæ literaturæ,

*Aliquas litteras
neas predictas
cere*

*Proprietas esse
loquij propheticæ*

*Sirenes mons
struose fabus
loquæ cantrices*

*Benedic fauorum
omen ab aliquo referre*

Iudaica literatura

memento lector constitisse, ut cum tale quid adhibuerimus, non retractetur de forma scripturæ, sed de statu causæ. Cum igitur hæretica dementia eum Christum uenisse præsumeret, qui nunquam fuerat annunciatuſ, sequebarūtur ut eum Christum nondum uenisse contendere, qui semper fuerat prædicatus: atq; ita coacta est cum Iudaico errore sociari, & ab eo argumentationem sibi struere: quasi Iudæi certi & ipsi alium fuisse qui uenit, nō modo respuerint eum ut extraneum, uerum & interficerent eum ut aduersarium: agnitiſ sine dubio, & omni officio religionis prosecuturi, si ipſorū fuisset.

Rhodia lex 3. Scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, sed Pontica cauerat, errare Iudeos in Christum suum non licere, quando & si nihil tale prædicatum in illos inueniretur, uel sola utiq; humana cōdīcio deceptui obnoxia, persuasif; set, Iudeos errare potuisse, quā homines: nec statim in præiudicium sumendum de sententia eorum, quos credibile fuerit errasse. Porrò cum & prædicatum sit non agnituros eos Christum, ideoq; etiam perempturos: iam ergo ipſe erit & ignoratus & interemptus ab illis, in quem ita admittiſ prænotabantur. Hoc si probari exigis, non eas scripturas euoluam, quę interemptibilem Christum edicentes utiq; ignorabilem affirmant: nisi enim ignoratus nihil scilicet pati posset: sed reseruatis eis ad causam passionū, eas prædicationes in præsenti sufficiet adhibere, quæ interīm ignorabilem probent Christū: & hoc breviter, dum ostendunt omnē uim intellectus ademptam populo à creatore. Auferam, inquit, sapientiam sapientium illorū, & prudentiam prudentium eorū abscondam: Et aure audietis, & non audietis: & oculis uidebitis, & non uidebitis: In crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierūt, & oculos concluserunt, ne quando auribus audiant, & oculis uideant, & corde coniçiant, & conuertantur, & sanem illos. Hanc enim obtunſionem salutarium sensuum meruerant, labijs diligentes deum, corde autem longè abſtententes ab eo. Igitur si Christus quidem annunciatuſ à creatore solidante tonitruum, & concludente spiritum, & annuncian te in homines Christum suū secundum Iohelem prophetam: si omnis spes Iudeorum nedum dicam etiam gentium, in Christi reuelationem destinaabatur, sine dubio id demonstrabantur non agnitiſ & non intellecturi, ablatiſ agnitionis & intelligentiæ uiribus sapientia atq; prudētia, quod annunciatuſ, id est Christus, erraturis in eum principalibus sapientib; eo rum, id est scribis: & prudētibus, id est Phariseis, pariter & populo auribus audituro, & nō audituro, utiq; Christum docentem: & oculis uisuro, & non uisuro, utique C H R I S T U M signa facientem: secundum quod & alibi, Ec quis cæcūs, nisi pueri mei? Et quis surdus, nisi qui dominatur eorum? Sed & cum exprobrat per eundem Esaiam, filios generaui & exaltaui, at illi me reiecerunt, Agnouit bos possessorem suum, & asinus præſepe domini sui, Israel aut me non cognouit, & populus me nō intellexit. Nos quidem certi, Christum

Christum semper in prophetis locutum, spiritū scilicet creatoris, sicut Propheta testatur, Persona spiritus nostri Christus dominus, qui ab initio uicarius patris in dei nomine & auditus sit & uisus: scimus ipsius uoces eiusmodi fuisse iam tunc Israeli exprobrantibus, quae in illum commissuri prædicabantur, Dereliquistis dominum, & in iram prouocastis sanctum Israel. Si uero non in Christum, sed in ipsum potius deum uolueris referre omnem Iudaicæ ignorantia de pristino reputationem, nolens etiā retro sermonem & spiritum, id est Christum creatoris despectum ab eis & non agnatum, sic quoq; reuinceris. Non negans enim filium & spiritum & substantiam creatoris esse C H R I S T U M eius, concedas necesse est, eos qui patrem non agnuerint, nec filium agnoscere potuisse, per eiusdem substantiae conditionem: cuius si plenitudo intellecta non est, multo magis portio, certè quā plenitudinis consors. His ita dispectis, iam apparet quomodo & respuerint Iudei Christum, & interemerint, nō ut extraneum Christum intelligentes, sed ut suum non agnoscentes. Qui enim extraneum intelligere potuissent de quo nihil unquam fuerat annuntiatum: cum intelligere non potuissent, de quo semper fuerat prædicatum? Id enim intelligi uel nō intelligi capit, quod habendo substantiam prædicationis, habebit & materiam uel agnitionis uel erroris. Quod uero materia caret, non admittit sapientię eventū. Et adeo non quā alterius dei, Christū auersati persecutiꝝ sunt, sed quā solummodo hominem, quem planum in signis, & æmulum in doctrinis existimabant: ut & Planum, hoc ipsum hominem quā suum, id est Iudæum, sed Iudaismi exorbitatorem & est impostor destructorem, deduxerint in iudicium, & suo iure punierint, alienum scilicet non iudicaturi. Tanto abest ut alienū Christum intellexisse uideantur, qui nec hominem eius ut alienum iudicauerunt. Discat nunc hæreticus ex abundanti cum ipso licebit Iudeo, rationem quoq; errorum eius à quo ducatum mutuatus, in hac argumentatione, cęcus à cęco in eandē deductus foueam. Duos dicimus Christi habitus à prophetis demonstratos, totidem aduentus eius prænotasse: unum in humilitate, utiq; primum, cum tanquam ouis ad uictimam deduci habebat, & tanquam agnus ante toridentem sine uoce ita nō aperiens os, ne aspectu quidem honestus. Annunciauimus enim, inquit, de illo sicut puerulus, sicut radix in terra sicutienti, & non est species eius, neq; gloria. Et uidimus eum, & non habebat speciem, neq; decorem: sed species eius in honorata, deficiens citra filios hominū, homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem, ut positus à patre in lapidem offensionis & petram scandali, minoratus ab eo modicum citra angelos, uermem se pronuncians, & non hominem: ignominiam hominis, & nullificamen populi. Quæ ignobilitatis argumenta primo aduentui competunt, sicut sublimitatis secundo, cum fiet iam non lapis offensionis nec petra scandali, sed lapis summus angularis post reprobationem assumptus, & sublimatus in consummationem templi

templi, ecclesiæ scilicet, & petra sanè illa apud Danielem de monte præcisa, quæ imaginem secularium regnum comminuet & conteret. De quo aduentu idem prophetæ: Et ecce cum nubibus cœli tanquam filius hominis ueniens uenit usq; ad ueterem dierum, aderat in conspectu eius: Et qui assis- stebant adduxerunt illum, & data est ei potestas regia: & omnes Nationes terræ secundum genera, & omnis gloria famulabunda, & potestas eius usq; in ænum, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non uitiabitur. Tunc sci licet habiturus & speciem honorabilem, & decorum indeficientem super filios hominum: Tempestiuus enim, inquit, decole citra filios hominum, effusa est gratia in labijs tuis, propterea benedix te deus in ænum, Accingere ensem super femur tuum, potens tempestiuitate tua & pulchritudine tua: cum & pater posteaquam diminuit eum modicum quid citra angelos, gloria & honore coronabit illum & subiicit omnia pedibus eius, Tūc & cognoscunt eum qui compugerunt, & cædentes pectora sua tribus ad tribum, utiq; quod retro nō agnouerunt eū in humilitate conditionis humanæ: Et homo est, inquit Hieremias, & quis cognoscet illū: quia & natuitatem eius Esaias quis, inquit, enarrabit: Sic & apud Zachariā in persona Iesu, ita & in ipso nominis sacramento, uerus summus sacerdos patris Christus Iesus, duplice habitu in duos aduētus deliniatur, Primo sordidis indutus, id est carnis passibilis & mortalis indignitate, cum & diabolus aduersabatur ei, autor scilicet Iudeæ traditoris, ne dicam etiā post baptisma tentator. Dehinc despoliatus pristinas fordes, & exornatus podere & mitra & cidari munda, id est secundi aduentus gloria & honore. Si enim & duorum hircorum qui ieunio of- ferebantur, faciam interpretationem, nōne & illi utrumq; ordinem Christi figurant: Pares quidem atq; consimiles propter eundem dominum conspectum, quia non in alia uenturus est forma, ut qui agnoscit habeat à quibus Iesus est. Alter autem eorum circumdatuſ coccino, maledictus & consputus, & conuulsus, & compunctus à populo extra ciuitatem abiectus, in perditionem, manifestis notatus insignibus dominicæ passionis. Alter uero pro delictis oblatus, & sacerdotibus templi in pabulum datus, secundæ representationis argumenta signabat, qua delictis omnibus expiatis sacerdotes templi spiritualis, id est ecclesiæ, dominicæ gratiæ quasi uisceratione quadam fruerentur ieunantibus cæteris à salute. Igitur quoniā primus aduentus & plurimum figuris obscuratus, & omni inhonestate prostratus canebatur, secundus uero & manifestus & deo cōdignus: idcirco quem facile & intelligere & credere potuerunt, eum solum intuentes, id est secundum, nō im- merito decepti sunt circa obscuriorum certè indigiorem, id est primū. Atq; ita in hodiernum negant uenisse Christum suum, quia nō in sublimitate uenerit, dum ignorant etiam in humilitate fuisse uenturum. Desinat nunc he- reticus à Iudeo, Aspis (quod aiunt) à uipera mutuari uenenum: euomat iam hinc

*Christus for-
didatus*

*Christus or-
natus
Hirci duo*

*Proverbium
Aspis à uiper-
ra uenenum mu-
tuatur*

hinc proprij ingenij virus, phantasma vindicans Christū, nisi quod & ista sententia alios habebit autores, præcoquos & abortiuos quodammodo Marcionitas, quos Apostolus Ioannes Antichristos pronunciauit, negantes Christum in carne uenisse, & tamen non ut alterius dei ius cōstituerent, quia & de isto notati fuissent, sed quoniam incredibile præsumplerat deum carnem. Quo magis Antichristus Marcion sibi eā rapuit præsumptionem, aptior scilicet ad renuendam corporalē substantiā Christi, qui ipsum deum eius nec autorē carnis induxerat, nec resuscitatem, optimum uidelicet, & in isto, & diuersissimum à mendacijs & fallacijs creatoris. Et ideo Christus eius ne mentiretur, ne falleret, & hoc modo creatoris forsitan deputaretur, nō erat quod uidebatur, & quod erat mentiebatur, caro nec caro, homo nec homo: proinde deus Christus, nec deus. Cur enim non etiam dei phantasma portauerit? An credam ei de interiore substantia, qui sit de exteriore fru stratus? Quomodo uerax habebitur in occulto, tam fallax repertus in aper to? Quomodo autem in semetipso ueritatem spiritus fallacia carnis confundens, negatam ab Apostolo, lucis, id est ueritatis, & fallaciæ, id est tenebrarum commisit communicationem? Iam nunc cum mendacium deprehendi tur Christus, caro: sequitur, ut & omnia quæ per carnem Christi gesta sunt mendacio gesta sint, Congressus, contactus, conuictus, ipsæ quoq; uirtutes. Si enim tangendo aliquem liberauit à uitio, uel tactus ab aliquo, quod corporaliter actum est, non potest uere actū credi, sine corporis ipsius ueritate. Nihil solidum ab inani, nihil plenum à uacuo perfici licuit. Putatiuus habi tus, putatiuus actus: imaginarius operator, imaginarij opere. Sic nec passio nes Christi eius fidem merebuntur. Nihil enim passus est, qui non uerè est passus. Verè autem pati, phantasma non potuit. Euersum est igitur totū dei opus. Totum Christiani nominis & pondus & fructus, mors Christi negatur, quam tam impressè Apostolus demandat, utiq; ueram, summum eam fundatum Euangeliū cōstituens, & salutis nostræ & prædicationis suæ, Tradidi enim, inquit, uobis in primis, quod Christus mortuus sit pro pec catis nostris, & quod sepultus sit, & quod resurrexit tertia die. Porro si caro eius negatur, quomodo mors eius assueratur, quæ propria carnis est passio per mortem deuertentis in terram, de qua est sumpta, secundum legem sui autoris? Negata uero morte dum caro negatur, nec de resurrectione constabit. Eadem enim ratione non resurrexit, qua mortuus non est, non habendo substantiam scilicet carnis, cuius sicut & mors, ita & resurrectio est. Proinde resurrectione Christi infirmata, etiam nostra subuersa est. Nec ea enim ualebit, propter quam Christus uenit, si Christus non ualebit. Nam sicut illi qui dicebant resurrectionem mortuorum non esse, reuincuntur ab Apostolo ex resurrectione Christi: ita resurrectione Christi nō consistente, au fertur & mortuorū resurrectio. Atq; ita inanis est & fides nostra, inanis est

Mors Christi
 pōdus & frus
 tis Christiar.
 in nominis

prædi

prædicatio Apostolorum. Inueniuntur autem etiam falsi testes dei, quod teſtimonium dixerint quasi resuſcitauerit Christum, quem non resuſcitauit. Et sumus adhuc in delictis. Et qui in Christo dormierunt, perierunt: sanè tamen resurrecti, sed phantasmate forsitan sicut & Christus. In ista quæſtione qui putaueris opponendos esse nobis angelos creatoris, quasi & illi in phantasmate putatiꝫ utiqꝫ carnis egerint apud Abraham & Lot, & tamen uerè sunt & congressi, & pasti, & operati quod mandatum eis fuerat, Primo non admitteris ad eius dei exempla quem deſtruis. Nam & quāto meliorem & perfectiorem deum inducis, tanto non competunt illi eius exempla, quo nisi diuersus in totum, non erit omnino melior atqꝫ perfectior. Dehinc ſeito, nec illud cōcedi tibi, ut putatiꝫ fuerit in angelis caro, sed uerè & ſolidę ſubstantiæ humanae. Si enim difficile non fuit illi, putatiꝫ carnis ueros & ſenſus & actus exhibere, multo facilius habuit ueris & ſenſibus & actibus ueram dediſſe ſubstantiā carnis, uel quā proprius autor & artifex eius. Tuus autem deus eo quod carnem nullam omnino produxerit, merito fortaffe phantasma eius intulerit, cuius non ualuerat ueritatem. Meus autem deus qui illam de limo ſumptam, in hac reformauit qualitate, nondū ex ſemine coniugali, & tamen carnē, & que potuit ex quacūqꝫ materia angelis quoqꝫ aſtruxiſſe carnem, qui etiam mundum ex nihilo in tot & talia corpora, & quidem uerbo ædificauit. Et utiqꝫ si deus tuus ueram quandoqꝫ ſubstantiam angelorum hominibus pollicetur: erūt enim, inquit, ſicut angelii: cur non & deus meus ueram ſubstantiam hominum angelis accōmodarit. Vnde ſumptam? Quia nec tu mihi respōdebis, unde illa apud te angelica ſumatur, ſufficiens mihi hoc definire, quod deo congruit, ueritatem ſcilicet eius rei quā tribus testibus ſenſibus obiecit, uisui, tactui, auditui. Difficilius deo mentiri, quām carnis ueritatem unde producere, licet non nat̄e. Cæterum & alijs hæreticis definiſſentibus carnem illam in angelis ex carne naſci debuifſe, si uerè fuiffet humana, certa ratione respondemus, qua & humana uere fuerit, & innata. Humana uerè propter dei ueritatem à mendacio & fallacia extranei. & quia non poſſent humanitus tractari ab hominibus, niſi in ſubstantia humana. Innata autem, quia ſolus Christus in carnem ex carne naſci habebat, ut natuitatem noſtrā natuitate ſua reformaret: atqꝫ ita etiam mortē noſtrā, morte ſua diſſolueret, reſurgendo in carne in qua natus eſt, ut & mori poſſet. Ideoqꝫ & ipſe cum angelis tunc apud Abraham in ueritate quidem carnis appaſſuit, ſed nondū nat̄e, quia nondū morituræ, ſed diſcentis iam inter homines conuertiſſari. Quo magis angelii neqꝫ ad moriendum pro nobis dispositi, breuem carnis commeatūm non debuerunt naſcendo ſumpiſſe, quia nec moriendo deſtituti eam fuerant, ſed unde ſumptam, & quoquo modo omnia dimiſſam, mentiti eam tamen non ſunt. Si creator facit angelos ſpiritus, & apparitores ſuos ignē flagrantem: tam uere ſpiritus quām & ignem

Videtur unde
affirpare pro
dicende

ignem, idem illos uere fecit & carnē: ut nunc recordemur & hæreticis retinuerimus eius esse promissum, homines in angelos reformati quādoq; qui angelos in homines formarit aliquando. Igitur nō admissus ad consortium exemplorum creatoris ut alienorum, & suas habentium causas, uelim ædas & ipse consilium dei tui, quo C H R I S T U M suum non in ueritate carnis exhibuit. Si aspernatus est illam ut terrenā, & (ut dicitis) stercoribus infersam, cur non & simulachrum eius proinde despexit? Nullius enim dignandæ rei imago dignanda est. sequitur statū similitudo. Sed quomodo inter homines conuersaretur, nisi per imaginem substantiæ humanæ? Cur ergo non potius per ueritatem, ut uere conuersaretur si necesse habebat conuersari: quanto dignius necessitas fidem, quam stropham administrasset? Satis miserum deum instituis, hoc ipso quod Christum suum non potuit exhibere nisi in indignæ rei effigie, & quidem alienæ. Aliquantis enim indignis conuenerit uti nostris, sicut alienis non congruet uti, licet dignis. cur enim non in aliqua alia digniore substantia uenit, & in primis sua, ne & indigna & aliena uideretur eguisse? Si creator meus per tubum quoq; & ignem, idem postea per nubem & globum cum homine congressus est, & elementorum corporibus in representationibus sui usus est, satis hæc exempla diuinæ potestatis ostendunt, deum non eguisse aut falsæ aut etiā ueræ carnis paratura. Cæterum si ad certum spectamus, nulla substantia digna est quam deus induat. Quocunq; induerit ipse dignum facit, absq; mendacio tamē. Et ideo quale est, ut dedecus existimat ueritatem potius quam mendaciū carnis? At quin honorauit illam fingendo. Quanta iam caro est, cuius phantasma necessariū fuit deo superiori? Totas istas præstigias putatiæ in Christo cor/ Putatiæ cor/ pulentiæ, Marcion illa intentione suscepit, ne ex testimonio substantiæ humaniæ, nativitas quoq; eius defenderetur, atq; ita Christus creatoris vindicaretur, ut qui nascibilis ac per hoc carneus annunciatetur. Stultissimè & hic Ponticus, quasi nō facilius crederetur caro in deo non nata, quam falsa, præstuentibus uel maxime fidem istam angelis Creatoris in carne uera conuersatis, nec tamen nata. Nam & Philumene illa magis persuasit Apelli, cæterisq; desertoribus Marcionis, ex fide quidem Christum circumtulisse carnem, nullius tamen nativitatis, utpote de elementis eam mutuatum. Quod si uerebatur Marcion, ne fides carnis, nativitatis quoq; fidem induceret, si ne dubio qui homo uidebatur, natus utiq; credebatur. Nam & mulier quedam exclamauerat, Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ hausisti. Et quomodo mater & fratres eius dicti sunt foris stare? Et uidebimus de his capitulis suo tempore. Certè cum & ipse se filium hominis prædicaret, natum scilicet profitebatur. Nunc ut hæc omnia ad Euangeliū distulerim examinationem, tamē quod supra statui, si omni modo natus credi habebat qui homo uidebatur, uane nativitatis fidem consilio imaginariæ carnis expungen

u dam

7 tam putauit. Quid enim profuit non uerè fuisse quod pro uero haberetur, tam carnem quam natuitatem: aut si dixeris, Viderit opinio humana: iam deum tuum honoras fallacie titulo, si aliud se sciebat esse, quam quod homines fecerat opinari. Iam tunc potuisti etiam natuitatem putatiuam illi accommodasse, ne in hanc quoq; impegiſſes quæſtionem. Nam & mulierculæ non unquam prægnantes sibi uidentur, aut sanguinis tributo, aut aliqua Scenam decurſuare in flatæ. Et utiq; debuerat phantasmatis scenam decucurriſſe, ne rere originem carnis non defalſasset, qui personam ſubſtantiaē ipsius egiffet. Planè natuitatis mendacium recuſasti: ipsam enim carnem uera ædidiſti. Tum piffimum ſcilicet dei, etiam uera natuitas. Age iam perora in illa sanctissima & reuerenda opera naturæ, inuehere in totū quod es, carnis atq; animæ originem deſtruere: cloacam uoca uterum, tanti animalis id est hominis producendi officinam: perſequere & partus immunda & pudenda tormenta, & ipsius exinde puerperij ſpurcos, anxios, ludicros exitus. Tamen cū omnia iſta deſtruxeris, ut deo digna conſirmes, non erit indignior morte natuitas, & cruce infantia, & natura poena, & carne damnatio. Si uerè iſta paſſus eſt Christus, minus fuifſet naſci. Si mendacio paſſus eſt, ut phantasma, potuie & mendacio naſci. Summa iſta Marcionis argumenta, per quæ alium efficit Christum, ſatis opinor oſtendimus, non conſistere omnino, dum doceamus magis utiq; competere deo ueritatem quam mendaciū eius habitus, in quo Christum ſuum exhibuit. Si ueritas fuit, caro fuit: ſi caro fuit, natus eſt. Ea enim quæ expugnat hæc hæresis, conſirmantur, cum ea per quæ expugnat deſtruūtur. Itaq; ſi carneus habebitur, quia natus, & natus quia carneus, quia phantasma nō fuerit, ipſe erit agnoscendus, qui in carne & ex natuitate uenturus annūciabatur à creatoris Prophetis, utpote Christus creatoris. Pro uoca nunc, ut ſoles, ad hanc Eſaiæ comparationem Christi, cōtentus illam in nullo conuenire. Primo enim, inquis, Christus Eſaiæ Emmanuel uocari habebit, dehinc uirtutem ſumere Damasci & ſpolia Samariæ, aduersum regem Aſſyriorum. Porro iſte qui uenit, neq; ſub eiusmodi nomine eſt æditus, neq; ulla re bellica functus eſt. At ego te admonebo uti coherentia quoq; utriuſq; capituli recognofcas. Subiuncta eſt enim & interpretatione Emmanuelis, nobiſcum deus, uti non ſolum ſonū nominis ſpectes, ſed & ſenſum. Sonus enim Hebraicus, quod eſt Emmanuel, ſuæ gentis eſt. Sensus autem eius, quod eſt deus nobiſcum, ex interpretatione communis eſt. Quære ergo an iſta uox, nobiſcum deus, quod eſt Emmanuel, exinde quod Christus illuxit, agitetur in Christo. Et puto non negabis, utpote qui & ipſe dicas, deus nobiſcum dicitur, id eſt Emmanuel. Aut ſi tam uanuſ es, ut quia penes te nobiſcum dicitur, nō Emmanuel, idcirco uoluiſſe illum cuius proprium ſit uocari Emmanuel, quaſi non hoc ſit & deus nobiſcum, inuenies apud Hebræos Christianos, imo & Marcionitas Emmanuelē nominare

nominare, cum uolunt dicere nobiscum deus: sicut & omnis gens quoquo
sono dixerit, deus, nobiscum deus, Emmanuel pronunciabit, in sensu so-
num expungens. Quod si Emmanuel nobiscum deus est, deus autem no-
biscum Christus est, qui etiam in nobis est: quotquot enim in Christū tin-
cti estis, Christum induistis: tam proprius est Christus in significatione no-
minis, quod est nobiscum deus, quam in sono nominis, quod est Emmanuel.
Atq; ita constat uenisse iam illum qui prædicabatur Emmanuel, quia quod
significat Emmanuel uenit, id est nobiscum deus. & que sono nominum du-
ceris, cum uirtutem Damasci, & spolia Samariæ, & regem Assyriorū, sic ac-
cipis quasi bellatorem portendant Christum creatoris, non animaduertens
quid scriptura promittat. Quoniam priusquam cognoscat uocare patrem
& matrem, accipiet uirtutem Damasci & spolia Samariæ aduersus regem
Assyriorum. Ante est enim inspicias etatis demonstrationem, an hominem
iam Christum exhibere possit, nedum imperatorem. Scilicet uagitu ad ar-
ma esset conuocaturus infans, & signa belli nō tuba, sed crepitacillo daturus:
nec ex equo uel de curru uel de muro, sed de nutricis aut gerulæ suæ collo si-
ue dorso hostem destinaturus: atq; ita Damascum & Samariam pro ma-
millis subacturus. Aliud est si penes Ponticos, Barbaricæ gentis infantes in
prælium erumpunt, credo ad solem uncti prius, dehinc pannis armati, & bu-
tyro stipendiati, qui ante norint lanceare quam lancinare. Enim uero si nul-
quam hoc natura cōcedit, ante militare quam uiuere, ante uirtutem Dama-
sci sumere quam patris & matris uocabulū nosse, sequitur ut figurata pro-
nunciatio uideatur. Sed & uirginem, inquit, parere naturā non patitur, & ta-
men creditur prophetæ. Et merito. Præstruxit enim fidem incredibili rei, ra-
tionē ædendo quod in signo esset futura. Propterea, inquit, dabit uobis do-
minus signum, Ecce uirgo cōciperit in utero, & pariet filium. Signum autem
a deo nisi nouitas aliqua monstruosa tam dignum non fuisset. Denique &
Iudæi siquando ad nos deſciendos mentiri audent, quasi nō uirginem, sed
iuuenculam concepturam & paritoram contineat, hinc reuincuntur, quod ni-
hil signi uideri possit res cottidiana, iuuencula scilicet prægnatus & partus.
In signum ergo disposita uirgo, & mater, merito crederetur: infans uero bel-
lator non æque. Non enim & hic signi ratio uersatur. Sed signo natuitatis
nouæ aſcripto, exinde post signum alibi ordo iam infantis edicitur, mel &
butyrum manducaturi. Nec hoc utiq; in signum est, malitiæ non assentatu-
ri, & hoc enim infantia est, sed accepturi uirtutem Damasci & spolia Samari-
æ aduersus regem Assyriorū. Serua modum ætatis, & quæ posterior detraxisti, & tam
intelligitur prophetia, quam renunciatur expuncta. Maneant autem oriен-
tales illi Magi, in infantia Christum recentem auro & thure munerantes, &
accepit infans uirtutem Damasci sine prælio & armis. Nam præter quod

u 2 omnibus

omnibus notum est, orientis virtutem, id est uim & uires auro & odoribus pollere solitam, certe est creatori virtutem cæterarum quoqe gentiū aurum constitucere, sicut per Zachariam, Et Iudas pertendet apud Hierusalem, & congregabit omnem ualentiam populorum per circuitum aurum & argentum. De illo aut tunc auri munere etiam David, Et dabitur illi ex auro Arabia. Et rursus, Reges Arabū & Saba munera offerent illi. Nam & Magos reges habuit ferè Oriens, & Damascus Arabiæ retro deputabatur, anteqe transcripta erat in Syrophœnicen, ex distinctione Syriarum, cuius tūc uitæ tuteum Christus accepit, accipiēdo insignia eius, aurum scilicet & odores: Spolia autem Samariæ, ipsos Magos: qui cū illum cognouissent, & muneribus honorassent, & genu posito adorassent quasi deum & regem sub testimonio indicis & ducis stellæ, spolia sunt facti Samariæ, id est idololatriæ, credentes uidelicet in Christum. Idololatriam enim Samariæ nomine notaue, ut ignominiosæ ob idololatriam qua descierat tunc à deo sub rege Hieroboam. Nec hoc enim nouū est creatori figuratè uti translatione nominum, ex comparatione criminum. Nam & ἄρχωται Sodomorum, appellat ἄρχοντας Iudeorum, & populum ipsum, populum Gomorræ uocat. Et idem alibi: Pater, inquit, tuus Amorreus & mater tua Cethaea: ob consimilem impietatem, Quos aliquando etiam suos filios dixerat, filios generaui & exaltavi. Sic & Aegyptus nonnunquam totus orbis intelligitur apud illū, superstitionis & maledictionis elogio. Sic & Babylon etiam apud Ioannem nosstrum Romanæ urbis figura est, proinde magna & regno superba & sautorum dei debellatrix. Hoc itaque usu Magos quoqe Samaritarum appellatione titulauit, despoliatos quod habuerant cum Samaritis, ut diximus, idololatriam. Aduersus regem autem Assyriorum, aduersus Herodem intellige, cui utique aduersati sunt Magi, tunc nō renunciādo de Christo, quem intercipere quærebatur. Adiuuabitur hęc nostra interpretatio, dum & alibi bellatorem existimans Christum, ob armorum quorundam uocabula & eiusmodi uerba, ex reliquorum quoqe sensuum comparatione conuinceris: Accingere, inquit David, enī super femur. Sed quid supra legis de Christo? Tempestiuus decore præter filios hominum, effusa est gratia in labijs tuis. Rideo, si quem ad bellum enī cingebat, ei de tempestiuitate decoris, & labiorum gratia blandiebatur: Sic item subiungens, & extende & prosperare & regna: adiecit, propter ueritatem & lenitatem & iustitiam. Quis enim enī operabitur, & non contraria potius dolū & asperitatem & iniustitiam, propriæ bellorum, pria scilicet negotia præliorum? Videamus ergo an aliis sit ensis ille, cuius aliis est actus. Nam & Apostolus Ioannes in Apocalypsiensem describit ex ore dei prodeuntem bis acutum, præacutum, quæm intelligi oportet sermonem diuinum, bis acutum duobus testamentis legis & Euagelijs, acutum sapientia, infestum diabolo, armantem nos aduersus hostes spiritales nequit, &

tiae, & concupiscentiae omnis, amputantem etiam à charissimis ob dei nomen. Quod si Ioannem agnatum non uis, habes communem magistrum Paulum, præcinctem lumbos nostros ueritate & lorica iustitiae, & calcian tem nos præparatione Euangelij pacis, nō belli: assumere iubentem scutum fidei, in quo possimus omnia diaboli ignita tela extinguere, & galeā salutaris, & gladium spiritus, quod est, inquit, dei sermo. Hac & dominus ipse macharam uenit mittere in terram, non pacem. Si tuus Christus est, ergo & ipse bellator est. Si bellator non est, macharam intentas allegoricam, licuit ergo & Christo creatoris in psalmo sine bellicis rebus ense sermonis præcognitioni figuratò, cui supradicta tempestiuitas, & grata labiorum, quem tunc iam cingebatur super femur apud Dauid, quandoq; missurus in terram. Hoc est enim quod ait, Et extende & prosperare & regna. Extendens sermonem in omnem terram, ad uniuersarum gentium uocationē, prospexit successu fidei, quâ est receptus, & regnans exinde quâ mortem resurrectione deuicit. Et deducit te, inquit, mitifice dextera tua. Virtus scilicet gratiae spiritualis, qua Christi agnitus deducitur. Sagittæ tuæ acutæ, peruolantia ubiq; præcepta, & minæ & traductiones cordis cōpungentes & transfigurantes conscientiam quanque. Populi sub te cōcident, utiq; adorantes. Sic bellipotens & armiger Christus creatoris: sic & nūc accipiens spolia non solius Samariæ, uerum & omnium gentium. Agnosce & spolia figurata, cuius & arma allegorica didicisti. Figurate itaq; & domino eiusmodi loquente, & Apostolo scribente, non temere interpretationibus eius utimur, quarū exempla etiam aduersarij aduertunt, atq; ita in tantum Esaïæ erit Christus qui uenit, in quantum non fuit bellator, quia non talis ab Esaia prædicatur. De quæstione carnis, & per eam nativitatis, & unius interim numinis Emmanuelis huc usque. De cæteris uero nominibus, & in primis Christi, quid pars diuersa respondebit? Si proinde commune est apud uos Christi nomen, quemadmodum & dei, ut sicut utriusq; dei filiū Christum competat dici, sic utrumq; patrem dominum, certe ratio huic argumentationi refragabitur. Dei enim nomen quasi naturale diuinitatis, potest in omnes communicari, quibus diuinitas uindicatur, sicut & idolis, dicente Apostolo, Nam & sunt qui dicuntur dñs, siue in cœlo, siue in terris. Christi uero nomen non ex natura ueniens, sed ex dispositione, propriū eius efficitur, à quo dispositum inuenitur. Nec in cōmunicationē alij deo subiacet, maximè emulo, & habenti suā dispositionē, cui & nomina priuata debebit. Quale est enim quod diuersas dispositiones duorum commentati deorum, societatem nominū admittunt, in discordiam dispositionum: quando nulla magis probatio afflisteret duorum & emulorum deorum, q; si in dispositione eorū etiam diuersitas nominum inueniretur. Nullus enim status differentiarum, nō nisi proprietatibus appellationum consignatur. Quibus deficiētibus siquando, nunc

u 3 Græca

Græca catachresis de alieno abutendo succurrit: apud deum autem deficeret puto nihil debet, nec de alieno instrui dispositiones eius. Quis hic deus est, qui filio quoq; suo nomina à creatorc uendicat: non dico aliena, sed uetera & uulgata, quæ uel sic non competerent deo nouo & incognito. Quomodo deniq; docet nouā plagulam non ad sui ueteri uestimento, nec uinū nouum ueteribus utribus credi, assutus ipse & induitus nominū serio? Quomodo abscedit Euangeliū à lege, tota lege uestitus: in nomine scilicet Christi. Quis illū prohibuit aliud uocari, aliud prædicantem, aliunde uenientem, cū propterea nec corporis suscepere ueritatē, ne Christus creatoris credetur? Vanè autem noluit eum se uideri, quem uoluit uocari: quando & si uere corporeus fuisset, magis Christus creatoris non uideretur, si non uocaretur. At nunc substantiam respuit, cuius nomen accepit, etiam substantiam probaturus ex nomine. Si enim Christus unctus est, ungui utiq; corporis passio est: qui corpus non habuit, ungui omnino non potuit. Qui ungui omnino non potuit, Christus uocari nullo modo potuit. Aliud est, si & nominis phantasma affectauit. Sed quomodo, inquit, irreperet in Iudæorum fidem, nisi per solenne apud eos & familiare nomine? Inconstantem aut subdolum deum narras. aut diffidentia, aut malitiositatis consilium est, fallendo quid promouere. Multo libetius atq; simplicius egerunt pseudoprophætæ, aduersus creatorem in sui dei nomine uenientes. Sed nec effectum consilij huius inuenio, cum facilius aut suum crediderint Christum, aut planū pertius aliquem, quam alterius dei Christum, sicut Euangeliū probabit. Nunc si nomen Christi, ut sportulam furunculus, captauit, cur etiā Iesus uoluit appellari, non tam expectabili apud Iudæos nomine? Nec enim si nos per dei gratiam intellectū consequuti sacramentū eius, hoc quoq; nomen agnoscamus Christo destinatum, ideo & Iudæis quibus adempta est sapiētia, nota erit res. Deniq; ad hodiernū, Christū sperant nō Iesum, & Heliā potius interpretantur Christum qz Iesum. Qui ergo & in eo nomine uenit in quo Christus non præsumebatur, potuit in eo solo nomine uenisse quod solum præsumebatur. Cæterum cum duo miscuit, speratum & insperatum, expugnatur utrumq; consilium eius. Siue enim ideo Christus, ut interim quasi creatoris irreperet, obrepit Iesas, quia non sperabatur Iesus in Christo creatus: siue ut alterius haberetur, non sinit Christus, quia non alterius sperabatur Christus quam creatoris. Quid horum constare possit ignoro. Constat autem utrumq; in Christo creatoris, in quo inuenitur etiam Iesus. Quomodo inquis: disce & hic cum partiarijs erroris tui Iudæis. Cum successor

*Planum, hoc
est impostorē*

*vi sportulam
furunculus*

Moysi destinaretur Aues filius Naue, transfertur certe de pristino nomine, & incipit uocari Iesus. Certe, inquis. Hac prius dicimus figurā futuri fuisse Nam quia Iesus Christus secundū populū, quod sumus nos nati in seculi desertis, introducturus erat in terrā promissionis melle & lacte manantem, id est

id est uitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius: id quod non per Moysen, id est non per legis disciplinam, sed per Iesum, per Euangelij gratiam prouenire habebat, circumcisus nobis petrina acie, id est Christi: petra enim Christus: ideo is uir qui in huius sacramenti imagines parabatur, etiam nominis dominici inauguratus est figura, Iesus cognominatus. Hoc nomine ipse Christus suum iam tunc esse testatus est, cum ad Moysen loquebatur. Quis enim loquebatur nisi spiritus creatoris, qui est Christus? Cum ergo mandato diceret populo, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui te custodiat in uia, & introducat in terram quam paraui tibi, intendite illi & examinate eum, ne inobaudieritis eum: non enim cœlaui te, quoniam nomen meum super illum est: angelum quidem meum dixit ob magnitudinem uirtutum quas erat æditurus, & ob officium prophetæ nunciantis scilicet diuinam uoluntatem: Iesum autem ob nominis sui futuri sacramentum. Identidem nomen suum confirmauit, quod ipse ei indiderat, quia non angelum, nec Awen, sed Iesum eum iussuerat exinde uocitari. Ergo si utrumque nomen competit in Christum creatoris, tanto utrumque non competit in Christum non creatoris, sicut non reliquus ordo. Facienda est denique iam hinc inter nos certa ista & iusta prescriptio, & utriusque parti necessaria, qua determinatum sit nihil omnino commune esse debere alterius dei Christum, cum Christo creatoris. Nam & à uobis proinde diuersitas defendenda est, sicut à nobis repugnanda est: quia nec uos probare poteritis alterius dei uenisse Christum, nisi eum longè alium demonstraueritis à Christo creatoris: nec nos eum creatoris uendicare, nisi talem eum ostenderimus, qualis constituitur à creatore. De nominibus iam obduximus. Mihi uendico Christum, mihi defendo Iesum. Reliquum ordinem eius cum scripturis conferamus. Quodcumque illud corpusculum sit, quoniam habitum, & quoniam cōspectum fuit, si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis, meus erit Christus: talis enim habitu & aspectu annunciatbatur. Adebat rursus Esaias: Annunciauimus, inquit, coram ipso uelut puerulus, uelut radix in terra sitienti, & non est species eius neque gloria: & uidimus eum, & non habebat speciem neque decorem. Sed species eius inhonrata, deficiens citra omnes homines. Sicut & supra patris ad filium uox. Quem admodum expauescet multi super te, sic sine gloria erit ab hominibus forma tua. Nam etsi tempestiuus decore apud Dauid citra filios hominum, sed in allegorico illo statu gratiae spiritalis: Cum accingitur ense sermonis, qui uere species & decor & gloria ipsius est: cæterum habitu incorporabili apud eum dem Prophetam, uermis etiam & non homo, ignominia & nullificamen populi. Neque interiorum qualitatē eius, eiusmodi annuncias. Si enim plenitudo in illo spiritus constituit, agnosco uirgam de radice Iesse. Flos eius meus erit Christus, in quo requieuit secundum Esaiam spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & uigoris, spiritus agnitionis & pietatis, spiritus timoris dei.

u 4 Neque

Neq; enim ulli hominum, diuersitas spiritualium documentorum competebat nisi in Christū, flori quidem ob gratiam spiritus adæquatum, ex stirpe aut Iesse deputatum per Mariam inde censem. Ex postulo aut de propoſito, si das ei omnis humilitatis & patientiae & tranquillitatis intentionem, & ex his Esaiæ erit Christus, homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem: qui tanq; ouis ad victimā adductus est, & tanquam agnus ante tondentem non aperuit os. Qui neq; contendit neq; clamauit, nec audita est foris uox eius: qui harundinem cōfusam, id est quassam Iudæorum fidem non cōminuit qui linum ardens, id est momentaneū ardorem gentium non extinxit. Non potest alius esse, q; qui prædicebatur. Oportet actum eius ad scripturarum regulam recognosci, dupli, nisi fallor, operatione distinctum, prædicatio-
*Quasi in rem
presentem* nis & uirtutis. Sed de utroq; titulo sic disponam, ut quoniam ipsum quoq; Marcionis euangeliū discuti placuit, de speciebus doctrinarū & signorum illuc differamus quasi in rem præsentē: hic aut generaliter expungamus or-
*Sanatio mor
borum* dinem cœptum, docentes prædicatorem interim annunciarī Christum per Esaiam. Quis enim, inquit, in uobis qui deum metuit, & exaudiet uocem fu-
Typi crucis lij eius: Item medicatorem. Ipse enim, inquit, imbecillitates nostras abstulit, & languores portauit. De exitu planè puto diuersitatem tentatis inducere, negantes passionem crucis in Christum creatoris prædicatam, & argumen-
fixi tantes insuper nō esse credendum, ut in id genus mortis exposuerit creator filium suum, quod ipse maledixerat: Maledictus, inquit, omnis qui pepen-
12 derit in ligno. Sed huius maledictionis sensum differo dignæ sola prædica-
tione crucis, de qua nunc maximè quæritur, quia & aliâs antecedit rerū pro-
batio, rationē. De figuris prius edocebo. Et utiq; uel maxime sacramentum
Rhinoceros fixi istud figurati in prædicatiōe oportebat: quāto incredibile, tanto magis sca-
Minotaurus dalo futurū, si nude prædicaretur: quantoq; magnificū, tanto magis obum-
brandum, ut difficultas intellectus gratiā dei quæreret. Itaq; in primis Isaac cum à patre in hostiam deditus, lignum sibi ipse portaret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimā concessi à patre, & lignū passionis suæ baiu-
lantis. Joseph & ipse Christū figuratus, nec hoc solo (ne demoreret cursum) quod persecutionem à fratribus passus est ob dei gratiā, sicut & Christus à Iudeis carnaliter fratribus, cum benedicitur à patre, etiam in hæc uerba, Tauri decor eius, cornua unicornis cornua eius; in eis Nationes uentilabit

dejiciens de cœlo in terram. Idem erit & alibi Taurus apud eandem scripturam cum Iacob in Simeonem & Leui, id est in Scribas & Pharisæos (ex illis enim deducitur census istorum) spiritualiter interpretatur, Simeon & Leui perfecerunt iniquitatem, ex sua heresi, qua scilicet Christum sunt persecuti. In concilium eorum ne uenerit anima mea, & in stationem eorum ne incubuerint iecora mea, quia in indignatione sua interfecerunt homines, id est Prophetas, & in cōcupiscentia sua ceciderunt neruos tauro, id est Christo, quem post necem Prophetarum suffigendo, neruos utique eius, clavis deseuierunt. Cæterum uanum si post homicidia, alicuius bouis illis exprobrat carnificiam. Nam uero Moyses quid utique tunc tantum cum Iesus aduersus Amalech præliabatur, expansis manibus orat residens, quādo in rebus tam attonitis, magis utique genibus depositis, & manibus cædentiibus pectus, & facie humi uolutante, orationem cōmendare debuisset: nisi quia illic ubi nomen domini dimicabat, dimicatur quandoque aduersus diabolum, crucis quoque erat habitus necessarius, per quam Iesus uictoriā effet relatus. Idem rursus Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur æreū serpentem ligno impositum, pendens habitu in spectaculum salutare proposuit: An & hic dominicæ crucis uim intentabat, qua serpens diabolus publicabatur, & læso cuique à spiritualibus colubris, intuenti tamē & credenti in eam, sanitas mortuum peccatorum, & salus exinde prædicabatur: Age nunc si legisti penses David, dominus regnauit à ligno, expesto quid intelligas. nisi forte lignarium aliquem regem significari Iudeorum, & non Christum, qui exinde à passione ligni superata morte regnauit. Etsi enim mors ab Adā regnauit usque ad Christum, cur Christus nō regnasse dicatur à ligno, ex quo crucis ligno mortuus, regnum mortis exclusit? Proinde & Esaias: Quoniā, inquit, puer natus est nobis. Quid noui si non de filio dei dicit? & datus est nobis, cuius imperium factum est super humerum ipsius. Quis omnino regum insigne potestatis suæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu sceptrum, aut aliquam propriæ uestis notam? Sed solus nouus rex nouorum æuorum Christus Iesus, nouæ gloriæ & potestatem & sublimitatem suam humero extulit, crucē scilicet, ut secundum superiorē prophetiam exinde dominus regnaret à ligno. Hoc lignū & Hieremias tibi insinuat, dicitur prædicans Iudeis, Venite mittamus lignum in panem eius, utique in corpus. Sic enim deus in euāgeliō quoque uestro reuelauit, panē corpus suū appellans, ut & hinc iam eum intelligas corporis sui figuram panis dedisse, cuius retro corpus in panem Prophetes figurauit, ipso domino hoc sacramentum postea interpretaturo. Si adhuc queris dominicæ crucis prædicationem, satis iam tibi potest facere uigesimus primus psalmus totā Christi continens passionē, canentis iam tunc gloriam suam: Foderunt, inquit, manus meas, & pedes, quæ propria atrocia crucis. Et rursus cū auxilium patris implorat

spectaculum
serpentis salu-
tare

Lignarium rex

implorat. Saluum, inquit, fac me ex ore leonis, utiq; mortis, & de cornibus unicornis humilitatē, de apīcibus scilicet crucis, ut supra ostendimus. Quam crucem nec ipse David passus est, nec ullus rex Iudeorum, ne putas alterius alicuius, qui solus à populo tam insigniter crucifixus est. Nunc & si omnes istas interpretationes respuerit & irriserit heretica duritia, concedam illi nullam c h r i s t i crucem significatam à creatore: quia nec ex hoc probabit alium esse qui crucifixus est, nisi forte ostéderit hunc exitum eius à suo deo prædicatum: ut diuersitas passionum, ac per hoc etiam personarum, ex diuersitate prædicationum vindicetur. Cæterum nec ipso Christo eius prædictato, nedium cruce ipsius, sufficit in meum Christum solius mortis prophētia: Ex hoc enim quod non est ædita qualitas mortis, potuit & per crucē eue nisse, tunc alij deputanda, si in alium fuisset prædicatum: nisi si nec mortem uolet Christi mei prophetatam, quo magis erubescat si suū quidem Christum mortuum annunciat, quem negat natum: meum uero mortalem ne¹⁴gat, quem nascibilem confitetur. Et mortem autem & sepulturam & resurrectionē Christi mei, una uoce Esaiae uolo ostendere, dicentis. Sepultura eius sublata de medio est. Nec sepultus em̄ esset nisi mortuus, nec sepultura eius sublata de medio nisi per resurrectionem. Deniq; subiecit: Propterea ipse multos hæreditati habebit, & multorum diuidet spolia, pro eo quod tradita est anima eius in mortem. Ostensa est enim causa gratiæ huius, pro iniuria scilicet mortis repensandæ. pariter ostensum est, hæc illum propter mortem consecutūrum, post mortem utiq; per resurrectionē consecuturus. Sufficit hucusq; de his interim ordinem Christi decucurrisse, quo talis probatus qualiter annunciat, non alijs haberi debeat, quām qui talis annunciat: ut iam ex ista consonantia rerum eius, & scripturarum creatoris, ille etiam restituenda sit fides ex præiudicio maioris partis, quæ ad diuersas sententias uel in dubium ducuntur uel negantur. Amplius nūc superstruimus ea quoq; paria ex scripturis creatoris, quæc̄ post Christū futura præcinebantur. Nec enim dispositio expuncta inueniretur, si non ille uenisset, post quem habebat euenire. Aspice uniuersas Nationes de uoragine erroris humani, exinde emergentes ad deum creatorem, ad deum Christum, & si audes nega prophetatum, Sed statim tibi in psalmis promissio patris occurrit: Filius meus es tu, ego hodie generaui te. Postula de me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Nec poteris magis David filium eius uendicare quām Christum: aut terminos terræ David potius promissos, qui intra unicam Iudeorum gentem regnarit, quām c h r i s t o, qui totū iam orbem Euangeliū sui fide cepit. Sic & per Esaiam: Ecce dedi te in dispositionem generis, in lucem Nationum, aperire oculos cæcorum, utiq; errantium, exoluere de uinculis uinctos, id est de delictis liberare, & de cella carceris, id est mortis, sedētes in tenebris, ignorantia scilicet

scilicet. Quæ si per Christum eueniunt, non in alium erunt prophetata, q̄
 per quem eueniunt. Item alibi: Ecce testimoniu[m] eum Nationibus posui, princi-
 piper & imperantem Nationibus. Nationes quæ te non sciunt, inuocabūt
 te, & populi confugient ad te. Nec enim hæc in Dauid interpretaberis, quia
 præmisit, Et disponā uobis dispositionem æternam, religiosa & fidelia Da-
 uid. Atquin hinc magis Christū intelligere debebis ex Dauid deputatum
 carnali genere ob Mariæ uirginis censem. De hoc enim promisso iuratur in
 psalmo ad Dauid: Ex fructu uentris tui collocabo super thronū tuū. Quis
 iste uenter est? Ipsius Dauid? Vtq[ue] non. Neq[ue] enim paritus esset Dauid.
 Sed nec uxor eius. Non enim dixisset, ex fructu uentris tui, sed potius, ex
 fructu uentris uxorius tuæ. Ipsius aut dicendo uentrem, supereſt ut aliquem
 de genere eius ostenderit, cuius uentris futurus esset fructus caro Christi,
 quæ ex utero Mariæ floruit. Ideoq[ue] & fructum uentris tantum nominauit,
 ut propriè uentris, quasi solius uentris, non etiam uiri: & ipsum uentrem ad
 Dauid redegit, ad principem generis, & familiæ patrem: nam quia uiro de-
 putare non poterat uirginis eum uentrem, patri deputauit. Itaq[ue] in Christo
 noua dispositio inuenitur hodie: hec erit quam tunc creator pollicebatur, re-
 ligiosa & fidelia Dauid appellans quæ erant Christi, quia Christus ex Da-
 uid: itmò ipsa erit caro eius religiosa & fidelia Dauid, tam sancta religione, &
 fidelis ex resurrectione. Nam & Nathan propheta in prima Basiliarū, pro-
 fessionē ad Dauid facit: Semini eius quod erit, inquit, ex uentre ipsius. Hoc
 si in Salomonem simpliciter edisseres, risum mihi incuties. Videbitur enim
 Dauid peperisse Salomonem. An & hic Christus significatur, ex eo uentre
 semen Dauid, qui esset ex Dauid, id est Mariæ? Quia & ædem dei magis
 Christus ædificaturus esset, hominem scilicet sanctum, in quo potiore tem-
 ple inhabitaret dei spiritus, in dei filium magis Christus habendus esset q̄
 Salomon filius Dauid. Deniq[ue] & thonus in æuum, & regnū in æuum, ma-
 gis Christo competit quam Salomon temporali scilicet regi sed à Christo
 misericordia dei non abscessit, Salomon uero etiam ira dei accessit, post lux-
 uriam & idololatriam. Suscitauit enim illi Satan hostem Idumæum. Cum
 ergo nihil horum competat in Salomonem, sed in Christū, certa erit ratio
 interpretationum nostrarum, ipso etiam exitu rerū probante, quas in Chri-
 stum apparet prædicatas: & ita in hoc erunt sancta & fidelia Dauid. Hunc
 deus testimonium Nationibus posuit, non Dauid: principem & imperan-
 tem Nationibus, non Dauid, qui soli Israeli imperauit. Christum hodie in-
 uocant Nationes quæ cum non sciebant, & populi ad Christum hodie co-
 fugiunt, quem retro ignorabant. Non potest futurum dici, quod uides fieri.
 Sic nec illam iniectionem tuam potes sistere ad differentiā duorum Chri-
 storum, quasi Iudaicus quidem Christus populo soli ex dispersione redi-
 gendo destinetur à creatore. Vester uero omni humano generi liberando
 colla

collatus sit à deo optimo:cū postremò priores inueniantur Christiani creatoris q̄z Marcionis, exinde uocatis omnibus populis in regno eius , ex quo deus regnauit à ligno, nullo adhuc Cerdone, nedum Marcione. Sed & reuictus de Nationum uocatione, conuertere iam in proselytos. Quæris qui de Nationibus transeant ad creatorem, quando & proselyti diuersè & propriè conditionis seorsum à Propheta nominentur : Ecce,inquit Esaias , proselyti per me accedent ad te, ostendens ipsos quoq; proselytos per Christum accessuros ad deum:& Nationes quod sumus nos, proinde suam habeant nominationē sperantes in Christum, Et in nomine, inquit, eius Nationes sperabunt. Proselyti autem quos in Nationum prædicatione substituis, nō in Christi nomine sperare solent , sed in Moysi ordine, à quo institutio illorū est. Ceterum allectio Nationum à nouissimis diebus exorta est. Isdem uerbis Esaias: Et erit,inquit, in nouissimis diebus manifestus mons domini, utique sublimitas dei, ædes dei super summos montes, utiq; Christus catholice cum dei templum, in quo deus colitur constitutum, super omnes enim eminentias uirtutū, & potestatum. Et ueniēt ad eum uniuersæ Nationes, & ibūt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem domini, & in ædem dei Jacob, & annunciat nobis uiam suam, & incedemus in ea. Ex Sion enim exibit lex, & sermo domini ex Hierusalem. Hæc erit uia nouæ legis euangeliū, & noui sermonis in Christo iam nō in Moysē. Et iudicabit inter Nationes, de errore scilicet earū. Et reuincent populum amplū, ipsorum in primis Iudeorum & proselytorum. Et concident machæras suas in aratra, sibynas in falso, id est animorum nocentium & linguarum infestarum, & omnis malitia atq; blasphemiae ingenia, cōuertent in studia modestiæ & pacis. Et non accipiet gens super gentem machæram, utiq; discordiæ: & nō discent amplius Regnum paci bellare, id est inimicitias perficere: ut & hic discas Christum non bellipotentem, sed paciferum re promissum. Hæc autem prophetata nega, cum corām Christus pacifier aut adimpta cum leguntur. Aut si non negas utrumq; in eo etūt adimpta, in quem sunt prophetata. Inspice enim adhuc etiā ipsum introgressum, atq; decursum uocationis in Nationes à nouissimis diebus aduentus ad deum creatorem, non in proselytos, quorum à primis magis diebus allectio est. Etenim fidem istam Apostoli induxerunt. Habes & Apostolorum opus prædicatum, Quām tempestiui pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, non bellum nec malum. Respondit & Psalmus : In omnem terram exiuit sonus eorum ; & in terminos terræ uoces eorum, circumferentium scilicet legem ex Sion profectam, & sermonē domini ex Hierusalem, ut fieret quod scriptum est: Longe quicq; à iustitia mea, appropinquauerunt iustitiae meæ & ueritati. Cum huic negocio accingerentur Apostoli renunciauerūt presbyteris, & archontibus, & sacerdotibus Iudæorum. An nō uel maxime, inquit, ut alterius dei prædicatores: Atquin ipsius eiusdem

dem,cuius scriptoram cum maxime implebat. Diuertite diuertite,inclamat Esaias,excedite illinc,& immundum ne attigeritis , blasphemiam scilicet in Christum.Excedite de medio eius,utiqꝫ synagogꝫ,separamini qui domini causam portatis. Iam enim secundū suprascripta reuelauerat dominus brachio suo sanctum,id est uirtute sua Christum coram Nationibus, ut uidentur uniuersæ Nationes & summa terræ salutem , quæ erat à deo. Sic & ab ipso Iudaismo diuertentes,cum legis obligamenta & onera,euangelica iam libertate mutarent,psalmum exequebātur,Disrumpamus uincula eorum, & abiçiamus à nobis iugum eorum: Postea certè quām tumultuatae sunt gentes,& populi meditati sunt inania , Astiterunt reges terræ , & priuipes congregati sunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Quæ dehinc passi sunt Apostoli? Omnem,inquis , iniquitatem persecutum,ab hominibus scilicet creatoris , ut aduersarij eius quē prædicabat. Ecquā creator, si aduersarius erat Christi,nō modo p̄dicit hoc passuros Apostolos eius,uerū & exprobrat? Nam neqꝫ prædicaret alterius dei ordinem, quē ignorabat,ut uultis:neqꝫ exprobriasset,quod ipſe curasset. Videte quomodo perit iustus,nec quisquā excipit corde:& viri iusti auferētur, nec quisquam animaduertit. A persona enim iustitiae sublatus est iustus. quis n̄iſi Christus? Venite,inquiunt,auferamus iustum,quia inutilis est nobis. Præmittens itaqꝫ & subiungens proinde passum etiam Christum, æque iustos eius eadem passuros, tam Apostolos quām & deinceps omnes fideles prophetauit, signatos illa nota scilicet de qua Ezechiel: Dicit dominus ad me, Pertransi in medio portæ in media Hierusalē, & da signa Tau in frontibus T^m uirorum. Ipsa est enim litera Græcorum Tau,nostra autem T. species crucis,quām portendebat futuram in frontibus nostris apud ueram & catholiceam Hierusalem,in qua fratres Christi , filios scilicet dei,gloriā patri deo relatueros, Psalmus uigesimalis primus canit ex persona ipsius Christi ad patrem:Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ hymnum tibi dicam. Quod enim in nomine & spiritu ipsius hodie fieri habebat,merito à se futurū prædicabat. Et paulo infra : A te laus mihi in ecclesia magna. Et in quinquagesimo septimo: In ecclesijs benedicte dominum deum:ut patiter concurreret & Micheæ prophetia : Non est uoluntas mea dicit dominus,& sacrificia uestra non accipiam:quoniam ab ortu solis usqꝫ in occasum nomen meum gloriatum est in Nationibus,& in omni loco sacrificium nomini meo offertur,& sacrificium mundum:Gloriæ scilicet relatio,& benedictio,& laus,& hymni. Quæ omnia cum in te quoqꝫ deprehendantur , & h̄gnaculum frontium,& ecclesiarum sacramenta,& mundiciæ sacrificiorum, debes iam erumpere uti dicas , spiritum creatoris tuo Christo prophetasse. Nunc quia cum Iudæis negas uenisse Christum eorum, recognosce & existum ipsorum,quem post Christum relaturi prædicabantur ob impietatem

qua edū despicerunt & interemerunt. Primum enim ex die qua secundum Esaiam proiecīt homo aspernamenta sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis & nociuis, id est, ex quo genus hominum dilucidata per Christum ueritate idola proiecīt, uide an quod sequitur expunctum sit: Ab stultis enim dominus sabaoth à Iudea, & ab Hierusalē inter cætera, & prophetam, & sapientem architectum, sp̄ritum scilicet sanctum, qui ædificat ecclesiam, templum scilicet & domum & ciuitatem dei. Nam exinde apud illos destitit dei gratia, & mandatum est nubibus ne plueret imbre super vineam Soreth, id est coelestibus beneficijs, ne prouenirent domui Israelis. Fecerat enim spinas, ex quibus dominum coronauerat: & non iustitiam, sed clamorem quo in crucem eum extorserat. Et ita subtractis charismatum robis, lex & prophetę usq; ad Ioannem. Dehinc cum ea perseverantia furoris, & nomen domini per ipsos blasphemaretur, sicut scriptum est: Propter uos blasphematur nomē meū in nationibus, Ab illis enim coepit infamia:

16 & tempus medium à Tiberio usq; ad Vespasianum, non paenitentiam intellexissent, facta est terra eorum deserta, ciuitates eorum exuſte, regionem eorum sub ipsorum cōspectu extranei deuorant. derelicta filia Sion, & tanquam specula in uinea uel in cucumeratio casula, ex quo scilicet Israel dominum non cognouit, & populus eum non intellexit, sed dereliquit, & in indignationem prouocauit sanctum Israelis. Sic & machæra cōditionalis cominatio, Si nolueritis nec audieritis me, machæra uos comedet: probauit Christum fuisse, quem nō audiendo, perierunt. Qui & in psalmo quinquagesimo septimo dispersionem eis postulat à patre: Disperde eos in uirtute tua. Qui & rursus per Esaiam in exuſtionem eorum petorans: Propter me hæc, inquit, facta sunt uobis: in anxietate dormietis. Satis uariè, si hæc non propter eum passi sunt, qui propter se passuros pronunciarat, sed propter Christum dei alterius. Atquin Christum, inquam, alterius dei dicitis, à creatoris uirtutibus & potestatibus, ut ab æmulis in crucem actum. Sed ecce defensus ostenditur à creatore, & dari sunt pessimi pro sepukura eius, qui scilicet & à Iuda traditionem redemerant, & à militibus falsum testimonium cadaueris subrepti. Igitur aut non propter illum acciderunt ista Iudeis, sed reuinceris cōspirante & sensu scripturarum cum exitu rerum & ordine temporum: aut si propter illum acciderunt, nō potuit creator uicisci, nisi suū Christum, remuneraturus potius Iudam, si aduersarium domini sui peremissent. Certo si nondum uenit Christus creatoris, propter quem hæc passuri prædicantur, cum uenerit ergo, patientur. Et ubi tunc filia Sion dereliquenda, quæ nullā hodie est? Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis? Vbi dispersio gentis, quæ iam extorris? Redde statum Iudeæ, quem Christus creatoris inueniat, & alium contendere uenisse. Iam uero quale est ut per cœlum suum admiserit

admisericordia, quem in terra sua esset interempturus, honestiore & gloriōsiore regni sui regione violata, ipsa aula sua & arce calcata? An hoc magis affecta uit? Planè deus zelotes, tamen uicit. Erubet qui uicto deo credis. Quid spe trabis ab eo qui se protegere nō ualuit? Aut enim per infirmitatem oppressus est à uirtutibus & hominibus creatoris: aut per malitiositatē, ut tantum illis sceleris patientia infigeret. Imò, inquis, spero ab illo (quod & ipsum faciat ad testimonium diuersitatis) regnū dei æternæ & cœlestis possessionis.

Ceterum uester Christus pristinum statum Iudeis pollicetur, ex restituione terræ: & post decursum uitæ, apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium. Deum optimū si reddit placatus, quod & abstulerat iratus. O deum tuum, qui & cœdit & sanat: condit mala & facit pacem. O deum etiam ad inferos usq; misericordem. Sed de sinu Abrahæ suo tempore. De restitutione uero Iudeæ, quam & ipsi Iudei, ita ut describitur, sperant, locorum & regionum nominibus inducti, quomodo allegorica interpretatio in C H R I S T V M & in ecclesiā, & habitum & fructum eius spiritualiter competit, & longum est persequi, & in alio opere digestum, quod inscribimus de spe fidelium, *opus de spe fidei* & in præsenti uel eo ociosum, quia non de terrena, sed de cœlesti promissiōne sit quæstio. Nam & confitemur in terra nobis regnum repromissum, sed ante cœlum: sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos in ciuitate diuini operis Hierusalem cœlo delata: quam & Apostolus matrem nostram sursum designat: & πολιτευμα nostrum, id est municipatum in cœlis esse pronuncians, alicui utiq; cœlesti ciuitati eum deputat. Hanc & Ezechiel nouit, & apostolus Ioannes uidit, & qui apud fidem nostram est nouæ prophetiæ sermo testatur, ut etiam effigiem ciuitatis ante representationem eius conspectui futuram in signum prædicarit. Deniq; proximè ex *Prodigiis* punctum est Orientali expeditione. Constat enim, ethnicis quoque testibus, in Iudea per dies quadraginta matutinis momentis ciuitatem de cœlo pependisse, omni mœnorum habitu euanescente de profectu diei, & alias de proximo nullam. Hanc dicimus excipiendis resurrectione sanctis, & resouendis omnium bonorum utique spiritualium copia, in compensationem eorum quæ in seculo uel despexit uel amissimus à deo prospectam. Si quidem & iustum & deo dignum, illuc quoque exultare famulos eius, ubi sunt & afflicti in nomine ipsius. Hæc ratio regni cœlestis. Post cuius mille annos, intra quam ætatem concluditur sanctorum resurrectio pro meritis maturius uel tardius resurgentium, tunc & mundi destructione & iudicij conflagratione commissa, demutati in atomo in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelæ superindumentum transferemur in cœleste regnum de quo nunc sic ideo retractatur, quasi non prædicato apud creatorem, ac per hoc alterius dei Christum probante, à quo primo & solo sit reuelatum. Disce iam hinc illud & prædicatū à creatore, & sine prædicatione credendū

x 2 apud

apud creatorem. Quid tibi uidetur, cū Abraham semē post primam promissiōnem, quam in multitudinem arenæ repromittitur, ad instar quoq; stellæ, rum destinatur: nōnne & terrenæ & cœlestis dispositionis auspicia sunt? Cū Isaac benedicens Jacob filium suū, dicit tibi deus de rore cœli, & de opimitate terræ: nōnne utriusq; indulgentiæ exempla sunt? Deniq; animaduertenda est hic etiā structura benedictionis ipsius. Nam circa Jacob, qui quidem posterioris & prælatoris populi figura est, id est nostri: prima promissio cœlestis est roris: secunda, terrenæ opimitatis. Nos enim primo ad cœlestia invitatur, cū à seculo auellimur: & ita postea inuenimur etiam terrena consercuturi. Et euangelium quoq; uestrum habet: Quærите primum regnum dei, & hæc adiūcentur uobis. Ceterū ad Esau promittit benedictionem terrenam, & subiicit cœlestem, de opimitate terræ dicens, Erit inhabitatio tua & à rore cœli. Iudeorum enim dispositio in Esau priorum natu, & posteriorum affectu filiorum, à terrenis bonis imbuta per legem, postea ad cœlestia per euangelium credendo dederunt. Cum uero Jacob somniat scalas obfirmatas in terra ad cœlum, & angelos alios descendentes, & alios descendentes, innixum desuper dominū temerè si forte interpretabimur, scalis his iter ad cœlum demonstrari, quò alijs perueniant, unde alijs decidant, domini cōstitutum esse iudicium. Cur aut ut euigilauit, & primum loci horrore concussus est, conuertitur ad interpretationem somni? Cū enim dixisset, quām terribilis est locus iste, Non est, inquit, aliud: sed ædes dei, & hæc porta cœli. Christum dominum enim uiderat, templum dei, & portam eundem per quem aditur cœlum. Et utique portam cœli non nominasset, si cœlum non aditur apud creatorem. Sed est & porta quæ recipit, & quæ perducit, strata iam à Christo, de quo Amos: Qui ædificat in cœlum ascensum suum, utiq; nō sibi soli, sed & suis qui cum illo erūt. Et circumdabis enim illos tibi, inquit, tanquam ornamentum sponsæ. Ita per illum ascensum ad cœlestia regna tendentes miratur spiritus dicens: Volant uelut qui sunt milui, ut nubes uolant, milii & uelut pulli columbarū, ad me scilicet simpliciter ut columbæ. Auferemur enim in nubes obuiam dominο, secundum Apostolum, illo scilicet filio hominis ueniente in nubibus, secundum Danielem: & ita semper cum domino erimus, eatenus dum & in terra & in cœlo: qui ob utriusq; promissionis ingratos, ipsa etiam elementa testatur: Audi cœlum & in aures percipe terra. Et ego quidem, etiamsi nullam spei cœlestis manum mīhi toties scriptura porrigit, satis haberem huius quoq; promissionis præiudicium, quod iam terrenam gratiā teneam: expectarem aliquid & de cœlo, à deo cœli, si, cut & terræ: ita crederem Christum sublimiora pollicentem, eius esse qui & humiliora promiserat, qui experimenta maiorū de patuulis fecerat: qui hoc inauditū si forte regni præconium soli Christo reseruauerat: ut per famulos quidē terrena gloria, cœlestis uero per ipsum deū annunciatetur. At tu hinc quoque

quoque alium argumentaris Christum , quod regnum nouum annuntiet
Prīus est , aliquod exemplum indulgentiae proferas, he merito dubitets de
fide tantæ promissionis quam sperandam dicis, imò ante omnia est, ut quem
cœlestia prædictas repromittere , aliquod cœlum probes eius. At nunc uo/
cas ad cœnam, nec domum ostendis: allegas regnum , nec regiam mōstra s.
An quia C H R I S T V S tuus cœleste regnum repromittit, non habens cœ/
lum? quomodo & hominem præstigit non habens carnem? O phantasma
omne: o præstigia magna etiam promissionis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,
ADVERSVS MARCIONEM LIBRI
TERTII FINIS.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS
PER BEATVM RHENANVM.

SCRIPTA R A T Marcion opus Antitheseon, quibus Euangeliss suum
impudenter adulteratum fulciebat, uendicans id Christo melioris dei
filio. Nam uetus instrumentū Creatoris uideri uolebat, cuius scriptu/
rae cum Euangelica doctrina ex diametro, quod aīunt, pugnarent. Eas
Antitheseis in hoc quarto libro cōuincit sic Tertullianus, ut planum faciat nihil
inesse nouo instrumento, quod non in ueteri cōtineatur figuris & umbris pleno.
Et quanquam utriusq; præceptorum & ceremoniarum diuersitatem non negat,
docet tamen illam eodem tendere, nempe in unum deum. Nam & Euāgelica do/
ctrina est à Creatore prædicata, significantem uetus instrumentum temporale futu/
rum dum mutabile ostendit, nouum autē æternum, ut est apud Esaiam. Sed quia
Marcion Euangelium Lucæ uelut à fautoribus Iudaismi corruptum, per Anti/
theseis suas arguebat, de Euangelij, ac Euāgeliorum autoribus & autoritate ec/
clesiarum Apostolicarum prolixè differit, inde Lucæ Euangilio fidem aſtruens
quod ecclesiarum Apostolicarum calculis sit comprobatum, & uicissim Euange/
lio Marcionis autoritatem abrogans, quod posterius sit, nunquam ab orthodo/
xis receptum, at ueritas falsitate præcedat necesse est. Veris igitur scripturis adul/
terinam Marcionis doctrinam profligat, nihil ultra desiderans quam ut si Chri/
stum Creatoris prophetias adimplesse, & legem adiuuisse conuicerit, Creatoris
filiū certo probasse credatur. Proinde refellit Antitheseis Marcionis, quibus cū
ex alijs, tum ex ipsis Christi gestis demonstrare nitebatur alium esse Christum,
quem Creator aliquid missurus esset ad restituendam rem Iudaicam: aliū qui
uenisset ad afferendum genus humanum, à deo quondam ignoto reuelatus. Idq;
facit comparans oracula prophetarum cū hijs quæ Christus gessit, uidelicet de
paralytici curatione, de peccatorum remissione, de uocabulo filij hominis, de pu/
blicano adlecto in comitatum, de Ioanne præparatorē viarum dominicarum, de
Christo sponso, de nouo testamento, de sabbato per Christum nō obseruato, de
ascensu in montem, de uoce nocturnæ precationis ad patrem, de Apostolorum
numero, de mutato nomine Simonis in Petru, de gentilium ad Christū affluxu.
Quibus decursis, Christi doctrinā cū decretis consert creatoris. Et docet quidem

x 3 Christum

Christum Euangelicam doctrinam ut consentaneum supplementū & Colophō nem (quod aiunt) disciplinæ creatoris addidisse. Siquidem C H R I S T I p̄cepta adiūuant, non destruunt ueterem legem. Et est probabile eius esse Euangelicum dogma, qui ante in ueteri testamento ueluti quædam huius præludia ac figuræ præmisserit. Nam hæc uidetur mens fuisse Creatoris Iudaico populo legem p̄scribentis, ut sic paulatim homines ad perfectum uiuendi institutum assuefaceret, qualis est Christianismus. Proinde colligit nullum alium deum à Christo rex uelatum, præter Creatorem, cuius ueterem doctrinam ubiq; in Euangeliō licet animaduertere. Paulo post narrat quo pacto Ioannes Baptista fuerit offendiculum paſſus, auditis uirtutibus Christi. nam hoc ſolebat obijcere Marcion. Mox hæc præcipue percurrit, De remiſſione/peccatorum mulieris peccatricis. Quod diuites mulieres Christo forent adhæſuræ, Quod in parabolis locutus eſſet, Quod Christus uerè natus ſit, Quod mari & uentis eſſet præcepturus, Quod ſit expugnator ſpiritalium hostium, De quibusdam imbecillitatibus quas Christo obijciebant Marcionitæ, & prium De ignoratiā, De populis à Christo pastis, De Petri attestatione pro omnibus Apostolis facta, Tu es Christus, De æmulatione Christi, Quod Christus cum Moysē & Heliā fuerit conspectus in monte, De paruulis à Christo dilectis, Lenitatem Christi promiſſam à creatore, De recuſato comite, De alijs L X X discipulis adlectis. Atque huius quidem generis alia multa tractat, totum uidelicet Euangeliū transcurrendo, quæ ſigillatim enumere longum eſſet, fastidium fortassis lectori generatura, ad ipsam uoluminā ſectionem properanti. Ceterum ſumma totius diſputationis huc ſpectat, ut probet Christū magis legem & prophetas excoluisse & reieciſſe. nam ſpiritalem illis ſen ſum accōmodauit: quod utiq; extruere fuit, non deſtruere. Sed libet ipſius autoris epilogum ex calce libri huc transſcribere, Impleuimus, inquit, ut opinor ſponſionem. Exhibuimus Iesum Christū, prophetarū doctrinis, ſententijs, affectibus, ſenſibus, uirtutibus, paſſionibus, etiam resurteſtione non aliud quām Creatořis. His nimirum uerbis, totius huius libri ſummam breuiter complexus eſt.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRUM SEQUENTEM

1. **E**T omnem paraturam.) Hoc eſt, omnem materiam, omnem argutiętorum apparatum. Ut ſupra. Opus ex contrarietatum oppositionibus.) Definit quid ſit Antithesis. Oppoſitio uidelicet contrarietatis. Cui procurant.) Hoc eſt cui inſeruiunt more procurantium res alienas. Cum datiuo ſemper conſtruit, crebro hac locutione utens. Libro primo aduersus Marcionē. Aemulatio autem liberando homini procurat. Præſcriptiū.) Prætendendo uidelicet præſcriptionem longioris temporis atq; poſſeſſionis. Nónne ergo diſtare.) Reſtituimus locū, Non nega diſtare ſcribētes. Ex caſtigationib; Gorziēſib;. Simul crediderunt.) Simul pro ſimulac ſiue poſteaqua. Compendiatum eſt enim nouum teſtamentum.) Compendiatum pro in cōpendium contraſtu. Et à legiſ lacinioliſ oneribus expeditum.) Laciniola onera uocat multiplicia & quæ homines occupationibus diſtinebant, ſicut impedit ingressum ueltis laciniola. Ne rememineritſ propriū.) Scriptimus, Ne rememineritſ priorum. Ex Gorziensi. Habes nūc Antithesis.) Vocādi caſus eſt o Antithesis.
2. Consultandoſ.) Frequentatio utitur perinde ac primitiū. Habuit utiq; authenticam paraturam.) Paratura pro materia, ut ſupra. Paulo poſt ſcriptimus, qualitas

qualitas ædita est. Sed de conuersatione à Paulo denotabantur.) Hoc est ar
gæbantur. Libro De patientia , Parum hoc si nō etiam proditorem suum secum
habuit, nec constanter denotauit. Item alijs in locis. De titulo quoque funis 4
ergo ducendus est contentionis.) Funem contentionis ducere prouerbialiter di-
xit, ut in libro De resurrectione carnis, Nolo nunc, inquit, cōtentioso fune dedu-
cere, hac an illac hominē perditio depositulet. Et aduersum Iudæos in principio,
Alternis uicibus cōtentioso fune, uterq; diem in uesperam traxerunt. Cum
& pecuniam in primo calore fidei.) Hoc in Præscriptionibus indicauit, Marcion
quidem, inquit, cum ducentis Sesterijs quæ ecclesiæ intulerat, nouissime in per-
petuum dissidium relegatus, uenena doctrinarum suarum disseminauit.

In hæresim suā à nostra ueritate descrit.) Descrit pro descruit, à uerbo descisco.

Nullis notum, ut non eodem natum.) Emendauiimus ex castigationculis Gor
gierasis codicis ad nos missis, Nullis autem notum, ut non eo damnatum.

Capita magistrorū uideri quæ discipuli promulgarint.) Hūc locum nostrum
secuti iudicium, ac memores solitum Tertullianum uerbo capit suo more uti, ca-
pita nōmen uertimus in capit uerbum, ut nūc sic legatur, Capit magistrorum ui-
deri quæ discipuli promulgarint. Hoc est, Possunt magistrorum uideri ea quæ di-
scipuli promulgarint. Vt supra libro 11. Capit etiam imaginem spiritus dicere fla-
cum. Et libro 111. Id enim intelligi uel non intelligi capit. Vt de alijs locis ob bre-
vitatatem raceamus. Tramittit.) Pro transmittit, ut infra, Et inde tramitti in
terram. Ibi scripsimus, Cum de Euāgelij fide aduersus hæreticos expedimur. Ex
Gorziensi. Item, totū quod elaborauit. Vt mox, A creatore separatū. Ex eodem.

Alienum legis & prophetarum.) Vt supra, De resurrectione carnis. In re
aliena salutis. Item, in alienam culpæ. Hæc conueniemus.) Sic etiam supra
locutus est. Infra scripsimus. Inter hos mag. Item, nihil Christo dei alter. Ex Gor
ziensi. Hoc primum bibito.) Restituimus, hoc primum obito, cito facito.
Item mox, qui habitatis terram. Ex Gorziensi. Ad quod uenimus. Hoc age

Marcion.) Hūc locum meo iudicio sic recte legas distinguasq; Vt dici solet, Ad
quod uenimus, hoc age: Marcion aufer etiam illud de Euāgelio. Est autem pro-
uerbium à uulgo sumptū, unde ferè sua mutuatur Tertullianus, ut est, locum in
balneis occupare. Item, Clausis oculis aliquid agere, & ducere funem contentio-
nis, ad lineas, ad gradum, ac illud, Aspis à uipera uenenum mutuatur, De calca-
ria in carbonariā ire, media agina ferri, ijsdem lineis dimicare, lineas præducere,
lineis insistere, De gradu pellere, Eodem iugo urgeri, Eodem gradu occurrere, &
similia. Perinde autem hæc duo uerba, Hoc age, ualent, ac si dicas, totus in hoc in-
cumbe; Sis intentus. Nam id agere propriè significat. Cuius locutionis mentio-
nem Plutarchus facit in Coriolano. Porro Germanis quoq; nō est incelebris hu-
iusmodi sententia, quum rei præsentि incumbendum esse significantes, inuicem
cohortando sese dicunt, Ad quod uenimus, hoc agamus. Infra scripsimus, quo-
modo hoc eum uocari cognouerit. Non quasi in extraneum Iesu. Hoc est in

alienum à Iesu. Sic dixit in De resurrectione carnis. Extranea gloriæ. Rursum li-
bro secundo aduersus Marcionem, Quis malí extraneus, nisi qui & inimicus?

Sed de candida salutis gloriari uolebat.) Candidam substatiue pro ueste usur-
pat, à qua dicti sunt candidati, uidelicet honorū apud Romanos olím petidores.

Exalbati.) Sic infra, Et super niuem exalbaboo. In superioribus librīs alicubi di-
xit, Exalbidus.

Delinquentiæ maculis.) In De resurrectione carnis, Et illi
quidem, inquit, delinquentias carnis enumerant. Et alibi hoc uerbo sæpe utitur.

Lucidati & nigrati præterea uerba sunt huius autoris. Quas apud Nazar
(reth descendit.) Figura Græca. Eierasse.) Eierare sicut deierare & peierare.

- Vt iſſolet.) Hoc eſt ut fieri ſolet. Modus loquendi autoribus frequens.
- 10 Succidifſet.) Vt libro 11. Qua ſucciderat illi, id eſt ſuccubuerat. Vel par
reat.) Reponuitmus, Vel hic pareat. Eſt autem pareat pro appareat, ut ſupra ſepe.
- In ſolitudinem procedit. Solēnis & huius.) Distinguere, in ſolitudinem pro
cedit ſolemnis. Et huiusmodi regio creatoris. Solennis, id eſt aſſuetus ſive ſic foli
tus. Infra, Sed & illud, inquit, recogitauit ordinatum & ſolenne. Paulo post ſcri
pſimus, Oſteſerat iam alicubi deū. Significat per Nationes emundationis.)
- Legendum, ſignificato per Nationes emundationis. Hoc eſt, quum ſubſit ſigni
12 catio emundandarum Nationum. Ne in dedecus tibi uertat.) Vertat abſo
lute pro cedat, Infra ſcripsi, Nemo enim malo obſequi patitur. Item infra, Habes
13 itaq; iam & ſpec.med. Dispunctam prophetiam.) Hoc eſt adimpletā quum
deberetur, ut ſupra. Circumduxit delictum tuum.) Hoc eſt deleuit, oblittera
uit, hic ignouit. Paulo post pro malumus ſuppoſui maluimus. Et mox, Cui enī
14 homo pater. Talem ſi forte.) Si forte pro forte. Castori aut Herculii.)
- Vterq; Iouis filius. Castor ex Leda Tyndari cōiuge. Hercules ex Alcmena Am
phitryonis. Simplex ſi forte uideri potest.) Si forte pro forte. Mox reſtitui
15 muſ ex Gorziensi collatione, Ex accidenti obuenit, Infra, Vt oſtenderet eum &
hominem. Extraneum legiſ & Iudaismi prophanum.) Extraneum ut ſupra
cum genitiuo plus ſemel coniunxit. Hic etiam dicit Iudaismi prophanum, Intelliv
16 gens à Iudaeis reiectum uelut execrabilem. Et contrariam initiatos diuinis
tatem.) Potest eſſe figura Græca. Deuertere & deuerſari ſu
pra quoq; legimus. Paulo post ſcripſimus, Hanc ſponsam Christus ſibi eoiā per
Salomonem. Nuptias non coniungit.) Hoc enim erat Marcionis dogma.
- 17 Separatio per coniunctionem capit de qua fit.) Oſtendimus in ſuperioribus
ſcholijs rarū ac inſolentem huius uertiſi Capit uſum in hoc autore. Sensus eſt.
Separatio per coniunctionem accidit de qua fit. Capit, id eſt capax eſt fieri. Da
tur. Possibilis eſt, Pridiana pabuli paratura.) Paratura pro appetatu, ut ſu
18 pra. Non conſtanter turbatur.) Sic in De patientia, Proditore, inquit, ſuum
ſecum habuit, nec conſtanter denotauit. Paulo post ſcripſimus, Fortaleſ em̄ hunc
ſolum articulum utiq; ingeram. Infra, Heliszeus propheta. Rurſum infra, Ponam
19 in terra inaquosa. Proprietatem doctrinæ ſuſe inducit ad edictum (ut ita di
xerim) Christi.) Jurisconsultorum ſermo eſt, apud quos edictales bonorum poſ
ſeſſiones ſunt, ordinariæ uidelicet, & quæ ius tribuunt. Dedicauit.) Hoc uer
bo libenter utitur. Aduerſum Marciōnem libro primo. Vt imperio eius diuina
bonitas in terris dedicaretur. In De carne Christi, Nouē nasci debebat nouē na
tiuitatis dedicator. In De reuoluſione carnis. Recogita totum illi deum occupa
tum ac dedicatum. Infra, De materia potius ſubiacenti uolunt ab illo uniuersitas
ſem dedicatam. Et alibi ſepe. Infra ſcripsi, Quæ iudicia pupillis. Mox addidimus
utiq; à ſummo terra utiq; Nationes. Et infra, Iḡitur quia à cōſolatione. Ex Gor
20 ziensi. Aduocare languentes.) Aduocare pro consolari, & aduocatū ages,
21 re languentium quem ipſe infra uocat Aduocatorem. Quo ſuam ſupra in
benedictionibus ſufferentiam cōmendaret.) Sufferentia ſubſtantium nomen,
pro patientia, quam & benignitatem mox interpretatur. In proximo uerſu pro
miferat uertimus in præmiferat. Dei alterius infirma commendatio eſt.)
- Huic loco ob transpositionem dictionum deprauato mederi licuit ex Gorziensi
collatione, Infirma commendatio eſt, quæ de alterius deſtructione fulcitur.
- Et erit par iam creatoris.) Par cum genitiuo. Sic in De patiētia, Niſi quod ipſa
diuersitas mali & boni, æqualiter magnitudinis par eſt. Mendicorum aduo
22 catorē.) Hoc eſt consolatore, aduocatum. Recepiftis aduocationē ueſtram.)
- Hoc eſt

Hoc est consolationem. Ut in De patientia. Itaq; talibus, inquit, & aduocatio & ratus promittitur. Mox scripsimus, Utq; ex diuitijs. Et infra, in Babylonē trans-
ferentur. Sublimitatem & diuitias.) Nos, ex diuitijs. Itē, nec descendet cum
allo gloria sua. Rursus, In diutes affluentēs delicijs. Et, in lectis eburneis. Ex casti-
gatione Gorziensi. Abdixit creator.) Pro abdīcauit & reiecit, repudiauit,²³
Ibi nos, quām prophetas uexatos. Infra, maledicūt & calumniantur. Et su-²⁴
per tunicam pallio quoq; cedi.) Hoc est, ut ultra tunicam ademptam pallio quo-
que cedatur. Lætitiam secundā iniuriā.) Qua lætitia afficiatur is qui pri-
mam iniuriam passus est. Et ultionem ad deum redigens.) Sic etiā supra lo-
cūtus est. Et infra, Redactā scilicet in dominū. Sed adiutorē præcepto.) Prō
adiuuante præcepto. Ut libro primo, A tēpore arbitro & metatore initij & finis.

Ne quis ergo indigeat, datorem imparatam habens.) Legendū, datori para-
tam habes. Paulo post scripsimus, Vnū erit ex bījs. Et infra, gentes in hæreditatē.

Et coepit expungi.) Hoc est adimpleri. Passiuūtatem sententiæ meæ per-²⁵
misit.) Passiuūtatem, id est libertatem, communitatē ad utrumuis. Ut uidelicet
sententia siue uoluntas mea sit communis nec astric̄ta sed soluta ac libera ad hoc
uel illud agendum aut non agendum. Sic in libro aduersus Hermogenē, Hæc in-
quies non est, hæc turbulentia & passiuūtas non est. Aduersum Valentinianos,
illi uero, inquit, & de passiuūtate uite, & de licentia dekitorū generositatem suam
uindicent. In libro De pallio dixit passiuūtus aduerbialiter pro passiuūte. Ut ad
legem uoluntati sperem factum.) Legendū, Ut ad legem uoluntatis parem fa-
ciūt. Cuius nullam præstrinxerat distinctionem.) Præstrinxerat pro uel
leuiter indicauerat. Sic & supra hoc uerbo usus est. Nec te moueat, quod paulo
post sequitur, Et præstruxit uel distinxit. Foenoris forte pendendo.) Si for-²⁶
te pro forte. Procurantis Euangelio.) Cū datiuō ut supra, hoc est ministran-
tis, subseruentis, Infra, soles & imbris. A iudice & dispūctore meritorum.)²⁷
Dispunctorem uocat exolutorem, satisfactoremq;. Infra pro timere scripsimus
temerē. Ex Gorziensi. Adulterium Marcionis manus stupuisse miror.)
Adulterium, id est adulterationem, uitiationem, uiolationem, quā Euangelio ui-
delicet alibi intulit. Adhuc cruda.) Velut incipiēs. Infra, Christus uero. Item²⁸
paulo post, quæ ex forma prophetici moduli. Ex Gorziensi. Egerat præpa-
raturam uiarum dominicarum.) Præparaturam dixit pro præparatione. Ut para-
turam supra sāpe. Qui neq; unde speraret.) Vnde uidetur usurpare pro un-
deuis aut undelibet, ut & supra loquitur ni fallor. Diximus de remissione²⁹
peccatorum.) Ex Gorziensi collatione reposuimus, remissa. Nam ueteres remis-
sam dixerūt pro remissione. Cyprianus in De boño patientiæ. Dominus, inquit,
baptizatur à seruo, & remissam peccatorum daturus, ipse nō dedighatur lauacrum
regenerationis corpus abluere. Idem epistola X I I I. Qui autem, inquit, blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissam, sed reus est æterni peccati. Sic
missam dixit ea q;as pro missione, Vnde sacrificio id uocabulum accommodatum,
ex hac occasione. Catechumeni qui & Auditores discuntur & Audientes Tertul-
liano, in templo manebant donec Euangelium exposuisset episcopus. Tum cla-
mabat Leuita, C A T E C H U M E N I E X E V N T O, uel, si quis catechumenus
remansit, exeat. Ab hac itaq; catechumenorū dimissione, uulgas appellationem
Missæ sacro attribuit. Hoc antiquitatis mysterium in Isidori lexico refertur. Sic
Consul Romanus senatum mittebat. Et in quib;dam gentilium sacrificijs lictor
clamitabat, E X E S T O hostis, uictus, mulier, uirgo, ceu prodit Festus. Hodie in
fine sacrī leuita pronunciat, Ite, missa est, id est missio est, quod olim in initio dice-
batur, antequam inciperentur uidelicet ipsa mysteria. Hinc iuxta uulgi consuetu-
dinem

mos sa

dinem Ambrosius missas facere dixit. A parte totum est nominatum. Nam propter Missa erat tempore sacrificij, quando catechumeni foras mittebantur, ceu modo retulimus.

Cum labore enim.) Expone cum labore enim ministrabat, & ob spem ministrabant. Maius & necessarius lumen.) Necessarius Compatrium. Sic in De carne Christi, Quasi necessarius aliquid adferrent eo quod illi

30 le sum maxime agebat. Defuerunt.) Legendum deferunt. Quos & offensia negant.) Melius, ex offensa. Paulo post scripsimus, Virgam Moysi.

Intestino itinere.) Intestinum iter uocat intraneum. Ut intestinum opus Vitrus

31 uius. Non depetunt.) Sic legitur in exemplaribus manuscriptis. Hoc est exceptunt.

Sed & hoc, qui aduersarius legis.) Sed & hoc, subaudi fecit, qui aduersarius legis, subaudi erat, ut probare uolebat Marcion. Nullius adhuc nouae legis initia.

32 Initatus cum genitio. Infra scripsimus, Atq; ita potest uideri legem non irrup. Et paulo post, qui & coruos alit. Aut si non eadem &

maiestas.) Malim, ei maiestas. Sed sexcenta millia hominum protelauit.)

Hoc est diu sustentauit, uitam eorum prorogauit. Quid ergo hoc idem inspectrum centum millib. hom.) Pro idem scribendum dem. nam in Graeco est illa.

33 34 Et illa insignis.) Distinguo, Nec de naturae lege communis, sed illa insignis.

Remuneraturus.) Subaudi est. Omnem natuitatis & educationis foeditatem &c. perorantibus.) Sic in De carne Christi, Ab ipsa quidem exorsus natuitate, perora age iam spurcitas genitalium in utero elementorum, Et quae illic sequuntur. Obnoxius confusionis.) Obnoxius cum genitio construit.

Non decem mensium cruciatu deliberatus.) Deliberatus pro liberatus. Sic in De patientia, Minorum, inquit, deliberatione laudemur. Hoc est dum solliciti sumus ut a minoribus periculis liberemur. Et primo retinaculi sui uulnere.)

35 36 Hoc dicit propter neruum umbilicarem qui resecari solet ab obstetricie. Sic in alienos demonstrat illos.) Nos in alienos fecimus nostrum secuti iudicium, duabus dictionibus coniunctis. Sic autem Inalienus dicit, pro non alienus, ut alibi, Inbonus & Inuerus. Hoc in Tertulliano nouum non est. Aut quo sunque alios secum, quam prophetas suos.) Ita loqui solet autor noster, subaudiens alii quid ad quod referri possit quam. Sed quid tam Christus creatoris.) Subaudi, facere debuit. Alter consummator noui.) Heliam intelligit redditum in fine mundi. De quo mox dixit, Alter reformator quandoque. An ratione,

37 quam defendimus.) Figura Graeca, secundum quam. Tres de discentibus arbitros future uisioni.) Discentibus, id est discipulis, ut supra sepe. Consurgari nouum testamentum.) Elegans imprimis uerbum & huic loco coueniens.

Precario usus est.) Hoc est ad tempus uelut si precibus obtinuisse. Quasi iam & officio & honore disunctis.) Hoc est perfunctus, absolutusque. Mox scripsimus, Vocis celestis illius. Et si cōmemoremur promissionis Moysi.) Hoc

38 est admoneamur, Aut, si in mente ueniar promissionis Moysi. Expuncta.) Adimpleta, ut supra. Reposuimus mox, Si ergo inueni gratiam. Cognoscens,

ter.) Ita uerit aduerbiū Graecum γνωσθε. Cæterum dei faciem.) Secundum dei faciem Et, quantum ad dei faciem pertinet. Paulo post scripsimus, Et in

uisionem loquar adeū. Item, Os ad os loquar ad eum. Quam solebat à creatore. Subaudi, discedens. Vel à creatore, id est ex parte creatoris. Quousque ero apud uos?) Adiecum ex Gorziensi, Quousque sustinebo uos: Item, Totum apud te. Et illi agis.) Hoc est, Actore procuratore illius agis. Quam olim apud nos agere coepisti?) Eleganter hoc. Ut tempus queratis.) Figura

39 Graeca, secundū tempus, id est de tempore. Antitheseis, plurimū, causarum diversitas fecit.) Plurimū hic est aduerbiū, id est ut plurimū, plerumque, ut supra, Præter

Preter oneribus cōsparsiorū.) Aduerbialiter usurpat prēter pro prēterquam. Sic infra, Cæterum, inquit, prēter ex causa adulterij, nec creator disiungit.

Considera causarum offerentiam.) Sic hīc dicit offerentiam, ut ante dixit suffientiam. Quemcunq; conuenieris in uia.) Conuenire Tertullianus usurpat pro inuenire, deprehendere. Quemadmodum supra locutus est nō semel. In hoc ipso libro, Hæc, inquit, conueniemus. Hæc erūt potius nostræ Antithesis.)

Scribe Antitheses. Et hæc ponit pro hæc. Sic in fine libri De patientia, dixit, Hæc disciplinæ, pro hæc disciplinæ. Quis tam præstans in homines.) Præstans hic 40 liberalem & benignum significat, à præstanto, id est exhibendo. Nam libro secundo præstantiam pro liberalitate posuit, Sic & misericordiam, inquit, propter errantes, & patientiam propter non resipientes, & præstantiam propter merentes. Et hoc ipso libro infra, Cæterum nihil tam abruptum, quam ut alius præstet, alius de præstantia eius securos agere mandet. Hoc est de præstatione siue exhibitione. In testificatione & adhærentiam terræ eorum.) Coniūcio scribens dum, Ad horrentiam terræ eorū. Id est ut exhorterent terram eorum. Erit igitur huīus formæ uocabulum Horrentia, cuius, Sufferentia, Offerentia, de quib; ante diximus.

An nec unius deus?) Adiecius ex Gorziensi collatione, An nec unius lacertæ deus?) Cum maxime per Christū reuelabat.) Id est in primis omniū maximè, quemadmodum supra admonuimus. Sic rursus infra. Qui cū maximè potiora legis prætereunte incepsabat. Vt traduceret eas.) Hoc 41 est infamaret, carperet. In Præscriptionibus. Nam & sic, inquit, facilius traducuntur. Infra scripsimus, Nec Nationibus: Ecce enim. Per exempla recidiuæ.) 42 Subaudi uitæ. Recidiuæ, id est redeuntis puta per resuscitationem à Christo factam. Vnde recidiuatum dixit in De resurrectione carnis. Quæ carnis recidiuatum pollicentur, id est restitutionem. Et, Recidiuatus Iudaici status, Eodem.

Sublimior spei. Elegans locutio. Sic Liuius dixit, Abiectior animi. Infra scripsimus, Æternæ non longe uitæ inuitator. Et negat lucernā abstruendam.) 43 Ex hoc loco apparet in Præscriptionibus legendum esse, Ipse docebat lucernam non sub modio abstrui solere. Vbi in exemplaribus scriptum est obstrui.

Vt Christus tam præcoquam.) Sic distinxii, Cæterum nec tempus admisisset, 44 ut Christus tam præcoquam imo tam acerbam adhuc dilectionem expostularet, nouo & recenti deo, ne dixerim nondū palam facto. Appellans prohibens.) Monentibus Gorziensibus castigatiunculis, scripsimus appellantis, prohibentis etiam. Adagnitionem intentare.) Elegans uocabulum, adagnitio. Mox 45 scripsimus, Ex Euāgeliū promulgatione. Paulo post, Creatorem utiq; significans, ex Gorziensi. Et deinerendo procurat.) Iterū procurat cū datiuo. Quos 46 pares gentiū ridebat.) Hoc est pares gentibus. Sic in De carne Christi, Alioquin par erit eorum, quæ conuersa amittunt quod fuerūt, quorum utiq; deus in omnibus par non est. Quam cui per omnia paria uenerint.) Lēgo parauerint, id 47 est pares fuerint siue æquales. à pariando. Quo uerbo in De resurrectione carnis usus est, Æqua enim substantia pariant inter se Christus & Adam. Eodem libro supra, Et sermo enim deus, inquit, qui in effigie dei constitutus, non rapinam existimauit pariari deo. In libro De carne Christi, Pariamus igitur, de calcaria (quod dici solet) in carbonariam, à Marcione ad Apellen. Sic enim illuc legendum censemus pro paruimus. Ab impedimentis laciniis utiq; & implicitæ.) Exponit seipsum quum dicit, & implicitæ, id est implicitæ. Nam laciniis et implicitum significat. In illos an & in omneis parabolam, dixit & ad ipsos & ad uniueros q.e.p.e. proponi tactoriū similitudinem.) Hunc locū deprauatum confusumq; sic restituimus nostrū secuti iudicium, an recte decernat lector, Itaq; interroganti Petro

Petro, in illos an & in omneis parabolā dixisset, ad ipsos & ad uniuersos qui ecclēsij præfuturi essent, proponit Actorum similitudinem. Est autem Actor procurator publicus cuius fit mentio in Tract. quod cuiuscunq; uniuersitatis nomine, in Pandectis. Et Actus ipsa administratio, quo uocabulo paulo post utitur Tertul.

- 48 Cœnē paratura.) Paratura pro apparatu ut supra. Genitura peruersa est.)
 49 Geniturā pro generatiōe ante dixit plus semel. Ab actu summotus.) Modo docuimus Actum esse ipsam administrationē Actoris, id est procuratoris. Vnde hic dicit, Ab actu summotus, hoc est ab officio summotus, adempta uidelicet administratione. Cautionibus releuat.) Syngraphas intelligit. Amentauit hanc sententiam.) Amentauit, id est facultatus est, emisit, ab amento quod lorū significat deductū uerbū Amentare. Quod sequitur, Duos enim dominus. Nos 50 dominos. Paulo post scripsimus, Creator autem alio modo. Ut unde magis probetur.) Aut quæstiuie legenda sententia. Aut in unde subaudiendū, Nihil sit, Ut nihil sit unde magis probetur, &c. Verum habet nescio quem suum modum in usu huius aduerbiū Vnde. Quemadmodū in superioribus animaduertere potuit lector. Infra, adulter est. Manet &c. Aduersus fructum nuptiarū.) Hoc est liberorum procreationem. Sic supra. Ipsum quoq; fructum, inquit, connubij benedicendo promisit, qui de infantia primus est. Sed nec tuum Apostolū.) Subaudi constat, aut certum est. Cæterum præter & causa.) Scripsimus, ex causa. Hoc nouum est quod præter usus pat aduerbialiter pro præterquam, ut supra, Præter oneribus consparsionum, id est præterquam oneribus consparsionū offarcinatam. Quoquo uelis latere.) Proverbium resipit. Quia si frater illecebris decesserit.) Nos illiberis supposuimus, nam una uoce reddere uoluit quod Græcis est ἀπάτη, id est carens liberis. Male meritati.) Ineptū me 51 hercule uerbum. Captauit schema quod uocant similiter desinens. Et hæc ipsa scriptura reuincente oculos eius.) Lege hac ipsa scripture. Mox scripsimus. Etsi non cœlestem. Resurrectionē expungat.) Hoc est absoluat, adimplerat. Cur non capiat sinum Abrahæ dici.) Hoc uerbum in superioribus sæpe iam nobis occurrit. Sensus hic est. Cur non possit dici sinus Abrahæ, temp. & cetera. Sic in De resurrectione carnis, Terram sanctam Paradisum, quam & patrum discipiciat. Ac candida quædam utriuscq; iudicij prospiciatur.) Candida pro spe & expectatione. Vestis erat petitorum, ut supra annotauimus. Nostrī dei monela.) Hoc uocabulum etiam in De patientia usurpauit, Si manu quis, inquit, tentauerit prouocare, præstò est Dominica monela. Molino saxo.) Saxo molarī. Sed & ueniam dei fratri.) Nos castigauimus, ueniam des fratri. Ex Gorziensi. Morositatem legis opponere.) Sic in Præscriptionibus. Nónne manifeste diabolus, inquit, morositatem illam Iudææ imitatus est?
 54 Etiam ædito documento.) Mundationis uidelicet. Elimatorem.) Ab eli mando, id est expoliendo. Opiniosus.) Hoc est sinistre opinionis. Observatores legis.) Legendum obseruatores. Pristino leproso.) Hoc est priori. Væ qui dixerit eis.) Qui particula superabundat. Expungendam.) Hoc est adimplendā ex debito uelut promissam. Ex decem.) Hoc est segregatum. Hoc & domino uolente interpretari legem.) Hoc, id est, secundum hoc, uel, in hoc. Infra scripsimus, Nec templum, nec oratores. Et semet ipsum.) Subaudi esse unius dei. Sederat unus aliqui deputādus ex ijs q.q.m.i.h.) Vnus aliqui pro aliquis. Ut in principio libri quinti sequētis, Vnus aliqui discipulus. Sensus hic est, Erit terræ filius, uel unus quilibet ē turba, siue unus de multis, quod Græci dicunt, ἐκ τῶν πολλῶν οἱ μὲν τις. οὐδὲ, οὐδὲ τῶν πολλῶν. οὐδὲ τυχόντων. Ignorasse præsumeret.) Aut præsumeretur, aut præsumeret, Impersonaliter. Ne ultra.) Id est

Idest amplius, Iesum filium Dauid existimaret. Ruentem & ipsam Antith.) ⁵⁶
Appositio est. Atquin & hoc filius Dauid, Antith.) Distingue, Atquin &
hoc filius Dauid, Antithesim de suo retundendam. Ut sint duæ figure, Synecdo-
che & Appositio. Hoc est secundū hoc, nempe Antithesin de suo retundendam.

Nunc uero eius deinde carnis homo.) Vitiata scriptura est etiam in manu de
scriptis exemplaribus. Lege, Nūc uero eiusdem carnis homo. Et ignorans ⁵⁷
Esaiam.) Coniçcio scriptum fuisse, si & ignorans Esaiam. Hoc cum maximè
promittebat.) Eleganter hoc uerbo bis utitur hic. Violentorū contractuum
obnoxios.) Obnoxius cū genituo, qui passionis casus est. Ad imitationem Græ-
corum. Existeret aliquis Marcion.) Existeret, id est si emergeret, exoriretur,
exurgeret. Sic enim hoc uerbum apud Ciceronem interpretatur Asconius Pe-
dianus. In præruptum.) In manuscripis codicibus habetur prærupitum. ⁵⁸

Non ad aliud responsio domini sapit.) Præpositionem ad sustulimus.

Errorem scribarum obtundebat.) Sic & infra libro quinto, Ut iam, inquit, hinc
& fidem tuam obtundam. Quorum & ipse par sit.) Par cum genituo ut su ⁵⁹
pra sæpe. Uticq; & proinde.) Restituimus ex Gorziensibus adnotatiuncu-
lis, ut qui proinde in nomine, &c. Quæ illos manebant.) Hoc est expecta-
bant, ut supra. Non quia milites.) Legendum, Non qui milites pugnant. ⁶⁰

Oppositi omnium offensui.) Offensus iuxta quartam inflexionem pro offen-
sione. Ordinem expungi.) Hoc est absoluī, perfici. Nimirum uerue- ⁶¹
cina illum Iudaica delectaret.) Veruecina, id est caro ueruecis. Sic dicitur agni-
na, bubula, porcina, Plauto. Et in hoc psalmum expunctum.) Hoc est adim ⁶²
pletum. Quæ exiprat.) Ex Gorziensi collatione scripsimus, Quæ & spirat. ⁶³

Cum odorum paratura.) Paratura pro apparatu, ut supra sæpe. Lateren ⁶⁴
sibus.) Laterenses, stipatores quod latus claudant. Infra, Non comparens.

Nec negatur erasisse.) Nos, Aut negetur erasisse. Item, Id est non habentem
ossa. Ex Gorziensibus castigatiunculis. Inspectui.) Inspectus in quarta de-
clinatione pro inspectione. Mox, Quæ membra ex ossibus constant.

ANNOT. IN LIBRVM SEQUENTEM FINIS.

Q. SEPTIMII FLOREN TIS TERTVLLIANI ADVER- SVS MARCIONEM, LIBER QVARTVS.



M N E M sententiam, & omnem paraturam impij atcq; fa- ¹
cilegi Marcionis, ad ipsum iam euangelium eius prouo-
camus, quod interpolando suū fecit. Et ut fidem instrue-
ret, dotem quandam commentatus est illi; opus ex con-
trarietatum oppositionibus, Antithesis cognominatum, Antitheses
& ad separationē legis & Euangeliū coactum: qua duos Marcionis
deos diuidens, proinde diuersos, alterum alterius instrumenti, uel (quod ma ^{Instrumentū}
gis usui est dicere) testamenti, ut exinde Euangilio quoq; secundum Anti. Testamentum
y theses

thesesis credendo patrocinaretur. Sed & istas proprio congressu minus,
 id est per singulas injectiones Pontici cecidisse, si non multo oportauerit in
 ipso, & cum ipso euangelio, cui procurant, retunderentur: quanquam tam faci
² le est præscriptiuè occurtere, equidem ut accepto eas faciam, ut rato habeam,
 ut nobiscum facere dicam, quo magis de cæcitate autoris sui erubescant, no
 stræ iam Antitheses aduersus Marcionem. Atque adeo confiteor alium ordi
 nem decucurisse in veteri dispositione apud creatorem, aliū in noua apud
 Christum. Non nego distare documenta eloquij, præcepta uirtutis, Legis
 disciplinas, dum tamen tota diuersitas in unum & eundem deum cōpetat.
Lex Euāgeliū illum scilicet à quo constat eam dispositam sicut & prædicatam. Olim con
 cionatur Esaias prodituram ex Sion legem, & sermonem domini ex Hier
 usalem, aliam utique legem, aliumque sermonem: denique iudicabit, inquit, in
 ter Nationes, & traducet populum plurimum, scilicet non unius gentis Iu
 dæorum, sed Nationum quæ per nouam legem euangeliū, & nouum sermo
 nem Apostolorum iudicantur & traducuntur apud semetipſas de pristino
 errore, simul crediderunt: atque exinde concidunt machæras suas in aratra, &
 sibynas, quod genus uenabulorum est, in falces: id est feros & sæuos quo
 dam animos conuertunt in sensus probos, & bona frugis operarios. Et tur
 sus: Audite me audite me, & populus meus & reges auribus intèdite in me,
 quoniam lex prodibit à me, & iudicium meum in lucem Nationum: quo iu
 dicauerat atque decreuerat Nationes quoque illuminandas per Euangeliū le
καμμοθ gem atque sermonem. Hæc erit lex, & apud Dauid inuituperabilis, quâ perfe
 cta, conuertens animam, utique ab idolis ad deum. hic erit & sermo, de quo
 idem Esaias: Quoniam, inquit, decisum sermonem faciet dominus in terra.
 Compendiatum est enim nouum testamentum, & à legis laciniosis oneri
 bus expeditum. Sed quid pluribus, cum manifestius, & luce ipsa clarius no
 uatio prædicetur à creatore per eundem. Ne rememoratis priorum, & anti
 qua ne recogitaueritis. Vetera transierunt, noua oriuntur. Ecce facio noua
 quæ nunc orientur. Item per Hieremiam: Nouate uobis nouamen nouum,
 & ne seueritis in spinas, & circumcidimini præputio cordis uestri. Et alibi: Ec
 ce uenient dies dicit dominus, & perficiam domui Iacob & domui Iudæi te
 stamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus
 eorum, in die qua arripui dispositionem eorum, ad educendos eos de terra
 Ægypti. Adeo pristinum testamentum temporale significat, dum mutabi
 le ostendit, etiā dum æternum de postero pollicetur. Nam per Esaiam: Au
 dite, me & uiuetis, & disponam uobis testamentum æternum: adiiciens san
 cta & fidelia Dauid, ut id testamentum in Christo decursurum demonstra
 retrum. Eundem ex genere Dauid secundum Mariæ censem, etiam in uirga
 ex radice Iesse processura figurata prædicabat. Igitur si alias leges aliosque
 sermones, & nouas testatorum dispositiones à creatore dixit futuras, ut
 etiam

etiam ipsorum sacrificiorū alia officia potiora, & quidem apud Nationes destinari, dicente Malachia: Non est uoluntas mea in uobis, inquit dominus, & sacrificia uestra non excipiāt de manibus uestris, quoniam à solis ortu usq; ad occasum glorificatum est in Nationibus nomen meum, & in omni loco sacrificium nomine meo offeretur, & sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de cōscientia pura. Necesse est, omnis demutatio ueniens ex innouatione, diuersitatem ineat cum his quorum sit, & contrarietatem ex diuersitate. Sicut enim nihil demutatū quod nō diuersum, ita nihil diuersum quod non contrarium. Eiusdem ergo deputabitur etiam contrarietas ex diuersitate, cuius fuerit demutatio ex innouatione. Qui disposuit demutacionem, iste instituit & diuersitatem. Qui prædicauit innouationem, iste pronunciauit & contrarietatem. Quid differentiam rerum ad distantiam interpretaris potestatum? Quid Antitheseis exemplorum distorques aduersus creatorem, quas in ipsis quoq; sensibus & affectionibus eius potes recognoscere? Ego, inquit, percutiam & ego sanabo: Ego, inquit, occidam, & ego uiuificabo, condens scilicet mala & faciens pacem. Quā etiam soles illum mobilitatis quoq; & inconstantiae nomine reprehendere, prohibentem quę iubet, & iubentem quę prohibet. Cur ergo non & Antitheseis ad naturalia reputasti, cōtrarij sibi semper creatoris? Nec mundum saltim recogitare potuisti, nisi fallor, etiam apud Ponticos ex diuersitatibus constructum æmularum inuicem substantiarum.. Prius itaq; debueras alium deum luminis, alium tenebrarum determinasse, ut ita posses alium legis, alium euāgeliū asseuerasse. Cæterum præiudicatum est ex manifestis cuius opera & ingenia per Antitheseis constant, eadem forma constare etiam sacramenta. Habet qunc Antithesis expeditam à nobis responcionem. Transeo nunc ad euangelij sanè non Iudaici, sed Pontici interim adulterati demonstrationē, præstructuram, ordinem, quem aggredimur. Constituimus in primis, euangelicum instrumentum, Apostolos autores habere quibus hoc munus euangelij promulgandi ab ipso domino sit impositum: si & apostolicos, non tam solos, sed cum apostolis, & post apostolos: quoniam prædicatio discipulorum suspecta fieri posset de gloriæ studio, si non afflstat illi autoritas magistrorum, immo Christi, quę magistros Apostolos fecit. Deniq; nobis fidei ex apostolis Ioannes & Matthæus insinuant, ex Apostolicis Lucas & Marcus instaurant, ijsdem regulis exorsi, quantum ad unicum deum attinet creatorem & Christum eius, natum ex uirgine, supplementum legis & prophetarum. Viderit enim si narrationum dispositio uariauit, dummodo de capite fidei conueniat, de quo cum Marcione non conuenit. Contra, Marcion euangeliū scilicet suo nullum adscribit autorem, quasi non licuerit illi titulum quoq; affingere, cui nefas non fuit ipsum corpus euertere. Et possem hic iam gradū figere, non agnoscendum cōtendens opus, quod non erigat Figere gradū

sacrificium

mundum

“

Euangelicum
instrumentumIoannes
Matthæus
Lucas
Marcus

*Lucas euange
lij Paulini scri
ptor*

*Sacramentum
religiōis Chri*

stiane

columnae

frontem, quod nullam constantiam præferat, nullam fidem reprobaret de plenitudine tituli, & professione debita autoris. Sed per omnia congredi maluimus, nec dissimulamus quod ex nostro intelligi potest. Nam ex his cōmentatoribus quos habemus, Lucam uidetur Marcion elegisse, quem ce deret. Porrò Lucas non Apostolus, sed apostolicus: non magister, sed discipulus, utiqz magistro minor, certe tanto posterior, quanto posterioris apostoli sectator, Pauli sine dubio: ut etsi sub ipsis Pauli nomine euangelium Marcion intulisset, non sufficeret ad fidem singularitas instrumenti destitu ta patrocinio antecessorū. Exigeretur enim id quoqz euangeliū quod Paulus inuenit, cui fidem dedidit, cui mox suum congruere gestij. Siquidē propterea Hierosolymam ascendit ad cognoscendos Apostolos, & consultandos, ne forte in uacuum cucurisset, id est ne non secundum illos credidisset, & non secundum illos euangelizaret. Deniqz ut cum autoribus contulit & conuenit de regula fidei, dexteras miscuere, & exinde officia prædicandi distinxerunt, ut illi in Iudeos, Paulus in Iudeos & in Nationes. Igitur si ipse illuminator Lucæ, autoritatē antecessorem & fidei & prædicationi suæ optauit, quanto magis eam euangeliū Lucæ expostulem, quæ euangeliū magistri eius fuit necessaria? Aliud est, si penes Marcionem à discipulatu Lucæ, coepit religionis Christianæ sacramentum. Cæterum si & retro decucurrit, habuit utiqz authenticam paraturam, per quam ad Lucam usqz peruerit, cuius testimonio assistente Lucas quoqz possit admitti. Sed enim Marcion nactus epistolam Pauli ad Galatas, etiam ipsos Apostolos suggillantis, ut nō recto pede incedentes ad ueritatem euangeliū, simul & accusantis pseuder apostolos quosdam peruerentes euangeliū Christi, connitur ad destruendum statum eorum euangeliorum, quæ propria & sub Apostolorum nomine eduntur, uel etiam Apostolicorū, ut scilicet fidem quam illis adiit, suo conferat. Porrò etsi reprehensus est Petrus & Ioannes & Iacobus, qui existimabantur columnæ, manifesta causa est. Personarum enim respectu, uidebantur uariare conuictum. Et tamen cum ipse Paulus omnibus omnī fieret, ut omnes lucraretur, potuit & Petro hoc in consilio fuisse, aliquid alter agendi quam docebat. Proinde si & pseudapostoli irrepererant, horum quoqz qualitas ædita est, circuncisionem uindicantium & Iudaicos fastos: adeo non de prædicatione, sed de conuersatione à Paulo denotabantur, æque denotaturo, si quid de deo creatore aut Christo eius errasset. Igitur distinguenda erunt singula. Si Apostolos præuaricationis & simulationis suspectos Marcion haberi queritur, usqz ad euāgeliū depravationem, Christum iam accusat, accusando quos Christus elegit. Si vero Apostoli quidē integrum euangeliū contulerunt, de sola cōiectus inæqualitate reprehensi, pseudapostoli autem ueritatem eorum interpolauerunt, & iude sunt nostra digesta, quod erit germanum illud Apostolorum instrumentū, quod adulteros

adulteros passum est , quod Paulum illuminauit, & ab eo Lucam ? Aut si tam funditus deletum est, ut cataclysmo quodam, ita inundatione falsario/ ^{inundatione} cum oblitteratum, iam ergo nec Marcion habet uerum. Aut si ipsum erit ue/ ^{falsiorum} rum, id est Apostolorum quod Marcion habet solus, & quomodo nostro ^{oblitteratum ut} consonat, quod non Apostolorum, sed Lucæ refertur? Aut si nō statim Lu/ ^{cataclysmo} cae deputandum est quod Marcion uititur, quia nostro cōsonat scilicet adul/ ^{quodam} terato, etiam circa titulum cæterorum Apostolorum: iam ergo & nostrum quod illi cōsonat æque Apostolorum est, sed adulteratum. De titulo quo/ 4 que funis ergo ducendus est cōteationis, pari hinc inde nisu fluctuante. Ego ^{Funem cōtem/} meū dico uerum, Marcion suum. Ego Marcionis affirmo adulteratū, Mar/ ^{tions ducere} cion meum. Quis inter nos determinabit, nisi temporis ratio, ei præscribens autoritatem, quod antiquius reperietur, & ei præiudicans uitiationē, quod posterius reuincetur. In quantum enim falsum corruptio est ueri, in tantum præcedat necesse est ueritas falsum. Prior erit res passione, & materia æmu/ latione. Alioquin quām absurdum ut si nostrum antiquius probauerimus, Marcionis uero posterius, & nostrum ante uideatur falsum, quām habue/ rit de ueritate materiam, & Marcionis antē credatur æmulationem à no/ stro expertum quām est æditum, & postremò id uerius existimetur, quod est serius post tot ac tanta iam opera atq; documenta Christianæ religio/ nis seculo ædita, quæ ædi utiq; non potuissent sine euangelij ueritate, id est ante euangelij ueritatem? Quod ergo pertinet ad euangelium interim Lu/ cæ, quatenus communio eius internos & Marcionem de ueritate disceptat, adeo antiquius Marcione est, quod est secūdum nos, ut & ipse illi Marcion aliquando crediderit, cum & pecuniam in primo calore fidei catholice ecclie sīz contulit, proiectam mox cum ipso postea quām in hæresim suam à no/ stra ueritate desc̄it. Quid nūc si negauerint Marcionitæ, primam apud nos fidem eius, aduersus epistolam quoq; ipsius? Quid si nec epistolam agno/ uerint? Certe Antitheses non modo fatentur Marcionis, sed & præferunt: ex his mihi probatio sufficit. Si enim id Euangelium quod Lucæ refertur, penes nos uiderimus, an & penes Marcionē, ipsum est quod Marcion per Antitheses suas arguit, ut interpolatum à protectoribus Iudaismi ad con/ corporationem legis & prophetarū qua etiam Christum inde configerent, utiq; non potuisset arguere, nisi quod inuenerat. Nemo post futura repre/ hendit quæ ignorat futura, emendatio culpam non antecedit. Emendorator sanè euangelij à Tiberianis usque ad Antoniniana tempora euersi, Mar/ cion solus & primus obuenit, expectatus tam dij à Christo, pœnitente iam quod Apostolos præmisso properasset sine præsidio Marcionis, nisi quod humanæ temeritatis, non diuinæ autoritatis negocium est hæresis, quæ sic Hæresis semper emendar euangelia dum uitiat. Cum & si discipulus Marcion, non tamen super Magistrum. Et si apostolus Marcion, Siue ego, inquit Paulus,

sue illi, sic prædicamus. Et si prophetes Marcion, & spiritus prophetarum prophetis erunt subditi, non enim euersionis sunt, sed pacis. Etiam si angelus Marcion, citius anathema dicēdus quam euāgelizator, quia aliter euāgelizauit. Itaque dum emendat, utrumq; confirmat, & nostrum alterius, id emendans quod inuenit: & id posterius, quod de nostri emendatione con-

*Ecclesie Apo
stolice*

stituens suum & nouum fecit. In summa, si constat id uerius quod prius, id prius quod & ab initio, ab initio quod ab Apostolis, pariter utiq; constabit id esse ab Apostolis traditum quod apud ecclesiās Apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus quod lac à Paulo Corinthiū hauserint, ad quam regulam Galatæ sint recorrecti, quid legant Philippenses, Thessalonenses,

Romana eccl

Ephesiū, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus euangelium & Petrus & Paulus sanguine quoq; suo signatum reliquerunt. Habetus & Ioannis akumnas ecclesiās. Nam & si Apocalypsim eius Marcion respuit, ordo tamen episcoporum ad originem recensus, in Ioannem stabit autorem. Sic & ceterarū generositas recognoscitur. Dico itaq; apud illas, nec solas iam Apostolicas, sed apud uniuersas, quæ illis de societate sacramenti confederantur, id euangelium Lucæ ab initio æditionis sua state, quod cum maxime tuemur. Marcionis uero plerisq; nec notum, nullis aut notum, ut non eos

*Autoritas ec/
clesiarum apo
stolicarum*

Euangelium

*Capit magis/
strorum uide/
ri, que disci/
puli promul/
garint*

damnatū. Habet planè & illud ecclesiās, sed suas, tam posteras quam adulteras, quarum si censum requiras, facilius apostaticum inuenias quam Apo stolicum, Marcione scilicet conditore, uel aliquo de Marcionis examine. Faciunt fauos & uespæ, faciunt ecclesiās & Marcionitæ. Eadem autoritas ecclesiārum Apostolicarum, ceteris quoq; patrocinabitur euangelij, que proin de per illas & secundū illas habemus, Ioannis dico & Marthæ: licet & Marcus quod ædedit Petri affirmetur, cuius interpres Marcus. Nam & Lucæ di gestum, Paulo asscribere solēt. capit magistrorum uideli quæ discipuli promulgarint. Itaq; & de his Marcion flagitandus, quod omissis eis, Lucæ potius institerit, quasi non & hæc apud ecclesiās à primordio fuerint, quemadmodum & Lucæ. Atquin hæc magis à primordio fuisse credibile est, ut priora quam Apostolica, ut cum ipsis ecclesijs dedicata. Ceterum quale est, si nihil Apostoli ediderunt, ut discipuli potius ediderint, qui nec discipuli existere potuissent sine ulla doctrina magistrorum. Igitur dum constet hec quoque apud ecclesiās fuisse, cur non hæc quoque Marcion attigit, aut emendanda si adulterata, aut agnoscenda si integræ? Nam & competit ut si quis euangelium peruerterebat, eorum magis curarent peruersiōnem, quorū scie bant autoritatē receptiōrem. Ideo & pseudapostoli, quod per falsum Apostolos imitarentur. In quantum ergo emendasset quæ fuissent emendanda si fuissent corrupta, in tantum confirmauit non fuisse corrupta, quæ non putauit emendanda. Deniq; emendauit quod corruptū existimauit. Sed nec hoc merito: quia non fuit corruptum. Si enim Apostolica integrè decucurserunt

Pseudapostoli

Fuit, Lucæ autem quod est secundum nos, adeo congruit regulæ eorum, ut
 cum illis apud ecclesiæ maneat, iam & Lucæ constat integrum decucurrisse
 usq; ad sacrilegium Marcionis. Deniq; ubi manus illi Marcion intulit, tunc
 diuersum & æmulum factum est Apostolicis. Igitur dabo consilium disci-
 pulis eius, ut aut & illa conuertant, licet sero ad formam sui, quo cū Aposto-
 licis conuenire videantur. Nam & cotidie reformat illud prout à nobis co-
 tidie reuincuntur, aut erubescunt de magistro utrobiq; traducto, cum euani-
 gelij ueritatem nunc ex conscientia tramittit, nunc ex impudentia euertit.
 His ferè compendijs utimur, cum de euangelijs fide aduersus hæreticos ex-
 peditum, defendantibus & temporum ordinem posteritati falsiorū præ-
 scribentem, & autoritatem ecclesiæ traditioni Apostolorum patrocinan-
 tem: quia ueritas falsum præcedat necesse est, & ab eis præcedat à quibus tra-
 dita est. Sed alium iam hinc inimus gradū, ipsum (ut professi sumus) euâge-
 lium Marcionis prouocantes, si quoq; probatur adulteratum. Certe enim
 totum quod elaborauit etiam Antitheseis præstruendo, in hoc cogit ut ue-
 teris & noui testamenti diuersitatem constituat, proinde Christum suum à
 creatore separatus, ut dei alterius, ut alienum legis & prophetarum. Cer-
 te propterea contraria quæq; sententiæ lux erasit conspirantia cū creatore,
 quasi ab assertoribus eius intexta: cōpetentia autē sententiæ lux reseruauit.
 Hæc conueniemus, hæc amplectemur. Si nobiscum magis fuerint, si Marcio-
 nis præsumptionem percusserint, tunc & illa cōstatbit eodem uitio hæreticæ
 cæcitatris eraſa, quo & hæc reseruata. Sic habebit intentio & forma opusculi
 nostri, sub illa utiq; conditione quæ ex utraq; parte condicta sit. Constituit
 Marcion aliū esse Christū qui Tiberianis temporibus à deo quondam igno-
 to reuelatus sit in salutem omniū gentium, Alium qui à deo creatore in resti-
 tutionem Iudaici status sit destinatus, quandoque uenturus. Inter hos ma-
 gnam & omnem differentiam scindit, quantam inter iustum & bonū, quan-
 tam inter legem & euâgeliū, quantam inter Iudaismū & Christianismū.
 Hinc erit & nostra præscriptio, qua defigimus nihil Christo dei altetius cō-
 munere esse debere cū creatore: Cæterum creatoris pronunciandum, si admi-
 nistrauerit dispositiōes eius, si impleuerit prophetias eius, si adiuuerit leges
 eius, si repræsentauerit promissiones eius, si restaurauerit uirtutes eius, si sen-
 tentias reformauerit, si mores, si proprietates expresserit. Huius pacti & hu-
 ius præscripti, quæſo te, lector meminetis ubiq;, & incipe recognoscere aut
 Marcionis Christū aut Creatoris. Anno quintodecimo principatus Tibe-
 riani, proponit eū descendisse in ciuitatem Galileæ Capharnaū, utiq; de cœ-
 lo creatoris, in quod de suo ante descéderat. Et quid ergo ordinis fuerat, ut
 prius de suo cœlo in creatoris descendens describeretur? Cur em̄ nō & ista
 reprehendam quæ nō implent fidē ordinarię narrationis, deficientis in men-
 dacio semper? Planè semel dicta sint, per quæ iam alibi retractauimus, An-
 y 4 descen

Autoritas ec-
clesiarum
Alium inire
gradum

Prescriptum

descendens per cretorem, & quidem aduersus ipsum potuerit ab eo admitti, & inde traxisti in terram & que ipsius. Nunc autem & reliquum ordinem descensionis ex postulo, tenens descendisse illum. Viderit enim sicubi apparuisse positum est. Apparere subitum, ex inopinato, sicut conspectum, qui semel impegerit oculos in id quod sine mora apparuit. Descendisse autem dum it, uidetur, & subit oculos, de facto etiam ordinem facit. Atque ita cogit exigere, quali habitu, quali suggestu, quo nam impetu uel temperamento, etiam quo in tempore diei noctis' ue descenderit. Praeterea quis uiderit descendenter, quis retulerit, quis asseuerauerit, rem utiqz nec asseuerant fa cile credendam. Indignum deniqz ut Romulus quidem ascensus sui in coelum habuerit Proculū affirmatorem, Christus uero dei, ascensus de coelo sui non inuenierit annunciatorem, quasi non sic & ille ascenderit hisdem mendacij scalis, sicut & iste descendit. Quid autem illi cum Galilæa, si non erat creatoris, cui ista regio destinabatur ingressuro prædicationē, dicente Esaias:

7 Hoc primum obito, cito facito, regio Zabulon & terra Neptalim, & cæteri qui maritimam & Iordanis, Galilæa Nationum, populus qui sedetis in tenebris, uidete lumen magnum, qui habitatis terram, sedentes in umbra mortis, lumen ortum est super uos. Bene autem quod & deus Marcionis, illuminator uindicatur Nationum, quo magis debuerit, uel de coelo descendere, & si utiqz in Pontum potius descendere quam in Galilæam. Cæterum & loco & illuminationis opere secundum prædicationem occurrentibus Christo, iam eum prophetatum incipimus agnoscere, ostendentem in primo ingressu uenisse se, non ut legem & prophetas dissolueret, sed ut potius adiutoreret. Hoc enim Marcion, ut additū, erasit. Sed frustra negabit Christum dixisse, quod statim fecit ex parte. Prophetiam enim interim de loco adiutori, Ad quod ueni pleuit, de coelo statim ad synagogam. Ut dici solet, Ad quod uenimus, hoc mus, hoc age. Marcion aufer etiam illud de euangeliō, Non sum missus, nisi ad oues proverbiū uul gare

Census Augusti, tam repentinus, tam ignotus, cuius nemo adhuc certus, de tribu, de populo, de domo, de censu deniqz Augusti, quem testem fidelissimum domini, cæ nativitatis Romana archiuia custodiunt. Meminerant certè, nisi circumcisum scirent, non admittendum in sancta sanctorum. Sed etsi passim synagoga adiretur, non tamen ad docendū nisi ab optimè cognito & explorato, & probato, iam pridem in hoc ipsum, uel aliunde commendato cum hoc munere

nere. Stupebant autem omnes ad doctrinam eius, planè quoniam, inquit; in potestate erat sermo eius. Non quoniā aduersus legem & prophetas docebat. Utique enim eloquium diuinum & uim & gratiam præstabat, magis extruens quam̄ destruens substantiam legis & prophetarum. Alioquin nō stuperent, sed horrerent: nec mirarentur, sed statim auersarentur destructio-rem legis & prophetarum, & utique in primis alterius dei prædicatorem: quia nec potuisset aduersus legem & prophetas docere, & hoc nomine aduersus creatorem, non præmissa diuersæ atque æmulæ diuinitatis professione. Cum ergo nihil tale scriptura significet, nisi solam uirū & potestatē sermonis admirationi fuisse: facilius ostendit, secundum creatorem docuisse illū, quia non negauit, quam̄ aduersus creatorem, quia non significauit. Atque ita aut eius erit agnoscendus secundum quem docuit, aut prævaricator iudicandus, si secundum eum aduersus quem uenerat, docuit. Exclamat ibidem spiritus dæmonis: Quid nobis & tibi est Iesu? Venisti perdere nos. Scio qui sis, sanctus dei. Hic ego non retractabo, an & hoc cognomentum competitierit ei, quem nec Christum uocari oporteret, si non creatoris. Alibi iam de nominibus expostulatum est. At nunc discepto, quomodo hoc eum uocari cognoverit dæmon, nulla unquam retro emissā prædicatione in illum, à deo ignoto, & in id temporis muto, cuius nec sanctum eum contestari potuit, ut ignoto iam ipsi suo creatori. Quid autē iam tale ædiderat nouæ diuinitatis, per quod possit alterius dei sanctus intelligi? tantum quod synagogam ingressus, & nec sermone operatus aliquid aduersus creatorē? Sicut ergo quē ignorabat, nullo modo poterat Iesum & sanctum dei agnoscere, ita quem tñorat agnouit. Nam & prophetam meminerat sanctum dei prædicasse, & Iesum nomen dei esse in filio Nae. Hæc & ab angelo exceperat secundum nostrum euangelium: Propterea quod in te nascetur, uocabitur sanctum filius dei, & uocabis nōm̄ eius Iesum. Sed & habebat utique sensum aliquem dominicæ dispositionis (licet dæmon tamē) magis quam̄ alienæ & nondum satis cognitæ. nam & præmisit, Quid nobis & tibi? non quasi in extra-neum Iesu, ad quem pertainet spiritus creatoris. Nec enim dixit, quid tibi & nobis, sed quid nobis & tibi: se deplorans & sorti suæ exprobrans: quā iam uidens, adiçit, Venisti perdere nos. adeò iudicis & ultioris, & ut ita dixcri-
sæui dei filium agnouerat Iesum, non optimi illius & perdere & punire nescientis. Quorsum hunc locum præmisimus: ut Iesum à dæmonе nō alium doceamus agnatum, & à semetipso non alium confirmatum quam̄ creatoris. Atquin, inquis, increpuit illum I E S V S. Planè ut inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem, ut male adulantem: quasi hæc esset summa gloria C H R I S T I, si ad perditionem dæmonum uenisset, & non potius ad hominum salutem, qui nec discipulos de subactione spirituum, sed de candida ^{candida salutis} salutis gloriari uolebat. Aut cur eum increpuit? Si quasi mentitū in totum: tis ergo.

ergo nō fuit Iesus, nec dei sanctus omnino. Si quasi ex parte mentitū, quod eum Iesum quidem & sanctum dei, sed creatoris existimasset, iniustissimē increpuit hoc sentientem, quod sciebat sentiendum, & hoc nō aestimantem quod ignorabat aestimandum, alium Iesum & alterius dei sanctum. Quod si uerisimiliorem statum nō habet increpatio, nisi quem nos interpretamur, iam ergo & dæmon nihil mentitus est, non ob mendacium increpatus, ipse enim erat Iesus, præter quem alium dæmon agnouisse non poterat: & Iesus eum confirmauit quem agnouerat dæmon, dum non ob mendacium increpat dæmonem. Nazareus uocari habebat secundum prophetiam Christi Nazareni. stus creatoris. Vnde & ipso nomine nos Iudei Nazarenos appellant per eum. Nam & sumus de quibus scriptum est: Nazarei exalbati sunt super nubes. Qui scilicet retro luridati delinquentiae maculis, & nigrati ignorantiae tenebris. Christo autem appellatio Nazarei competitura erat ex infantia latebris, quas apud Nazareth descendit uitando Archelaum filium Herodus. Hoc propterea non omisi, quia Christum Marcionis oportuerat omne commercium eierasse etiam locorum familiarium Christi creatoris, habentem tanta Iudeæ oppida non ita Christo creatoris per prophetas emancipata. Cæterum prophetarum erit Christus, ubi cūq; secundum prophetas inuenitur. Et tamen apud Nazareth quoq; nihil noui notatur prædicasse, dum aliò merito unius prouerbij electus refertur. Hic primum manus ei invictas animaduertens, necesse habeo iam de substantia eius corporali præfinire, quod non possit phantasma credi, qui contactum, & quidem uiolenta plenum, detentus & captus & ad precipitum usq; protractus, admiserit. Nam & si per medios evasit, sed ante iam uim expertus, & postea dimisus, scilicet soluto, uti assolet, tumultu, uel etiam irrupto, non tamen per caliginem eluso, quæ nulli omnino tactui succidisset, si fuisset.

Lucretius Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res, etiam secularis sapientiae digna sententia est. Ad summam, & ipse mox tetigit alios: quibus manus imponens, utiq; sentiendas, beneficia medicinarum conferebat, tam uera, tam non imaginaria, quam erant per quas cōferebat. Ipse igitur est Christus Eliae, remediator ualitudinum. Hic, inquit, imbecillitates nostras aufert, & languores portat. Portare autem Græci etiam pro eo solent ponere, quod est tollere. Sufficit interim mihi generalis reprobatio. Quodcunq; curauerit Iesus, meus est. Veniemus tamen & ad species curationum. Cæterum & à dæmonijs liberare, curatio est ualestinis. Itaque spiritus nequam quasi ex forma iam prioris exempli, cum testimonio excessus debant uociferantes, Tu es filius dei: Cuius dei, uel hic pareat. Sed proinde increpabantur & iubebantur tacere. Proinde enim Christus ab hominibus, non à spiritibus immundis, uolebat se filium dei agnosci. Ille Christus duntaxat cui hoc congruebat: quia præmiserat per quos posset agnosciri, & utiq; digniores

οὐτὸς τὰς ἀμερίας οὐ μᾶλι φέρει, καὶ εἰδὼς φέρειν μελεπίκην

digniores prædicatores. Illius erat, præconium ita mundi spiritus respire, cui sancti abundabant. Porro qui nunquam fuerat annunciatus (si tamē uolebat agnoscere, frustra autem uenerat si nolebat) nō esset aspernatus testimoniū alienā & cuiuscunq; substantiā qui propriā nou habebat, qui in alie na descenderat. Iam nunc & quā destructor creatoris, nihil magis gestisset quām à spiritibus ipsius agnoscere, & diuulgari pr̄ timore, nisi quod Marcion deum suum timeri negat, defendens bonum non timeri, sed iudicem, apud quem sint materiæ timoris, ira, sequitia, iudicia, vindicta, damnatio. Sed & dæmonia timore utiq; cedebant. Ergo timendi dei filium confitebantur, occasiōnem habitura non cedendi, si non timendi. Et ille iussu & increpitu ea expellens, nō suau quā bonus, timendum se exhibebat. Aut nunquid ideo incipiebat, quia timebatur nolens timeri? Et quomodo ea uolebat excedere, quod nīl timore non facerent? Cecidit ergo in necessitatem, qua disparem se naturæ suæ ageret, cum posset, ut bonus semel eis parcere. Cecidit & in aliam prævaricationis notam, cum se à dæmonijs quasi filium creatoris sustineret timeri, ut iam nō propria potestate expelleret dæmonia, sed p̄ creatoris autoritatē. In solitudinem procedit. Solennis & huiusmodi regio creatoris. Oportebat sermonem illuc quoque uideri in corpore, ubi egerat alii quando & in nube. Competebat & euangelio habitus loci, qui placuerat & legi. Capiat itaq; iocunditatem solitudo, hoc Esaias promiserat. Detenus à turbis, oportet me, inquit, & alijs ciuitatibus annuciare regnum dei. ostenderat iam alicubi deum suum. Nō puto adhuc usq;. Sed eis loquebatur qui alium quoq; deum nouerāt. Nec hoc credo. Ergo si nec ille alium deum ediderat, nec illi nouerant pr̄ter creatorem, eiusdem dei regnum portendebat, quem solū sciebat notum eis qui audiebant. De tot generibus operum quid utiq; ad piscaturam respexit, ut ab illa in Apostolos sumeret Simonem, & filios Zebedæi? Non enim simplex factum uideri potest, de quo argumentum processurū erat, dicens Petro trepidanti de copiosa indagine p̄scium: Ne time, ab hinc enim homines eris capiens. Hoc enim dicto intellectum illis suggerebat adimplete prophetiæ: se enim esse qui per Hieremiam pronunciarat: Ecce ego mittam p̄scatores multos, & p̄scabuntur illos, homines scilicet. Denique relictis nauiculis secuti sunt eum, ipsum intelligentes, qui cœperat facere quod edixerat. Aliud est si affectauit de nauiculariorum collegio allegere, habiturus Apostolum quandoq; nauiculum Marcionem. Præstruximus quidē aduersus Antithesēs, nihil proficere proposito Marcionis, quam putat diuersitatem legis & euangeli, ut & hanc à creatore dispositam, denique prædicatam in promissione nouæ legis, & noui sermonis, & noui testamenti. Sed quoniam attentius argumentatur apud illum suum, nescio quē σωταλαιπωρον, id est cōmiseronem, & συμμισούμενον, id est coodibilem, in leprosi purgationem, nō pigebit ei occurrere: & in primis figurata;

figuratae legis uim ostendere, quae in exemplo leprosi non contingendi, immo ab omni commercio submouendi, communicationem prohibebat homini delictis commaculati, cum qualibus & Apostolus cibum quoque uerat sumere: Participari enim stigmata delictorum quasi ex contagione, si qui se cum peccatore miscuerit. Itaque dominus uolens altius intelligi legem, per carnalia spiritualia significantem: & hoc nomine non destruens, sed magis extruens, quam pertinens eius uolebat agnoscere: tetigit leprosum, a quo & si homo inquinari potuisset, deus utique non inquinaretur, incontaminabilis scilicet. Ita non prescribetur illi quod debuerit legem obseruare, & non contingere immunum, quem contactus immundi non erat inquinaturus. Hoc magis meo Christo competere, sic doceo, dum tu non competere demonstro. Si enim ut aemulus legis tetigit leprosum, nihil faciens preceptum legis, per contemptum inquinamenti, quomodo posset inquinari, qui corpus non habebat quod inquinaretur? Phantasma enim inquinari non posset. Qui ergo inquinari non poterat ut phantasma, iam non uirtute diuina incontaminabilis erit, sedphantasmatis inanitate: nec contempssisse uideri potest inquinamentum, cuius materiam non habebat: Ita nec legem destruxisse qui inquinamentum ex occasione phantasmatis non ex ostentatione uirtutis euaserat. Si autem Helisaëus prophetes creatoris, unicum leprosum Naaman Syrum ex tot leprosis Israelitis emundauit, nec hoc ad diuersitatem facit Christi, quasi hoc modo melioris, dum Israele item leprosum emundat extraneus, quem suus dominus emundare non ualuerat, Syro facilius emundato, significato per Nationes emundationis in Christo lumine earum quae septem maculis capitalium delictorum inhorrerent, idolatria, blasphemia, homicidio, adulterio, stupro, falso testimonio, fraude. Qua propter septies quasi per singulos titulos in Iordanie lauit: simul & ut totius hebdomadis caneret expiatio stuprum nem, & quia unius lauacri uis & plenitudo Christo soli dicabatur, facturo falso testem in terris, sicut sermonem compendiatum, ita & lauacrum. Nam & hoc oppositionem Marcion: Helisaëum quidem materia equisste, aquam adhibuisse, & eam septies: Christum uero uerbo solo, & hoc semel functo, curationem statim representasse: quasi non audeam & uerbum ipsum in substantiam creatoris uindicare. Nullius rei non ille potior autor, qui prior. Incredibile planè, ut potestas creatoris uerbo remedium uitij unius operata sit, que uerbo tantam mundi molem semel protulit: Vnde magis dinoiscitur Christus creatoris, quam ex uerbi potestate: Sed ideo alius Christus, quia aliter quam Helisaëus, quia potentior dominus famulo suo. Quid constituis Marcion, proinde res agi a seruis, quemadmodum ab ipsis dominis? Non times, ne inde decus tibi uerat, si ideo Christum negas creatoris, quia potentior fuerit famulo creatoris, qui ad Helisaëi pusillitatem maior agnoscitur, si tamen maior. Par enim curatio, licet distet operatio. Quid amplius præstitit tuus Christus, opus.

Itus, q̄ meus Heliæus: Imò quid magnum præsticit tui Christi uerbum? cum id præstiterit quod fluuius creatoris. Secundum hæc cætera quoq; oci currunt. Quantum enim ad gloriæ humanæ auersionem pertinebat, uetus eum diuulgare. Quantum aut ad tutelam legis, iussit ordiné impleri. Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses. Argumenta enim figurata ut puta prophetæ legis adhuc in suis imaginibus tuebatur, quæ significabant hominem quondam peccatorem, uerbo mox dei effacutum, offerre debere munus deo apud templū, orationem scilicet & actio/
 nem gratiarum apud ecclesiam, per Christum Iesum catholicum patris sa/
 cerdotem. Itaq; adiecit, ut sit uobis in testimonium. Sine dubio, quo testaba/
 tur se legem non dissoluere, sed implere: quo testabatur seipsum esse, qui
 morbos & ualetudines eorū suscepturnus annūciabatur. Hanc tam cōgruen/
 tem & debitam interpretationē testimoniū, adulator Christi sui Marcion,
 sub obtentu mansuetudinis & lenitatis querit excludere. Nam & bonus, in/
 quit, præterea sciens omnem qui lepra esset liberatus solennia legis executu/
 rum, ideo ita præcipit. Quid tum? Perseuerauit ne in bonitate, id est permis/
 sione legis, aut non? Si enim bonus perseuerauit, nusquam destructor erit
 legis, nec dei alterius habebitur, cessante legis destructione per quam alte/
 riū dei uindicatur. Si nō perseuerauit bonus destruendo postea legem, fal/
 sum ergo testimonium postea collocauit apud illos in curatione leprosi: de/
 seruit enim bonitatem, dum destruit legem. Malus iam, quando legis euera/
 tor: si bonus, cū legis indultor. Sed & eo quod indulxit legi obsequium, bo/
 niā legem confirmauit. Nemo enim malo obsequi patitur. Ergo & sic ma/
 lus, si obsequium malæ legi indulxit: & sic deterior, si bonæ legis destructor
 aduenit. Proinde si ut sciens omnem qui lepra liberatus esset ita facturum,
 ideo præcepit munus offerre, potuit & non præcepisse quod sciebat ultrò fu/
 turum. In uanum ergo descendit quasi legem destructurus, cum cedit obse/
 cutoribus legis. Atquin quasi sciens formam eorum, magis ab ea auerten/
 dos præuenire debuerat, si in hoc uenerat. Cur enim non tacuit, ut homo so/
 lo suo arbitrio legi obediret: tunc enim aliquatenus posset uideri patientiæ
 suæ præstitisse. Sed adjicit etiam autoritatem suā exaggeratam testimonij
 pondere: cuius iam testimonij, nisi legis assertæ. Certè nihil interest quomo/
 do firmauerit legē, siue quā bonus, siue quā superuacuus, siue quā patiens,
 siue quā incōstans, dum te Marcion de gradu pellam. Ecce præcepit legem De gradu pet
lcre
 impleri. Quocunq; modo præcipit, eodem potuit etiā illam præmisisse sen/
 tentiam: Non ueni legem dissoluere, sed adimplere. Quid ergo tibi fuit de
 Euangeliō erasisse quod saluum est: confessus es enim præbonitate fecisse
 illum, quod negas dixisse. Constat ergo dixisse illum, quia & fecit: & te po/
 tius uoceim domini de Euangeliō eradicasse, quām nostros iniecisse. Cura/
 tur & paralyticus, & quidem in cœtu spectate populo. Videbit enim, inquit

Elias, populus sublimitatem domini, & gloriam dei. Quam sublimitatem,
 & quam gloriam? Cōualescite manus dimissæ, & genua dissoluta: hoc erit pa-
 ralysis. Cōualescite, nec timete. Non ociose iterans: cōualescite, nec uanè sub-
 iungens, nec timete: quoniam cū redintegratione membrorū, virium quoq;
 representationē pollicebatur. Exurge, & tolle grabatū tuum: simul & animi
 uigorem ad nō timendos qui dicturi erant. Quis dimitit peccata nisi solus
 deus? Habes itaq; iam & specialis medicinæ dispunctam prophetam, &
 eorū quæ medicinam sunt secura. Pariter & dimissorem delictorum Chri-
 stum recognoscet apud eundem prophetam. Quomodo, inquit, in plurimis
 dimittet delicta eorum, & delicta nostra ipse auferit. Nam & in priore ex
 ipsius domini persona: Et si fuerint delicta uestra tanquam roseum, uelut ni-
 uem exalbabo. Et si tanquam coccinū, uelut lanam exalbabo. In roseo, san-
 guinem ostendens prophetarum: in coccino domini, ut clariorem. Etiam
 Michæas de uenia delictorum: Quis deus, quomodo tu? eximens iniquita-
 tes & præteriens iniusticias residuis hæreditatis tuæ, & non tenuit in testi-
 monium iram suam, quia uoluit: & misericordem auertet, & miserebitur no-
 stri. Dimerget delicta nostra, & dimerget in profundo maris peccata no-
 stra. Sed et si nihil tale in Christum fuisset prædicatum, haberem huius be-
 nignitatis exempla in creatore, promittentia mihi & in filio patris affectus.
 Video Niniuitas scelerum ueniam consecutos à creatore: ne dixerim tune
 quoq; à Christo, qui à primordio egit in patris nomine. Lego & Nathan
 prophetā agnoscendi David delictum suum in Vrām, dixisse: Et dominus
 circumduxit delictum tuum, & non morieris. Proinde & Achab regem, ma-
 titum Izabel, reum idolatriæ & sanguinis Nabuthæ, ueniam meruisse,
 poenitentiæ nomine; Ionathan, filium Saulis, resignati iciunij culpā depre-
 catione decessisse. Quid de ipso populo, retexam totiens delictorum indulgen-
 tia restituto, ab eo scilicet deo, qui manuult misericordiam, quam sacrificium:
 & peccatoris poenitentiam, quam mortem. Prius est igitur, neges creatorem
 indulisse aliquando delicta. Consequens est, ut ostendas nec in Christum
 suum tale quid eum prædicasse: & ita probabis nouam istam Christi noui-
 scilicet benignitatē, si probaueris, nec parem creatori, nec prædicatā à creato-
 re. Sed & peccata dimittere, an eius possit esse qui negetur tenere, & am eius
 sit absoluere, cuius non sit etiam damnare: & an congruat eum ignoscere, in
 quē nihil sit admissum, alibi iam cōgressi maluimus admonere q; retracta-
 Preceptio re. De filio hominis duplex est nostra præscriptio, neq; mentiri posse Chri-
 stum, ut se filium hominis pronunciaret, si non uerē erat: neq; filiu hominis
 constitui, qui non sit natus ex homine, uel patre, uel matre: atq; ita discutien-
 dum, cuius hominis filius accipi debeat, patris an matris. Si ex deo parre est
 utiq; nō est ex homine. Si non & ex homine, superest ut ex homine sit ma-
 tre. Si ex homine, iam appetet, quia ex uirgine. Cui enim homo pater non
 datur

datur, nec vir matri eius deputabitur. Porro cui vir non deputabitur, virgo est. Cæterum duo iam patres habebuntur, deus & homo, si nō virgo sit mater. Habebit enim virum ut virgo nō sit, & habendo virum duos patres faciet, deū & hominem, ei qui & dei & hominis esset filius. Talem si forte ¹⁴ Castor stori aut Herculii nativitatem tradunt fabulae. Si hæc ita distinguuntur, id est si ex matre filius est hominis, quia ex patre non est: ex matre autē virginis, quia non ex patre homine: hic erit Christus Esaiae, quem concepturam virginem prædicat. Qua igitur ratione admittas filium hominis Marcion, circunspicere non possum: si patris hominis, negas dei filium: si & dei, Hercules eudem de fabula facis Christum: si matris tantum hominis, meum cōcedis: si neq; patris hominis, ergo nullius hominis est filius: & necesse est mendacium admiserit, qui se quod non erat, dixit. Vnum potest angustijs tuis subvenire, si audeas aut deum tuum patrem Christi hominem quoq; cognoscinare, quod de æone fecit Valentinus: aut virginē hominē negare, quod nec Valentinus quidem fecit. Quid nunc si ipso titulo filij hominis, censemur Christus apud Daniëlem: nōne sufficit ad probationē prophetici Christi? Cum enim id se appellat quod in Christum prædicabatur creatoris, si ne dubio ipsum se præstat intelligi in quem prædicabatur. Nominum communio simplex si forte uideri potest: & tamen nec Christum, nec Iesum uocari debuisse defendimus, diuersitatis conditionem tenentes. Appellatio autem quod est filius hominis in quantum ex accidenti obuenit, in tantū difficile est, ut & ipsa concurrat super nominis communionem. Ex accidenti enim proprio est, maximè cum causa non cōuenit eadem, per quam deueniat in communionem. Atq; adeo si & Christus Marcionis natus ex homine diceretur, tunc & ipse caperet appellationis communionem, & essent duo filii hominis: sicut & duo Christi, & duo Iesus. Ergo cum appellatio propria est eius in quo habet causam, si & alij uendicetur in quo est communio nominis, non etiam appellationis, suspecta iam sit communio nominis quoq; in eo cui uendicatur sine causa communio appellationis: & sequitur ut unus idemq; credatur, qui & nominis & appellationis capacior inuenitur, dum alter excluditur, qui non habet appellationis communionem, carens causa. Nec aliis erit capacior utriuscq; quam qui prior, & nomen sortitus est Christi, & appellationem filij hominis, Iesus scilicet creatoris. Hic erat uisus Babylonia regi in fornace cum martyribus suis quartus, tanquam filius hominis: idem ipsi Danieli revelatus directò filius hominis, ueniens cum cœli nubibus iudex, sicut & scripture demonstrat. Hoc dixi sufficere potuisse denominatione prophética circa filium hominis. Sed plus mihi scriptura cōfert, ipsius scilicet domini interpretatione. Nam cum Iudei solummodo hominem eius intuentes, nec dum & deum certi, quam dei quoq; filium, merito retractarent, non posse hominem delicta dimittere, sed deum solum: cur non

secundum intentionem eorum de homine eis respondit, Habere eum potestatem dimitendi delicta, quando & filium hominis nominans hominem nominaret: nisi quia ideo ipsa uoluit eos appellatione filij hominis ex instrumento Danielis repercutere, ut ostenderet eum & hominem qui delicta dimitteret, illum scilicet solum filium hominis apud Danielis prophetam, consecutum iudicandi potestatem, ac per eam utique & dimitendi delicta. Qui enim iudicat, & absoluuit. Ut scandalo isto discussio per scripturæ recordinationem facilius eum agnoscerent, ipsum esse filium hominis ex ipsa peccatorum remissione. Denique nusquam adhuc professus est se filium hominis quam in isto loco primum, in quo primū peccata dimisit: id est, in quo primum iudicauit, dum absoluit. Ad hæc quocunq; diuersa pars fuerit argumentata, quale sit inspice. Nam in illam necesse est amentiam tendat, ut & filium hominis defendat, ne mendacem eum faciat: & ex homine negetur natum, ne filium virginis concedat. Quod si & autoritas diuina, & rerum natura, & communis sapientia non admittunt in insaniam hæreticam, occasio est & hic, interpellandi quam breuissimè de substantia corporis aduersus phantasmata Marcionis. Si natus ex homine est, ut filius hominis, corpus ex corpore est. Planè facilius inuenias hominem natum cor non habere uel cerebrum, sicut ipsum Marcionem, quam corpus ut Christum Marcionis.

*Hoc notat
Hieronymus
Petrus*

Atq; adeo inspice cor Pontici aut cerebrum. Publicanum adlectum à domino in argumentum deducit, quasi ab aduersatio legis adlectum extraneum legis, & Iudaismi prophanum. Excidit ei uel de Petro legis homine, & tandem non tantum adlecto, sed etiam testimonium consecuto agnitionis praestitæ à patre. Nusquam legerat lumē, & spem, & spectationem Nationum, prædicari Christum. Atquin probauit potius Iudeos, dicendo, Medicum sanis non esse necessarium, sed male habentibus. Si enim male ualentibus uoluit intelligi ethnicos & publicanos, quos adlegebat, sanos Iudeos confirmabat, quibus medicum necessarium negabat. Hoc si ita est, male descendit ad legem destruendam, quasi ad malam ualetudinē remediandam: in qua qui agebant, bene ualebant, quibus medicus necessarius non erat. Quale est autem ut similitudinem medici proposuerit, nec impluerit? Nam sicut sanis medicum nemo adhibet, ita nec in tantum extraneis, quantum est homo à deo Marcionis, suum habens & autorem & protectorem, & ab illo potius medicum Christum. Hæc similitudo præjudicat, ab eo magis præstari me dicum, ad quem pertinet qui languent. Vnde aut & Iohannes uenit in medium: Subito Christus, subito & Iohannes. Sic sunt omnia apud Marcionem, quæ suum & plenum habent ordinem apud creatorem. Sed de Iohanne cætera alibi. Ad præsentes enim quosque articulos respondendum est: Nunc illud tuebor ut demonstrem & Iohannem Christo, & Christum Iohanni conuenire, utique prophetæ creatoris, quā Christum creatoris: atq; ita erubescat

erubescat hereticus, Iohannis ordinem frustra frustratus. Si enim nihil omnino administrasset Iohannes, secundum Esaiam, uociferator in solitudinem, *Iohannes* & præparator uiarum dominicarum per denunciationem & laudationem penitentiae, si non etiam ipsum inter cæteros tinxisset, nemo discipulos Christi manducantes & bibentes ad formam discipulorum Iohannis assidue iejunantium & orantium prouocasset; quia si qua diuersitas staret inter Christum & Iohannem, & gregem utriusque, nulla esset comparationis exactio, uacaret prouocationis intentio. Nemo enim miraretur, & nemo torquereatur, si diuersæ diuinitatis æmulæ prædicationes, de disciplinis quoque inter se non conuenirent, non conuenientes prius de autoritatibus disciplinarum: adeo Iohannis erat Christus, & Iohannes Christi: ambo creatoris, & ambo de lege & prophetis, prædicatores & magistri. Sed & Christus reieciisset Iohannis disciplinam ut dei alterius, & discipulos defendisset, ut merito aliter incedentes, aliam scilicet & contrariam initiatos diuinitatem. At nunc humiliiter reddens rationem, quod non possent iejunare filii sponsi quam diu cum eis esset sponsus: postea uero iejunaturos promittens cum ablatus ab eis sponsus esset: nec discipulos defendit, sed potius excusauit, quasi non sine ratione reprehensos: nec Iohannis reiecit disciplinam, sed magis concessit temporis Iohannis, eam præstans ut temporis, ut tempori suo ea destinans, reieaturus alioquin eam & defensurus æmulos eius, si non ipsius fuisset. Iamque teneo meum Christum etiam in nomine sponsi: de quo Psalmus: Ipse tandem sponsus egrediens de thalamo suo. A summo cœli profectio eius, & deuersio eius ad summum usque eius. Qui etiam per Esaiam gaudens ad patrem: Exultet, inquit, anima mea in domino: induit enim me indumentum salutaris, & tunica iocunditatis, uelut sponso, circu posuit mihi mitram uelut sponsæ. In se & ecclesiam deputat: de qua idem spiritus ad ipsum: Et circumponens tibi omnes eos uelut ornamentum sponsæ. Hanc sponsam Christus sibi etiam per Salomonem ex uocatione gentium arcessit. Siquidem legisti, tamen sposa de Libano. Eleganter Libani utique montis mentione iniecta, qui thuris uocabulo est penes Græcos: de idololatria enim sibi spōsabat ecclesiā. Nega te nunc dementissimum Marcion. Ecce legem tui quoque dei impugnas: Nuptias non coniungit, coniunctas non admittit: neminem tingit, nisi coelibem, aut spadonem: morti aut repudio baptisma seruat. Quid itaque Christum eius sponsum facis? Illius hoc nomen est, qui masculum & feminam coniunxit: non qui separauit. Errasti in illa etiam domini pronunciatione, qua uidetur noua & uetera discernere. Inflatus es utribus ueteribus, & excerebratus es novo uiño: atque ita ueteri, id est priori euangelio pannum hereticæ nouitatis assuisti. In quo alter creator uelim discere. Cum per Hieremiam præcepit: Nouate uobis nouamen nouum, nonne à ueteribus auerteris: cum per Esaiam edicit: Vetera transferunt, & ecce noua quæ ego facio,

z 3 nōnne

Excerebratus
es novo uiño

nōnne ad noua cōuertit? Olim hanc statuimus destinationem pristinorum à creatore potius re promissam à Christo exhiberi, sub unius dei & eiusdē dei autoritate, cuius sint & vetera & noua. Nam & uinum nouum is nō committit in veteres utres, qui & veteres utres habuerit: & nouum additamen-
tum nemo iniicit veteri uestimento, nisi cui non defuerit & uetus uestimen-
tum. Ille non facit quid, si faciendum nō est, qui habeat unde faciat, si facien-
dum esset. Itaq; si in hoc dirigebat similitudinem, ut ostenderet se euangelij
nouitatem separare à legis ueritate, suam demonstrabat & illam à qua se-
parabat: alienorum separationem non fuisse notandam, quia nemo alienis
17 sua adiungit, ut ab alienis separare possit. Separatio per coniunctionem ca-
pit de qua sit. Itaq; separabat, & in uno ostendebat fuisse, sicut & fuissent si
non separaret. Et tamen si concedimus separationem istam per reformatio-
nem, per amplitudinem, per profectū: sicut fructus separatur à semine, cum
sit fructus ex semine: sī & euangeliū separatur à lege, dum prouehitur ex
lege: aliud ab illa, sed non alienum: diuersum, sed non contrarium. Nec for-
ma sermonis in Christo noua, cū similitudines obiicit, cū quæstiones refra-
tat, de septuagesimo uenit Psalmo: Aperiām, inquit, in parabolā os meū.
Problemata id est similitudinem: eloquar problemata, id est edisseram quæstiones. Si
hominē alterius gentis probare uoluisses, utiq; de proprietate loquelæ pro-
bares. De sabbato quoq; illud præmitto, nec hanc quæstionē consistere po-
tuisses, si nō deum sabbati circūferret Christus. Nec enim disceptaretur cur
destrueret sabbatum, si destruere deberet. Porro destruere deberet, si alte-
rius dei esset: nec quisquam miraretur facientem quod illi congruebat. Mira-
bantur ergo, quia nō congruebat illi deū creatorem circūferre, & sabbatum
eius impugnare. Et ut prima quæc decidamus, ne eadē ubiq; nouemus ad
omnē argumentationē aduersarij ex aliqua noua Christi institutione mitem
tem: hæc iam definitio stabit, ideo de nouitate institutionis cuiuscq; discepta-
tum, quia de nouitate diuinitatis nihil erat usq; adhuc editū, sicuti nec disce-
ptatū: nec posse retorqueri ex ipsa nouitate institutionis cuiuscq;, satis aliam
à Christo demonstratam diuinitatē, quando & ipsam nouitatē pronuncia-
tam à creatore constiterit, in Christo nō esse mirandam. Et oportuerit utiq;
prius alium deū exponi, postea disciplinam eius induci: quia deus autoritas
tem præstet disciplinæ, non deo disciplina: nisi si & Marcion planè tam per-
uersas nō per magistrum literas dīdicit, sed per literas magistrū. Cætera de
sabbato ita dirigo: Si sabbatū Christus interuertit, secūdum exemplū fecit
creatoris. Siquidē in obsidione ciuitatis Hierichontis circūlata per muros ar-
ca testamenti octo diebus, etiā sabbato, ex præcepto creatoris sabbatū op-
eratione destruxit: ut putant qui hoc & de Christo existimant, ignorantes
neq; Christū sabbatum destruxisse, neq; creatorem, ut mox docebimus. Et
tamen per Iesum tunc quoq; cōcussum est sabbatū, ut & hoc in Christū re-
nuncia

nunciaretur: etiā si odio insecurus est solennissimū Iudeorum diem, ut Christus non Iudeorum. De odio quoq; sabbati professus, creatorem, ut Christus ipius, sequebatur, exclamatione ore Esaię: Neomenias & sabbata nostra odit anima mea. Sed & hęc quoquo modo dicta sint, scimus adhibendam tamen in hac specie etiam abruptam defensionē aduersus abruptam prouocationem. Nunc & ad ipsam materiam disceptabo, in qua uisa est destruere sabbatum Christi disciplina. Esurierat discipuli, ea die spicas decerptas manibus efflixerant: cibū operati, ferias ruperat. Excusat illos Christus, & reus est sabbati læsi, accusant pharisei, Marcion captat status controvēsię, quasi, ut aliquid eludam cū mei domini ueritate, scripti & uoluntatis de scriptura enim sumitur creatoris, & de Christi uoluntate color, quasi de exemplo David introgessi sabbatis templum, & operati cibum, audenter fractis panibus propositionis. Meminerat enim & ille hoc priuilegium donatum sabbato à primordio, quo dies ipse compertus est, ueniam ieunij dico. Cum enim prohibuisset creator in biduum legi manna, solummodo permisit in parasceue, ut sabbati sequentis ferias pridiana pahuli paratura ieunio libaret. Bene igitur quod & causam eandem securū est dominus in sabbati, si ita uolunt, diei destructione: bene quod & affectum creatoris expressit in sabbati non ieunandi honore. Deniq; tunc demum sabbatum destruxisset etiam ipsum creatorem, si discipulos sabbato ieunare mandasset aduersus statum scripti & uoluntatis creatoris. Sed quoniam discipulos non constanter tuebatur, sed excusat: quoniam humanā opponit necessitatem quasi de precaticem: quoniam potiorem honorem sabbati seruat non contristandi quam uacandi: quoniam David comitesq; eius cum discipulis suis æquat in culpa & in uenia: quoniam placet illi quia creator indulxit: quoniam de exemplo eius, & ipse tam bonus est, ideo alienus est à creatore. Exinde obseruat pharisei, si medicinas sabbatis ageret, ut accusarent eum, certè quā sabbati destructorem, non quā noui dei professorem: fortasse enim hunc solū articulum ubiq; ingeram, alium Christum nusquam prædicatum. In totum aut errabant pharisei circa sabbati legem, non animaduertentes conditionaliter eam indicentem ferias operū sub certa specie eorū. Nam cum de die sabbati dicit, Omne opus tuum non facies in ea, dicendo tuum, de humano operi Tunc re definīt, quod quisq; ex artificio uel negocio suo exequitur, nō de diuino. Opus autem salutis & incolumentis nō est hominis, sed dei proprium, sicut & rursus in lege: Nō facies, inquit, omne opus in ea, nisi quod fiet omni anima, id est in causa anima liberandæ. Quia opus dei etiā per hominem fieri potest in salute animæ, à deo tamen: quod facturus fuerat & Christus homo, quia & deus. In hūc ergo sensum legis inducere uolēs illos, p manus are factæ restitutionē, interrogat, Licet ne sabbatis benefacere, an non? Animā liberate, an perdere? Vt id operis pmittens qd pro anima facturus esset, ad

moneret eos, quæ opera sabbati lex prohiberet, humana scilicet & quæ præcipieret, diuina scilicet, quæ fierent animæ omnia, dominus sabbati dictus, quia sabbatum ut rem suam tuebatur. Quod etiâ si destruxisset, merito, quâ dominus magis ille qui instituit. Sed non omnino destruxit quâ dominus: ut hinc iam apparere possit, ne tum quidem in arcæ circûlatione apud Hierichontem sabbatū à creatore destructū. Nam & illud opus dei erat, quod ipse præceperat, & quod propter animas disposuerat hominum suorum, in discrimine belli constitutas. Sed & si odium alicubi sabbatorum professus est, uestra sabbata dicendo, hominum ea deputans, non sua, quæ sine dei timore celebrat populus plenus delictis, labrys deum diligens, non corde suis sabbatis, id est quæcumq; disciplina eius agerentur, alium statum fecit, quæ per eundem postea propheten uera & dilecta, & non prophananda pronunciat. Ita nec Christus omnino sabbatum rescindit, cuius legem tenet, & supra in causa discipulorū pto anima operatus: esurientibus enim solatium cibi indulxit: & nunc manum aridam curans: factis ubiq; ingerens, Non ueni dissoluere legem, sed adimplere, si Marcion hac uoce os ei obstruxit. Adimpleuit enim & hic legē, dum conditionē interpretatur eius, dum operum differentiā illuminat, dum facit quæ lex de sabbati ferijs excipit, dum ipsum sabbati diem benedictione patris à primordio sanctū, benefactione sua efficit sanctiorem, in quo scilicet diuina præsidia ministrabat: quod aduersarius alijs diebus præstisset, ne sabbatum creatoris ornaret, ne opera debita sabbato redderet. In quo die si & Helisæus prophetes Sunamitidis filiū mortuum restituit in uitam, uides pharisee, tuq; Marcion, olim creatoris esse sabbatis benefacere: animam liberare, non perdere: nūi Christum noui intulisse, quod non sit ex forma, ex lenitate, ex misericordia, ex prædicione quoq; creatoris. Nam & hic specialis medicinę prophetiam representat. Invalescunt manus dissolutæ, sicut & genua dissoluta in paralytico. Certe euangelizat Sion & Hierusalem pacē, & bona omnia: certè ascēdit in montem, & illic pernoctat in oratione, & utiq; auditur à patre. Euolue igitur prophetas, & ordinē totū recognosce. In montem inquit excelsum Esaías ascendit, qui euangelizas Sion: extolle cū uigore uocem tuā, qui euangelizas Hierusalem. Adhuc in uigore obstupecebant in doctrina eius: erat enim docens tantq; uirtutē habens. Et rursus: Propterea cognoscet populus nō meum in illa die. Quod nomen nisi Christi, quod ego sum ipse qui loquor? Tunc enim ipse erat, qui in prophetis loquebatur, sermo, filius creatoris. Assum dum hora est in montibus, ut euangelizans auditionem pacis, ut euangelizans bona. Item Naum ex duodecim, quoniam ecce ueloci pedes in monte euangelizantis pacem. De uoce autem nocturnæ orationis ad patrē manifeste psalmus: Deus meus clamabo per diē, & exaudies: & nocte, & nō in uanitatē mihi. Et alibi de loco & uoce eadē, psalmus: Voce mea ad dominū exclamauī

exclamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Habes nominis representationem, habes sanctum euangelizantis: habes locum montis, & tempus noctis, & sonum uocis, & auditum patris: habes Christum prophetarum. Cur autem duodecim Apostolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Nam & ex hoc meum Christum interpretari possem, non tantum uocibus prophetarum, sed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuratas apud creatorē deprehendo: Duodecim fontes Erim, & duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aaronis, & duodecim lapides ab Iesu de Iordan electos, & in arcam testamenti conditos. Totidem enim Apostoli portentos debantur, proinde ut fontes & amnes, rigaturi aridum retro & desertum a tristitia orbē Nationū: sicut & per Esaiam: Ponā in terra inaquosa flumina: Proinde ut gemmæ, illuminaturi sacram ecclesiæ uestem, quam induit Christus pontifex patris. Proinde ut & lapides, solidi fidei, quos de lauacro Iordanis Iesus uerus elegit, & in sacrarium testamenti sui recepit. Quid tale de numeri defensione competit C H R I S T O Marcionis? Non potest simpliciter factum ab illo quid uideri, quod potest uideri non simpliciter factum a meo. Eius erit res, apud quem inuenitur rei præparatura. Mutat & Petro nomen de Simone, quia & creator Abrahæ, & Saræ, & Ausæ nomina reformauit, hūc uocando Iesum, illis syllabas adiiciendo. Sed & cur Petrum? Si ob uigorem fidei: multæ materiæ solidæcum nomen de suo accommodarent. An quia & petra & lapis Christus? Siquidem & legimus positum evenit lapidem offendiculi, & in petram scandali. Omitto cætera. Itaque affe^{De nomine}
ctauit charissimo discipulorum, de figuris suis peculiariter nomen communicare, puto propius quam de non suis. Conueniunt à Tyro & ex alijs regionibus multitudo etiam transmarina. Hoc expectabat psalmus: Et ecce Allophyli & Tyrus, & populus Aethiopum isti fuerunt illic. Mater Sion dicit homo, & homo factus est in illa, quoniam deus homo natus est, & edificabit eam uoluntate patris: ut scias ad eum tunc gentiles conuenisse, quia deus homo natus erat, edificaturus ecclesiā ex uoluntate patris, ex Allophylis quoque. Sic & Esaias: Ecce isti ueniunt de longinquo, isti autem ueniunt ab Aquiloni & mari: alij autem de terra Persarum. De quibus & rursus: Attolle per circuitum oculos tuos, & uide, omnes congregati sunt. De quibus & insta: Vides ignotos & extraneos, & dices cordi tuo, Quis istos genuit mihi? Porro hos quis mihi educavit? At hi mihi ubi fuerunt? Hic erit Christus non prophetarum: Et quis erit Christus Marcionitarum? si peruersitas placet, qui non fuerit prophetarum. Venio nunc ad ordinarias sententias eius, per quas proprietatem doctrinæ suæ inducit ad edictum (ut ita dixerim) Christi, Beati mendici (sic enim exigit interpretatio uocabuli quod in Græco est) οὐκονiam illorum est regnum dei. Iam hoc ipsum quod à benedictionibus cœpit creatoris est: qui uniuersa prout edidit, nulla alia uoce quam benedictionis

ditionis dedicauit. Eructauit, inquit, cor meum sermonem optimum. Hic erit sermo optimus, benedictionis scilicet, qui & noui quoque testamenti initiator agnoscitur de veteri exemplo. Quid ergo mirū, si & ab affectibus creatoris ingressus est per huiusmodi dictionem, semper mendicos, & pauperes, & humiles, ac uiduas, & pupilos usq; diligentis, consolantis, afferentis, vindicantis? ut hanc Christi quasi priuatam benignitatem, riuulum credas de fontibus saluatoris. Reuera quod dirigam nefcio in tanta frequentia eiusmodi uocum, tanquam in sylua, uel in prato, uel in nemore, pomorum, passim, prout incidit, res petenda est: in clamat psalmus: Iudicate pupillo & mendico, & humilem & pauperem iuste tractate. Liberare pauperem, & mendicū de manu peccatoris eruite. Item Psalmus septuagesimus primus: Iustitia iudicabit mendicos populi, & faciet saluos filios pauperum. Et in sequentibus de Christo: Omnes Nationes seruient ei. David autem uni genitri Iudaicæ præfuit, ne quis in David putet dictum: quia & ille susceperebat humileis, & necessitatibus laboratis. Quod liberauerit, inquit, à dynasta mendicū, parcet mendico & pauperi: & animas pauperū saluas faciet, ex usura, & iniustitia redimet eorum animas: & honoratum nomen eorum in conspectu ipsius. Item: Auertantur peccatores in inferos, omnes Nationes quæ dei obliuiscuntur: quoniam non in finem obliuioni habebitur mendicus: tolerantia pauperum nō peribit in finem. Item: Quis sicut deus noster, qui habitat in excelsis, & humilia prospectat in cœlo & in terra. Qui suscitat mendicū de terra, & de stercore exaltat pauperem: uti sedere eum faciat cum principibus populi, utiq; in regno suo. Sic & retro in Basilijs, Anna mater Samuelis spiritu gloriā deo reddens: Qui, inquit, excitat pauperem de terra, & mendicū, uti sedere eum faciat cū dynastis populi, & in thronis gloriae utiq; regalibus. Per Esaiam uero quomodo inuehitur in uexatores egenorum: Vos autem ad quid incenditis vineam meam, & rapina mendici in domibus uestris? Cur uos laeditis populum meum, & faciem mendicorum confunditis? Et rursus: Væ qui scribunt nequitiam, scribentes enim scribunt nequam, uitantes iudicia mendicorum, & diripientes iudicata pauperum populi mei. Quæ iudicia pupillis quoq; & uiduis exigit; ut & ipfis egenis foliacioni. Iudicate pupillo, & iuste tractate uiduam, & uenite conciliemur, dicit dominus. Cui tantus affectus in omnem conditionē humilitatis creatoris est, eius erit & regnum quod à Christo re promittitur, ad cuius affectū iam dum pertinent hi, quibus re promittitur. Nam et si putas creatoris quidem terrenas promissiones fuisse, Christi uero cœlestes, bene quod cœlum nullius alterius usque adhuc dei appetet, nisi cuius & terra. Bene quod creator uel minora promisit, ut facilius illi & de maioribus credam, quam qui nunquam de minoribus prius fidē liberalitatis suæ struxit. Beati esuriētes, quoniam saturabuntur. Possem hunc titulū superiorem transmisisse, quod non alij

Hoc est, in libris Regnorū

alij sunt esurientes, quām pauperes & mendici: si non & hāc promissionem creator specialiter in Euāgelij scilicet sui præstructionem destinasset. Si quis dem per Esaiam de eis quos uocaturus esset à summo terræ, utique Nationes, Ecce, inquit, uelociter leuiter aduenient. Velociter, quia properantes sub statibus temporum. Leuiter, quia sine oneribus pristinæ legis. Non esurient, neq; sient. Ergo saturabuntur. Quod utiq; nisi esurientibus & sientibus non promittitur. Et rursus: Ecce, inquit, qui seruiunt mihi saturabuntur, uos autem esurietis. Ecce qui seruiūt mihi, bibent, uos autem sicut etis. Videbimus & contraria ista, an Christo præministrantur: interim quod esurientibus satutatem repermittit, dei creatoris est. Beati plorantes, quia ridebunt. De curre sententiam Esaiæ: Ecce qui seruiunt mihi, oblectabuntur, uos autem confundemini. Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt in iocunditate: uos autem clamabitis præ dolore cordis. Et hæc contraria apud Christum recognoscere. Certe oblectatio & exultatio in iocunditate illis promittitur, qui in diuersa conditione sunt, mœstis & tristibus & anxijs. Scilicet etiam psalmus c x x v i i. Qui seminant, inquit, in lachrymis, in exultatione metent. Porro tam exultantibus & iocunditatē capientibus risus accedit, quām mœrentibus & do lentibus fletus. Ita creator materias risus & fletus prædicans, risuros plorantes prior dixit. Igitur qui à consolatione pauperum, & humilium, & esurientium, & flentium exorsus est, statim se illum repræsentare gestiuit, quē demonstrauerat per Esaiam: Spiritus domini super me, propter quod unxit me ad euangelizandum pauperibus, Beati mendici, quoniam illorum est regnum cœlorū. Misit me, curare obtritos corde: Beati qui esuriunt, quoniam saturabuntur: Aduocare languentes: Beati qui plorant, quoniam ridebunt. 20 Dare lugentibus Sionis gloriam, & pro cinere unguenti iocunditatē, & grotæ habitum pro spiritu tædi. Hæc si statim admissus Christus administravit, aut ipse est qui se ad hæc uenturum prædicauit: aut si nondum uenit qui prædicauit, ridiculè, sed necessariè dixerim, fortasse mandauerit c H R I S T O Marcionis. Beati eritis cum uos odio habebunt homines, & exprobrabunt, & ejcident nomen uestrum, uelut malum, propter filium hominis. Hac pronunciatione sine dubio ad tolerantiam exhortatur. Quid minus creator per Esaiam: Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificatione eorum ne minuamini. Quæ ignominia, quæ nullificatio? quæ futura erat propter filium hominis. Quem istum: qui est secundum creatorem. Vnde probabimus: Excidio in ipsum quoq; prædicato: sicut per Esaiā ad autores Iudeos: Propter uos blasphematur nomen meum in Nationibus. Et alibi: Sancite eum qui circumscrifit animam suam, qui aspernamento habetur à Nationibus, famulis, & magistratibus. Si enim odium in illum filiū hominis prædicabatur, qui secundum creatorem est, Euangelium autē nomen Christianorum, utiq; à Christo deductum, odio futurum cōtestatur, propter filium homi

hominis, quod est Christus: eum filium hominis in causa odio constituit, qui
 erat secundum creatorem, in quem odium praedicabatur. Et utique si nondum
 uenisset, non potuisset nominis odium, quod agitur hodie, personam nomi-
 nis antecessisse. Nam & sanctitatem penes nos, & animam suam circumscribit,
 propter nos ea ponens: & aspernamento habetur a Nationibus. Et qui na-
 tus est ipse erit filius hominis, propter quem & nomen nostrum recusatur.
 Secundum haec, inquit, faciebant prophetis patres eorum. o Christum uer-
 spellem, nunc destrictorem, nunc assertorem prophetarum. destruebat ut
 æmulus, couertens discipulos eorum: sibi asserebat ut amicus, suggillans inse-
 ctores eorum. Porrò in quantum non congruisset Christo Marcionis ase-
 fterio prophetarum, ad quorum uenerat destructionem: in tantum cogruerat
 Christo creatoris suggillatio in insectatores prophetarum, quos in omnibus
 adimplebat: uel quia magis creatoris est delicta patrum filii exprobrare,
 quam eius dei qui nec propria cuiuscumque castigat. Sed non statim, inquis, pro-
 phetas tuebatur, si iniuriam Iudeorum affirmatam uolebat, quod nec cum
 prophetis suis pie egissent. Atquin nulla hic iniurias exprobranda erat Iu-
 deis, laudandis potius & probandis si eos figurauerunt ad quorum destruc-
 tionem, post tantum æui deus optimus motus est. Sed puto iam & non
 optimus, iam aliquid & cum creatore moratus, nec in totum Epicuri deus.
 Ecce enim demutat in maledictione, & ostendit eum se esse qui nouit offen-
 di & irasci: Væ enim dicit. Sed fit nobis questio de uerbi istius qualitate, quasi
 non tam maledictionis sit quam admonitionis. Et quid causæ interest, quā
 vœ do & admonitio non sit sine aculeo comminationis, maximè per Væ ama-
 tor facta? Et admonitio autem & comminatio, eius erunt qui norit irasci.
 Nemo enim admonebit & nemo comminabitur, ne quid faciat, nisi qui fa-
 ctum uindicabit. Nemo uindicarit, nisi qui norit irasci. Alij agnoscunt qui
 dem uerbum maledictionis, sed uolunt Christum sic Væ pronunciasse, non
 quasi ex sententia sua proprie, sed quod Væ à creatore sit, & uoluerit illis aspe-
 ritatem creatoris opponere, quo suam supra in benedictionibus suffere-
 tiam commendaret. Quasi non creatori competit, quam utrumque præstanti
 & bonum deum & iudicem, ut quia præmiserat in benedictionibus benigni-
 tatem, subiiceret etiam in maledictionibus severitatem, amplitudinem disci-
 plinæ utriusque instruendæ, tam ad benedictionē sectandam, quam ad ma-
 ledictionem præcauendam. Nam & ita præmiserat: Ecce posui ante uos be-
 nedictionem & maledictionem. Quod etiam in hanc euangelij dispositio-
 nem portendebat. Alioquin qualis est ille qui ut suā insinuaret bonitatem,
 creatoris opposuit asperitatem? Infirma commendatio est, quæ de alterius
 destructione fulcitur. Atquin opponens asperitatem creatoris, timendum
 eum confirmauit. Si timendum, magis utique obaudiendum quam negligi-
 dum. Et incipit iam Christus Marcionis creatori docere. Tūc, si Væ creatoris est

ris est quod in diuites spectat, ergo Christus nō est diuitibus offensus, sed creator: & ratus habet Christus diuitum causas, superbiam dico, & gloriam & seculi studia; & dei incuria, per quae Væ miserentibus à creatore. Sed quomodo nō eiusdem sit diuites reprobare, qui supra mendicos probarit? Nemmo non contrarium eius quod probauerit reprobatur. Itaque si creatori depurabitur maledictio in diuites, eiusdem defendetur benedictio in mendicos: & totum iam opus Christi, creatoris est. Si deo Marcionis ascribetur benedictio in mendicos, eiusdem ponetur & maledictio in diuites: & erit par jam creatoris tam bonus quam & iudex: nec erit iam discriminis locus quo duo dei fiunt: sublatoque discriminis, supererit unum deum renunciari creatorem. Igitur Væ, si & uox maledictionis est, uel alicuius anterioris inclamationis & à Christo dirigitur in diuites, debeo creatorēm diuitum quoque aspernatorēm probare, sicut probauī mendicorum aduocatōrem: ut Christum in hac quoque sententia creatoris ostendam locupletantis Salomonē. Sed quia permitta sibi optione maluit ea postulare quae sciebat deo grata, sapientia, & meruerat etiam diuitias consequi, quas non magis uoluit: quanquam & diuitias præstare non incongruens deo sit, per quas & diuites solatio iuuantur, & multa inde opera iustitiae & dilectionis administrantur. Sed accidētia uitia diuitijs illa in euangelio quoque Væ diuitibus ascribunt: Quoniam, 22 inquit, receperistis aduocationem uestram. Utique ex diuitijs, de gloria eorum & secularibus fructibus. Itaque in Deuteronomio Moyses ne, inquit, cū manducaueris, & repletus fueris, & domus magnas edificaueris, pecoribus, &ibus tuis multiplicatis, & pecunia & auro, exaltetur cor tuum, & obliuiscaris domini dei tui. Quemadmodum & Ezechiam regem thesauris inflatum, & de eis potius quam de deo gloriatus apud illos qui ex Perside aduenerant, insilit per Esaiam. Ecce dies ueniunt & auferentur omnia, quae in domo tua sunt: & quae patres tui congeßerunt in Babylonem transferentur. Sic & per Hieremiam quoque addidit. Ne gloriatur diues in diuitijs suis, & qui gloriatur scilicet in deo gloriatur. Sic & in filias Sionis inuehitur, per Esaiam, cultus & diuitiarum abundatia inflatas, comminabundus & alibi, nobilibus & superbis: dilatauit Orcus animam suam, & aperuit os suum, & descendit in clyti, & magni, & diuites. Hoc erit Christi Væ super diuites: & humiliabitur homo utique exaltatus diuitijs, & honorabitur uir utique ob substantiam honorabilis. De quibus & rursus. Ecce dominus uirtutum conturbabit gloriosos cum ualentia, & elati comminuentur, & ruent gladio sublimes, qui magis quam diuites? Quia receptorint scilicet aduocationem suam, gloriam & honorem, sublimitatem, ex diuitijs. A quibus auertens nos & in psalmo XLVIII, Ne timueris, inquit, cum diues factus fuerit homo, & cum abundant gloria eius, quoniam cum morietur nō tollet omnia, nec descendet cum illo gloria sua. Item in LXXI. Ne desideraueris diuitias, & si relucent ne adie-

Aceris

ceris cor. Id ipsum postremo uerbū, Væ, olim per Amos in diuites afflentes delicijs destinatur. Væ em, inquit, qui dormiunt in lectis eburneis & delicijs fluant in thoris, qui edunt hædos de gregibus caprarum, & uitulos de gregibus boum lactantes, complaudentes ad sonum organorū: tanquam perseverantia depurauerunt, & non tanquam fugientia: qui bibunt vinum liquatum, & unguentis primarijs unguntur. Igitur & si tantummodo dehortantem à diuitijs ostenderem creatorem, non etiam prædamnantem diuites etiam uerbo ipso quo & Christus, nemo dubitaret ab eodem adiectam in diuites comminationem per Væ Christi, à quo ipsarum materiarum, id est diuitiarum dehortatio præeucurisset. comminatio enim dehortationis accessio est. Ingerit Væ etiam saturatis, quia esurient: etiam ridensibus nūc, quia lugebunt. Hic respondebunt illa quæ supra benedictionibus opposita sunt apud creatorem. Ecce qui mihi seruiunt saturabuntur, Vos autē esurietis, utiq; quia saturati estis. Et ecce qui mihi seruiunt oblectabuntur, uos autem confundemini, utiq; ploraturi qui nūc ridetis. Sicut enim in psalmo: Qui seminant in lachrymis in lætitia metent: ita in euangelio: Qui in risu se minant scilicet & lætitia, in lachrymis metent. Hec olim creator simul posuit, Christus solummodo distinguendo, non mutando renouauit. Væ cum uobis benedixerint homines, secundum hæc faciebant & pseudoprophetis patres illorum: Aequè creator benedictionis & laudis humanæ sectatores invicusat per Esaiam: Populus meus qui uos beatos dicunt, seducūt uos, & uias pedum uestrorū disturbant. Prohibet & alias fidere omnino in hominem, sic & in laude hominis, ut pet Hieremiam, Maledictus homo qui spem habet in homine. Nam & in psalmo cxi. Bonū est fidere in deum, q; fidere in hominem. Et bonū est sperare in deum, quām sperare in principes. Ita totum qd ab homine captatur, abdixit creator, nedum benedictionē. Pseudo prophetas autem laudatos siue benedictos à patribus eorum, tam eius est exprobrare, quām prophetas uexatos & recusatos: sicut iniuriae prophetarum non pertinuerint ad deum ipsorum, ita nec gratiae pseudoprophetarum displicuerint, nisi deo prophetarū: Sed uobis dico, inquit, qui auditiss: ostendens hoc olim mandatū à creatore, Loquere in aures audientium. Diligite inimicos uestros, & benedicite eos qui uos oderūt, & orate pro eis qui uos calumniantur. Hec creator una pronūciatione clusit per Esaiam: Dicite fratres nostri estis, eis qui uos oderunt. Si enim qui inimici sunt & oderunt & maledicunt, & calumniantur, fratres appellandi sunt, utiq; & benedici odi entes & orari pro calumniatoribus iussit, qui eos fratres deputari præcepit. Nouam planè patientiam docet Christus, etiā uicem iniurie colibens permisam à creatore, oculum exigente pro oculo, & dentem pro dente: contra ipse alterā amplius maxillam offerri iubens, & super tunicā pallio quoq; cedi. Planè hæc Christus adiecerit, ut supplementa consentanea disciplinae creato

Nous Christi patientia

creatoris. Atq; adeo hoc statim renunciandum est, an disciplina patientiæ prædicatur penes creatorē. Sic per Zachariam præcepit, ne unusquisq; militiæ fratris sui meminerit, sed nec proximi. Nam & rursus Malitiam, inquit, proximi sui quisq; ne recogitet. Multo magis patientiam indixit iniurię, qui indixit obliuionem. Sed & cū dicit: Mihi vindictam, & ego vindicabo: pro inde patientiam docet vindictæ expectatricem. In quantū ergo fidem non capit, ut idem uideatur, & dentem pro dente, oculum pro oculo, in uicem iniuriā exigeret, qui non modo uicem, sed etiam ultionem, etiam recordatio nem & recognitionem iniuriæ prohibet: In tantum aperitur nobis quomo do oculum pro oculo, & dentem pro dente censuerit, non ad secundam iniuriā talionis permittendam, quā prohibuerat interdicta ultione, sed ad ptimam coercendam quam prohibuerat talione opposito, ut unusquisq; respiciens latitiam secundæ iniuriæ à prima semetipsum contineret. Facilius enim uim comprimi scit repræsentatione talionis, quā re promissione ultionis. Vtrumq; autem constituendum fuit pro natura & fide hominum: ut qui deo crederet, ultionem à deo expectaret: qui minus fideret, leges talionis timeret. Hanc legis uoluntatem de intellectu laborantem, dominus & sabbati & legis, & omnium paternarum dispositionum Christus & reuelauit & compotem fecit, mandans alterius quoq; maxillæ oblationem, ut tanto magis uicem iniuriæ extingueret, quam & lex per talionem uoluerat impedit, certè quam prophetia manifeste coercuerat, & memoriam iniuriæ prohibens, & ultionem ad deum redicens. Ita si quid Christus intulit, non aduersario, sed adiutore præcepto, non destruxit disciplinas creatoris. Denique si in ipsam rationem patientiæ præcipiendæ, & quidem tam plenè atq; perfectè considerem, non consistet, si nō est creatoris, qui vindictam remittit, qui iudicem præstat. Alioquin si tantum patientiæ pondus nō modo non reperiendi, sed & aliam maxillam præbendi, & nō modo non remediandi, sed etiam benedicendi, & non modo non retinendi tunicam, sed & amplius & pallium concedendi, si mihi imponit qui non sit me defensurus, inuacuum patientiam præcepit, nō exhibens mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum, quod est ultio, quam mihi permisisse debuerat, si ipse non præstat: aut si mihi non permittebat, ipse præstaret. Quoniam & disciplinæ interest iniuriā vindicari. metu enim ultionis omnis iniquitas refetur. Cæterum passim emissa libertate dominabitur, utrumq; oculum effossa, & omnē dentem excitatura præ impunitatis securitate. Sed hoc est dei optimi & tantum boni, patientiæ iniuriam facere, uiolentiæ ianuam pandere, probos nō defendere, improbos non coercere. Omni petenti te dato, utiq; indigenti: uel tanto magis indigenti, si etiam & abundanti. Ne quis ergo indigeat, datori paratam habes in Deuteronomio formā creatoris: Nō erit, inquit, in te indigens: uti benedicens benedicat te dominus deus tuus:

A 2 Datorem

Datorem scilicet, qui fecerit non esse indigentem. Et plus hic, non enim petenti iubet dari: Sed non sit, inquit, indigens in te, id est cura ultro ne sit, quo magis petenti praeiudicat dandum, etiam in sequentibus: Si autem fuerit indigens e fratribus tuis, non auertes cor tuum, nec constringes manum tuam a fratre indigente. Aperiens aperies illi manum, sponus sponerabis illi quantum desiderat. sponus enim nisi petenti dari non solet. Sed de sponore postmodum. Nunc si qui uoluerit argumentari, creatorum quidem fratribus dari iussisse, Christum uero omnibus potentibus, ut hoc sit nouum atque diuersum, immo unum erit ex his per quae lex creatoris erit in Christo. Non enim aliud Christus in omnes praecepit, quam quod creator in fratres. Nam & si maior est bonitas que operatur in extraneos, sed non prior ea quae ante debet in proximos. Quis enim poterit diligere extraneos? Quod si secundus gradus bonitatis est in extraneos, qui in proximos primus est, eiusdem erit secundus gradus cuius & primus, faciliusque ut eius sit secundus, cuius non existit primus. Ita creator & secundum naturae ordinem, primum in proximos docuit benignitatem, emissurus eam postea in extraneos, & secundum rationem dispositionis suae, primo in Iudeos, postea & in omne hominum genus. Ideoque quamdiu intra Israelem erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat. At ubi Christo dedit getes in hereditatem, & possessionem terminos terrae, & coepit expungi quod dictum est per Osee: Non populus meus, populus meus: & non misericordiam consequuta, misericordiam consequuta, Natio scilicet: exinde Christus in omnes legem paternae benignitatis extendit, neminem excipiens in miseratione sicut in uocatione: Ita & si quid amplius docuit, hoc quoque in hereditatem gentium accepit. Et sicut uobis fieri uultis ab hominibus, ita & uos facite illis. In isto precepto utique alia pars eius subauditur: Et sicut uobis non uultis fieri ab hominibus, ita & uos ne faciatis illis. Hoc si nouus deus & ignotus retro, & nondum planè editus praecepit, qui me nulla antehac institutione formauevit, qua prius scirem quid deberem mihi uelle uel nolle, atque ita & alijs facere, quae & mihi uellem: non facere, quae & mihi nolle: passiuitatem sententiae meae permisit, nec astrinxit me ad conuenientiam uoluntatis & facti, ut id alijs faciam quod mihi uelim, & id nec alijs faciam quod mihi nolim. Non enim definiet quid mihi atque alijs debeam uelle uel nolle, ut ad legem uoluntatis parem factum, & possim alijs non praestare, quod ab alio mihi uelim praestitum, amorem, obsequium, solarium, praesidium, & eiusmodi bona: proinde & alijs facere quod ab alio mihi fieri nolim, uim, iniuriam, contumeliam, fraudem, & eiusmodi mala. Denique hac inconuenientia uoluntatis & facti, agunt Ethnici nondum ab eo instructi. Nam & si natura bonum & malum notum est, non tamen dei disciplina: a qua cognita, tunc demum conuenientia uoluntatis & facti ex fide, ut sub metu dei agitur. Itaque deus Marcionis cum maxime

xime reuelatus sit,tamen reuelatus non potuit huius præcepti, de quo agitur,tam strictum,& obscurum,& cæcum adhuc , & facilius pro meo potius arbitrio interpretandum, cōpendium emittere,cuius nullam præstruxerat distinctionē. At enim creator meus olim & ubiqꝫ præcepit indigentes,pauperes,& pupillos,& uiduas,protegi,iuuati, refrigerari: sicut & per Elalā,infringito panem tuum mendicis:& qui sine tecto sunt , in domum tuā inducito:& nudum si uideris tegito. Item pér Ezechielem de uiro iusto , Panem suum dabit esurienti , & nudum congeget. Satis ergo iam tunc me docuit ea facere alijs,quæ mihi uelim fieri. Proinde denuncians non occides,non adulterabis,non furaberis,non falso testimoniuṁ dices,docuit ne faciā alijs quæ fieri mihi nolim: & ideo ipsius erit præceptum in Euangelio , qui illud retro & præstruxit & distinxit,& ad arbitriū discipline suæ dispositus, & merito iam cōpendio substrinxit , quoniā & aliās recisum sermonem facturus in terris dominus,id est Christus prædicabatur. Hic nunc de sc̄enore cū interponit,Et si sc̄enaueritis à quibus speratis uos recepturos,quæ gratia est uobis? percurre sequētia Ezechielis de eodem uiro iusto,Pecuniam, inquit, suam sc̄enore non dedit,& quod abundauerit nō sumet: sc̄enoris scilicet redundantiam quod est usura. Prius igitur fuit ut fructum sc̄enoris eradicaret quo facilius assuefaceret hominem ipsi quoqꝫ sc̄enori si forte perdendo, cu*ius* fructū didicisset amittere. Hanc etenim dicimus operam legis fuisse procurantis Euangelio. Quorundam tunc fidem paulatim ad perfectum disciplinæ Christianæ mitore, primis quibusqꝫ præceptis balbutientis adhuc benignitatis informabat. Nam & supra,Et pignus,inquit,reddes, utiqꝫ si non sit soluendo:quia solutori utiqꝫ pignus restituendum esse, utrum homo scriberet? Multo manifestius in Deuteronomio. Non dormies super pignus eius. Redditione reddes illi pallium circa solis occasum,& dormiet in pallio suo. Adhuc clarius supra,Dimittes omne debitum quod tibi proximus debet,& fratrem tuum non reposces: quoniam remissio domini dei tui inuocata est. Porrò cum debitum dimitti iubet,utiqꝫ nō exoluturo (plus enim est) & si exoluturo,cum reposci uetat,quid aliud docet quām nō exoluturos coeteremus,qui tam detrimentum sc̄enori indixit: Et eritis filij dei. Nihil impudentius,si ille nos sibi filios faciet,qui nobis filios facere non permisit, auferendo cōnubium. Quomodo in id nomen allecturus est suos, quod iam erasit: Filius spadonis esse non possum,maxime cum patrem habeam eundem quem & omnia. Nam tam pater omnium qui conditor uniuersitatis, quām spado qui nullius substantiæ conditor. Etsi marem ac sc̄eninam non miscuisset creator,& si non uniuersis quoque animalibus filios concessisset, hoc eram eius ante paradisum,ante delictum,ante exiliū,ante duos,unum. denuo factus filius fui statim cum ē manibus enixus est , cum de suo halitu mouit. Ille me nunc rursus filium nuncupat,iam non in animam,sed in spiri

tum pariens. Quia ipse, inquit, suavis est aduersus ingratos & malos. Etige Marcion, satis ingeniose detraxisti illi pluuias & soles, ne creator uideretur. Sed qs iste suavis, qui ne cognitus quidē usq; adhuc: qmodo suavis à quo nulla beneficia præcesserant. Hoc genus suaustatis qua soles & imbres qui scenerauerat, nō recepturus ab humano genere ut creator: qui pro tanta ele-
 mentorum liberalitate facilius idolis quam sibi debitum gratiæ referentes homines usq; adhuc sustinet. Verè suavis etiam spiritualibus comodis. Elo-
 quia enim domini dulciora super mel & fatus. Ille igitur & ingratos suggil-
 lauit, qui gratos experiri merebatur. Cuius solem & imbres, tu quoq; Mar-
 cion ingratus habuisti. Cæterum tuus non poterat iam queri ingratos, qui
 non parauerat gratos. Misericordiam quoq; præcipiens, Estote, inquit, mi-
 sericordes, sicut pater misertus est uestrī. hoc erit, Panem infringito esuriens,
 & sine tecto in domum tuam inducito. Et nudum si uideris tegito, & iudic-
 ate pupillo, & iustificate uiduam. Agnosco doctrinam eius ueterē qui mar-
 uult misericordiam, quam sacrificium. Aut si alius nunc misericordiam præ-
 cepit, quia & ipse misericors sit, cur tanto æuo misericors mihi non fuit? Nor-
 lite iudicare ne iudicemini. Nolite condemnare ne condemneimini. Dimittite
 & dimittemini. Date & dabitur uobis, mensuram bonam, pressam, ac
 fluentem dabunt in sinuū uestrū. Eadem qua mensi eritis mensura remetie-
 tur uobis. Ut opinor, hæc retributionem promeritis prouocatam sonant. A
 quo ergo retributio? Si ab hominibus tantum: ergo humanam docet disci-
 plinam & mercedem, & in totum hominibus obediemus. Si à creatore ut à
 iudice, & dispūctore meritorū: ergo illi nostrum impellit obsequium, apud
 quem constituit retributionem captandam uel timendam, pro ut quisq; iu-
 dicauerit, aut condemnauerit, aut dimiserit, aut mensus fuerit. Si ab ipso, Er-
 go & ille iam iudicat, quod Marcion negat. Eligāt itaq; Marcionitę ne tan-
 ti sit de magistri regula excidere, quam Christum aut hominibus aut crea-
 tori docentem habere. Sed cæcus cæcum dicit in soueam. Credunt aliqui
 Marcioni. Sed non est discipulus super magistrum. Hoc meminisse debuer-
 at Apelles, Marcionis de discipulo emendator. Eximat & de oculo suo tra-
 bem hæreticus, tunc in oculo Christiani, si quam putat stipulam, reuinca:
 proinde & arbor bona non proferat malum fructum, quia nec ueritas hæ-
 resim: nec mala bonū, quia nec hæresis ueritatem. Sic nec Marcion aliquid
 boni de thesauro Cerdonis malo protulit, nec Apelles de Marcionis. Mu-
 lto enim hæc congruentius in ipsos interpretabimur, quæ Christus in homi-
 nes allegorizauit non in duos deos, secundum scandalum Marcionis. Puto
 Linee insi- me non temere huic usq; adhuc lineę insistere, qua definiō nusquam omni-
 stere no alium deū à Christo reuelatum. In hoc solo adulterium Marcionis ma-
 ” nus stupuisse miror, nisi quod etiam latrones timent. Nullum maleficium
 ” sine formidine est, quia nec sine conscientia sui. Tam diu ergo & Iudici non
 alium

aliū deum norant, q̄ pr̄ter quem neminem adhuc norāt: nec aliū deum appellabant, quām quē solum norant. Si ita est, quis uidebitur dixisse, quid uocas dominē domīne? Vtrūmne qui nūc̄ hoc fuerat uocatus, ut nūquā adhuc editus? An ille qui semper dominus habebatur, ut à primordio cognitus? deus scilicet Iudæorum. Quis item adiecisse potuisset, & non facitis quæ dico? Vtrūmne qui cū maxime edocere tentabat: an qui à primordio ad illos & legis & prophetarum eloquia mandauerat? Qui & inobaudientiam illis exprobrare posset, etiam si nunquā aliās exprobrasset. Porro qui ante Christum, Populus iste me labijs diligit, cor autem eorum longè absit a me, concionatus est, ueterem utiq̄ illis contumaciam imputabat. Alioquin quām absurdum, ut nouus deus nouus Christus, nouæ tantæc̄ religionis illuminator, contumaces & inobsequentes pronunciaret, quos non potuisset experiri. Proinde extollenda fide Cēcarionis, incredibile, si is professus est tales se fidem nec in Israele inuenisse, ad quem non pertinebat fides Israel. Sed nec exinde pertinere poterat adhuc cruda ut probaretur uel compararetur, ne dixerim adhuc nulla. Sed cur non licuerit illi alienæ fidei exemplo uti? Quoniā si ita esset, dixisset tales se fidem nec in Israele unquam fuisse: ceterum dicens tales fidem debuisse inuenire in Israele, quiq; ad hoc uenisset, ut eam inueniret, deus scilicet & Christus Israe lis, quam non suggillasset, nisi exactor & sectator eius. Æmulus uero etiam maluisset eam tales inuentam, ad quam infirmandam & destruendam magis uenerat, non ad comprobandam. Resuscitauit & mortuum filium uiduæ, non nouum documentum. Hoc & prophetæ creatoris ædiderant, quanto magis filius? Adeo autem in illud usque momenti, nullum alium dominus Christus intulerat, ut omnes illi creatori gloriam retulerint, dicentes: magnus propheta prodij in nobis, & respexit deus populum suum. Quis deus? utique cuius populus, & à quo prophetæ. Quod si illi quidem creatorem glorificabant, Christus uero & audiens & sciens non corrigebat, & quidem in tanto documento mortui resuscitati creatorē adhuc orantes, sine dubio aut nō alium circumferebat deum, quām quem in suis beneficijs atque uirtutibus honorari sustinebat: aut quale est ut illos tam diu errantes sustineret, ad hoc ueniens ut errori eorum mederetur? Sed scandalizatur Iohannes auditis uitribus Christi, ut alterius. At ego rationem scandali prius expediam, quo facilius heretici scandalum explodam. Ipso iam domino uirtutum sermone & spiritu patris operante in terris, & prædicante, necesse erat portionem spiritus sancti, quæ ex forma prophetici moduli in Iohanne egerat præparaturam uiarum dominicarum, abscedere iam ab Iohanne, redactam scilicet in dominum, ut in massalem suam summam. Itaq; Iohannes cōmunis iam homo & unus de turba, scandalizabatur quidem quā homo, sed non quā alium Christum sperās uel intelligens, qui neq; unde speraret ut nihil noui

docentem uel operantē. Nemo hæsitabit de aliquo, quem dum scit non esse, nec sperat nec intelligit. Iohannes autem certus erat neminem deum præter creatorem, uel quā Iudæus, etiam Prophetes. planè facilius quasi hæsitauit de eo, quem cū sciat esse, an ipse sit nesciat. Hoc igitur metu & Iohānes, Tu es, inquit, qui uenis, an alium speramus? Simpliciter inquirēs an ipse uenissēt quem expectabat. Tu es, qui uenis, uel qui uenturus est, an alium expectamus? Id est, an aliis est quem expectamus, si non tu es quem uenturū expectamus? Sperabat enim sicut omnes opinabantur, ex similitudine documentorum, potuisse & prophetam interim missum esse, à quo aliis esset, id est, maior ipse scilicet dominus, qui uenturus expectabatur. Atque adeo hoc erat Iohannis scandalū, quod dubitabat ipsum uenisse quem expectabant, quē & prædicatis operationibus agnouisse debuerat: ut dominus, per easdem operationes agnoscendum se nunciauerit Iohanni. Quæ cū constet prædicata in Christū creatoris, sicut ad singula ostēdimus, satis peruersum, ut Christum nō creatoris per ea renunciarit intelligendum, per quæ magis Christum creatoris agnosci cōpellebat. Multo peruersius, si & testimonium Iohanni perhibet nō Iohannis Christus, propheten eū confirmans, imò & supra ut angelum, ingerens etiam scriptum super illo, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet viam tuam. Eleganter ad superiorem sensum scandalizati Iohannis cōmemorans prophetiam: ut confirmans præcursorē Iohannem iam aduenisse, extingueret scrupulum interrogatiōnis illius, Tu es, qui uenis, an alium expectamus? Præcursorē enim iam functo officium, præparata via domini, ipse erat intelligendus, cui præcursor ministrauerat, maior quidem omnibus natis mulierum. Sed non ideo subiecto ei qui minor fuerit in regno dei, quasi alterius sit dei regnū in quo modicus quis maior erit Iohanne: alterius Iohannes qui omnibus natis mulierum maior sit. Siue enim de quocunq; dicit modico per humilitatem, siue de semetipso, quia minor Iohanne habebatur, omnibus scilicet in solidū dinem cōcurrentibus ad Iohānem potius q̄ ad Christum: Quid existis uiderē in solidū dinem: tantundem & creatori cōpetit, & Iohannem ipsius esse maiorem natis mulierum, & Christum uel quemq; modicum, qui major Iohanne futurus sit in regno æque creatoris, & qui sit maior tanto propheta, quinō fuerit scandalizatus in Christum, quod tunc Ioannem minuit. Diximus de remissa peccatorum. Illius aut̄ peccatricis fœminæ argumentum eō pertinebit, ut cum pedes domini osculis figeret, lachrymis inundaret, crinis bus detergeret, unguento perduceret, solidi corporis ueritatem nō pbantas, ma inate tractauerit, & ut peccatricis poenitentia secūdum creatore meruerit ueniam, præponere solitū sacrificio. Sed & si poenitentię stimulus ex fide acciderat, per poenitentiā ex fide iustificatā, ab eo audīt, fides tua te saluam fecit, qui p̄ Abacuc pronūciarat, Iustus ex fide sua uiuit. Quod diuites Christo mu

Sto mulieres adhærebant, quæ & de facultatibus suis ministrabant ei, inter
 quas & uxor regis, procuratoris, de prophetia est. Has em̄ uocabat per Esaiā
 mulieres diuites, Exurgite & audite uocem meam: ut discipulas primo, de-
 hinc ut operarias & ministras ostenderet, filiae in spe audite sermones dei.
 Anni mementote cum labore in spe. Cum labore enim quo sequebantur,
 & ob spem, ministrabāt. Āque de parabolis semel sufficiat probatum, hoc
 genus eloquij à creatore promissum. At nunc illa quoq; pronunciatio eius
 ad populum, Aure audietis & non audietis, dedit Christo frequenter incul-
 cate, qui habet aures audiat. Non quasi ex diuersitate auditum permitteret
 Christus, quēm ademisset creator: sed quia comminationem exhortatio se-
 quebatur, Primo aure audietis & non audietis, dehinc qui habet aures au-
 diat. non enim audiebant ultrò qui aures habebant: sed ostendebat aures
 cordis necessarias, quibus illos audituros negarat creator. Et ideo per Chris-
 tum adiicit, Videte quomodo audiatis & nō audiatis: non corde scilicet au-
 dientes, sed aure. Si dignū sensum pronunciationi accōmodes, pro sensu eius
 qui auditui suscitabat, etiam dicendo, Videte quomodo audiatis, non audi-
 turis minabatur. Sanè nominatur mitissimus deus, quia nec iudicat, nec ira-
 scitur. Hoc probat etiā subiacens sensus. Ei qui habet dabitur, ab eo autem
 qui non habet, etiā quod habere se putat auferetur ei. Quid dabitur? Adie-
 ctio fidei, uel intellectus, uel salus ipsa. Quid auferetur. Vt qd dabatur. A
 quo dabitur, & auferetur. Si à creatore auferetur, ab eo & dabitur. Si à deo
 Marcionis dabitur, ab eo & auferetur. quoquo tamen nomine comminatur
 ablationem, nō erit eius dei qui nescit cōminari, quia nō nouit irasci. Miror
 autem cum lucernā negat abscondi solere, qui se tanto seculo absconderat ma-
 ius & necessarius lumen, Cum om̄ia de occulto in apertum repromittit, qui
 deum suū usq; adhuc obumbrat, expectans opinor nasci Marcionēm. Ve-
 nimus ad constantissimū argumentum omnium qui domini nativitatem in
 controvēsiā deferunt, Ipse, inquiunt, cōtestatur se non esse natum, dicen-
 do, Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? Ita semper hæretici aut nudas &
 simplices uoces, coniecturis quò uolunt rapiunt: aut tursus conditionales &
 rationales, simplicitatis conditione dissoluunt, ut hoc in loco. Nos cōtrario
 dicimus, primo non potuisse illi annunciari, quod mater & fratres eius foris
 starent quærentes uidere eū, si nulla illi mater & fratres nulli fuissent, quos
 utiq; norat, qui annunciarat, uel retro notos, uel tunc ibidem cōpertos, dum
 eum uidere desiderant, uel dum ipsi nunciū mandant. Ad hāc primam pro-
 positionem nostram solet ex diuerso responderi, Quid enim si tentandi gra-
 tia nunciatiū est ei? Sed hoc scriptura nō dicit, quæ quanto significare solet
 ex tentatione quid factū, ecce legis doctor assurrexit tentans eū, & de tribu-
 ti cōsultatione, & accesserunt ad eū Pharisei tentantes eum: tanto ubi non
 facit temptationis mentionem, non admittit temptationis interpretationem. Et
 tamen

tamen ex abundanti causas temptationis ex postulo, cui rei tentauerint illum, per nominationem matris & fratrū. Si ut scirent natūs ne esset, an non: quando de hoc fuit quæstio quam ex ista temptatione discuterent? Quis autem dubitaret natum, quem uideret hominem? Quem audisset filium se hominis professum: Quem de conspectu omnis humanæ qualitatis dubitaret deum, aut filium dei credere, propheten facilius: existimātes licet magnum aliquem utiqz tamen natum. Etiam si in exploratione nativitatis tentandus fuisset, quodcumque aliud argumentum temptationi competisset, quām per earum personarum mentionem quas potuit etiam natus non habere. Dic mihi, omnibus natis mater aduiuit: omnibus natis adgenerantur & fratres: non licet patres magis & sorores habere, uel & nemine? Sed & census con-

Sentius Satur
ninus stat actos sub Augusto nunc in Iudeam per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere potuissent. Adeo nullo modo constitit ratio temptationis istius. Et uerè mater & fratres eius foris stabant. Et supereft inspicere sensum non simpliciter pronunciantis, Quæ mihi mater aut fratres, qua si ad generis & nativitatis negationem: sed & ex causæ necessitate & condizione rationali. Tam proximas em personas foris stare extraneis intus defixis ad sermones eius, amplius & auocare eū à soleanni opere quærentes, meritito indignatus est, non tam negauit quām abdicavit. Atqz adeo cum præmississet, quis mihi mater & qui mihi fratres: subiungens, nisi qui audiūt uerba mea & faciunt ea, transiit sanguinis nomina in alios, quos magis proximos pro fide iudicaret. Nemo autem transfert quid, nisi ab eo qui habet id quod transfert. Si ergo matrem & fratres eos fecit qui non erant, quanto negauit eos qui erant: meritorum scilicet conditione, non ex proximorum negatione: in semetipso docēs, qui patrem aut matrem aut fratres præponeret uerbo dei, nō esse dignum discipulum. Cæterum ex hoc magis matrem & fratres confitebatur, q̄ illos nolebat agnoscere: quod alios adoptabat, confirmabat quos ex offensa negauit, quibus nō ut ueriores substituit, sed ut digniores. Deniqz nihil magnum, si fidem sanguini præposuit, quem non habebat. Quis aut īste est qui & uentis & mari imperat? nimis nō dominator atque possessor elementorū subacti iam & exclusi creatoris. Non ita est. Sed agnorant substantię autorem suū, quæ famulis quoqz eiū obaudire consueuerant. Inspice Exodum Marcion, Aspice mari rubro uastiori super om̄ia stagna Iudeæ, uirgam Moysi imperantē, ut funditus proscissum, & pari utrinqz stupore discriminis fixum, sicco populū pede, intestino itinere transmitteret, rursusqz sub eiusdem uirgæ nutu, redeunte natura, Aegyptium exercitū undarum concordia obrueret: in quod opus & Austr seruierūt. Lege ex sorte familię dirimēdæ in transitu eius Iordanis machetā fuisse, cuius impetu atqz decursum planè & Iesus docuerat prophetis transmeantibus stare. Quid ad hæc: Si tuus Christus est, non erit potentior fa-

mujis

multis creatoris. Sed his solis exemplis usus essem, si non etiam predicatio matris istius expeditionis Christum antecessisset. Nam cum transfrerat, psalmus expugnatur: Dominus, inquit, super aquas multas. Cum undas freti discutit, Abacuc adimpletur: dispersens, inquit, aquas itinere. Cum ad minas eius elicitur mare, Naum quoque absoluitur: comminans, inquit, mari & arefaciens illud, utique cum uentis quibus inquietabatur. Vnde uis mea vindicem Christum, de exemplis autem de prophetis creatoris? Age nunc qui militarem & armatum bellatorem praedicari putas, non figurare nec allegoricè, qui bellum spirituale aduersus spiritales hostes, spiritali militia, & spiritualibus armis, spiritualiter debellaturus esset: cum inuenis in uno homine multitudinem demorum, legionem se professam, utique spiritalem, disce & Christum expugnatores spiritualium hostium, spiritualiter armatum, & spiritualiter bellicosum intelligendum: atque ita ipsum esse, qui cum legione quoque demonum erat divincaturus: ut & de hoc bello psalmus possit uideri pronunciasse: Dominus validus, dominus potens in bello. Nam cum ultimo hoste morte preliatus, per trophaeum Crucis triumphauit. Cuius autem dei filium Iesum legio testata est: Sine dubio cuius tormenta & abyssum npererant & timebant. nec enim uidentur posse ignorasse adhuc quod noui & ignoti dei virtus operatur in terris: quia uerisimile non est creatorem ignorasse. Si enim alium supra se deum ignorauerat aliquando, tamen iam infra coelum suum agentem, utique comprenerat. quod autem dominus compreseret, iam & uniuersae familiæ innotuisse in eodem mundo & intra eundem ambitum coeli quo peregrina diuinitas couersaretur. In quantum ergo & creator scisset eam, & substantiæ eius, si fuisset in tantum quia nulla fuit, non alium dæmones sciebant quam dei sui Christum. Non depetunt ab alio, quod meminissent petendum sibi à creatore, ueniam scilicet abyssi creatoris. Denique impetraverunt, quo merito? Quia mentiti erant, quia scœui dei filium eum fecerant. Et qualis erit qui mentitos iuuabat, qui infamantes sustinebat? Sed enim quia mentiti non erant, quia deum abyssi & suum cognoverunt, ita eum se & ipse confirmavit, quem cognoverunt dæmones Iesum iudicem & ultoris dei filium. Ecce aliquid & de illis pusillitatibus & infirmitatibus creatoris in Christo. Ignorantiæ enim & ego ascribere ei uolo. Permittite mihi aduersus hæreticum. Tangitur à scœmina quæ sanguine fluitabat, & nescivit à qua. Quis me, inquit, tetigit? Etiam excusantibus discipulis, perseverat in ignorantiae uoce: Tetigit me aliquis. idque de arguento affirmat. Sensi enim uitutem ex me profectam. Quid dicit hæreticus? Sciebat ne personam? Et cur quasi ignorans loquebatur? Ut confessionem certè prouocaret, ut timorem probaret. Sic & Adam aliquando quæsierat, quasi ignorans, Adam ubi es? Habes & creatorem cum Christo excusatum, & Christum creatori adequatum. Sed & hoc, qui aduersarius legis, ut quia lex à contactu scœminæ sanguinantis summouet

summoet, idcirco gestierit non tantum contactū eius admittere, sed etiam
 sanitatem donare. O deum non natura beneficium, sed æmulatione. At enim
 si fidem mulieris inuenimus ita meruisse, cum dicit: Fides tua te saluam fecit,
 quis es ut emulationem legis interpreteris in isto facto, quod ipse dominus
 ex fidei remuneratione æditum ostendit? Sed hanc uis mulieris fidem con-
 stituere, qua contempserat legē. Et cui credibile, ut mulier nullius adhuc dei
 conscientia, nullius adhuc nouæ legis initia, legem irrumperet, eam, cui adhuc
 tenebatur? Qua deniq; fide irrupit, in quem deū credens, quem spernens:
 Creatorem? Certe enim ex fide tetigit. Si ex fide creatoris, quę alium deum
 ignorabat: & quomodo legem eius irruptit? Tam enim irruptit, si irruptit, qz
 ex fide creatoris. Quomodo enim utruncq; conueniet, ut & irruperit, & ex fi-
 de eam irruperit, propter quam irrupisse non debuit? Dicam: fides hæc fuit
 primo, qua deum suum confidebat misericordiam malle quāt; ipsum faci-
 ficium, qua eum deum certa erat operari in Christo, qua sic eum tetigit, non
 ut hominem sanctum, nec ut prophetam, quem contaminabilem pro hu-
 mana substantia sciret: sed ut ipsum deum, quem nulla spurcitia pollui pos-
 se præsumperat. Itaq; non temere interpretata est sibi legem, ea contami-
 nari significantem, quæ essent cōtaminabilia: non deum, quem in Christo
 cōfidebat. Sed & illud recogitauit, ordinarium & solennē menstruū vel par-
 tualis sanguinis fluxum in lege taxari, qui ueniat ex officio naturæ, non ex
 uitio ualetudinis. Illa aut ex uitio ualetudinis redundabat, cui non modum
 temporis, sed diuinæ misericordiæ auxiliū necessarium sciebat. Atq; ita po-
 test uideri legem non irrupisse, sed distinxisse. Hæc erit fides, quæ contule-
 rat, etiam intellectum. Nisi credideritis, inquit, non intelligetis. Hanc fidem
 probans Christus eius foeminæ, quæ solum credebat creatorem, eius fidei
 se deum respondit, quam probauit. Nec illud omittam, quod dum tangitur
 uestimentum eius, utiq; corpori non phantasmati inditum, corpus quoque
 demonstrabatur: nō quasi iam de hoc retractemus, sed quia ad præsentem
 conspirat quæstionem. Si enim non erat ueritas corporis, phantasma utiq;
 contaminari, quā res uacua, non posset. Qui ergo non potest contaminari
 præ inanitate substantiæ, quomodo uoluisset? Ut æmulus legis mentieba-
 tur, qui non uere polluebatur. Dimittit discipulos ad prædicandum dei re-
 gnum. Nunquid uel hic ædidit, cuius. Prohibet eos uictui aut uestitiui quid
 in uiā ferre. Quis hoc mandasset, nisi qui & coruos alit, & flores agri uestitit?
 Qui boui quoque terenti libertatem oris ad ueniā pabuli ex opere summo-
 uendi ante præcepit: quia dignus operarius mercede sua. Hæc Marcion de-
 leat, dum sensui salua sint. At cum iubet puluerem excutere de pedibus, in
 eos à quibus excepti nō fuissent, & hoc in testimonium mandat fieri; neto
 testatur quod non iudicio destinatur: inhumanitatē qui in testationē redigi
 iubet, iudicem cōminatur. Nullum deum nouum à Christo probatum, illa
 etiam

Testam;

eriam opinio omnium declarauit, quia Christum Iesum, alij Ioannem, alij Heliam, alij unum aliquem ex veteribus prophetis Herodi affuerabat. Ex quibus quicunq; fuisset, non utiq; ob hoc est suscitatus, ut alium deum post resurrectionem praedicaret. Pascit populum in solitudine, de pristino scilicet more. Aut si tunc eadem & maiestas, ergo iam minor est creatore, qui non uno die, sed annis quadraginta, nec de inferioribus materijs pabis & pescis, sed de manna coelesti, nec quinq; circiter, sed sexcenta milia hominum pretelauit. Adeo autem ea fuit maiestas, ut & pabuli exiguitatem non tantum Protocare sufficere, uerum etiam exuberate, de pristino uoluerit exemplo. Sic enim & in tempore famis sub Heliu uiduę Sareptensi modica & suprema alimenta, ex prophetæ benedictione per totum famis tempus redundauerat. Habes tertiam Basiliarum, si & quartam resoluas, inuenies totū hūc ordinem Christi circa illum dei hominem, qui oblatos sibi uiginti hordeaceos panes cum populo distribui iussisset, & minister eius proinde comparata multitudine & pabuli mediocritate, respondisset, quid ego hoc dem inspectum centum milibus hominum? Da, inquit, & manducabunt: quoniam hoc dicit dominus: Manducabunt & relinquent reliquias secundum dictū domini, o Christum & in nouis veterem. Hæc itaque qui uiderat Petrus, & cum pristinis compararat, & non tantum retro facta, sed & in futurum iam tunc prophetia recognouerat, interroganti domino, quis nam illis uideretur, cum pro omnibus responderet: Tu es Christus: non potest non eum sensisse Christum, quem nouerat in scripturis, quem iam recensebat in factis. Hoc & ipse confirmat usque adhuc patiens, immo & silentium indicens. Si enim Petrus quidem non poterat alium eum confiteri, quam creatoris, ille autem praecipit, ne cui dicerent, utiq; id noluit prouulgari quod Petrus senserat. Immò inquis, quia nō rectè senserat, noluit mendaciū disseminari. Sed aliam silentij causam edixit, quia dporteret filiu hominis multa pati, & reprobari a presbyteris & scribis & sacerdotibus, & interfici, & post tertium diem resurgere. Quæ cum prædicata sint, & ipsa in Christum creatoris, sicut suis locis implebimus: sic quoq; ipsum se ostendit esse, in quem prædicabantur. Certè & si non essent prædicata, eam causam indicti silentij protulit, que non Petri errorum demonstraret, sed obeundarum passionū necessitatem. Qui uoluerit, inquit, animam suam saluam facere, perdet illam: & qui perdiderit eam propter me, saluam faciet eam. Certè filius hominis hanc sententiā emisit. Per spicce igitur & tu cum rege Babylonio, fornaceum eius ardenter, & inuenies illic tanquam filium hominis (nondum enim tunc erat, nondum scilicet natus ex homine) iam tunc istos exitus, constituentē. Saluas facit animas trium fratrum, qui eas pro deo perdere conspirauerant: Chaldæorum uero perdidit, quas illi per idolatriam saluas facere maluerant. Quæ est ista noua doctrina, cuius uetera documenta sunt: Quanquam & prædicaciones martyriorum

B tyriorum

tyriorum tam futurorum, quām à deo mercedem relaturorum decucurrit
runt. Vide, inquit Esaias, quomodo perit iustus, & nemo excipit corde. Et ut
35 rī iusti auferuntur, & nemo considerat. Quando magis hoc fit, quām in per-
secutio p fsecutione sanctorum eius? Utiq; non simplex, nec de naturæ lege communi-
^{fide militaris} fide militaris nisi, sed illa insignis & pro fide militaris: in qua qui animā suā propter deum
perdit, seruat illam: ut & hic tamen iudicem cognoscas, qui malum animæ
luctum perditione eius, & bonum animæ detrimentum, salute eius remune-
ratur. Sed & zelotem deum exhibet, malum malo reddentem, Qui con-
fusus, inquit, me fuerit, & ego confundar eius. Quando nec confusionis ma-
teria conueniat, nisi meo Christo: cuius ordo magis pudendus, ut etiam hæ-
reticorum conuicjūs pateat, omnem natuitatis & educationis foeditatem, &
ipsius etiā carnis indignitatem, quanta amaritudine possunt perorantibus.
Ceterum quomodo ille erit obnoxius confusionis, qui eām non capit? non
uulua licet virginis tamen fœminæ, coagulatus etsi non semine, tamen ex le-
ge substantiæ corporalis, ex fœminæ humore: non caro habitus ante for-
mam: non pecus dictus post figuram: non decem mensium cruciatu delibe-
ratus: non subita dolorum concussione cum tanti temporis cœno per corpo-
ris cloacam effusus ad terram: nec statim lucem lachrymis auspicatus & pri-
mo retinaculi sui uulnere, nec multum ablutus: nec sale & melle medicatus:
nec pannis iam sepulturæ inuolucrū initiatus: nec exinde per imundicias
inter sinus uolutatus, molestus uberibus, diu infans, uix puer, tarde homo:
sed de cœlo expositus, semel grandis, semel totus, statim Christus, spiritus,
& uirtus, & deus tantum. Cæterum ut non uerus, qui non uidebatur, ita nec
de crucis maledicto erubescendus, cuius carebat ueritate carēs corpore. Nō
poterat itaq; dixisse: Qui mei confusus fuerit. Noster hoc debuit pronun-
ciasse, minoratus à patre modico citra angelos: uermis, & non homo: igno-
minia hominis, & nullificamen populi: quatenus ita uoluit, ut liuore eius sa-
naremur: ut dedecore eius salus nostra constaret. Et merito se pro suo homi-
ne depositit, pro imagine & similitudine sua, non aliena: ut quoniam homo:
non erubuerat lapidem & lignum adorans, eadem constantia nō confusus
de Christo, pro impudentia idololatriæ, satis deo faceret per impudentiam
fidei. Quid horum Christo tuo competit Marcion ad meritum confusio-
nis? Planè pudere te debet, quod illum ipse finxisti. Nam & hoc uel maxū-
me erubescere debuisti, quod illum cum Moyse & Helia in secessu montis
conspici pateris, quorum destruktur aduenerat. Hoc scilicet intelligi uoluit,
uox illa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, hunc audite: id est, non Moy-
sen iam & Heliam. Ergo sufficiebat uox sola sine ostentatione Moyse & He-
lia. Definiendo enim quem audirent, quoscunq; alios uetusset audiri. Aut
nunquid Esaiam & Hieremiam, cæterosq; quos non ostendit, permisit au-
diri, si uetus quis ostendit? Nunc & si presentia illorum fuit necessaria, non
utiq;

ntiq*e* in colloquio ostenderentur, quod familiaritatis indicium est: nec in confortio claritatis, quod dignationis & gratiae exemplum est: sed & in sordibus aliquibus, quod destructionis argumentum est, immo in tenebris creatoris, quibus discutiendis erat missus, longe etiam discreti à claritate Christi, qui uoces & literas ipsas eorum, ab Euagelio suo erat separaturus. Sic in alienos ³⁶ demonstrat illos, dum secum habet. Sic relinquentes docet, quos sibi iungit. Sic destruit, quos de radib*s* suis extruit. Quid faceret Christus ipsorum? Credo secundum peruersitatem, tales eos reuelasset, quales Christus Marcionis debuisset: aut quoscum*e* alios secum, quam prophetas suos. Sed quid tam Christus creatoris, quam secum ostendere prædicatores suos: cum illis uideri quibus in reuelationibus erat uisus: cum illis loqui, qui eum fuerat locuti: cum eis gloriam suam comunicare, à quibus dominus gloriae nuncupabatur, cū principalibus suis: quorum alter populi informator aliquando, alter reformator quādōq*e*: alter initiator ueteris testamenti, alter cōsummat̄or noui. Igitur & Petrus meritum contubernium Christi sui agnoscens in diuiduitate eius, suggerit consilium, Bonum est nos hic esse. Bonum planè, ubi Moyses scilicet & Helias. Et faciamus hic tria tabernacula. Vnum tibi, & Moysi unum, & Heliae unum. Sed nesciens quid diceret. Quomodo nesciens: utrum' ne simplici errore, an ratione, quam defendimus in causa noux prophetar*e*, gratiar*e*, ecclasi*n*, id est amentiam conuenire? In spiritum enim homo constitutus, præsertim cum gloriam dei conspicit, uel cum per ipsum deus loquitur, necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet uirtute diuina, de quo inter nos & Psychicos quæstio est. Interim facile est amentiam Petri probare. Quomodo enim Moysen & Heliam cognouisset nisi in spiritu? Nec enim imagines eoru*n* uel statuas populus habuisset & similitudines legi prohibente, nisi quia in spiritu uiderat: & ita quod dixisset in spiritu, non in sensu constitutus, scire non poterat. Cæterum si sic nescit quasi errans, eo quod putaret illorum esse Christum, ergo iam constat & supra Petrum interrogatum à Christo quem se existimarent, ut de creatoris dixisse: Tu es Christus: quia si tunc alterius dei illum cognouisset, hic quoq*e* non errasset. Quod si ideo & hic errauit, quia & supra, ergo certus es in illum diem quoque nullam nouam diuinitatem à Christo reuelatam, & usq*e* adhuc non errasse Petrum, Christo usq*e* adhuc nihil eiusmodi reuelante: & tamdiu non alterius deputandum Christum, quam creatoris, cuius omnem & hic ordinem expressit. Tres de discentibus arbitros futuræ uisionis & uocis assumit: ³⁷ & hoc creatoris est, In tribus, inquit, testibus stabit omne uerbum. In mon^mtem secedit: agnosco formam loci. Nam & pristinum populum apud mon^mtem & uisione & uoce sua creator initiarat. Oportebat in eo suggestu consignari nouum testamentum, in quo conscriptum uetus fuerat. Sub eodem etiam ambitu nubis, quam nemo dubitauit de aere creatoris congregatam,

*Videtur men-
tionem facere
Septem libros
rū de ecclasi.
psychici*

nisi & nubes suas illò deduxerat, quia & ipse per cœlum creatoris viam reperat: aut proinde & nubilo creatoris precariò usus est. Itaq; nec nunc mutata nubes fuit, sed uox solita de coelo, & patris nouum testimonium super filio: atq; in primo psalmo, Filius meus es tu: ego hodie genui te. De quo & per Esaiam: Quis deum metuens, audiat uocem filij eius? Itaq; iam representans eū, Hic est filius meus, Vt iq; subauditur quem repromisit. Si enim repromisit aliquando, & postea dicit, Hic est: eius est exhibentis uoce ut in demonstratione promissi qui aliquando promisit, nō eius cui possit responderi: Ipse em̄ tu qui es qui dicas, Hic est filius meus, de quo non magis præmisisti, q̄ te ipsum quod prius erat reuelasti: Hunc igitur audite, quem ab initio edixerat audiendum in nomine prophetæ, quoniā & prophetes axim stimari habebat à populo. Prophetā, inquit Moyses, suscitabit uobis deus ex filijs uestris, secundū carnalem scilicet censem: tanquā me audietis illum. Omnis aut̄ qui illū non audierit, extermabitur anima eius de populo suo.

Decessio uete, successio noui

Sic & Esaias: Quis in uobis metuens, exaudiat uocem filij eius. Quā & ipse pater cōmendaturus erat: Sistens, enim, inquit, uerba filij sui, dicēdo scilicet hic est filius meus dilectus, hunc audite. Itaq; & si facta translatio sit auditionis à Moyse & Helia in Christō, sed non ut ab alio deo, nec ad aliū Christum, sed à Creatore in Christum eius secundum decessionē ueteris, & successio testamenti cessionem noui testamenti. Non legatus, inquit Esaias, nec nuncius, sed ipse successio noui deus saluos eos faciet, ipse iam prædicans & implens legem & prophetas.

Tradidit igitur pater filio discipulos nouos, ostensis prius cum illo Moyse officio & bonore diffūcti & Helia in claritatis prærogatiua, atq; ita dimissis, quasi iam & officio & honore dispunctis, ut hoc ipsum confirmaretur propter Marcionem, societatem esse etiā claritatis Christi cū Moyse & Helia. Totum aut̄ habitum uisionis istius habemus etiā apud Abacuc, ubi spiritus ex persona interdum Apostolorum, Domine audiui auditum tuum & extimui. Quem magis q̄ uocis cœlestis illius, Hic est filius meus dilectus hunc audite: Considerauit operam tuam, excidi mente. Quando magis quam cum uisa claritate eius, nescit quid diceret Petrus: In medio duorum animalium cognosceris, Moyse & Helia. De quibus & Zacharias uidit in figura duarum olearum, & duorum ramulorum oleæ. Nam hi sunt, de quibus dictum est, Illi duo filii opū mitatis assistunt domino uniuersæ terræ. Et rursus idem Abacuc: Operis cœlos uirtus, utiq; nubilo illo: & splendor eius ut lux erit: utiq; qua eniam ueritatem eius refulsi. Et si commemoremur præmissionis Moysei, hic inuenies expuncta tur expuncta. Cum enim desiderasset conspectum domini Moyses dicens, yrusas Si ergo inueni gratiā coram te, manifesta te mihi, ut cognoscenter uideam te: eum conspectum desiderans in quo hominem esset acturus, quod Propheta sciebat: cæterum dei faciem, iam audierat: nemo homo uidebit me & uiuet. Et hunc, inquit, sermonem quē dixisti faciam tibi: Et rursus Moyses:

Qstende

Ostende mihi gloriam tuā. Et dominus similiter de futuro: Ego præcedam *Gen. 33*
in gloria mea. Et reliqua. Et in nouissimo, & tūc uidebis posteriora mea, nō
lumbos nec suras, sed quam desiderauerat gloriam in posterioribus tem-
poribus reuelandā, in qua facie ad faciem uisibilem se ei repromiserat, etiam
ad Aatonem dicens. Et si fuerit Prophetes in uobis, in uisione cognoscari il^v *Num. 12*
li, & in uisione loquar ad eum, non quomodo ad Moysen, os ad os loquar
ad eum, in speciem utiq^z hominis quam erat gestatus, non in ænigmate.
Nam & si Marcion noluit eum colloquenter domino ostensum, sed stans
tem, tamen & stans os ad os stabat, & faciem ad faciem, cū illo, inquit, non
extra illum, in gloriam ipsius nendum in cōspectu. De qua gloria non aliter
illustratus discessit à Christo, quām solebat à creatore: proinde tunc oculos
percutere filiorū Israelis, quemadmodum & nunc excæcati Marcionis, qui
hoc quoq^z argumentum aduersus se facere non uidit. Suscipio in me perso-
nam Israelis. Stet Christus Marcionis & exclamat: O genitura incredula,
quousq^z ero apud uos? quousq^z sustinebo uos? Statim à me audire debe-
bit. Quisquis es ἐπεχθεύς, prius ede qui sis, & à quo uenias, & quod in no-
bis tibi ius. Vsq^z adhuc creatoris est totum apud te. Planè si ab illo uenis, &
illi agis, admittimus increpationem. Si uero ab alio, dicas uelim quid nobis
unquam de tuo commisisti, quod credere debuissimus, ut exprobres iticre-
dulitatem, qui nec te ipsum aliquando nobis reuelasti? Quām olim apud
nos agere cœpisti, ut tempus queraris? In quibus nos sustinuisti, ut patien-
tiā imputes? Asinus de Aesopi puto, modo uenis, & iam exclamas. Sur-
scipio adhuc & personam discipulorum in quos insilij, O Natio incredula
quām diu ero uobiscum, quām diu uos sustinebo? Hanc eruptionem eius
utiq^z hoc modo iustissime repercuterem, Quisquis es ἐπεχόμενος, prius ede
qui sis, à quo uenias, quod tibi ius sit in nobis? Vsq^z adhuc puto creatoris
es, & ideo secuti sumus recognoscentes omnia illius in te. Quod si ab illo ue-
nis, admittimus increpationem. Si uero alijs agis, oro te, dicas quid nobis alijs
quando duntaxat de tuo, quod iam credidisse debuissimus, ut exprobres
itcredulitatem, qui nec autorem tuum usq^z adhuc ædis. Quām olim autem
apud nos agere cœpisti? ut tempus quoq^z opponas. In quibus autem nos
sustinuisti? ut & patientiam iactes. Asinus de Aesopi puto, modo huc ap-
paruit, & iam exclamat. Quis non ita iniustitiam increpationis retudisset, si
eius eum credidisset, qui nondum queri debuisset? nisi quod nec ille eos in-
silisset, si non olim apud illos in lege, prophetis, in virtutibus & beneficijs di-
uersatus, incredulos semper fuisset expertus. Sed ecce Christus diligit par-
vulos, taleis esse docens debere qui semper maiores uelint esse. Creator aut
ursos pueris immisit, ulciscens Heliseum propheten, cōuicia ab eis passum.
Satis impudens Antithesis, cum tam diuersa cōmittit, parvulos & pueros:
innocentem adhuc ætatem, & iudicij iam capacem, quæ conuiciari poterat,

Hoc est, super
uētitius, Deū
Marcionis in-
telligit

*Asinus de
Aesopi puto*

ne dicam blasphemare. Quia ergo iustus deus, nec pueris imp̄is pepercit, exigens maiori ætati honorem & utique magis à minore. Quā uero bonus adeo diligit paruulos, ut apud Agyptum beneficerit obstetricibus protégentibus partus Hebræos periclitantes edicto Pharaonis. Ita & hæc affectio Christi, cum creatore est. Iam nunc deus Marcionis qui connubium auersatur, quomodo uideri potest paruolorum dilector, quorum tota causa connubium est? Qui semen odit, fructum quoque excretur necesse est. Nam ille sequior habendus Agyptio rege. Nam Pharaon educari non sinebat infantes. Iste nec nasci, auferens uitam illis etiam decem mensum in utero. At enim quanto credibilius, ut eius deparetur affectio in paruulos, qui benedicendo connubium in propagationem generis humani, ipsum quoque fractum connubij benedicendo promisit, qui de infantia primus est. *Prædictus con-*
subij præsentat creator ignium plagam Heli postulante in illo pseudoprophetata. Agnosco iudicis severitatem: è contrario c h r i s t i eandem animaduersionem destinantes discipulos super illum uiculum Samaritarum. Agnoscat & hæreticus ab eodem severissimo iudice promitti hanc Christi lenitatem. Non contendet, inquit, nec vox eius in platea auditetur. Harundinem quaßaram non committuet, & linum fumigans non extinguet. Talis utique multo magis homines non erat crematurus. Nam & tunc ad Heliam, non in igni, inquit, dominus, sed in spiritu miti. At enim humanissimus deus cur recusat eum, qui se tam indiuiduum illi comitem offert? Si quia superbè uel ex hypocrisi dixerat, sequar te quounque iteris, ergo aut superbiam aut hypocrisin recusandam iudicando, iudicem gessit. Et utique damnauit, quem recusauit, non secuturum scilicet salutem. Nam sicut ad salutem vocat quem non recusat, uel etiam quem ultro uocat, ita in perditionem damnat quem recusat. Illi autem causato patris sepulturam cum respondeat, Sine, mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade & annuncia regnum dei: utramque legem creatoris manifestè confirmauit, & de sacerdotio in Leuitico prohibentem sacerdotes supremis etiam parentum interesse: Super omnem, inquit, animam defunctam sacerdos nō introibit, & super patrem suum non contaminabitur: Et de devotione in Arithmis, Nam & illic qui se deo uouerit, inter cætera iubet, ne super ullam animā introeat defunctam, ne super patris quidem, aut matris, aut fratris. Puto autem & deuotioni & sacerdotio destinabat, quem prædicando regno dei imbuerat. Aut si non ita est, satis impius pronunciandus, qui nulla ratione legis intercedente, sepulturas parentum despici à filijs imperabat. Cum uero & tertium illum, prius suis ualedicere parantem, prohibet retro respectare, seclam creatoris exequitur. Hoc & ille noluerat fecisse quos ex Sodomis liberarat. Alleluia & alios septuaginta Apostolos super duodecim. Quod enim x i i. secundum totidem fontes in Elim, si non & septuaginta secundum totidem arbitrii pal

busta palmarum: Antitheseis, plurimum, causarum diuersitas fecit non potestatum. Sed qui diuersitatem causarum non respexit, facile eam potestatum existinuit. Profectionem filiorum Israelis, creator, etiam illis spolijs aureorum & argenteorum uasculorū, & uestium, præter oneribus conspirationum offarcinatam educit ex Ægypto: Christus autem nec uirgam discipulis in uiam ferre præscripsit. Illi enim in solitudinem promouebantur, hi autem in ciuitates mittebantur. Considera causarum offerentiam, & intelliges unam & eandem potestatem, quæ secundum penuriam & copiam expeditiōnēm suorum disposuit, proinde per ciuitates abundaturam circuiens sicut & egit uoram per solitudinem struxerat. Etiam calciamenta portare uenuit illos. Ipse enim erat sub quo nec in solitudine per tot annos populus calciamenta detriuerat. Neminem, inquit, in uia salutaueritis. 6 Christum destructorem prophetarum, à quibus hoc quoque accepit. Helisæus, cum Giezin puerum suum mitteret in uiam ad filium Sunamitidis, resuscitandum de morte, puto sic ei præcepit: Accinge lumbos tuos, & sume bacillū meum in manum, & uade: quemcunque conueneris in uia, ne benedixeris eum, id est ne salutaueris. Et qui te benedixerit, ne responderis ei: id est ne resalutaueris. Quæ est enim inter vias benedictio, his ex occursu mutua salutario? Sic & dominus, Ut in quam introiissent domum, pacem ei dicere: exemplo eodem est. Mandauit enim & hoc Helisæus, cum introisset ad Sunamitin, diceret ei: Pax uiro tuo, pax filio. Hæc erunt potius nostræ Antitheses, quæ comparant, non quæ separant Christum. Dignus autem operarius mercede sua, quis magis pronūciarit, quam deus iudex? Quia & hoc ipsum, iudicare est, dignum facere mercede operarium. Nulla retributio non ex iudicatione constitit. Iam nunc & hic lex consignatur creatoris, etiam boues operantes dignos operarios mercede iudicantis. Boui, inquit, terebenti os non colligabis. Quis tam præstans in homines, nisi qui & in pecudes? Quod si 4.0 Prestans & c h r i s t u s dignos pronunciat mercede operarios, excusauit præceptum illud creatoris de uasis aureis & argenteis Ægyptiorum auferendis. Qui enim uillas & urbes operati fuerint Ægyptijs, digni utique operarij mercede, non ad fraudem sunt instincti, sed ad mercedis compensationem, quam aliâs à dominatoribus exigere non poterant. Regnum dei neque nouum, nec inatiditum sic quoque confirmauit, dum illud iubet annunciari appropinquasse. Quod enim longe fuerit aliquando, id potest dici appropinquasse. Si autem unaquam retro fuisset, antequam appropinquasset, nec dici potuisset appropinquasse, quod nunquam longe fuisset. Omne quod nouum & incognitum est, subitum est. Omne quod subitum est, cum annunciatur, tunc primum spem inducens, tunc primum accepit tempus. Ceterum nec retro tardasse poterit, quam diu non annunciatur: nec ex quo annunciarci coepit, appropinquasse. Etiam adjicit, ut eis qui illos

non receperissent, dicerent: Scitote tamen appropinquasse regnum dei: si hoc non & comminationis gratia mandat, uanissime mandat. Quid enim ad illos si appropinquaret regnum, nisi quia cum iudicio appropinquat in salutem scilicet eorum, qui annunciationem eius receperissent. Quo modo, si communicationis non potest sine executione, habes deum executorem in comminatore, & iudicem in utroque. Sic & puluerem iubet excuti in illos, in testificationem, & adhaerentiam terrae eorum, nedum communicationis reliquas. Si enim inhumanitas & inhospitalitas nullam ab eo relatur sunt ultionem: cui rei praemittit testificationem, minas utique portendentem: Porro cum etiam creator in Deuteronomio Ammonitas & Moabitas prohibeat recipi in ecclesiam, quod populum Aegypto profectum inhumanè & inhospitaliter copijs defraudassent: ergo in Christum inde manasse constabit communicationis interdictum, ubi habet formam. Qui uos spernit, me sperrit. Hoc & Moysi creator: Non te contempserunt, sed me. Tam enim Apostolus Moyses, quam & Apostoli Prophetæ. Aequanda erit autoritas utriusque officij, ab uno eodemque domino Apostolorum & Prophetarum. Quis nunc dabit potestatem calcandi super colubros & scorpions. Vtrum ne omnium animalium dominus, an nec unius lacertæ deus: Sed bene quod creator hanc potestatem etiam paruulis puerulis per Esaiam repromisit, confidere manum in cauernam aspidum, & in cubile natorum aspidum, nec omnino laedi. Et utique scimus (salua simplicitate scripturæ: nam nec & ipsæ bestiæ nocere poterunt, ubi fides fuerit) figuratè scorpions & colubros portendi spiritualia malitia, quorum ipse quoque princeps in serpentis, & draconis, & eminentissimæ cuiusque bestiæ nomine deputetur penes creatorem, largitum hanc potestatem priori Christo suo, sicut nonagesimus psalmus ad eum: Super aspidem & basiliscum incedes, & conculabis leonem & draconem. Si ^{Esa.27.4} cut etiam Esaias: Illa die superducet dominus deus macheram sanctam, magnam & fortem, Christum scilicet suum, in draconem illum colubrum magnum & tortuosum, & interficiet eum illa die. Sed cum idem uia munda & ^{Esa.35.4} uia sancta uocabitur, & non transibit illic immundum, nec erit illic uia immunda: qui autem dispersi erunt, uadent in ea, & non errabunt: & non erit iam illic leo, nec ex bestijs pessimi quicquam ascendet in eam, nec inuenietur illic: cum uiam fides demonstret, per quam ad deum perueniemus, iam tunc eidem uiae, id est fidei hanc euacuationem & subiectionem bestiarum pollicetur. Denique & tempora promissionis congruere inuenias, si quæ antecedunt, legas: Inualescite manus dimissæ & genua resoluta. Tunc patefient oculi cæcotum, & aures exaudient surdorum. Tunc saliet claudus ut ceruus, & clara erit lingua mutorum. Igitur ubi medicinarum edidit beneficia, tunc & scorpions & serpentes sanctis suis subdidit, ille scilicet qui hanc potestatem, ut & alijs præstaret, prior acceperat à patre: & secundum ordinem prædicationis

tionis exhibuit. Quis dominus cœli inuocabitur, qui nō prius factor ostenditur? Gratias enim, inquit, ago, & cōfiteor domine cœli, quod ea quæ erāt abscondita sapientibus & prudentibus, reuelaueris paruulis. Quæ ista? & cuius? & à quo abscondita? & à quo reuelata? Si à deo Marcionis abscondita, & à quo reuelata? Si à deo Marcionis abscondita & reuelata, qui omnino nihil præmiserat in quo aliquid absconditum esse potuisset, non prophetias, non parabolas, non uisiones, non ulla rerum, aut uerborum, aut nominum argumenta, per allegorias & figuræ, uel ænigmatum nebulas obumbrata: sed ipsam magnitudinem sui abscondiderat, quam cū maxime per Christum reuelabat: satis iniquè. Quid enim deliquerat sapientes & prudentes, ut absconderetur illis deus: ad quem cognoscendum non sufficerat sapientia atq; prudentia illorum, nullà uia data ab ipso per aliquam operum prædicationem, uel uestigia, per quæ sapientes atque prudentes deducerentur? Quanquam & si in aliquo deliquerint erga deum ignotum, pone nūc notum, non tamen zeloten eum experiri debuissent, qui dissimilis creatoris inducit. Igitur si nec materias præmiserat, in quibus aliquid occultasset: nec reos habuerat, à quibus occultasset: nec debuerat occultasse, etiam si habuisset: iam nec reuelator, ipse erit, qui absconditor non fuit: ita nec dominus cœli, nec pater Christi, sed ille, in quem competit omnia. Nam & abscondit præmisso obscuritatis propheticæ instrumento cuius intellectum fides fidet mereretur: nisi credideritis, nō intelligetis: & reos habuit sapientes atq; prudentes ex ipsis operibus tot ac tantis intelligibilem deum non requirentes, uel perperam in illum philosophantes, & ingenia hæreticis subministrantes: & nouissime zelotes est. Denique olim hoc per Esaiam concionabatur, quod Christus gratulatur. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium zelabo: Sicut & alibi tam abscondisse, quam reuelaturum esse significat: Et dabo illis thesauros absconditos, inuisibiles aperiā illis. Et rursus: Quis alias disjicit signa uentiloquorū, & diuinationes ex corde: auertens in posteriora sapientes, & cogitationes eorum infatuans? Si autem & Christum suum illuminatorem Nationū designauit: posui te in lucem Nationum, quas interpretamut in nomine paruulorum, sensu scilicet retro paruas, & imprudentia infantes, iam uero & humilitate fidei pusillas: facilius utiq; credemus eundem etiam paruulis reuelasse per Christum, qui & retro absconderit, & per Christum reuelationem repromiserit. Aut si deus Marcionis ea quæ à creatore abscondita retro fuerant, patefecit: ergo iam creatori negociū gessit, res eius edifferens. Sed in destructionem, inquis, uti trahuceret eas. Ergo illis traduxisse debuerat, quibus creator abscondidit, sapientibus & prudentibus. Si enim benignitate faciebat, illis erat agnitus præstantia, quibus fuerat negata: non paruulis, quibus nihil creator inuiderat. Et tamen usq; adhuc, puto, probamus extictionem potius legis & prophetarum in

rum inueniri in Christo, quām destructionē. Omnia sibi tradita dicit à pa-
 tre. Credas, si creatoris est Christus, cuius omnia, & quia non minori se tra-
 didit omnia filio creator, quæ per eum condidit, per sermonem suum scilicet.
Hoc est, super *περ χόρῳ Θ-* ille: quæ sunt omnia quæ illi à patre sunt tra-
 nūtius, Deus ditas? Quæ sunt creatoris? Ergo bona sunt quæ pater filio tradidit: & bonus
Marcionis iam creator, cuius omnia bona sunt: & ille iam non bonus, qui in aliena bo-
 na inuasit, ut filio traderet, docēs alieno abstinere. Certè mendicissimus, qui
 nec filium unde ditaret, habuit, nisi de alieno. Aut si nihil de creatoris tradiv-
 tum est ei à patre: & quomodo hominem creatoris sibi uendicat? Aut si so-
 lus homo ei traditus est, omnia homo non est. Scriptura autem omniū edidit
 traditionem filio factam. Sed & si omnia, ad hominum genera, id est ad
 omnes Nationes interpretaberis, & has filio tradidisse creatoris est. Dabo
 tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Aut si
 habet & ipse aliqua sua, quæ omnia filio traderet, pariter cum homine crea-
 toris, ostende unum aliquem, ex omnibus in fidem, in exemplū: ne tam me-
 rito non credam eius esse omnia, cuius nihil video, quām merito credam,
 etiam quæ nō video eius esse, cuius sunt uniuersa quæ video. Sed nemo scit
 qui sit pater, nisi filius: & qui sit filius, nisi pater. Nemo enim scit patrem, nisi
 filius, & filii nisi pater, & cuicunq; filius reuelauerit. Atq; ita Christus igno-
 rum deū prædicauit. Hinc enim & alij hæretici fulciuntur, opposentes crea-
 torem omnibus notum, & Israeli secundum familiaritatem, & Nationibus
 secundum naturalem. Et quomodo ipse testatur nec Israeli cognitum se: Is-
 rael autem me non cognouit, & populus me nō intellexit: nec Nationibus. Ecce em̄ nec de Nationibus, inquit, nemo: propter quod & illas stillicidium
 situlæ deputauit: & Sionem tanquam speculam in uinea dereliquit. Vide er-
 go an confirmatio sit propheticæ uocis & exprobrantis ignorantiam in deū
 humanam, quæ fuerit ad filium usq;. Nam & ideo subtexuit, ab eo cognosci patrem, cui filius reuelauerit: quoniam ipse erat qui positus à patre, illumina-
 natio Nationum annūciabatur, utiq; deo illuminandarum: etiam Israe-
 lis, utiq; per agnitionem dei pleniorum. Ita non proficient argumenta in fi-
 dem dei alterius, quæ creatori cōpetere possunt: quia quæ nō cōpetunt crea-
 tori, hæc poterunt in fidem proficere dei alterius. Si & si sequentia inspicias:
 Beati oculi qui uident quæ uidetis: Dico enim uobis, quia prophetæ non ui-
 derunt quæ uos uidetis: de superiori sensu descendunt: Adeo neminem, ut
 decuit, deum cognouisse, quando nec prophetæ uidissent, quæ sub Christo
 uidebantur. Nam si non meus esset Christus, nec prophetarum hoc in lo-
 co mentionem collocasset. Quid enim mirum, si non uiderant res dei igno-
 ti, & tanto post æuo reuelati? Quæ autem fuisset felicitas eorum qui tunc ui-
 debant quæ alij merito uidisse non poterant, si nō erant consecuti repre-
 sentationem eorum, quæ nunquam prædicarant, nisi quoniam qui poterant ui-
 disce

diffe, qui dei sui res quas etiam prædicauerant nō tamen uiderant: Hæc autem felicitas erit aliorum, qui uidebant, quam alijs tantū prædicauerant. Denicq; ostendemus & iam ostendimus ea uisa in Christo quæ fuerant prædicta: abscondita tamen & ab ipsis prophetis, ut absconderentur & à sapientibus & à prudentibus seculi. In Euangeliu ueritatis, legis doctor dominum aggressus quid faciens, inquit, uitam æternam consequar: In hæretico uita solummodo posita est sine æternæ mentione, ut doctor de ea uita uideatur consuluisse, quæ in lege promittitur à creatore longæua: & dominus, ideo illi secundum legem responsum dedisse: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & totis viribus tuis, quoniam de lege uite sciscitabatur. Sed sciebat utiq; legis doctor quo pacto uitam legalem conse qui posset, ut non de ea interrogasset, cuius regulas etiam docebat. Sed quia & mortui iam suscitabantur à C H R I S T O , exsuscitatus ad spem æternæ uitæ, per exempla recidiuæ, ne plus aliquid obseruationis exigeret subligrati 42 mior spei, idcirco consuluit de æternæ uitæ consecutione. Itaq; dominus ut nec ipse alius, nec aliud nouum inferens præceptum, quām quod principali ter ad omnem salutem, & utramq; uitam facit, ipsum caput ei legis opponit omnifariam diligendi dominum deum suum. Denicq; si de uita longæua & ille consuluit & Christus respondit, quæ sit penes creatorem, non de æterna quæ sit penes Marcionis deum, quomodo cōsequitur æternam? Non utiq; eodem modo quo & longæam. Pro differentia enim mercedū, operarum quoq; credenda distantia est. Ergo non ex dilectione dei tui cōsequetur uitam æternam Marcionites: sicut longæua dilector creatoris. Sed quale est, ut nō magis diligendus sit qui æternam pollicetur, si diligendus est qui longæuam repromittit: Ergo eiusdem erit utraq; uita, cum eadem est utriq; uitæ captanda disciplina. Quod creator docet, id & Christo opus est diligi, ut præstet, interueniente & hic illa præscriptione, qua facilius apud eū debeant credi maiora, apud quem minora præcedunt, quām apud eum cui nullam de maioribus fidem aliqua minora præparauerunt. Viderit nūc si æternam nostri addiderunt. Hoc mihi satis est, quod Christus ille æternæ non longæ uitæ inuitator, de longæua consultus quam destruebat, non ad æternam potius exhortatus est hominē quam inferebat. Quid, oro te, fecisset Christus creatoris, si qui creatori diligendo ædificauerat hominem, nō erat creatoris? Credo negasset diligendum creatorem. Cū in quodam loco orasset ad patrem illum superiorem, satis impudentibus & temerarijs oculis suspicens ad cœlum creatoris, à quo tam aspero & fæuo & grandine & fulmine potuisset elidi, sicut & Hierusalem suffigi ab eo potuit, aggressus eum ex discipulis quidam Domine, inquit, doce nos orare, sicut Iohannes discipulos suos docuit. Scilicet quia alium deum aliter existimaret orandum. Hoc qui prælumpserat, prius est probet alium deū editum à Christo. Nemo enim atque uero

*Iohannes bar
puista*

te uoluisset orare nosse, quām didicisset quē oraret. Igitur si dīdicerat, proba. Si nusquam usq; adhuc probas, scito illum in creatorem formam orationis postulasse, in quem etiā discipuli Iohannis orabant. Sed quia & Iohannes nouum aliquem ordinē orationis induxerat, ideo hoc & à Christo discipulus eius expostulandum nō immerito præsumperat, ut & illi de proprio magistri sui instituto, non alium, sed aliter deum orarent. Proinde nec Christus ante orationis notitiam discipulo cōtulisset, quām dei ipsius. Ita & ipse in eum docuit orationem quenq; discipulus usq; adhuc nouerait. Deniq; sensus orationis quem deum sapient recognoſce. Cui dicam pater. Ei qui me omnia non fecit, à quo originem non traho, an ei qui me faciendo & iastruendo generauit. A quo spiritū sanctum postulem: à quo nec mundialis spiritus præstatur: an à quo fiunt etiā angeli, spiritus, cuius & in primordio spiritus super aquas ferebatur. Eius regnum optabo uenire, quēm nuquam regem gloriae audiui: an in cuius matu etiā corda sunt regum? Quis dabit mihi panem cottidianum? qui nec milium mihi condit, an qui etiam de cœlo panem angelorum cottidianum populo suo præsticit? Quis mihi delicta dimittet? qui ea non iudicando nō retinet, an qui si non dimiserit retinebit ut iudicet? Quis non sinet nos deduci in tentationem? quem poterit tentator non timere, an qui à primordio tentatorem angelum prædamnavit. Hoc ordine qui alij deo supplicat & non creatori, non orat illum, sed infamat. Proinde à quo petam ut accipiam. Apud quem querā ut inueniam? Ad quem pulsabo ut aperiatur mihi? Quis habet petenti dare: nisi cuius omnina: cuius sum etiā ipse qui peto. Quid autem perdidī apud deum illum, ut apud eum quæram & inueniam? Si sapientiam atq; prudentiā, has creator abscondit, apud eū ergo quæram. Si salutem & uitam, & has apud creatorē. Nihil alibi quæretur ut inueniatur, quām ubi latuit ut appareat. Sic nec aliorum pulsabo, quām unde sum fugatus. Deniq; si accipere & inuenire, & admitti, laboris & instantiæ fructus est, illi qui petiit, & quæsiuit, & pulsavit, intellige hæc à creatore mandari & repromitti. Ille enim deus optimus, ultro ueniens ad præstandum nō suo homini, nullum illi labore, nec instantiam indixisset. Iam enim non optimus si non ultro daret non petenti, & inuenire præstaret non quærenti, & aperiret non pulsanti. Creator aut potuit iudicare ista per Christum, ut quia delinquendo homo offenderat deum suum, laboraret, & instantia petendi acciperet, & quærendi inueniret, & pulsandi introiret. Sic & præmissa similitudo nocturnū panis petitorem amicum facit non alienum, & ad amicum pulsantem non ad ignotum, Amicus autem etiā si offendit, magis creatoris est homo quām dei Marcionis. Itaq; ad eum pulsat, ad quem ius illi erat, cuius ianuam norat, quem habere panes sciebat, cubantem iam cū infantibus quos nasci uoluerat. Etiā quod sero pulsatur, creatoris est tempus. Illius & serum, cuius seculū & seculi occasus. Ad

sus. Ad deum autem nouum, nemo sero pulsasset, tantū quod lucescentem. Creator est, qui & ianuam olim Nationibus clauserit, quæ olim pulsabatur Iudæis: is & exurgit & dat, & si iam non quasi amico, non tamen quasi extraneo homini, sed quasi molesto, inquit. Moleustum autem tam cito deus recens neminem pati potuit. Agnosce igitur & patrem, quem etiam appellas creatorem. Ipse est qui scit quid filij postulent. Nam & panem petentibus, de cœlo dedit manna, & carnem desiderantibus emisit ortygometram, non serpentem pro pisce, nec scorpium pro ouo. Illius autem erit non dare malum pro bono, cuius utrumq; sit. Cæterum deus Marcionis nō habens scorpium, non poterat id se dicere non daturum, quod non habebat: sed ille qui habens & scorpium, non dat. Itaq; & spiritum sanctum is dabit, apud quem est & non sanctus. Cum surdum dæmonium expulisset, ut & in ista specie curationis Esaïæ occurrisset, in Belzebule dictus ejcere dæmonia: si ego in Belzebule ejcio dæmonia, filij uestri in quo ejciunt: hac uoce quid magis portendit, quam in eo ejcere se, in quo & filij eorum? In uirtute scilicet creatoris. Nam si putas sic accipiendum, Si ego in Belzebule, filij uestri in quo? quasi illos suggillaret in Belzebule ejcietes, resistet tibi prior sensus, non posse Satanam diuidi aduersus semetipsum. Adeo nec illi in Belzebule ejciebant, sed ut diximus in uirtute creatoris, quam ut intelligi facheret, subiungit: Quod si ego in digitō dei expello dæmonia, ergo ne appropinquavit in uos regnum dei? Apud Pharaonem enim uehementi illi adhibiti aduersus Moysen, uirtutem creatoris digitum dei appellauerunt. *Digitus dei* hoc, quod significant etiam modicum, ualidissimum tamen. *Hoc & Christus ostendens*, commemorator non obliterator uetus statu, scilicet suarum, uirtutem dei digitum dei dixit, non alterius intelligendam quam eius apud quem hoc erat appellata. Ergo & regnum ipsius appropinquauerat, cuius & uirtus digitus uocabatur. Merito igitur applicuit ad parabolam fortis illius armati, quem ualidior aliis oppressit, principem dæmoniorum quem Belzebulem & Satanā supra dixerat, significans digito dei oppressum, non creatorē ab alio deo subactum. Cæterū quomodo adhuc staret regnum eius in suis terminis, & legibus & officijs, quem licet integro mundo uel sic potuisse uideri superasse ualidior ille deus Marcionis, si non secundum legem eius etiam Marcionitę morerentur, in terram defluendo, sepe & à scorpio docti nō esse superatum creatorem. Exclamat mulier de turba, Beatum uterum qui illum portasset, & ubera quę illum educassent: Et dominus, imò beati qui sermonē dei audiunt & faciunt. Quia & retro sic reiecerat matrem aut fratres, dum auditores & obsecutores dei præfert. Nam nec hic mater affluebat illi. Adeo nec retro negauerat, ut ne tum cum id rursus audit: rursus proinde felicitatem ab utero & uberibus matris suę transtulit in discipulos, à qua non transtulisset si eam non haberet. Alibi malo purgare quę

C reprehendi

reprehendunt Marcionitæ in creatore. Hic enim sufficit si ea in Christo reperiuntur. Ecce inæqualis & ipse, incostans, leuis, aliud docens aliud faciens: libet omni potenti dare, & ipse signum potentibus non dat. Tanto æuo lucem suam ab hominibus abscondit: & negat lucernā abstruendam, sed confirmat super candelabrum proponendam, ut omnibus luceat. Vt etat rem aledicere, multomagis utiqꝫ maledicere: & ux̄ ingerit Phariseis & doctoribus legis. Quis est tam similis dei mei Christus, nisi ipsius? Sæpe iam finxi mus nullo modo potuisse illum destructorem legis denotari, si alium deum promulgasset. Ideo & tunc Phariseus qui illum uocarat ad prandium, re⁴³
Tinctus, hoc tractabat penes se cur nō prius tinctus esset quām recubuisset secundum le^{cst lotus} gem, qui deum legis circumferret. Iesus autem etiam interpretatus est ei le^{gem}, dicens, illos calicis & catini exteriora emundare, interiora autem ipso^{rum plena esse rapina & iniuriam}, ut significaret uasculorū mundicias ho^{mīnum esse intelligendas apud deum}. Quia & Phariseus de homine nō de calice illoto apud se tractauerat. Ideo exteriora, inquit, calicis lauatis, id est carnem: interiora autem uestra non emundatis, id est animam: adiiciens, Nōnne qui exteriora fecit, id est carnem, & interiora fecit, id est animā: quo dicto aperte demonstrauit, ad eundem deum pertinere mundicias hominis exterioris & interioris, cuius uterqꝫ sit, præponentis misericordiam non modo lauacro hominis, sed etiam sacrificio. Subiungit enim: Date quæ habetis eleemosynam, & omnia munda erūt uobis. Quod si & alius potest deus misericordiam mandasse, non tamen antequam cognitus. Porro & hic ap^{paret} illos non de deo increpitos, sed de eius disciplina, à quo illis & figura^{tè uasculorum munditiae}, & manifestè misericordiarum opera imperabantur. Sic & holuscula decimantes, uocationem autem & dilectionem dei p^rtereuntes obiurgat. Cuius dei uocationem & dilectionem, nisi cuius & rutam & mentam, ex forma legis de decimis offerebant: Totum enim expro⁴⁴
 brationis hoc erat quod modica curabant, ei utiqꝫ cui maiora non exhibebant, dicenti: Diliges dominum deum tuum ex toto corde, & ex tota ani^{ma tua}, & ex totis viribus tuis, qui te uocauit ex Ægypto. Ceterum nec tempus admisisset, ut Christus tam præcoquam imò tam acerbam adhuc dilectionem, expostularet nouo & recenti deo, ne dixerim nondum palam facto. Primum quoqꝫ captantes locorum, & honorem salutationum, cūris^{cusat}, sectam creatoris administrat, eiusmodi principes Sodomorū ἀρχα^{τας} appellantis, prohibentis etiam confidere in Præpositos, imò & in totum, miserrimū hominem pronūciantis qui spem habet in homine. Quod si propterea quis affectat principatum ut de officijs aliorū glorietur, qui officia uetuit eiusmodi sperandi, & confidendi in hominem, idem & affectatores principatum increpuit. Inuehitur & in doctores ipsos legis, quod onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipſi ne digito quidē aggredi au^{derent}

derent, non legis onera suggillans quasi detestator eius: quomodo enim de onera legis testator, qui cum maximè potiora legis prætereuntes incusabat, eleemosy nam & uocationem & dilectionem dei, ne haec quidem grauia, ne dum decimas rurarum & munditias catinorum: Cæterum excusandos potius censuisset, si importabilia portare non possent. Sed quæ onera taxat: quæ ipsi de suo exaggerabant, docentes præcepta doctrinas hominum, commodorum suorum causa, iungentes domum ad domum, ut quæ proximi sunt auferrent, clamantes populum, amantes munera, sectantes retributionem, diripientes iudicata pauperum, uti esset illis uidua in rapinam, & pupillus in prædam. De quibus idē Esaias, Væ qui ualent in Israele. Et rursus. Qui uos postulant, dominantur uestri. Qui magis quam legis doctores: Hi si & Christo displicebant, ut sui displicebant. Alienæ enim legis doctores non omnino pulsasset. Cur autem Væ audiunt etiā quod ædificarent prophetis monumenta interemptis à patribus eorum, laude potius digni, qui ex isto opere pietatis testabantur se non consentire factis patrum, si non erat zelotes, qualem arguunt Marcionitæ, delicta patrum de filijs exigentem usque in quartam natuitatem? Quam uero clauem habebat legis doctores, nisi interpretationem legis: ad cuius intellectum nec ipsi adibant non credentes scilicet: Nisi enim credideritis, non intelligetis: neque alios admittebant, utique docentes præcepta potius & doctrinas hominū. Qui ergo nec ipsos introeuntes, nec alij aditum præstantes, increpabat, obtrectator habendus est legis auctor: Si obtrectator, placere debebant & preclusores legis. Si fautor, iam non & æmulus legis. Sed haec omnia ad infuscandum creatorem ingerebat ut scuum, erga quem delinquentes Væ habituri essent. Et quis scuum non potius timeret prouocare deficiendo ab eo: Tanto magis ergo demerendum docebat, quem timendum ingerebat. Sic oportebat Christum creatoris. Merito itaque non placebat illi hypocrisis Pharisæorum, labijs scilicet amantium deum, non corde. Cauete, inquit discipulis, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis, non prædicatio creatoris. Odit contumaces patris filius, non uult suos tales existere in illum: non in aliū, in quem hypocrisis fuisset admissa, cuius exemplū à discipulis caueretur. Ita Pharisæorum perhibet exemplum. In eum prohibebat illud admitti, in quē admitebant Pharisæi. Igitur quoniā hypocrisim eorum taxarat, utique celantem occulta cordis, & incredulitatis secreta superficialibus officijs obumbrantem, ^{Superficialia officia} quæ clauē agnitionis habens, nec in ipsa introiret, nec alios fineret: ideo adiicit. Nihil autem opertū quod non patescat, & nihil absconditum quod non dinoscatur: ne quis existimet illum dei ignoti retro & occulti reuelationem & adagnitionem intentare cum subiçiat, etiam quæ inter se muſſitarent uel ^{Adagnitio} tractarent, scilicet super ipso dicentes, Hic non expellit dæmonia nisi in Bel' 45 zebul, in apertum processura, & in ore hominum futura, ex Euangelij pro-

mulgatione. Dehinc cōuersus ad discipulos, Dico autem, inquit, uobis amicis, nolite terrei ab eis qui uos solummodo occidere possunt, nec post hēc ullam in uobis habent potestatē. Sed hijs erit Esaias prædicens: Vide quō modo iustus auferitur, & nemo aduertit. Demonstrabo autem uobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, potestatem habeat mittendi in gehennam, Creatorem utiqz significans. Itaqz dico uobis, hunc timete. Et hoc in loco sufficeret mihi, si quem timeri iubet, offendī uerat: & quē offendī uerat, demererī iubet: & qui hēc mandat ipsius est, cui timendo, & nō offendendo, & demerendo procurat. Sed habeo & de sequētibus sumere. Dico enim uobis, omnis qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram deo. Qui cōfitebuntur autem in Christo, occidi habebunt coram hominibus, nihil utiqz amplius passuri post occisionem ab illis. Hi ergo erunt quos supra præmonet, ne timant tantummodo occidi: ideo præmittens non timendam occisionem, ut subiungeret sustinendam confessio- nem. Et omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur corā deo, Confessor ab eo utiqz qui illum confidentem confessurus fuisset. Si enim confessorem Negator confitebitur, ipse est qui & negatorem negabit. Porro si confessor est, cui nihil timendum est post occisionem, negator erit cui timendum est etiam post mortem. Itaqz cum creatoris sit quod timendum est post mortem, gehenna scilicet poena, & negator ergo creatoris est. Si autem negator, & confessor, qui post occisionē nihil ab homine passurus est, à deo planè passurus si negaret: atqz ita Christus creatoris est, qui ostendit negatores suos creatoris gehennam timere debere. Post deterricam itaque negationem, sequitur & blasphemie formidanda admonitio: Qui dixerit in filium hominis, remittetur: illi autem qui dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei. Quod si iam remissio & retentio delicti, iudicem deum sapiūt, huius erit spiritus sanctus non blasphemandus, nō remissuri scilicet blasphemiam: sicut & supra non negandus, occisuri scilicet etiā in gehennam. Quod si & blasphemiam Christus à creatore auertit, quomodo aduersarius ei uenerit non scio. Aut si & per hēc severitatem eius infuscat non remissuri blasphemiam, & occisiuri etiam in gehennam, superest ut & illius diuersi dei impune & spiritus blasphemetur, & Christus negetur, & nihil intersit de cultu eius déue contemptu: & sicut de contemptu nulla poena, ita & de cultu nulla speranda sit merces. Perductos ad potestates, prohibet ad interrogationem cogitare de responsione. Sanctus enim, inquit, spiritus docebit nos ipsa hora, quid elo- qui debeatis. Si eiusmodi documentum creatoris est, eius erit & præceptum cuius præcessit exemplum. Balaam prophetes in Arithmis arcessitus à rege Balach, ad maledicendum Israelem, cū quo prælum iniabat, simul spiritu implebatur, non ad quam uenerat maledictionem, sed quam illi ipsa hora spi- ritus suggerebat benedictionem pronūciabat, antē professus apud nuncios regis

Numb. 22. per totum

regis, mox etiam apud ipsum, id se pronunciaturum quod deus ori eius in-
didisset. Hæ sunt nouæ doctrinæ noui Christi, quas olim famuli creatoris
initiauerunt. Ecce planè diuersum exemplum Moysi & Christi. Moyses ri-
xantibus fratribus ultro intercedit, & iniuriosum increpat: Quid proximū
tuum percutis? Et reiçitur ab illo. Quis te constituit magistrum aut iudicem
super nos? Christus uero postulatus à quodā, ut inter illum & fratrem ipsius
diuidunda hæreditate componeret, operam suam, & quidem tam probæ
causæ denegauit. Iam ergo melior Moyses meus Christo tuo, fratum paci
studens, iniuriæ occurrentis. Sed em̄ optimi & non iudicis dei Christus, quis
me, inquit, iudicem constituit super uos? Aliam uocem excusationis inueni-
re non potuit, ne ea uteretur, qua improbus vir, & impius frater assertorem
probitatis atq; pietatis excusserat. Deniq; probauit malam uocem, utendo
ea, & malum factū, pacis inter fratres componendæ declinatione. Aut nun-
quid indignè tulerit, hoc dicto fugatum Moysen? Ideoq; in causa pari di-
sceptantium fratum, uoluit illos commemoratione eiusdem dicti cōfudis-
se: planè ita. Ipse enim tunc fuerat in Moysē, qui talia audierat, spiritus scili-
cet creatoris. Puto iam alibi satis commendasse nos diuinarum gloriam da-
minari à deo nostro, ipsos dynastas detrahēte de solio, & pauperes alleuan-
te de sterquilino. Ab eo ergo erit & parabola diuinitatis sibi de pro-
uentu agrorum suorum, cui deus dicit: Stulte hac nocte animam tuam re-
poscent. Quæ autem parasti cuius erunt? Sic deniq; rex de gazis & apothe-
cis deliciarum suarū apud Persas gloriatus, per Esaiam male audiuit. Quis
nollet curā nos agere animæ de uictu, & corpori de uestitu, nisi qui ista ho-
mini antè prospexit: & exinde præstans, merito curam eorum, tanquam
liberalitatis suæ prohibet, qui & substantiam ipsius animæ accommo-
dauit potiorem esca, & materiam ipsius corporis figurauit potiorem tunica,
cuius & coruī non serunt, nec metunt, nec in apothecas condunt, & tamen
aluntur ab ipso: cuius & lilia & fœnum non texunt, nec nent, & tamen ue-
stiuntur ab ipso: cuius & Salomon glorioſissimus, nec ullo tamen flosculo
cultior. Cæterum nihil tam abruptum quam ut alius præsteret, alius de præ- prestantia uti
stantia eius secure agere mandet, & quidē derogator ipsius. Deniq; si quasi tur iterū pro
derogator creatoris, nō uult de eiusmodi friuolis cogitari, de quibus nec cor, prestatione
ui, nec lilia laborent, ultrò scilicet pro sua uilitate subiectis, paulo post pare-
bit. Interim cur illos modicæ fidei incusat, id est cuius fidei: eiūs ne quā non-
dum poterant perfectam exhibere deo, tantum quod uelato cum maxime
discentes eum: an quam hoc ipso titulo debebant creatori, uti crederent hęc
illum ultro generi humano sumministrare, nec de eis cogitarent? Nam &
cum subiicit: Hæc enim Nationes mundi querunt, non credendo scilicet in
deum conditorem omnium & probatorem, quos pares gentium nolebat, 46
in eundem deum modicos fidei increpabat, in quem gentes incredulos no-

C, tabat

tabat. Porro cū & adiicit, Scit autem pater opus esse hæc uobis, prius quæram quem patrem intelligi uelit Christus. Si ipsorum creatorem demonstrat, & bonum confirmat, qui scit quid filius opus sit. Si illum alium deum, quomodo scit necessarium esse homini uictum atq; uestitum, quorū nihil præstítit. Si enim scisset, præstítisset. Cæterum si scit quæ sunt homini necessaria, nec tamen præstítit, aut malignitate aut infirmitate non præstítit. Professus autem necessaria hæc homini, utiq; bona confirmauit. Nihil enim mali necessarium. Et nō erit iam deprecator operum & indulgentiarum creatoris, ut quod supra distuli expūxerim. Porro si quæ necessaria scit homini, aliis & prospexit & præstat, quomodo hæc ipse promittit? An de alieno bonus est? Querite enim, inquit, regnum dei, & hæc uobis adiicientur. Utiq; ab ipso. Quod si ab ipso, qualis est q; aliena p̄stabit? Si à creatore cuius & sunt, quis est qui aliena promittat? Ea si regno accedit secùdo gradu restituenda, eius est secundus gradus, cuius & primus: eius uictus atque uestitus, cuius & regnum. Ita tota promissio creatoris est, parabolarum status, similitudinum peræquatio, si nec in alium spectant, quām cui per omnia parauerint. Sumus serui: dominum enim habemus deum. Succingere debemus lumbos, id est expediti esse ab impedimentis laciniis & uitæ & implicitæ. Item lucernas ardentes habere, id est mentes à fide accensas, & operibus ueritatis reluentes, atq; ita expectare dominum, id est Christum. Vnde redeuntem? si à nuptijs: creatoris est, cuius nuptiæ. Si non creatoris, nec ipse Marcion inuitatus ad nuptias iisset, deum suum intuens detestatorem nuptiarum. Defecit itaq; parabola in persona domini, si non esset cui nuptiæ competunt. In sequenti quoq; parabola satis errat, qui furem illum cuius horam si pater familiæ sciret, non sineret effodi domum suam, in personam disponit creatoris. Fur enim creator, quomodo uideri potest dominus totius hominis? Nemō sua furatur aut suffudit, sed ille potius qui in aliena descendit, & hominem à domino eius alienat. Porro cum furem nobis diabolū demonstret, cuius horam etiam in primordio si homo scisset nunquam ab eo suffossus esset, propterea iubet ut parati simus, quia qua non putamus hora, filius hominis adueniet: non quasi ipse sit fur, sed iudex, scilicet eorum, qui se non parauerint, nec cauerint furem. Ergo si ipse est filius hominis, iudicem teneo, & in iudice creatorem defendo. Si uero Christum creatoris, in nomine filij hominis hoc loco ostendit, ut eum furem portendat, qui quando uenturus sit ignoremus, habes supra scriptum, Neminem rei suscepimus esse: Saluo & illo quod in quantum timendum creatorem ingerit, in tantum illi negocium

Actores „ agens, creatoris est. Itaq; interrogati Petro, in illos an in omniēs parabolam
Conserui „ dixisset, ad ipsos & ad uniuersos qui ecclesijs prefuturi essent, pponit Acto rum similitudinem, quorum qui bene tractauerit conseruos absentia domini, reuerso eo omnibus bonis præponetur. Qui uero secus cgerit, reuerso da mino

mino qua die non putauerit, hora qua non scierit, illo scilicet filio hominis Christo creatoris non fure, sed iudice, segregabitur, & pars eius cum infide libus ponetur. Proinde igitur aut & hic iudicem dominum opponit, & illi catechizat: aut si deum optimum, iam & illum iudicem affirmat, licet nolie hereticus. Temperare enim tentant hunc sensum, cum deo eius vindicatur, quasi tranquillitatis sit & mansuetudinis, segregare solummodo & partem eius cu infidelibus ponere: ac si non sit vocatus, ut statui suo redditus: qui si non & hoc ipsum iudicatò fiat. Stultitia. Quis erit exitus segregatorum? Nónne amissio salutis? Siquidem ab eis segregabuntur qui salutem consequentur. Quid igitur infidelium status? Nónne damnatio? Aut si nihil patientur segregati & infideles, æquè ex diuerso nihil cōsequentur retenti & fideles. Si uero consequentur salutem retenti & fideles, hanç amittant necesse est ex diuerso segregati & infideles. Hoc erit iudiciū, quod qui intendit creatoris est. Quem alium intelligam cedentem seruos paucis aut multis plagis, & pro ut commisit illis, ita & exigentem ab eis, quam retributorem deum? Cui me decet obsequi, nisi remuneratori? Proclamat Christus tuus, Ignem ueni mittere in terrā. Ille optimus, nullius gehennæ dominus qui paulo ante discipulos, ne ignem postularent inhumanissimo uiculo coercuerat, quando iste Sodomam & Gomorram nimbo igneo exussit? quando cantatum est, Ignis ante ipsum procedet, & cremabit inimicos eius? quādo & per Osee comminatus est, ignem emittam in ciuitates Iudææ: uel per Esaiam, Ignis exarsit ex indignatione mea? Nō mentiatur. Si nō est ille qui de rubo quoque ardenti, uocem suam emisit: uiderit quem ignem intelligendum contendas. Etiam si figura est: hoc ipso quod de meo elemento argumenta sensui suo sumit, meus est qui de meis utitur. Illius erit similitudo ignis, cuius & ueritas. Ipse melius interpretabitur ignis istius qualitatē, adiiciens, Putatis uenisse me pacem mittere in terram? non, dico uobis, sed separationem. Machæram quidem scriptum est. Sed Marcion emendat, quasi non & separatio opus sit machæra. Igitur & ignem euersionis intendit, qui pacem negavit. Quale prælrium, tale & incendiū. Qualis machæra, talis & flamma, neutra congruens domino. Deniqz diuidetur, inquit, pater in filium, & filius in patrem: & mater in filiam, & filia in matrem: & nurus in socrum, & socrus in nurum: Hoc prælrium inter parentes si in ipsis uerbis tuba cecinit prophetæ, uereor ne Micheas Christo Marcionis prædicaret. Et ideo hypocritas pronunciabat, cœli quidem & terræ faciem probantes, tempus uero illud nondinoscentes. Quo scilicet adimplens omnia quæ super ipsos fuerat prædicta, nec aliter docēs debuerat agnosci. Cæterū quis posset eius tēpora nosse, cuius per quæ probaret nō habebat. Merito exprobrat etiā quod iustū non à semetip̄s iudicarent. Olim hoc mandat, per Ezechiem, Iustū iudicium & pacatoriū iudicate. Per Hieremiā, facite iudicium & iustitiā. Per Esaiam,

οὐκ ἀλθεψ
βαλέψ αὔρη
νίτις εἰπε μηδέ
χαράψ
Ματθίω.

iudicate pupillo & iustificate uiduam: imputans etiam uineæ Soreth, quod non iudiciū fecisset, sed clamorem. Qui ergo docuerat ut facerent ex præcepto, is exigebat ut facerent & ex arbitrio. Qui seminauerat præceptum, ille & redundantiam eius urgebat. Iam uero quām absurdum ut ille mandaret iustē iudicare, qui deum iudicem iustum destruebat. Nam & iudicem qui mittit in carcerem, nec dicit inde, nisi soluto etiam nouissimo quadrante, in persona creatoris obtrectationis nomine differunt. Ad quod necesse habeo eodem gradu occurrere. Quotiescumq; enim seueritas creatoris opponitur, totiens illius est Christus, cui per timorem cogit obsequium. Quæstionem rursus de curatione sabbato facta quomodo discussit? Vnusquisq; uestrum sabbatis non soluit asinum aut bouem suum à præsepi, & dicit ad potum: Ergo secundum conditionem legis operatus, legem confirmauit, non dissoluit, iubentem nullum opus fieri, nisi quod fieret omni animæ. quāto potius humanæ: Parabolam congruentiam ubiq; recognoscit exigere. Simile est regnum dei, inquit, grano sinapis, quod accepit homo, & seminavit in horto suo. Quis in persona hominis intelligēdus? Utique Christus: Quia, licet Macionis, filius hominis est dictus, qui accepit à patre semen regni, sermonem scilicet Euangeli, & seminavit in horto suo, utique in mundo, puta nūc in homine. Sed cum in suo horto dixerit, nec mundus aut nec homo illius sit, sed creatoris, ergo qui in suū seminarit, creator ostenditur. Aut si, ut hūc laqueū etiadant, cōuerterint hominis personam à Christo in hominē accipientem semen regni, & seminantem in horto cordis sui, nec ipsa materia aliij conueniet quām creatori. Quale est enim ut lenissimi dei regnum, quod etiā iudicij feruor lachrymosa austeritate subsequitur. De sequenti planè similitudine uereor, ne forte alterius dei regno portendat. Fermento em̄ cōparauit illud, non azymis que familiariora sunt creatori. Cōgruit & hæc conjectura mendicantibus argumenta. Itaque & ego uanitatem uanitatem depellā, fermentationem quoq; cōgruere dicens regno creatoris, quia post illam clibanus uel furnus gehennæ sequatur. Quoties adhuc se iudicem ostendit, & in iudice creatorem? Quoties utique eiecit & damnat rejciendo. Sicut hic quoq; cū surrexerit, inquit, pater familiæ. Quó nisi quò dixit Esaias, Cum surrexerit cōstituere terram, & cluserit ostium, utique excludendis iniquis, quibus pulsantibus respondebit, nescio unde sitis. Et rursus enumerantibus quod coram illo ederint, & biberint, & in plateis eorum docuerit, adiūciet, Recedite à me omnes operarij iniquitatis. Illic erit fletus & frendor dentium. Vbi: foris scilicet, ubi erunt exclusi, ostio cluso ab eo. Ergo erit poena, à quo fit exclusio in poenam, cū uidebūt iustos introeuntes in regnum dei, se uero detineri foris. A quo? Si à creatore, quis erit ergo intus recipiēs iustos in regnum? Deus bonus. Quid ergo illuc creatori, ut foris detineat in poenā, quos aduersarius eius exclusit, suscipiendos à se utique magis in aduersarij bilem? Sed & ille exclusus

rus

tas iniquos, sciat utiq; creatorem illos detenturum in poenam, aut non sciat oportet. Ergo, aut nolente eo detinebuntur, & minor est illo qui detinet, cedens ei nolens: aut si uult ita fieri, ipse ita faciendum iudicauit, & nō erit melior creatore ipse autor infamiae creatoris. Hæc si nulla ratione consistunt, ut alius punire, alius liberare credatur, unius erit tam iudicium quam & regnum: & dum unius est utrumq; qui & iudicat creatoris est. Ad prandiu uel ad coenam qualeis uocari iubet: Qualeis ostenderat per Esaia, Cōfringe panem tuum esurienti, & mendicos & qui sine tecto sunt induc in domum tuā, qui scilicet humanitatis istius uicem retribuere non possint. Hanc si Christus captari uetat, in resurrectione eam repromittens, creatoris est forma cui non placent amantes munera, sectates retributionem. Etiā inuitatoris parabola cui magis parti occurrat expendo. Homo quidam fecit coenam & uocauit 48 multos: Utq; coenę paratura, uitæ æternæ saturitatem figurat. Dico primo extraneos & nullius iuris affines inuitari ad coenam nō solere, certè facilius solere domesticos & familiareis. Ergo creatoris est inuitasse, ad quem pertinebant qui inuitabantur, & per Adam quā homines, & patres quā Iudaici, non eius ad quem neq; natura pertinebant neq; prærogatiua. Dehinc si immittit ad conuiuas, qui coenam parauit, sic quoq; creatoris est coena qui misit ad conuiuas admonendos, antè iam uocatos per patres, admonendos aut per Prophetas: non qui neminem miserit admonendum, nec qui nihil prius egerit ad uocandum, sed ipse descenderit subito: tantum quod innotescens, iam inuitans: tantum quod inuitans, iam in conuiuium cogens, eandem faciens horam coenandi & ad coenā inuitandi. Excusant se inuitati. Si ab alio deo, merito, quia subito inuitati. Si non merito, ergo nec subito. Si aut non subito inuitati, ergo à creatore à quo olim: Cuius deniq; declinauerant uocationem, tunc primo dicentes ad Aarone, fac nobis deos qui præant nobis. Atq; exinde aure audientes & nō audientes uocationem scilicet dei, qui pertinentissimè ad hanc parabolam per Hieremiam, audite, inquit, uocem meam, & ero uobis in dominum & uos mihi in populum, & ibitis in omnibus uījs meis quascunq; mandauero uobis. Ecce inuitatio dei. Et non audiunt, inquit, & non aduerterunt aurē suam. Ecce recusatio populi. Sed abierunt in hijs quæ concupuerunt corde suo malo. Agrum emi, & boues mercatus sum, & uxorem duxi. Et adhuc ingerit, Et emisi omnes ad uos famulos meos Prophetas. Hic erit spiritus sanctus admonitor conuiuarum, dies & ante lucem. Et non audit populus meus, & non intendit auribus suis, & obdurauit collum suum. Hoc ut patrifamiliae renunciatum est, motus tunc (bene quod & motus) negat enim Marcion moueri deum suum, ita & hoc (meus est) mandat de plateis & uicis ciuitatis facere sublectionē. Videamus ^{sublectionē} an eo sensu quo rursus per Hieremiam, Nunquid solitudo factus sum domui Israelis: aut terra in incultū derelicta: Id est, Nunquid non habeo quos allegati.

legam, aut unde allegam. Quoniam dixit populus meus, non uenimus ad te: Itaque misit ad alios vocandos, ex eadem adhuc ciuitate. Dehinc loco abundante, praecepit etiam de iis & sepibus colligi, id est nos iam de extraneis

Deut. 32. c gentibus, illa scilicet aemulatione, qua in Deuteronomio, Auertam faciem meam ab eis, & monstrabo quid illis in nouissimis, id est alios possessuros locum eorum: quoniam genitura peruersa est, filii in quibus fides non est. Illi

Propterea obaemulati sunt me in non deo, & prouocauerunt me in iram in idolis suis:

σαν & ego obaemulabor eos in non Natione, in Natione insipienti prouocabo

Math. 21 eos in iram, in nobis scilicet quorum spem Iudaei gerunt: de qua illos gustatu

turos negat dominus, derelicta Sione tanquam specula in vinea & in cucu

merario casula, posteaquam & nouissimam in Christum invitationem re

cusauit. Quid ex hoc ordine secundum dispositionem & prædicationes crea

toris recensendo, coimpetrere potest illi, cuius nec ordinem habet, nec dispo

sitionem ad parabolæ cōspirationem, qui totum opus semel fecit? Aut quæ

erit prima uocatio eius, & quæ secundo actu admonitio? Ante debent alij

excusare, postea alij conuenisse. Nunc autem pariter utramque partem inui

tare uenit, de ciuitate, de sepibus, aduersus speculum parabolæ: nec potest

iam fastidiosos iudicare quos nunquam retro inuitauit, quos cum maximè

aggreditur. Aut si de futuro eos iudicat, contempturos uocationem: ergo &

subelectionem loco eorum ex gentibus de futuro portendit. Pianè ad hoc se

cundò uenturus est ut gentibus prædicet. Et si uenturus est autem, puto non

quasi uocaturus adhuc cōuiuas, sed iam collocaturus. Interea q̄ coenæ istius

uocationem in cœleste conuiuium interpretaris spiritalis saturitatis & iocun

ditatis, memento & terrenas promissiones uini & olei & frumenti & ipsius

ciuitatis, & que in spiritalia figurari à creatore. Ouem & Dragmā perditam

quis requirit? Nonne qui perdidit? Quis autē perdidit? Nonne qui habuit?

Qui uero habuit? Nonne cuius fuit? Si igitur homo non alterius est res, q̄

creatoris, is eū habuit cuius fuit. Is perdidit qui habuit, Is requisuit, qui per

didit. Is inuenit, qui quæsivit. Is exultauit, qui inuenit. Ita utriusque parabolæ

argumentum uacat circa eum, cuius non est ouis neque dragma, id est ho

mo. Non enim perdidit, quia non habuit: nec requisuit, quia non perdidit:

nec inuenit, quia nec requisuit: nec exultauit, quia non inuenit. Atque adeo

exultare illius est de poenitentia peccatoris, id est de perditæ recuperatione,

qui se professus est olim, malle peccatoris poenitentiam quam morte. Qui

bus duobus dominis negat posse seruiri, quia alterum offendit sit necesse, al

terum defendi, ipse declarat, deū proponens & Mammonā. Deinde Mam

monam quem intelligi uelit, si interpretarem non habes, ab ipso potes discere.

prospicere sus Admonens em̄ nos, de seculatibus suffragia nobis prospicere amicitiarum

fragia amici tiarum secūdum serui illius exemplum, qui ab actu summotus, dominicos debito

4, res diminuit, cautionibus relevat in subsidiū sibi, Et ego, inquit, dico uobis,

facite

facite uobis amicos de Mammona iniustitiae, de nummo scilicet, de quo & seruus ille. Iniustitiae enim autorē & dominatore totius seculi N V M M V M scimus omnes: cui famulatam uidens Phariseorum cupiditatem amentauit hanc sententiam, Non potestis deo seruire & Mammonæ. Irridebant denique Pharisei pecunia cupidi, quod intellexissent scilicet Mammonam de nummo dictum, ne quis existimat in Mammona creatorē intelligendum, & Christum à creatoris illos seruitute reuocasse. Quin nunc potius ex hoc disce, unū à Christo deū ostensum. Duos em̄ dominos nominauit Deum & Mammonam, creatorem & nummum. Deniq̄ non potestis deo seruire, utiq̄ ei cui seruire videbātur: & Mammonæ cui magis destinabātur. Quod si ipse alium se ageret, non duos dominos, sed tres demonstrasset. Et creator enim dominus, quia deus. Et utiq̄ magis dominus, quam Mammonas: magisq̄ non obseruandus, quam magis dominus. Quale est enim, ut qui Mammonam dominum dixerat, & cum deo iunxerat, uere ipsorum dominum taceret, id est creatorem? Aut nunquid tacendo eo, concessit seruiendum ei esse, si solummodo sibi & Mammonæ negavit posse seruirī? Ita cum unum deum ponit nominaturus & creatorem, si aliud esset ipse, creatorem nominauit, quem dominū sine alio deo non posuit. Et illud itaq̄ relucebit, quomodo dictum sit: In Mammona iniusto fideles non extitistis: quod uerum est, quis uobis credet? In nummo scilicet iniusto, non in creatore: quem & Marcion iustum facit. Et si in alieno fideles inuenti non estis, meum quis dabit uobis? Alienum enim debet esse à seruis dei, quod iniustum est. Creator autem quo modo alienus erat Phariseis, proprius deus Iudaicæ gentis? Si ergo hæc nō cadunt in creatorem, sed in Mammonā, quis uobis credet, quod uerius est, & quis uobis dabit quod meum est, non potest quasi alias dixisse de alterius dei gratia. Tunc enim uideretur ita dixisse, si eos in creatorem, non in Mammonam infideles notando, per creatoris mentionē distinctiones fecisset dei alterius non commissuri suam ueritatem infidelibus creatoris. Quomodo tunc alterius uideri potest, si non ad hoc proponatur, ut à te de qua agitur separetur? Si autem & iustificantes se coram hominibus Pharisei spem mercedis in homine ponebant, illo eos sensu increpabat, quo & propheta Hieremias: Miser homo qui spem habet in homine. Si & adiūcit: Scit autem deus corda uestra, illius dei uim commemorabat: Lucernam se pronunciabat, scrutantem renes & corda. Si superbiam tangit, quod elatum est apud homines perosum est deo, Esaiā ponit antè oculos: Dies em̄ domini sabaoth, in omnem contumeliosum & superbum, in omnem sublimem & elatum, & humiliabuntur. Possum iam colligere cur tanto quo deus Marcionis fuerit in occulto. Expectabat, opinor, donec hæc omnia disceret à creatore. Didicit ergo usq; ad Ioannis tempora, atque ita exinde processit annunciare regnum dei, dicens: Lex & prophetæ usq; ad Iohānem, ex quo regnum

Mammona Sy-
riacū vocabur.
lum, diuitias
significat.

Iohannes uetus regnum dei annuntiat: quasi non & nos limitem quendam agnoscamus.
 tū limes consti Iohannem constitutum inter vetera & noua, ad quem desineret Iudaismus,
 tutus inter ue
terna & noua & à quo inciperet Christianismus: non tamen ut ab alia uirtute facta sit se-
 datio legis & prophetarum, & initatio Euāgelij, in quo est dei regnū, Chri-
 stus ipse. Nam & si probauimus & vetera transitura, & noua successura pre-
 dicari à creatore, si & Iohannes antecursor & preparator ostenditur uiarum
 domini, Euāgeliū superducturi, & regnum dei promulgatur: & ex hoc
 iam, quod Iohannes uenit, ipse erit Christus, qui Iohannem erat subsecutu-
 rus ut antecursorem: & si desierunt vetera, & cōperūt noua interstite Iohan-
 ne, non erit mirum quod ex dispositione est creatoris: ut unde magis probe-
 tur, quām ex legis & prophetarū in Ioannem occasu, & exinde ortu, regnū
 dei. Transeat igitur cœlū & terra citius, sicut & lex & prophetæ, quām unus
 apex uerborum domini. Verbum enim, inquit Esaias, dei nostri, manet in
 æcum. Nam quoniam in Esaia iam tunc Christus, sermo scilicet & spiritus
 creatoris, Ioannem prædicarat, uocem clamantis in deserto patare uiam do-
 mini: in hoc uenturū, ut legis & prophetarum ordo exinde cessaret, per ad-
 impletionem, non per destructionem, & regnum dei à Christo annuncia-
 retur: ideo subtexuit, facilius elementa transitura, quām uerba sua: confir-
 mans, hoc quoq; quod de Ioanne dixerat, non præterisse. Sed Christus di-
 uortium prohibet, dicens: Qui dimiserit uxorem suā & aliam duxerit, adul-
 terium cōmittet. Qui dimis̄lam à viro duxerit, & que adulter est. ut sic quoq;
 prohibeat diuortium, illicitum facit repudiatē matrimonium. Moyses uero
 permittit repudium in Deuteronomio: Si sumpererit quis uxorem, & habita-
 uerit cum ea, & euenerit non inuenire eam apud eum gratiam, eo quod in-
 uentum sit in illa impudicum negocium, scribet libellum repudiij, & dabit in
 manum eius, & dimittet illam de domo sua. Vides diuersitatē legis & Euā-
 gelij, Moysi & Christi: Planè: non enim recepisti illud quoq; Euāgeliū
 eiusdem ueritatis, & eiusdem Christi, in quo prohibens diuortiū, propriam
 quæstionem eius absolvit: Moyses propter duritiam cordis uestri præcepit
 libellum repudiij dare: à primordio autē non fuit sic: quia scilicet qui ma-
 rem & foeminam fecerat, erunt duo, dixerat, in carne una. Quod deus itaq; iun-
 xit, homo disiunxit: Hoc enim responso, & Moysi constitutionem prote-
 xit, ut sui: & creatoris institutionē direxit, ut Christus ipsius. Sed quatenus
 ex his reuincendus es, quæ recepisti, sic tibi occurram, ac si meus Christus.
 Nōnne & ipse prohibens diuortium, & patrem tamē gestans eum qui ma-
 rem & foeminam iunxit, excusauerit potius quām destruxerit Moysi consti-
 tutionem. Sed ecce sic tuus sit iste Christus contrariū docens Moysi & crea-
 tori, ut si non contrarium ostendero, meus sit. Dico enim illum conditionaliter
 nunc fecisse diuortij prohibitionem, si ideo quis dimittat uxore ut aliam
 ducat. Qui dimiserit, inquit, uxorem, & aliam duxerit, adulterium commisit.

Et qui

Et qui à marito dimissam duxerit, & que adulter est, ex eadem utiqz causa di-
missam qua non licet dimitti ut alia ducatur: illicite enim dimissam pro indi-
missa ducens, adulter est. Manet enim matrimonium quod non rite direm-
ptum est. Manente matrimonio, nubere adulterium est. Ita si conditionalis
ter prohibuit dimittere uxorem, non in totum prohibuit. Et quod non pro-
hibuit in totum, permisit. Aliud est ubi causa cessat, ob quam prohibuit. Et
iam non contrarium Moysi docet, cuius præceptum alicubi conseruat: non/
dum dico confirmat. Aut si omnino negas permitti diuortium à Christo,
quomodo tu nuptias dirimis, nec cōiungens marem & foemina m, nec alibi
coniunctos ad sacramentum Baptismatis & Eucharistie admittens, nisi ita/
ter se coniurauerint aduersus fructum nuptiarum, ut aduersus ipsum creato-
rem? Certè quid facit apud te maritus, si uxor eius commiserit adulterium.
Habebit ne illam? Sed nec tuum Apostolum sinere coniungi prostitutæ,
membra Christi. Habet itaqz & Christum assertorem iustitia diuortij. Iam
hinc cōfirmatur ab illo Moyses ex eodem titulo prohibens repudium, quo
& Christus, si inuentum fuerit in muliere negotium impudicum. Nam & in
euangelio Matthæi: Qui dimiserit, inquit, uxorem suā præter causam adul-
terij, facit eā adulterari: & que adulter censemur & ille qui dimissam à viro du-
xerit. Cæterū præter ex causa adulterij, nec creator disiungit quod ipse scili-
cet coniunxit, eodem alibi Moysè constituerit eum qui ex cōpressione ma-
trimonium fecerat, non posse dimittere uxorem in omne tempus. Quod si
ex uiolentia coactum matrimonium stabit, quanto magis ex conuenientia
uoluntarium? Sicut & prophetiæ autoritate, uxorem iuuentutis tuæ non di-
mittes. Habes itaqz Christum ultrò uestigia ubiqz creatoris ineuntem, tam
in permittendo repudio, quām in prohibendo. Habes etiam nuptiarū quo/
quo uelis latere prospectore, quas nec separari uult prohibēdo repudium,
hec cum macula haberi, tunc permittendo diuortium. Erubescet non coniun-
gens quos tuus quoqz Christus coniunxit. Erubescet etiam disiungens sine
.eo merito, quo disiungi uoluit & tuus Christus. Debeo nunc & illud osten-
dere, unde hanc sententiam deduxerit dominus, quōde direxerit. Ita enim
pleniū cōstabit, eum non ad Moysen destruendum spectasse per repudiū
propositionem subito interpositam: quia nec subito interposita est, habens
radicem ex eadē Iohannis mentione. Iohannes enim retundens Herodem,
quod aduersus legem uxorem fratris sui defuncti duxisset, habentis filiam
ex illa, non aliás hoc permittente, imò & præcipiente lege, quām si frater il-
liberis deceperit, ut à fratre ipsius & ex costa ipsius suppararetur semē illi, cō-
iectus in carcerē fuerat, ab eodem postmodum & occisus. Facta igitur men-
tione Iohannis dominus, & utiqz successus exitus eius, illictorum matrimo-
niorum & adulteri figura iaculatus est in Herodem, adulterū pronuncians,
etiam qui dimissam à viro duxerit: quo magis impietatem Herodis onera-
ret, qui

Diuortium
si
Baptismata &
Eucharistia
duo sacra-
menta primiti-
e ecclesie

Quoquo uelis
latere

Illiberis qui
Greco ἀταρ
id est carens li-
beris

ret, qui nō minus morte quam repudio dimissam à uiro duxerat: & hoc fratre habente ex illa filiam, & uel eo nomine illicite, ex libidinis nō ex legis iustitu: ac propterea propheten quoq; assertorem legis occiderat. Hoc mihi differuisse proficiet, etiam ad subsequens argumentum diuitis apud inferos dolentis, & pauperis in sinu Abrahæ requiescentis. Nam & illud quantum ad scripturæ superficiem subito propositum est, quantum ad intentionem sensus, & ipsum cohæret mentioni Ioannis male tractati, & suggillati Herodis male t' meritati, utriusq; exitum deformans, Herodis tormenta, & Ioannis refrigeria, ut iam audiret Herodes: Habent illic Moysen & prophetas, illos audiant. Sed Marcion aliorum cogit, scilicet ut utrancq; mercedem, creatoris, siue tormenti, siue refrigerij apud inferos, determinet eis positam qui legi & prophetis obedierint, Christi uero & dei sui cœlestē definiat sicutum & portū. Respōdebitimus, & hac ipsa scriptura reuincente oculos eius, quæ ad inferos discernit Abrahæ sinū pauperi. Aliud enim Inferi, ut puto, aliud quoq; Abrahæ sinus. Nam & magnum ait intercedere regiones istas profundum, & transitū utrinq; prohibere. Sed nec alleuasset diues oculos, & quidem de longinquō, nisi in superiora, & de altitudinib; lōginquō per immensam illam distantiam sublimitatis & profunditatis. Vnde apparet sapienti cuiq; qui aliquando Elysios audierit, esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahæ, ad recipiendas animas filiorū eius. etiā ex Nationibus, patris scilicet multarum Nationum in Abrahæ censum depositandarū, & ex eadem fide qua & Abraham deo creditit, nullo sub iugo legis, nec in signo circuncisionis. Eam itaq; regionem, sinus dico Abrahæ, et si non cœlestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbitur ram animabus iustorū, donec consummatio rerum resurrectionē omnium plenitudine mercedis expungat: tūc apparitura cœlesti promissione quam Marcion suo uendicat, quasi non à creatore promulgatam. Ad quam ascensum suum Christus ædificat in cœlum, secundum Osee: utiq; suis: ubi est & locus æternus, de quo Elaias: Quis annunciat uobis locum æternum, nisi scilicet Christus incedens in iustitia, loquens viam rectam, odio habens in iustitiam & iniquitatem: Quod si æternus locus repromittitur, & ascensus in cœlum ædificatur à creatore, promittente etiam semē Abrahæ uelut stellas cœli futurū, utiq; ob cœlestem promissionem, salua ea promissione, cum non capiat sinus Abrahæ dici, temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago, ac candida quædam utriusque iudicij prospicciatur. Admonens quoq; uos hæreticos dum in uita estis Moysen & prophetas unum deum prædicantes creatorem, & unum Christum prædicantes eius, & utrumq; iudicium poenæ & salutis æternæ apud unicum deum positum, qui occidat & uiuificit. Imò, inquit, nostri dei moneta de coelo, non Moysen & prophetas iussit audiri, sed Christum: Hunc autem dite

Forte, mari
tati

Elysij campi
Sinus Abra
be

dite. Merito. Tunc enim Apostoli satis iam audierant Moysen & prophetas, qui secuti erant Christum, credendo Moysi & prophetis. Nec enim acceptisset Petrus dicere: Tu es Christus, antequā audisset & credidisset Moysi & prophetis, à quibus solis adhuc Christus annunciat̄batur. Hæc igitur fides eorum meruerat, ut etiam uoce cœlesti confirmaretur iubente illumi auidiri, quem agnouerant euangelizantem pacem, euangelizantēm bona, annūciantem locum æternū, ædificantem illis ascensum suū in cœlum. Apud inferos autem de eis dictum est: Habent illic Moysen & prophetas, audiāt illos: qui non credebant, uel qui nec omnino sic credebant esse post mortem superbię diuinarum, & gloriæ deliciarum, supplicia annunciata à Moyse & prophetis: decreta autem ab eo deo, qui de thronis deponit dynastas, & de sterquilinijs eleuat inopes. Ita cum utriq; pronunciationis diuersitas com-petat creatori, non erit diuinitatum statuenda distantia, sed ipsarum materiarum. Conuersus ibidem ad discipulos, Vñ dicit auctori scandalorum, ex-pedisse ei si natus non fuisset, aut si molino saxo ad collum deligato præcipi-tatus esset in profundum, quām unum ex illis modicis utique discipulis eius scandalizasset. Aestima quale supplicium committetur illi. Nec enim aliis ul-ciscetur scandalum discipulorum eius. Agnosce igitur & iudicem, & illo affe-ctu pronunciantem de cura suorum, quo & creator retro: Qui tetigerit uos, ac si pupillam oculi mei tangat. Idem sensus eiusdem est. Peccantē fratrem iubet corripi: quod qui nō fecerit, utiq; deliquit, aut ex odio uolens fratrem in delicto perseuerare, aut ex acceptione personæ, parcens ei: habens Leuicium; Non odies fratrem tuū in animo tuo. Traductione non traduces pro-ximum tuum, utiq; & fratrem, & nō sumes propter illum delictum. Nec mi-tum si ita docet, qui pecora quoq; fratri sui, si errantia in uia inuenieris, pro-hibet despicias: quo minus ea reducas fratri, nedū ipsum sibi. Sed & ueniam- des fratri in te delinquenti iubet etiam septies. patrum planè. Plus est enim apud creatorem, qui nec modum statuit, in infinitum pronuncians, Fratris malitia; memor ne sis. Nec petenti eam præstes mandat, sed & non petenti. Non enim dones offendam uult, sed obliuiscaris. Lex leprosorum quantæ sit interpretationis erga species ipsius uitij, & inspectionis summi sacer-do-tis, nostrū erit scire: Marcionis, morositatem legis oppōnere, ut & hic Christum ænulum eius affirmet præuenientem solemnia legis etiam in curatio-ne decem leprosorum, quos tantummodo ire iussos, ut se ostenderent sacer-dotibus, in itinere purgauit, sine tactu iam & sine uerbo tacita potestate, & sola voluntate: quasi necesse sit semel remediatore languorum & uitiorum annuntiato Christo, & de effectibus probato, de qualitatibus curationum retractari: aut creatorem in Christo ad legē prouocari: si quid aliter quām lege distinxit, ipse perfecit: cum aliter utiq; dominus per semetipsum opere-tur, siue per filium, aliter per prophetas famulos suos maximæ documenta:

D 2 uirtutis

Propria uirtutis & potestatis: quæ ut clariora & ualidiora quâ propria, distare à uicaria
vicaria rijs fas est. Sed eiusmodi & alibi iam dicta sunt in documento superiore.

Nunc et si præfatus est multos tūc fuisse leprosos apud Israel, in diebus Heliæ prophetæ, & neminem eorum purgatū nisi Naaman Syrum: nō utiq; & numerus faciet ad differentiam deorum, in destructionē creatoris, unum remdiantis, & prælationem eius qui decem emundarit. Quis enim dubitat, plureis potuisse curari ab eo, qui unum curasset, quam ab illo decem, qui nunquam retro unum? Sed hac cum maxime pronūciatione diffidentiam Israelis uel superbiam pulsat: quod cum multi essent illuc leprosi, & prophete-

tes non deesset, etiam ædito documento nemo decucurrit ad deum operantem in prophetis. Igitur quoniā ipse erat authenticus pontifex dei patris, inspexit illos secundum legis arcanum, significantis Christū esse uerum disceptatorem & elimatorem humanarum macularum. Sed & quod in manifesto fuit legis, præcepit: Ite ostendite uos sacerdotibus. Cur, si illos ante erat emundaturus? An quasi legis illusor, ut in itinere curatis ostenderet, nihil esse legē cum ipsis sacerdotibus? & utiq; uiderit si cui tam opiniosus uidebitur Christus, imò digniora sunt interpretanda, & fidei iustiora: Ideo illos remediatos, quâ secundum legem iussi abire ad sacerdotes obaudierant neq; enim credibile est, emeruisse medicinam à destructore legis obseruatoris legis. Sed cur pristino leproso nihil tale præcepit: quia nec Heliæus Syro Naaman: & tamē non idcirco nō erat creatoris. Satis respōdi, sed qui credidit, intelligit etiā altius aliquid. Disce igitur & causas. In Samariæ regionibus res agebatur, unde erat & unus interim ex leprosis. Samaria aut̄ descuerat ab Israele, habens schisma illud ex nouem tribubus, quas auulsas per Achiam prophetā, collocauerat apud Samariam Hieroboam. Sed & aliás semper sibi placentes erat Samaritani de montibus & puteis patrum: sicut in Euangeliō Ioannis Samaritana illa in colloquio domini apud puteum, Ne tu maior sis, & cetera. Et rursus: Patres nostri in isto monte adorauerūt, & uos dicitis quia Hierosolymis oportet adorare. Itaq; qui & per Esaīā V: dixerit eis qui confident in monte Samariæ, iam & ipsam restituere dignatus, de industria, iubet ostendere se sacerdotibus, utiq; qui nō erant nisi ubi & templum, subiiciens Samaritam Iudeo, quoniā ex Iudeis salus, licet Israelitæ & Samaritæ: tota em̄ promissio tribui Iudeo Christus fuit: ut scirent Hierosolymis esse & sacerdotes & templū, & matricē religionis, & fontem

Matrix reli- gionis non puteum salutis. Et ideo ut uidit agnouisse legem illos Hierosolymis expungendā, ex fide iam iustificandos sine legis ordine remediavit. Vnde & unum illum solutum ex decem, memorem diuinæ gratiæ Samariten miratus, non mandat offerre munus ex lege, quia satis iam obtulerat, gloriā deo reddens: hoc & domino uolente interpretari legē. Et tamē cui deo gratiam reddidit Samarites, quando nec Israelites alium deū usq; adhuc didicisset:

Cui

Cui alij q̄z cui om̄es remediati retro à Christo? Et ideo fides tua te salutum fecit, aud̄it: quia intellexerat ueram se deo omnipotenti oblationem, gratia vera oblationis scilicet actionem, apud uerum templum & uerū pontificem eius, Christum facere debere. Sed nec Pharisei possunt uideri de alterius dei regno consaluisse dominū, quando uenturū sit, q̄z diu alias à Christo editus deus non erat: nec ille de alterius regno respondisse, q̄z de cuius cōsulebatur. Non uenit, inquit, regnū dei cum obseruatione. nec dicunt: Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnū dei intra uos est. Quis nō ita interpretabitur, intra uos, id est in manu, in potestate uestra: si audiatis, si faciatis dei præceptum? Quod si in præcepto est dei regnū, propone igitur cōtra, secundum nostras antitheseis, Moysen, & una sententia est. Præceptū, inquit, excelsum nō est, nec longe à te. Non in cœlo est, ut dicas, quis ascendit in cœlum, & deponit nobis illud, & auditum illud faciemus. Nec ultra mare est, ut dicas, quis transfretabit & sumet illud nobis, & auditū illud faciemus. Propè te est uerbum, in ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis facere illud. Hoc erit nō hic, nec illic: Ecce enim intra uos est regnū dei. Et ne argumētetur audacia hæretica, de regno creatoris, de quo cōsulebatur, nō de suo respondisse eis dominū, sequentia obſistunt. Dicens enim filium hominiq; ante multa pati & reprobari oportere, ante aduentū suum, in quo & regnū substantialiter reuelabitur, suum ostendit & regnum de quo responderat, quod passiones & reprobationes ip̄sius expectabat. Reprobari aut̄ habēs & postea agnisci, & assumi, & extolliri, etiam ipsum uerbum reprobari, inde decerp̄it ubi in lapidis ænigmate utrāq; reuelatio eius apud Dauid canebatur: prima recusabilis, secunda honorabilis. Lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, iste factus est in caput anguli. A domino factū est hoc. Vanum enim si credidimus deū de contumelia aut gloria scilicet alicuius prædicasse: non ut eum portenderet, quem & in lapidis & in petre & in montis figura portenderat. Sed si de suo loquitur aduentu, cur eū diebus Noe & Loth comparat tetris & atrocibus, deus & lenis & mitis? Cur admonet meminisse uxoris Loth, quæ præceptū creatoris non impune cōtemp̄it, si nō cum iudicio uenit uindicandorū præceptorū suorum? Etiā si uindicat ut & ille, si iudicat me, nō debuit per eius docimēta formare quē destruit: ne ille me formare uideatur. Si uero & hic non de suo loquitur aduentu, sed de Iudæi Christi, expectemus etiā nunc ne quid de suo prædicet, illū interim esse credētes, quē omni loco prædicat. Nam & orandi perseuerantia & instantia mandās, parabolā iudicis ponit, coacti audire uiduā, instantia & perseuerantia interpellationū eius. Ergo iudicem deū ostendit orandū, nō se, si non ipse est iudex. Sed subiunxit factūrum deū uindictā electorū suorū. Si ergo ipse erit iudex qui & uindex:creatorem ergo meliorē deum probauit, quem electorū suorū clamantium ad eum die & nocte uindicē ostendit. Et tamen cū templū creatoris inducit, &

D ; duos

duos adorantes diuersa mente describit, Phariseū in superbia, publicanum in humilitate: idcōq alterum reprobatum, alterum iustificatū descendisse: utiq docendo qua disciplina sit orandum, eum & hic orandum constituit, à quo relaturi essent eam orandi disciplinam siue reprobaticem superbiæ siue iustificaticem humilitatis. Alterius dei, nec templum, nec oratores, nec iudicium inuenio penes Christum, nisi creatoris: Illum iubet adorare in humilitate ut alleuatorum humilium: non in superbia, ut destructorem superborum. Quem alium adorandum mihi ostendit, qua disciplina, qua spe: Nec minem opinor. Nam & quam docuit orationem creatori probauimus conuenire. Aliud est si etiam adorari quā deus optimus & ultiō bonus nō uult. Sed quis optimus, nisi unus, inquit, deus: Non quasi ex duobus dījs unum optimum ostenderit, sed unum esse optimum deum solum, qui sic unus sit optimus, quā solus deus. Et utique optimus, qui pluit super iustos & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos, sustinens & aleans & iuuans etiam Marcionitas. Deniq interrogatus ab illo quodam, præceptor optime, quid faciens uitam æternā posse debeo: de præceptis creatoris an ea sciret, id est faceret, expostulavit: ad cōtestandum præceptis creatoris uitam acquiri sempiternā. Quumq ille principaliora queq affirmasset obseruasse se ab adolescentia. Vnum, inquit, tibi deest. Omnia quæcūq habes, uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni, sequere me. Age Marcion omnesq iam cōmiserones & coodibiles eius hæretici quid audebitis dicere: Rescidit ne Christus priora præcepta, nō occidendi, non adulterandi, non furandi, non falsum testandi, diligendi patrem & matrem: An & illa seruauit, & quod deerat adiecit: quanqua & hoc præceptum largitio, nis in egenos ubiq diffusum sit in lege & prophetis, ut glorioſissimus ille obſeruator præceptorum, pecuniā multo cariorem habiturus traduceretur. Saluum est igitur & hoc in Euangeliō: Non ueni dissoluere legē & propetas, sed potius adimplere. Simul & cetera dubitatione liberauit, manifestando unius esse, & dei nomē, & optimi, & uitam æternam & thesaurum in cœlo; & semetipsum, cuius præcepta supplendo & conseruauit & auxit: secundum Micheam quoq hoc loco recognoscendus, dicentem: Si annunciauit tibi homo quid bonum: aut quid à te dominus exquirit, quām facere iudicium, diligere misericordiam, & paratum esse sequi dominum deum tuum: Et homo enim Christus annuncians quid sit bonum: scientiam legis, præcepta, inquit, scis: facere iudicium: Vnde, inquit, quæ habes: diligere misericordiam, & da, inquit, egenis: paratum esse ire cum domino, & ueni, inquit, sequere me. Tam distincta fuit à primordio Iudea gens, per tribus & populos & familias, & domos, ut nemo facile ignorari de genere potuisset, uel Augustiani de recentibus Augustianis censibus adhuc tunc fortasse pendentibus. Iesus census autem Marcionis & natus non dubitaretur, qui homo uidebatur: utiq quā non

nō natus nullam potuerat generis sui in publico habuisse notitiam: sed erat unus aliqui deputandus ex ijs, qui quo modo ignoti habebantur. Cū igitur prætereuntem illum cæcus audisset, cur exclamauit, Iesu fili David miserere mei: nisi quia filius David, id est ex familia David nō temere deputabatur per matrē & fratres, qui aliquando ex notitia utiqꝫ annunciati ei fuerāt. Sed antecedentes increpabant cecū, uti taceret. Merito, quoniā quidem uocifera batur, nō quia de David filio mentiebatur. Aut doce increpantes illos scisse, quod Iesus nō esset filius David: ut idcirco silentiū cæco indixisse credatur. Sed & si doceres, facilius illos ignorasse præsumeretur, qꝫ dominum falsam in se prædicationē sustinere potuisse. Sed patiens dominus. Non tamē confirmator erroris, imò etiā detector creatoris, ut nō prius hanc cæcitatem hominis illius enubilasset, ne ultra Iesum filium David existimaret. Atquin ne patientiā eius infamaretis, nec ullā rationē dissimulationis illi affingeretis, ne filium David negaretis, manifestissimè confirmauit cæci prædicationem, & ipsa remuneratione medicinæ, & testimonio fidei. Fides, inquit, tua te salvum fecit. Quid uis cæcum credidisse: Ab illo deo descendisse Iesum ad dectionem creatoris, ad destructionem legis & prophetarum, nō illum esse, qui ex radice Iesse, & ex fructu lumborum David destinabatur, cæcorum quoqꝫ remuneratoꝫ. Sed nondū puto eiusmodi tūc cæci erant, qualis Marcion, ut hæc fuerit cæci illius fides, qua crediderit in uoce, Iesu fili David. Qui hoc se & cognouit, & cognosci ab omnibus uoluit, fidē hominis & si miles oculatam, & si ueri luminitis copotem, exteriore quoqꝫ uisione donauit, ut & nos regulam simulqꝫ mercedem fidei disceremus. Qui uult uidere Iesum, David filiū credit per virginis censum. Qui non ita credet, non audiet ab illo, Fides tua te salvum fecit. Atqꝫ ita cæcus remanebit ruens in Antithesim, ruentē & ipsam Antithesim. Sic enim cæcus cæcu deducere solet. Nam si aliquando Davidem in recuperatione Sionis, offenderant cæci resistentes, quo minus admitteretur (in figurā populi proinde cæci nō admissuri quan-
doqꝫ Christū filiū David) ideo Christus ex diuerso, cæco subuenit, ut hinc se ostenderet nō esse filiū David, & ex animi diuersitate bonus cæcis, quos ille iusserat cædi: & cur fidei, & quidem prauæ præstisſe se dixit: Atquin & hoc filius David, Antithesim de suo retundendam. Nam qui David offenderant, cæci: nunc uero eiusdem indecoris homo supplicem se obtulerat filio David: idcirco ei satisfaciēti quodammodo placatus filius David, restituit lumina, cum testimonio fidei, qua hoc ipsum crediderat, exorandum sibi esse filium David. Et tamē David audacia hominū puto offenderit, non malerudo. Cōsequitur & Zachæi domus salutē. Quo merito: Nūquid uel ille crediderat Christum à Marcione uenisse? Atquin adhuc in auribus erat, omniū uox illa cæci, Miserere mei Iesu fili David: & omnis populus laudes referebant deo: nō Marcionis, sed David. Enim uero Zachæus etsi allophy-

D. 4 Ius, for

lus, fortasse tamen aliqua noticia scripturarū ex cōmercio Iudaico afflatus:
 57 plus est aut, & ignorans Esaīā prēcepta eius impleuerat. Cōfringito, inquit,
 panem tuū esurienti: & noti habentes tectum, in domū tuam inducito. Hoc
 cū maxime agebat, exceptum domo sua pascens dominum. Et nudum si
 uideris, tegito. Hoc cum maxime promittebat, in omnia misericordiæ ope-
 ra dimidium substantiæ offerens, dissoluens violentiorū contractū obno-
 xios, & dimittens conflictatos in laxamentum, & omniē cōscriptionem ini-
 quam dissipans, dicendo: et si cui quid per calumniam eripui, quadruplum
 reddo. Itaq; dominus: Hodie, inquit, salus huic domui. Testimonium dixit
 salutaria esse quæ præceperat prophetes creatoris. Cum uero dicit: Venit
 enim filius hominis saluum facere quod periret: iam non contendo eum ne-
 nisse, ut saluū faceret quod perierat, cuius fuerat, & cui perierat quod saluū
 uenerat facere: sed in alterius quæstionis gradū dirigo. De homine agi nulla
 dubitatio est, hic cū ex duabus substantijs cōstet, ex corpore & anima: quæ-
 rendum est, ex qua substantiæ specie periresse uideatur. Si ex corpore, ergo
 corpus perierat, anima non. Quod perierat, saluum facit filius hominis: ha-
 bet igitur & caro salutem. Si & anima perierat, animæ perditio saluti desti-
 natur: caro quæ nō periret, salua est. Si totus homo perierat ex utraq; substan-
 tia, totus homo saluus fiat, necesse est: & elisa est sententia hæreticorum ne-
 gantiū carnis salutē. Iam & Christus creatoris cōfirmatur, qui secundū crea-
 torem totius hominis salutē pollicebatur. Seruorū quoq; parabola, qui se-
 cundū rationē fœneratæ pecuniæ dominicę dījudicantur, iudicē ostendit
 deum, etiā ex parte seueritatis, nō tantum honorantem, uerū & auferentem
 quod quis uideatur habuisse. Aut si & hic creatorem finxerit austерum, tol-
 lentē quod non posuerit, & metentē quod non seuerit: hic quoq; me ille in-
 struit, cuius pecuniā ut fœnerē edocet. Sciebat Christus baptisma Iohān-
 nis unde esset, & cur quasi nesciens interrogabat: Sciebat nō responsuros si-
 bi Phariseos, & cur frustra interrogabat: An ut ex ore ipsorum iudicaret il-
 los, uel ex corde? Refer ergo & hęc ad excusationē creatoris, & ad compara-
 tionē Christi: & cōsidera iam, quid secuturū esset, si quid Pharisei ad inter-
 rogationem renunciasse. Puta illos renunciasse humanū Iohannis baptis-
 ma: statim lapidibus elisi fuissent. Existeret aliquis Marcion aduersus Mar-
 cionem qui diceret: O deum optimum, ô deum diuersum à creatoris exem-
 plis: Sciens præceps ituros homines, ipse illos in præruptum imposuit. Sic
 em de creatore in arboris lege tractatur. Sed de cœlis fuit baptisma Iohān-
 nis. Et quare, inquit Christus, nō credidistis ei: ergo q̄ credi uoluerat Iohan-
 ni, increpatus quod nō credidissent, eius erat cuius sacramentū Iohannes
 administrabat. Certè nolentibus renunciare quid saperent, cū & ipse uicem
 opponit: & ego nō dico uobis in qua uirtute hęc facio; malū malo reddidit.
 Reddite quæ Cæsar is Cæsari, & quæ sunt dei deo. Quæ erūt dei: quæ simi-
 lia sit.

ha sint denario Cæsaris, imago scilicet & similitudo eius. Hominem igitur
 reddi iubet creatori, in cuius imagine & similitudine & nomine & materia
 expressus est. Quærat sibi monetam deus Marcionis. Christus denariū ho-
 minis suo Cæsari iubet reddi, non alieno: nisi quod necesse est qui suum de-
 marium non habet. Iusta & digna præscriptio est in omni quæstione ad *Præscriptio*
 propositū interrogations pertinere debere sensum responsonis. Cæterum
 aliud consulenti, aliud respōdere, dementis est. Quo magis absit à Christo
 quod ne homini quidem conuenit. Sadducæi resurrectionis negatores, de
 ea habentes interrogationem, proposuerant domino ex lege materiam mu-
 tieris, quæ septem fratribus ex ordine defunctis, secundum præceptum le-
 gale nupsisset, cuius viri deputanda esset in resurrectione. Hæc fuit materia
 quæstionis, hæc substantia consultationis. Ad hoc respondisse Christū ne-
 cessere est. Neminem timuit, ut quæstiones aut declinasse videatur: aut per oc-
 casionem earum, quod aliás palam non docebat subostendisse. Respondit
 igitur. Huius quidem qui filios nubere. Vides quām pertinenter ad causam.
 Quia de ævo uenturo quærebatur, in quo nemīne nubere definiturus, præ-
 struxit hic quidem nubi, ubi sit & mori. Quos uero dignatus sit deus illius
 æui possessione & resurrectione à mortuis, nec nubere, nec nubi, quia nec
 morituri iam sint, cum similes angelorum fiant, dei resurrectionis filij facti.
 Cum igitur sensus responsonis non ad aliud sit dirigendus, q̄ ad proposi-
 tum interrogations: si hoc sensu responsonis, propositum absolvitur inter-
 rogationis, nō aliud responsio domini sapit, quām quo quæstio absolvitur. 58
 Habes & tempora permislarum & negatarum nuptiarum, non ex sua pro-
 pria, sed ex resurrectionis quæstione. Habes & ipsius resurrectionis confir-
 mationem, & totum quod Sadducæi sciscitabantur, non de alio deo interro-
 gantes, nec de proprio nuptiarū iure quærentes. Quod si ad ea facis respo-
 dere Christum, de quibus non est consultus, negas eum, de quibus interrogatus
 est, respondere potuisse, Sadducæorum scilicet sapientia captum. Ex
 abundanti nunc & post præscriptionem, retractabo aduersus argumenta-
 tiones cohærétes. Nacti enim scripturæ textū, ita in legendō decucurrerūt.
 Quos autē dignatus est, deus illius æui. illius æui deo adiungunt, quo alium
 deū faciant illius æui. Cum sic legi oporteat: Quos autē dignatus est deus, ut
 facta hic distinctione post deum, ad sequentia pertineat, illius æui: id est,
 quos dignatus sit deus, illius æui possessione & resurrectione. Non enim de
 deo, sed de statu illius æui consulebatur, cuius uxor futura esset post resurre-
 ctionem in illo ævo. Sic & de ipsis nuptijs respōsum subuertunt: ut filij hu-
 ius æui nubunt, & nubuntur, de hominibus dictū sit creatoris, nuptias per-
 mittentis: se autem quos deus illius æui alter scilicet dignatus sit resurrectio-
 ne, iam & hic non nubere: quia nō sint filij huius æui, quando de nuptijs il-
 lius æui consultus non de huius, eas negauerat de quibus cōsulebatur. Itaq;
 qui ipsam

qui ipsam uim & uocis & pronunciationis & distinctionis exceperant, nihil aliud senserunt, quam quod ad materiam consultationis pertinebat. Atque adeo scribae, Magister, inquiunt, bene dixisti. Confirmauerat enim resorptionem, formam eius ædendo aduersus Sadducæorum opinionem. Denique testimonium eorum qui ita eum respondisse præsumplerant, non recusauit. Si autem Scribae Christum filium David existimabant, ipse autem David dominum eum appellat, quid hoc ad Christum? Non David errorem scribarum obtundebat, sed honorem Christo David procurabat: quæ donum magis quam filium David confirmabat, quod non congrueret de structori creatoris. At ex nostra parte quam conueniens interpretationem qui olim à cæco illo filius David fuerat inuocatus, quod tunc reticuit, non habens in præsentia scribas, nunc ultrò coram eis de industria protulit, ut se quem cæcus secundum scribarum doctrinam filium tantum David prædicaret, dominum quoque eius ostenderet, remunerata quidem fide cæci, quæ filium David crediderat illum, pulsata uero traditione scribarum, quæ non & dominum eum norant. Quodcunq; ad gloriam spectaret Christi creatoris, sic non aliis tueretur, quam Christus Creatoris. Olim constitit de nominum proprietate, ei illam, qui prior & Christum suū in homines annunciat, & Iesum transnominaret. Constatit itaq; & de impudentia eius, quæ multos dicat uenturos in nomine ipsius, quod non sit ipsius, si non Christus & Iesus creatoris est, ad quem proprietas nominum pertinet. Amplius, & prohibeat eos recipi, quorum & ipse par sit, ut qui proinde in nomine uenient alieno, si non ipsius erat à mendacio nominis præuenire discipulos, qui per proprietatem nominis possidebat ueritatem eius. Venient deniq; illi, dicentes; Ego sum Christus. Recipies eos qui cōsimilem recepisti. Et hic enim in nomine suo uenit. Quid nunc, quod & ipse ueniet nominum dominus Iesus creatoris? Rejicies illum. Et quam iniquum, quam iniustum, & optimo deo indignum, ut non recipias eum in suo nomine uenientem, qui alium in nomine eius recepisti. Videamus & quæ signa temporibus imponat. Bellum, opinor, & regnum super regnum, & gentem super gentem, & pestem, & famas terræq; motus, & formidines, & prodigia de cœlo: quæ omnia se uero & atroci deo congruunt. Hæc cum adiicit etiam oportere fieri, quem se præstat, destructorem an probatorem creatoris: cuius dispositiones confirmat impleri oportere, quas ut optimus tam tristes, quam atroces abstulisset, potius quam constituisse, si non ipsius fuissent. Ante hæc autem persecutores eis prædicat & passiones uenturas, in martyrium, utique & in salutem: accipe prædicatum in Zacharia: Dominus, inquit, omnipotēs proteget eos, & consumet illos, & lapidabitur lapidibus fundæ: & bibent sanguinem illorum uelut uinum, & replebunt pateras quasi altaris: & saluos eos faciet illodie, uelut oues populum suum, qui lapides sancti uolunt. Et ne putes hæc in passio-

in passiones prædicari, quæ illos tot bellorum nomina ab Allophylis manebant, respice ad species. Nemo in prædicatione bellorum legitimis armis de bellorum lapidationem enumerat popularibus cœtibus magis & inermi tumultui familiarem. Nemo rata in bello sanguinis flumina pateratum capacitate metitur, aut unius altaris cruentatione adæquat. Nemo oues appellat eos, qui in bello armati & ipsi ex eadem feritate certantes, cadunt. sed qui in sua proprietate atq; patientia dedentes potius semetipos, quæm uindicantes trucidantur. Denicq; qui lapides, inquit, sancti uolunt: nō qui misericordies pugnant. Lapides em sunt & fundamenta, super quæ nos ædificamur; extructi secundum Paulum, super fundamentum Apostolorum, qui lapides sancti oppositi omnium offensui uoluntabant. Et hic igitur ipse uetat cogitari, quid responderi oporteat apud tribunalia, qui & Balæ quod non cogitauerat, imò contra quæm cogitauerat, suggestit: & Moysi causato linguae carditatem, os reprobavit: & sapientiam ipsam, cui nemo resisteret, per Esaiam demonstrauit: Hic dicet, ego dei sum, & clamabit in nomine Iacob, & aliis inscribetur in nomine Israelis. Quid enim sapientius & incōtradicibilius confessio simplici & exerta in martyris nomine cum deo inualescentis: quod est interpretatio Israelis? Nec mirum si is cohibuit præcogitationem, qui & ipse à patre excepit pronunciandi tempestiuè subministrationem, Dominus mihi dat linguam disciplinæ, quando debeam proferte sermonē: nisi Marcion Christum non subiectum patri infert. A proximis quoq; persecutio-nes & nominis ex odio utiq; blasphemiam prædicatam, non debeo rursus ostendere. Sed per tolerantiam, inquit, saluos facietis uosmetipos, de qua scilicet psalmus, Tolerantia, inquit, iustorum nō periret in finem. Quia & alibi: Honorabilis mors iustorum: ex tolerâta sine dubio, quia & Zacharias: Corona autem erit eis qui tolerauerint. Sed ne audeas argumentari Apostolos ut alterius dei præcones, à Iudæis uexatos, memeto Prophetas quoque eadem à Iudæis passos, tamen non alterius dei Apostolos fuisse, quæm creatoris. Sed monstrato dehinc tempore excidi, cū cœpisset uallari exercitibus Hierusalem, signa iam ultimi finis enarrat, solis & lunæ syderumq; prodigia, & inter angustias Nationum obstupescientium uelut à sonitu maris fluctuantis pro expectatione imminentium orbi malorū. Quod & ipse uires cœlorum cœcuti habeant, accipe Iohelem: Et dabo prodigia in cœlo, & in terra sanguinem & ignem, & fumi uapore. Sol cōuertetur in tenebras & in sanguinem luna, priusquam adueniat dies magnus & illustris domini. Habes & Abacum, Fluminibus disrumpetur terra: uidebūt te & parturient populi, dispergent aquas gressu, Dedit abyssus sonum suum: sublimitas timoris eius elata est: Sol & luna constituit in suo ordine, in lucem coruscationis tuæ ibunt in fulgorem, fulgor scutum tuū, in cōminatione tua diminues terram, Et indignatione tua depones Nationes. Conueniunt opinor & domini

Confessio sim-
plex ex exer-
ta in Martyo-
ris nomine

mini prōnunciationis & prophetarum, de cōcussionibus mundi, & orbis ele-
mentorum, & Nationum. Post hæc quid dominus? Et tūc uidebunt filium
hominis uenientem de cœlis cum plurima uirtute. Cum aut hæc sient erige
tis uos, & leuabitis capita, quoniam appropinquabit redemptio uestra. In
tempore scilicet regni, de quo subiecta erit ipsa parabola. Sic & uos cum uideritis
omnia hæc fieri, scitote appropinquasse regnum dei. Hic erit dies ma-
gnus domini & illustris, uenientis de cœlis filij hominis secundū Danielem,
Ecce cum cœli nubibus tanquā filius hominis adueniens &c. Et data est illi
regia potestas, quā in parabola postulatur exierat, relicta pecunia seruis,
qua foeneraretur: & uniuersę Nationes quas promiserat ei in psalmo pater,
Postula de me & dabo tibi gentes hereditatem tuam: Et gloria omnis ser-
uiens illi, & potestas eius æterna quæ nō auferetur, & regnum eius quod nō
corrūpetur, quia nec morientur in illo, nec nubent, sed erunt sicut angeli. De
eodem aduētu filij hominis & fructu eius apud Abacum. Existi in salutem
populi cui ad saluos faciendos Christos tuos: Erecturos scilicet se & capita
leuatus in tempore regni redemptos. Igitur cum & hæc quæ sunt promis-
sionum proinde conueniant sicut & illa quæ sunt concussionū ex consonan-
tia propheticarum & dominicarum pronunciationum, nullam hic poteris
interstruere distinctionē, ut concussions quidem referas ad creatorem sa-
uitiæ scilicet deū, quas nec sinere necdum expectare deberet deus optimus:
promissiones uero deo optimo deputes, quas creator ignorans illum non
prophetasset. Aut si suas prophetauit nō distantes à promissionibus Chri-
sti, par erit in libertate optimo deo: nec plus uidebitur à Christo tuo repro-
mitti, quam à meo filio, hominis. Ipsum decursum scripturæ euangelicæ ab
interrogatione discipulorū usq; ad parabolam fici, ita inuenies contextu sen-
sus, filio hominis hinc atq; illinc adhærere, ut in illum compingat, & tristia
& læta, & concussions, & promissiones: nec possis separare ab illo alteram
partem. Vnius enim filij hominis aduentu constituto inter duos exitus con-
cussionum & promissionum, necesse est ad unum pertineant filium homi-
nis, & incōmoda Nationum, & uota sanctorū: qui ita positus est in medio
ut communis exitibus ambobus, alterum cōclusurus aduentu suo, id est in
commoda Nationum, alterum incipiens, id est uota sanctorum: ut siue mei
Christi concesseris aduentum filij hominis, quo mala imminentia ei depu-
tes quæ aduentum eius antecedunt, cogaris etiam bona ei ascribere quæ ab
aduentu eius oriuntur: siue tui malueris, quo bona ei ascribas quæ ab ad-
uentu eius oriūtur, cogaris mala quoq; ei deputare quæ aduentum eius an-
tecedūt. Tam enim mala cohærent aduentui filij hominis antecedendo, &
& bona subsequendo. Quære igitur quem ex duobus Christis constituas
in persona unius filij hominis, in quā utrāq; dispositio referatur. Aut & crea-
torem optimum, aut & deū tuum asperum dedisti natura. In summa ipsius
parabolæ

parabolæ considera exemplum, aspice sicum & arbores omnes cū fructum protulerint, intelligent homines æstatem appropinquasse. Sic & uos cū uideritis hęc fieri, scitote in proximo esse regnum dei. Si enim fructificationes arbūscularum signum æstiuo temporis præstant antecedendo illud: proinde conflictationes orbis, signum prænotant regni præcedendo illud. Omne autem signum eius est res, cuius est signum. Et omni rei ab eo imponitur signum, cuius est res. Ita si conflictationes signa sunt regni, sicut fructificationes æstatis, ergo & regnum creatoris est, cuius conflictationes deputantur, quæ signa sunt regni. Præmiserat oportere hęc fieri tam atrocia tam dira deus optimus, certè à prophetis & à lege prædicata: adeo legem & prophetas non destruebat, cum quæ prædicauerant cōfirmari perfici oportere. Ad huc ingerit non transitum cœlum ac terram, nisi omnia peragantur. Quæ nam ista: Si quæ à creatore fiunt, merito sustinebunt elementa domini sui ordinem expungi. Si quæ à deo optimo, nescio an sustineat cœlum & terra perfici, quæ emulsa statuit. Hoc si patietur creator, zelotes deus nō est. Transeat age nunc terra & cœlum. Sic enim dominus eorū destinauit, dum uerbum eius maneat in eum. Sic enim & Esaias prænunciauit. Admoneantur & discipuli ne quādo grauentur corda eorum crapula & ebrietate & secularibus curis, & insistat eis repētinus dies ille, uelut laqueus: utiq; oblitis deum & plenitudine & cogitatione mundi: Moysi erit admonitio. Adeo is libabit à laqueo diei illius, qui hanc admonitionem retro intulit. Erant & loca alia apud Hierusalem ad docendum, erant & extra Hierusalem ad secedendum: sed enim per diem in templo docebat, ut qui per Osee prædixerat, in templo meo me inuenierunt, & illuc disputatum est ad eos: ad noctem uero in elæzonem secedebat. Sic enim Zacharias demonstrarat. Et stabūt pedes eius in monte elæzone. Erant horæ quoq; auditorio competentes. Dilucu lo conueniendum erat, quia per Esaiam cum dixisset dominus, Dat mihi lignum disciplinæ, adiecit, apposuit mihi manu aurem ad audiendum. Si hoc est prophetias dissoluere, quid erit adimplere? Proinde scit & quando pati oporteret eum, cuius passionem lex figurat. Nam è tot festis Iudeorum, Paschæ diem elegit. In hoc enim sacramentum pronunciarat Moyses, Pascha est domini. Ideo & affectum suum ostendit, Concupiscentia concupiui Pascha edere uobiscum antè quam patiar. 6 legis destructorem qui concupierat etiam Pascha seruare. Nimirum ueruecina illum Iudaica delectaret: An ipse erat qui tanquam ouis ad victimam adduci habēs, & tanquam ouis coram tondente, sic os nō aperturus, figuram sanguinis sui salutaris impiere concupisebat. Poterat & ab extraneo quolibet tradi, ne dicerem & in hoc psalmum expunctum: Qui tecum panem edit leuabit in me plantam. Poterat & sine præmio tradi. Quanta enim opera traditoris circa eum, qui populū coram offendens, nec tradi magis potuisset quam inuadis? Sed hoc

E alij

alij cōpetisset Christo, non qui prophetias adimplebat. Scriptum est enim, Pro eo quod uenundere iustum. Nam & quantitatem & exitū precij por-
stea Iuda p̄cēnitente reuocati & iremptionē dati agri figuli, sicut in Euāge-
lio Matthæi continetur, Hieremias præcanit, Et acceperunt triginta argen-
teos precium appreendi uel honorati, & dederunt eos in agrum figuli. Pro-
fessus itaq; se concupiscentia concupisse edere Pascha ut suum (indignum
enim ut quid alienum concupisceret deus) acceptum panem & distributum
discipulis, corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est figu-
ra corporis mei. Figura autē non fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Ceterum
uacua res, quod est phantasma, figuram capere nō posset. Aut si propterea
panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat ueritate, ergo panem debuit

EUCHA/ RISTIA tradere pro nobis. Faciebat ad uanitatē Marcionis ut panis crucifigeretur.

Lactantius F. corpus Chris- sti ideo scribit Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem

“ Marcion cordis loco habuit, non intelligens ueterem fuisse istam figuram

“ corporis Christi, dicentis per Hieremiam: Aduersus me cogitauerunt cogi-

tatum, dicentes: Venite coniçiamus lignum in panem eius, scilicet crux in

corpus eius. Itaq; illuminator antiquatum quid tunc uoluerit significasse

panem à Hieremiam appella- tum: quia ipse est, inquit, ci- bus, et uita bo- minū, qui cres- dū in carnem quam porta- uit lib. IIII. Cap. XVIII.

“ panem, satis declarauit, corpus suum uocans panem. Sic & in calicis mentio-

ne testamentum constituens, sanguine suo ob-signatum, substantiam corpo- ris confirmauit. Nullius enim corporis sanguis potest esse, nisi carnis. Nam

“ & si qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis, certè sanguinem nō

“ si carnea non habebit. Ita consistit probatio corporis de testimonio carnis,

“ probatio carnis de testimonio sanguinis: ut autem & sanguinis ueterem fi-

“ gurā in uino recognoscas, aderit Elaias. Quis, inquit, qui aduenit ex Edom:

“ rubor uestimentorum eius ex Bosor, sed decorus in stola uiolenta cum for-
titudine? Quare rubra uestimenta tua? & indumenta sicut de foro torcula-

“ ris pleno conculcate? Spiritus enim propheticus uelut iam contemplabun-
“ dus dominum ad passionem uenientem, carne scilicet uestitum, ut in ea pas-
“ sum, cruentum habitum carnis, in uestimentorum rubore designat, concul-

“ catæ & expressæ uia passionis tanquam in foro torcularis, quia exinde quasi

“ cruentati homines de uini rubore descendant. Multo manifestius Genesis

“ in benedictione Iude, ex cuius tribu, carnis census Christi processurus, iam

“ tunc Christum in Iuda deliniabat, Lauabit, inquit, in uino stolam suam, &

“ in sanguine uuæ amictum suum: stolam & amictum carnem demōstrans,

“ & uinum sanguinem. Ita & nunc sanguinem suum in uino consecrauit, qui

“ tunc uinum in sanguine figurauit. Væ aī, per quem traditur filius homi-

“ nis. Ergo iam uæ constat imprecationis & cōminationis inflammationem in-

“ telligendam, & irato & offenso deputandam, nisi si Iudas impunè erat tam-

“ tum sceleris relaturus. Aut si impune, uacat uæ. Si non impune, utiq; ab eo

“ puniendus in quem scelus traditionis admisit. Porro si sciens passus est ho-

“ minem

minem, quem ipse comitatu*s* suo asciuerat, in tantum scelus ruere, noli iam de creatore circa Adam retractare, quæ in tuum quoque deum retorquentur: aut ignorasse illum qui non ex prouidentia obstat peccaturo: aut obstatere non potuisse, si ignorabat: aut noluisse si & sciebat & poterat: atque ita malis ciosum iudicandum, qui passus sit hominem suum ex delicto perire. Suadeo igitur agnoscas potius & in isto cretorem, quam parem illi deum optimum, aduersus sententiam tuam facias. Nam & Petrum presumptoriè aliquid elicatum, negationi potius destinando, Zelotem deum tibi ostendit. Debuit etiam osculo tradi Propheticus scilicet Christus, ut eius scilicet filius qui labijs à populo diligebatur. Perductus in confessum, an ipse esset Christus, interrogatur. De quo Christo Iudici quæsissent nisi de suo? Cur ergo non uel tunc alium eis prodidit: ut pati posset, inquis. id est ut ille optimus ignorantes adhuc in scelus mergeret. Atquin & si dixisset, passurus esset. Si dixeris enim, inquit, uobis non creditis. Porro non credituri, perseverassent in necem eius. Et cur non magis passurus esset, si alterius dei, ac per hoc aduersarium creatoris manifestasset? Ergo non ut pateretur, alium se tunc quoque supersedit ostendere: sed quoniam ex ore eius confessionem extorquere cupiebant, nec confessio tamen credituri, qui eum ex operibus scripturas adim plentibus agnouisse debuerant: Ita eius fuit occultasse se, cui ultero debebatur agnitus. Et tamē adhuc eis manum porrigens, Abhinc, inquit, erit filius hominis sedens ad dexteram virtutis dei. Suggerebat enim se ex Danielis prophetia filium hominis, & è psalmo David, sedentem ad dexteram dei. Itaque ex isto dicto & scripture comparatione illuminati, quæ se uellet intelligi. Ergo, inquiunt, tu dei filius es. Cuius dei, nisi quem solum nouerant? Cuius dei nisi quem in psalmo meminerat dixisse filio suo, Sede ad dexteram meam. Sed respondit, Vos dicitis: quasi non ego. Atquin confirmauit id se esse quod illi dixerant, dum rursus interrogant. Vnde autem probabis interrogatiū, & non ipso confirmatiū pronunciasset, Ergo tu filius dei es. Ut quia obliquè ostenderat se per scripturas filium dei intelligendum, sic senserint, ergo tu dei es filius quod te non uis aperte dicere: atque ita & ille, Vos dicitis, confirmatiū respondit: adeo sic fuit pronunciatio eius, ut perseveraverint in eo, quod pronunciatio sapiebat. Perductum enim illum ad Pilatum onerare coepertunt quod se regem diceret, Christum, sine dubio dei filium, sessurum ad dei dexteram. Cæterum alio eum titulo gravaissent incerti an filium dei se dixisset, nisi Vos dicitis sic pronunciasset, hoc se esse quod diceret. Pilato quoque interroganti, tu es Christus, proinde, Tu dicas: ne me, Tu dicas tu potestatis, uideretur amplius respondisse. Constitutus est igitur dominus in iudicio. Et statuit in iudicio populum suum. Ipse dominus in iudicium uenit cum presbyteris & archontibus populi secundum Esaiam. Atque exinde omne scriptum passionis suæ impleuit, Tumultuar^e sunt ibidem Nationes,

E 2 & populi

& populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & archontes congregati sunt in unum aduersus dominū & aduersus Christum eius. Nationes, Populi Romani qui cum Pilato fuerant. Populi, tribus Israelis. Reges in Herode: Reges ἄρχοντες in suamis sacerdotibus. Nam & Herodi uelut munus à Pilato missus, Osee uocibus fidem reddidit, de Christo enim prophetauerat: Et vincetum eum ducēt xenium regi. Delectatus est deniq; Herodes uiso Iesu, nec uocem ullam ab eo audiuit. Tanquam agnus enim coram totidente, sic non aperuit os suum, quia dominus dederat illi linguam disciplinæ, ut sciret quomodo eum oporteret proferre sermonem: Illam scilicet linguam quam in psalmo adglutinatam gutturi suo tunc probabat, non loquendo. Et Bar, rabas quidem nocentissimus, uita, ut bonus, donatur. Christus uero iustissimus, ut homicida morti expostulatur. Sed & duo scelesti circunfiguntur ille, ut inter iniquos scilicet deputaretur. Vestitum planè eius à militibus diuisum, partim sorte concessum Marcion abstulit, respiciens psalmi prophetiam, Dispertiti sibi sunt uestimenta mea, & in vestitum meum sortem miserunt. Aufer igitur & crucem ipsam. Idem enim psalmus de eo non tacet, Foderūt manus meas & pedes: totus in illo exitus legitur. Circundederunt me canes, synagoga maleficorum circumuallauit me. Omnes qui spectabant me, nafso irridebant me. Locuti sunt labijs, & capita mouerunt. Sperauit in deum, liberet eum. Quò iam testimonium uestimentorum, habe falsi tui prædam, totus psalmus uestimenta sunt Christi. Ecce autem & elementa concutuntur, dominus enim patiebatur ipsorum. Cæterum aduersario læso cœlum luminibus floruisse, magis sol radijs insultasset, magis dies stetisset, libenter spectas pendentem in patibulo Christū Marcionis. Hæc argumenta quoque mihi competissent, & si non fuissent prædicata. Cœlum, inquit Esaias, uestiā tenebris. Hic erit dies de quo & Amos, Et erit illa die dicit dominus, occidet sol meridie. Habet & horæ sextæ significationem, & contenebrauit super terram. Scissum est & templi uelum, angeli eruptione derelinquentis filiam Sionis, tanquā in uinea speculam, & in cucumerario casulam. Ó quantum perseverauit etiam x x x psalmo Christum ipsum reddere. Vociferatur ad patrem, ut & moriens ultima uoce prophetas adimpleret. Hoc dicto, expirauit. Quis: Spiritus semetipsum, an caro spiritum? Sed spiritus semetipsum expirare non potuit. Alius est qui expirat, alius qui expiratur. Si spiritus expiratur, ab alio expiretur necesse est. Quod si solus spiritus fuisse, discessisse potius diceretur quam expirasse. Quis igitur expirat spiritum nisi caro? quæ & spirat quando illum habet, & ita eum cum amittit expirat. Deniq; si caro non fuisset: phantasma carnis, Phantasma autem spiritus fuit: Spiritus autem semetipsum expirauit, & expirando discessit. Sine duobus phantasma discessit, cū spiritus qui erat phantasma discessit, & nusquam comparuit phantasma cum spiritu. Nihil ergo remansit in ligno, Nihil perpendit

pendit etiam post expirationem. Nihil de Pilato postulatum. Nihil de patibulo detractum. Nihil sindone inuolutum. Nihil sepulchro nouo conditum. Atquin non nihil. Quid igitur illud fuit? Si phantasma, adhuc ergo inerat & Christus. Si discesserat Christus, ergo abstulerat phantasma. Superest impudentiae hereticæ dicere, phantasma illicphantasmatis rematisisse. Sed si & Ioseph corpus fuisse nouerat, quod tota pietate tractauit: ille Ioseph qui non consenserat in scelere Iudeis, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum nō stetit, & in cathedra pestium non sedxit: oportuerat etiam sepultorem domini prophetari, ac iam tunc merito benedici: Si nec mulierū illarum officium præterit prophetia, quæ ante lucem cōuenierunt ad sepulchrum cum odorum paratura. De hoc enim per Osee, ut querant, inquit, faciem meam ante lucem uigilabunt ad me dicentes, Eamus & cōuertamur ad dominum, quia ipse eripuit, dixit, & curabit nos, percussit, & miserebitur nostri, sanabit nos post biduum, in die tertia resurreximus. Quis enim hæc non credat in recognitatu mulierum illarum uolutata, inter dolorem præsentis destitutionis, qua percussæ sibi uidebantur à domino, & spem resurrectionis ipsius qua restitui rite arbitrantur? Corpore autem non inuento, sublata erat sepultura eius de medio, secundum Esaiam. Sed & duo ibidem angeli apparuerūt: Tot ferè laterensibus uti solebat, in duobus testibus cōsistens dei sermo. Reuertentes quoq; à sepulchro mulieres, & ab illa angelorū uisione prospiciebat Esaias: Mulieres, inquit, uenite, Venientes à uisione, uenite ad renunciandam scilicet domini resurrectionem. Bene autem quod incredulitas discipulorum perseuerabat, ut in finem usq; defensio nostra consisteret, Christum Iesum nō alium se discipulis aedidisset quæm prophetarum. Nam cum duo ex illis iter agerent, & dominus eis adhæsisset, non comparens quod ipse esset, etiam dissimulans de conscientia rei gestæ, Nos autem putabamus, inquiunt, ipsum esse redemptorem Israelis, utiq; suum Christum, id est creatoris: adeo nec alium se aediderat ille. Cæterum non existimarent eum creatoris, & cum creatoris existimarentur, non sustinuisset hanc de se existimationem, si non is esset qui existimat. Aut ipse erit autor erroris, & prævaricator ueritatis aduersus dei optimi titulum. Sed nec post resurrectionem alium se eis ostendit, quæm quem existimat sibi dixerant. Plane inuictus est in illos, O insensati & tardi corde in non credendo omnibus quæ locutus est ad uos. Quæ locutus non alterius se dei esse probat, sed eiusdem dei. Nam eadē & angeli ad mulieres: Rememoramini quæ locutus sit uobis in Galilæa, dicens: quod oportet tradidi filium hominis & crucifigi, & tertia die resurgere. Et quare oportebat: nisi quia ita à deo creatore scriptum. Igitur increpauit illos ut de sola passione scandalizatos, & ut dubios de fide resurrectionis annunciatæ sibi à fœminis, per quæ non crediderant ipsum fuisse quem existimabant. Itaq; quod existi

E 3 mauerant

mauerat id uolēs credi se, eū se cōfirmabat quē existimauerat, creatoris scilicet Christū redemptorē Israelis. De corporis aut̄ ueritate qđ potest clarius? cum hæsitātibus eis ne phantasma esset, imò phantasma credentibus: Quid turbati estis? Et quid cogitationes subeunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum, quoniam spiritus ossa non habet sicut me uidetis habere. Et Marcion quædam contraria sibi, illa credo industria erat de Euāgelo suo noluit, ut ex his quæ eradere potuit nec erasit, illa quæ erasit aut̄ negetur erasisse, aut̄ merito erasisse dicatur. Nec parcit nisi eis quæ non minus aliter interpretando quām delendo subuertit. Vult itaq; sic dictum, quasi, Spiritus ossa nō habet, sicut me uidetis habentem ad spiritum referatur, sicut me uidetis habentem, id est non habentem ossa, sicut & spiritus. Et quæ ratio tortuositatis istius? cum simpliciter pronunciare potuisset, quia spiritus ossa non habet, sicut me uidetis nō habentem. Cur autē inspectui eorum manus & pedes suos offert, quæ membra ex ossibus constant? Si ossa non habebat, cur adiicit. Et scitote quia ego sum, quem scilicet corporum retro nouerant. Aut si phantasma erat usq; quaqc; cur illos phantasma credentes increpabat? Atquin adhuc eis non credentibus, propterea cibum desiderauit, ut se ostenderet etiam dentes habere. Impleuimus, ut opinor, sponsonem, Exhibuimus Iesum Christum prophetarum doctrinis, sententijs, affectibus, sensibus, virtutibus, passionibus, etiam resurrectione, non aliū quām creatoris. Siquidem & Apostolos mittens ad prædicandum uniuersis Nationibus, in omnem terram exire sonum eorū, & in terminos terræ uoces eorum, psalmum adimplendo, præcepit. Misereor tui Marcion, frustra laborasti. Christus enim Iesus in Euāgelo tuo, meus est.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,
ADVERSVS MARCIONEM LIBRI
QVARTI FINIS.

ARGUMENTVM LIBRÌ SEQVENTIS
PER BEATVM RHENANVM.

 ERISSIMVM est quod alibi dixit Tertullianus, de philosophorum ingenij omnem hæresim animari. Siquidem Marcion hinc deū suum meliorem commentus est, quod Stoicæ scholæ decreta, cuius ille fuit alumnus, ἀπέδεικνε, hoc est affectuum uacuitatem tantopere prædicens, de qua seipso etiam superbe iactant eius factionis consecranei, quod dominus Hieronymus nullo modo ferre potest. Enthuero superioribus libris egregie confutatus est, legem ab Euāgelo separans, & nouum ac meliorem deum comminiscens qui Christum in terras misericorditer uerteret, partim ex Euāgelo pro sua libidine corrupto, persuadere molitus est. Iam quoniam ex Paulinis quoq; epistolis similī temeritate adulteratis, & prout ipsi

ut ipsi uel commodum uel incommodum erat demutatis, insaniam suam Apostolico calculo comprobare tentabat, ostendit hoc postremo libro non aliud Christum in illis praedicari, quam creatoris. Quod si Paulus in quosdam inuehatur cetero ijs ueteris legis rursus utentes, non tamen ideo creatori illum aduersari, qui ipse per Prophetas suos testatus sit umbras ueteris legis desituras exorta luce Euangelica. Agitur autem hic idem argumentum fucante sua Marcione ex uerbis Paulini, & uicissim refellente Tertulliano, quod prioribus libris ante tractatum est. Porro quod omnibus epistolis excusis (præter eas quæ sunt ad Titum & Timotheum quas reijciebat Marcion) illius quæ ad Hebraeos inscribitur non est facta mentio, satis declarat, ea ætate Paulo fortassis non fuisse tributam.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM

Apostoli quoq; originem.) Adiecumus Pauli. Apostoli quoq; Pauli originem.
Nouus aliqui discipulus.) Aliqui pro aliquis. Sic & supra. Sed erat,
inquit unus aliqui deputandus ex ijs. Paulo post. A domino affectum iam in coe-
lis quiescente. In acatos tuas.) Hoc est in cymbas siue scaphas tuas. Est ἄκανθη
τοῦ, Græcis nauigij genus quod uelis potius agebatur quam remis. Id & ἀκάνθη
aliquando dicitur, quod uocabulum etiam maiori uelo nauis accommodat Ius-
lius Pollux. Onus auertiisti.) Sacra uoces intelligit quæ nauibus imponuntur
in longinquas regiones deuehendæ. Et solent haec nonnunquam ab ipsis naucle-
ris intercipi. Plane profiteri potest seipsum quis.) Loquitur de professione
quæ fit apud Acta. Nam profitemur dum publicè & apud Acta aliquid ultero de-
nunciamus, ueluti quæ profitemur merces ne in uectigali pendundo reipublicæ
fraus fiat. Vnde merces improfessas Marcianus in Pandectis uocat quarum no-
mine nullum uectigal solutum est. Item profitebatur filios natos sibi apud Acta
ueteres, quæ res tum certam tum facilem ætatis faciebat probationem si quando
huiusmodi dubium incidisset. In huc sensum eleganter dixit Seneca, Profiteri æs
alienum. Id quod candidati facere cogebantur & rei. De beneficijs libro sexto. Li-
uius, profiteri frumentum libro quarto primæ Decadis, ubi in perulgatis exem-
plaribus mendose legitur, Confiteri cogendo frumentum. Ut iam hinc &
fidem tuam obtundam.) Sic libro præcedente, Non Dauid, inquit, errorem scri-
barum obtundebat. Non mihi Paulum.) Nos. Nam mihi Paulum. Asserit
uè uidelicet. Item infra, Certè Acta Apostolorum hunc mihi ordinem Pauli tra-
diderunt. Ex Gorziensi collatione. Isdem & hic dimicabimus lineis.) Li-
nearum prouerbialiter lubens meminit, Ut rursum ad lineas, Præducere lineas,
& hic, Isdem dimicare lineis. Intercessisse quosdam.) Hoc est interuenisse, 3
opposuisse se quosdam. Infra scriptissimus, quam de instrumento Actorum. Non
aliter supra uocauit Apocalypsin, Instrumentum Iohannis. Paulo post pro sequa
re posuimus, si quid scilicet. Ex Gorziensi. Item, Et defensionem. Nos, ex defen-
sione. Iudaismi magis adfines.) Ut in De patientia. Adfines cupiditatis de-
prehendemur. Item, Nunquid impatientes pacis adfines. Ob incōstantiam. 4
uictus.) Hic uides ab ipso autore explicari quid intellexerit per passuum coniunctum libro primo aduersus Marcionem, dum, inquit, hoc ipsum argumentum trans-
stans. Igitur si feruenter adhuc, ut Neophytus aduersus Iudaismū, aliquid in con-
uersatione reprehendendum existimat, passuum scilicet coniunctum. Et cæter-
a. Quod uero sequitur hic conuersationis ambiguae, Tertullianus potuisset di-

cere sibi libuisse, conuersationis passiuæ. Ergo passiuum, & inconstans & ambiguum significat. Quam nobiscum faciat.) Hoc est, quam nobiscum sentiat.

⁵ Sic & supra alicubi loquutus est. Si uero ratio, nec lex in tuo.) Nos ex Gorziensi collatione restituimus, Si uero rationale & in tuo. Porro frequenter hoc uocabulum apud Tertullianum repertas. Ut quum dicit, Omnia in deo rationalia. Nihil in deo non rationale. Abrahæ dictæ promissiones.) Nos adiecimus uerbum sunt. Soles & lunas.) Sic libro præcedente, Qua soles & imbre qui foenerauerat. Cuius gratia.) Subaudi, est. Physicæ, id est naturalis superstitionis.) Horum meminit libro primo aduersus Marcionem, Ut plerique Physicorum, inquit, formidauerint initium ac finem mundo constare. Aduersus Praxean, Et manet chirographum apud Physicos. Ibidem. Dissiunctum à Physicis. Sic enim utrobique legitur in uolumine Gorziensi. Et ceremonia uestra.) Sic dixit in De hæresibus. Ad benedicenda eucharistia sua. O licentia inexcusabilem.

Nouissimam Abrahæ mentionem, nullam magis auferendam.) Appositum.

Vnum à monte Syna.) Subaudi ex liberis. Alium sup. Hoc est alterum ex filijs super omnem principatum generans. In quem repromisitus sanctam ecclesiam.) Censeo legendum. In quem repromisisti sumus. In quem uidelicet alterum filium. Seruitutis uel legis astringi.) Nos, id est legis. Item, sicut & circuncisionem, utrumque ex Gorziensi. Circumcidetis duricordiam uestram.) Sic uer

⁸ tit σκληροπερδίαν. Dum Christi est lex creatoris.) Amat breuitatem. Subaudi datur, lex. Boni duxit deus.) Sic uerit quod Græce est, Βοὸς ὁργός οὐ δέος. Quemadmodum enim autores dicunt, Boni consulere. Et, Aequi bonique facere, sic ipse dicit, Boni ducere. Infra. At propterea, inquit, debere boni ducere abesse potius à corpore & esse cum domino, ut & mortem excipiamus. Et alibi rursum, Quomodo autem, inquit, boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habitare.

Qui sapientia sua.) Scripsimus, Qui in sap. f. Et paulopost, Qui ex retributione. Et supra, & populi & humani generis offendam. Ex Gorziensi collatione.

Aut etiam uetera.) Hoc est apud ueteres institutiones, apud ueteres ceremonias, uidelicet instrumēti ueteris. Quid stultius.) Hoc refertur ad Creatorem.

Penè iam totis seculis creatoris prodactis.) Prodactis à prodigio quasi procuratis, hoc est expletis. Si in creatoris accipitur.) Subaudi, interpretatio nem, ut de creatore uidelicet intelligatur. Defectua oratio Græcorum imitatione qui dicunt γράσσων. In Plutonis. Subauditur, domo. Sic infra. Et à nostræ partis possit opponi. Depalatorem disciplinæ diuinæ.) Depalatorem uocat, pro palatorem, manifestatoremque. Sic aduersus Hermogenem. Siquidem, inquit, omnia opera sua deus ordine consummavit, in ictis primo elementis depalans quodammodo mundum, dehinc exornatis dedicans. Depalans, hoc est palam ostendens. Vtique sui superfundamenta.) Nos prepositionem super erasmus.

¹³ fidem secuti Gorziensis collationis. Per similitudinem sanguinis salutaris.) Alludit ad locum qui est Exodi cap. xii. Ite tollentes agnum per familias uestras, & immolate phase, Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare & utrumque postem. Transibit enim dominus percutiens Aegyptios. Cumque uiderit sanguinem in superliminari & in utroque poste, transcenderet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos uestras & laedere. Et pecoris Christi.) Agnus intelligit. Paulopost scripsimus, Empti enim sumus pretio magno. Plane nullus si in phantasma fuit Christus.) Nos ex iudicio nostro sumus ausi mutare locum & scribere, Planè nullo si phantasma fuit Christus. Subaudi, pretio. In que eadem mittenda fornicatio non erit.) Optime scribendum, committenda. Et si forte disiunctum.) Si forte pro forte.

Ne qui

Ne qui fidelis.) Ne qui pro ne quis. Ut aliqui saepe pro aliquis. Paulo post scripsimus. Ecce autem & in petr. Figuram extranei sacramenti.) Poterit exponi, figuram eius qui sit extraneus à sacramento. Nam solet extraneus construere cum genitio, ut supra aduersus Marcionē libro secundo, Quis mali extraneus, nisi qui & inimicus. Item, Extranea gloriae. Evidem aemulo.) Restituimus locum ex Gorziensi codice. Ab alio mutuatur exempla & quidem emulo. De illo me terret sibi. Iam si deliquerо eadem.) Figura Græca, id est secundū eadem. Aut exponentum pro admisero. Infra, Et cōtrario foueat deus. Item, quādo paria. Nos, siquādo paria. Et breuiter expungo.) Expūgo, hoc est absoluo.

Panis & calicis sacramentum.) Nos, sacramento. Nihil exinde sperante penes illos spiritu.) Legendum, spirante pro aspirante. Qui meritus charismata.) Nos, qui meritum charismatum. Paulopost, discendi duntaxat gratia. Et mox, mulieri etiam prophetanti. Ex Gorziensi collatione. Magnis dicam.) Posset etiam legi, Magnidicam. Nihil ex huiusmodi.) Malim, Nihil huiusmodi. Vocabulorum mortuorum. Ita mortuum uocabulū non est.) Hic locus etiam in manuscriptis voluminibus est deprauatus. Ego sic mutavi distinxīq;. Exigit defendi proprietates uocabulorū. Mortuorum ita uocabulo non est nisi quod amisit animam. Et in Christi corpore,) Nos, Et in Christo corpore. Infra, donec ponat. Qui ait, Sedit ad dexteram templi.) Nihil hic succurrunt exemplaria, Censeo scribendum, quia is federit ad dexteram templi.

Quod & ipso hic accedit.) Ipso hoc est in ipso. Subaudi, Christo. Accedit pro accidit, ut infra, Demutatio, inquit, adscribens quae accedit resurrectioni. Porro, Quod & ipso, apre refertur ad id quod sequitur: Tu es sacerdos in æternum. Nam & sacerdotium Christi spirituale. Acceptatione & bene dignabitur.) Proculdubio legendum, & benedictione dignabitur. Præcedit enim, Qui Abram circūcisum iam accepta decimarum oblatione benedixit. Infra scripsimus, puluerem lingent. Viderit institutio istæ Calendæ si forte Febr. r.) Hunc locum ex sola diuinatione pridem restitueram adiecta in margine libri annotationi uncula. Nunc quoniam consentit codex Gorziensis, liberius ausi sumus pro ista scribere ista, hoc modo, Viderit institutio, ista Calendæ si forte Februarie respondebunt illi pro mortuis petere. Et est sensus: Calendæ Februarie, hoc est sacra quibus Romanus populus hoc mense februabatur, id est lustrabatur per ignem maxime, respondebunt illi subaudi Marcioni, si forte, hoc est forte (nam perpetuo Tertullianus si forte pro forte utitur) petere ista pro mortuis, uidebet istum baptizandi modū. Quasi dicat. Lustrationis Februalis loco, mortuorum baptizatio, fortassis fuit apud quosdam Christianos, & ex illo lustrandi ritu solenni irrepsit. Evidem quod negari nō potest, ceremonia ardendum cereorum quos hodie Christiani eo die qui purificatae Marie dicatus est, ex more circunserimus, à Februalibus Romanorū sacrī originē sumplere. Pertinaci paganismo mutatione subuentum est, quem rei in totum sublatio potius irritasset. Si sic distinguas, Viderit institutio ista. Calend. idem erit sensus. Denotare.) Denotare pro arguere ut supra saepe. In De patientia. Parum hoc, inquit, si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotauit Secundam disceptationem.) Possit etiam legi disceptationem. Obducitur.) Hoc est cōuincit subaudi Marcion. Hoc uerbo in hunc sensum crebro utitur, ut supra annotauimus, & infra sumus annotaturi. Infra scripsimus, Nonne carnalem. Etsi habet aliquid proprium corpus anima vel spiritus.) Diuus Aurelius Augustinus negat Tertullianum propter hanc assertionem damnatum esse hæreseos. Quin interpretatur commode quantum potest. Animale dici capit.) Usus huius uerbi

verbī capít multis iam locis annotauimus. Sic em̄ uertit quod Græcis ἡγετού
 dicitur, quo & illi impersonaliter uti solent. Hic tantum ualeat, ac si diceret, recipit
 appellationem ut animale dicatur, siue meretur animale dici. Sic in De resurrec-
 tione carnis, Quam & patrum, inquit, dici capiat. Libro tertio aduersus Marcio-
 nem, Id enim intelligi uel non intelligi capit. Infra adieciimus genitiū carnis
²¹ ex Gorziensi collatione. In nomine carnis denegatur dei regnū. Sed quod
 illi corpus dei dederit.) Censeo scribendū deus dederit, ut supra, Quibus det cor-
 pus deus prout uoleat. Quæ accedit resurrectioni.) Accedere frequenter usur-
 pat pro accidentis esse. Ut in præcedentibus, Quod & ipso hic accedit. Et paulo
 ante, Nisi, inquit, ex accendentibus cui magis competant. Mox pro uel contentio-
 tua reposuimus. Vbi contentio tua? Item, Domini nostri Iesu Christi. Ex Gor-
 ziensi collatione. Vtq; & misericordia affectum.) Quoniam in Gorziensi
 si codice legitur affectu, uertendum est & particula in ex. Etsi non litera, &
 eius sp̄ritus hoc erit nouitas.) Arbitror pro & supponendū at. At eius spiritus.
 Quomodo iam optatus.) Gorziensis collatio monuit pro optatus substi-
²³ tuendum opera. Quid & Apostolū Christi alterius.) Legendum ad Apo-
 stolum, ubi subaudiri debet, pertinet. Contentus uictoriae.) Contentus cum
²⁴ genitiuo. Næ ultro possum.) Næ Græcum est aduerbum affirmandi pro,
 certè, profecto. Scripsimus infra, Prætereo. Item, Et hanc substantiam resuscita-
²⁵ turus est. Strinxit.) Strinxit pro perstrinxit, hoc est obicer indicauit, siue le-
 uiter attigit. Et qui de integro.) Legendum, & quidem integro. Com-
 pendium mortis, & mutati conlequentur.) Pro & debet legi sed. Ibidem scripsi-
 mus superinduti. Item, quām exuti corpus. Boni ducere.) Boni ducere sicut
 Boni consulere, ut supra hoc ipso libro, Quoniam inquit, in dei sapientia tion in-
 tellexit mundus per sapientiam dominū, boni duxit deus per stultitiam prædi-
 cationis saluos facere credentes. Sic interpretatur uerbum Paulinum. Mox adieci-
 mus aduerbum libenter ex collatione Gorziensi, ut & morib; liben-
 ter excipiamus. Dispunctionem boni ac mali operis.) Dispunctionem au-
²⁶ cat compensationem, remunerationemq;. Percutiendi & saeuendi alienū.)
 Sic in De resurrectione carnis, Quis ergo discēdi magis ad finis quām præsumen-
 di. Eodem. In re aliena salutis. Item, In alienā cū pæ. Plurimum.) Plurimum,
 hoc est maxime siue pro maxima parte. In uitiationem ueritatis.) Videlicet
²⁷ non receptæ sed explosæ. Vehitur in transgressores legis. Vehitur pro in-
 uehitur. Adeo autem Iudæos ingesserat. Lege incesserat, nam præcedit, ue-
 hitur in transgressores legis. Seruuit deus dispositioni.) Adieciimus tuus ex
 Gorziensi, deruuit deus tuus dispositioni. Nisi si creator ideo legem inter-
 calauit.) Intercalauit, id est interécit, interposuit, interseruit, medium immisit.
 Nam id significat hic intercalare. Eius uerbi meminit Macrobius, etiā de ratio-
 ne intercalandī abunde differens. Iulius Cæsar instituit ut unus dies quarto quo-
 que anno intercalaretur, hoc est insereretur, unde bisextilem annum Plinius in-
 tercalarem uocat, & Liuius mensem dixit intercalarium. Græci ἐμβόλιαμον appel-
²⁸ lant, & ἐμβόλιασσον. Per quam licuit delictum latere.) Licuit, hoc est à liquet
 impersonali uerbo pro claruit, innotuit, manifestū euasit. Atq; hoc est quod Pau-
 lus docet, ἐμέ τὸν ἔμπροτον οὐκ ἔγνω, εὶ μὰ σῆς ρομον, id est, Sed peccatum non co-
 gnoui, nisi per legē. Porro uerbo liquuit à liquet utitur in De carne Christi, Quan-
 quam iam liquuit, inquit, & de nomine hominis, de statu qualitatib;, & de sensu
 tractationis, & de exitu passionis, humanam constituisse. liquuit, id est apparuit,
 constituit. Est enim dum alterius par est.) Par cū genitiuo, ut alias sepe. Mox
²⁹ scripsimus, quia hoc tantum est. Sed ad cōuersationis pertinebūt.) Repete
 accusati-

accusatiuum, reatum. Absq; qua nec corpus aliud díci capít.) Capít, id est idoneum uel aptum est ut aliud dicatur, ut libro secundo, Capít etiam imaginem spiritus dicere flatum. libro tertio, Id enim intelligi uel non intelligi capít. In personale uerbum, quod γένεται Græci dicunt. Salio & hic amplissimū abruptū intercisiæ scripturæ.) Salio pro transilio. Si nō & inscritam.) Ex Gorziensi collatione reposuimus, inscritam. Quo uerbo Tacitus etiam utitur libro XVII. Inde atrox rumor, inquit, affirmantibus plerisq; imperfectos, ac ni sibi consulerent, fore ut acerrimi militum & præsentia conquesti, per tenebras & inscientiam cæterorum occiderentur. Vbi in perulgatis exemplaribus ante nostram castigationem legebatur, inscritam. Idem in Dialogo oratorum, Sed desidia iuuentutis, inquit, negligētia parentum, & inscritia præcipientium, & obliuione moris antiqui. Cicero in Academicis quæstionibus. Quam rationem, inquit, maiorum etiam comprobat diligentia, qui primum iurare ex sui animi sententia quenq; uoluerūt, deinde teneri si sciens falleret: quod inscritia multa ueraretur in uita. Ex inscritia scilicet.) Hic habes inscritiā & cōsentientiū exēplaria.

Et inuestigabiles uia eius.) Græce γένεται οὐσία ἀπό τοῦ. Inuestigabiles, id est non uestigabiles. Infra scripsimus, Aut quis consiliarius eius fuit. Qui tanta de scripturis ademisti.) Hoc est quod pauloante dixit, Salio & hic amplissimum abruptum intercisiæ scripturæ. Non retributionem iniuriaæ.) Addidimus uerbum permittetebat, Ex Gorziensi. Pontus laborauit.) Hoc est Barbaria illa. Nisi mauis, Ponticus, id est Marcion. Est sapor & in paucis.) Etiam modica habent suū gustum. Luxuria est turpitudini quoq; & immundiciæ, non contraria.) Nos fidem secuti collationis Gorziensis negatiuam particulam non, sustulimus. Nam luxuriam hic accipit congressum uiri cum muliere, qua est contraria turpitudini & immundiciæ, id est Veneri illiciæ. Hunc sensum aliquis non percipiens scripsit, non contraria. Licet enim & anima & corpus sit.) Scripsimus nostrum secuti iudicium, Licet enim & animæ corpus sit. Huius opinionis & paulo ante facta mentio. Multo magis hic.) Subaudi, intelligit.

Vt cohærent eis.) Nos cohærentia. Parem creatoris.) Par cum genituo, ut paulo ante, Est enim, inquit, dū alterius par est. Et alias sæpe. Nostratem deum faceret.) Nostratem, id est nostrę partis. Summissu erroris.) Summissus us.uī. pro summissione. Quod si nō capít, alterius omnia ista deputari.) Similis locutio per uerbum capít imitatione Græcorum qui γένεται sic usurpare solent impersonaliter, ut illa paulo ante, Animale díci capít. Item illa libro tertio, Id enim intelligi uel non intelligi capít. Et aliae innumeræ. Propter quod & nos iracund.) Secuti Gorziensem collationem scripsimus, Propter quod & iracundiaæ filij sumus, sed natura. Quam & ipse iam fecit.) Quam pro qualem. Nisi mauis legere suam. Non Christo æmulæ.) Aemulus cum datiuo.

Non Marrucine sed Pontice.) Marrucini Plinio teste, populi sunt Italæ Ferentianis & Vestiniis proximi. Iocus est in gentē. Latio nihil cultius, nihil barbarius Ponto. De manibus hæretici præcidendis.) Distinximus. De manibus hæretici præcidendis non miror si syllabas sub. Paulo post scripsimus, Occulti ab æuis deo. Item illis debebat dixisse. Vere cum & uisibilem excondis prelia torem?) Legerim, Verè eum & uisib. Videtur autem excondis (si non est mendosæ dictio) dictum pro educis, ut excondo oppositum sit ei quod est recondo.

Vel augmenta.) Semina præceptorum sunt uelutinitia. Additiones atq; ex positiones sunt eorundem augmenta. Et honorabit & coronabit.) Ergo in De resurrectione carnis pro mendoso uerbo inorbitur, aptè legemus coronabi tur, At

tur. At enim, inquit illic, & calix bene sibi conscient, & de diligentia ministerij commendatus, coronis quoq; potatoris sui coronabitur, aut aspergine florum honorabitur.

Quò tam mihi duos deos.) Quò, id est ad quem usum. Ut supra locutus est quoddam loco. O quanti tam dij creatores.) Quanti pro quot. Paus

lopos scripsimus. An sicut duo dij. Et mox. Si ambo iam diaboli. Rursus infra. Nam si fam tum traditio. Ex collatione Gorziensi. Ex qua delatura.) Dela-

eura pro delatione. Referri debet in eorum nominum classem, qualia sunt Læsu-

ra, paratura, supparatura, occursura, suffectura, fluxura, subiectura, farsura, inscri-

39 ptura. Nedum Antoniniani Marcionis.) Ergo lib. primo aduersus Marcio-

nem legendum. De quo tamen constat, Antoninianus hereticus est, sub Pio impio.

Boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habere.) Græcè ὅτι γε

αὐτὸς θεός τούτη πλήρωμα καθηκόντες, uertit οὐδέποτε, Boni duxit, ut supra, bis

40. De Epicuri schola.) Deum Epicurus inducit hebetem ac stupidū, qui nō com-

moueatur, nec peccantibus irascatur. At nos Christiani iram dei excitare formi-

damus. Sic aduers. Valentinianos. Sit itaq; Bythios, inquit, iste infinitis retro quis,

in maxima & altissima quiete, in ocio plurimo, placide & (ut ita dixerim) stupen-

tis diuinitatis, qualem iussit Epicurus. De porticu Stoicorum.) Stoici ponunt

materiam deo coæternam. Christianus credit deum omnia ex nihilo produxisse.

Cuius ingenij.) Hoc est à cuius ingenij. Quorundam edulium.) Vsur-

pat edulis iuxta tertiam inflexionem. Sic etiam Irenæi interpres loquitur. Ipsam

autem, inquit, edulium & reliquarū operationum indifferentem sententiam, &c.

41 libro secundo. Quo nec hic Ap.) Quo pro Quapropter. Pariari deo.)

Pariari, hoc est parem esse. Sic uertit quod apud Paulum Græcè est, οὐτε οὐτε δε.

Hoc uerbo in libro De resurrectione carnis bis utitur, Et sermo enim deus, in-

quit, qui in effigie dei constitutus, non rapinam existimauit pariari deo. Et alio po-

stea loco, Aequa enim, inquit, substantia pariāt inter se Christus & Adam, scilicet ex carne. Semel libro quarto aduersus Marcionem, Ita tota promissio creato-

ris, inquit, est, parabolicarum status, similitudinum peræquatio, si nec in alium spe-

stant, quam cui per omnia pariauerint. In De carne Christi, Pariamus igitur de

calcaria (quod dici solet) in carbonariā à Marcione ad Apellen, subauditur, even-

tes. Pariamus, id est in pari errore profligando uersamur. Tametsi illuc legitur pa-

riimus. Sed & hec sit semetipsum.) Tertullianus uertit, Sed exhaustus semet-

ipsum, quod Græcè est, οὐτε οὐτε δε. Lucri duxerat.) Lucri ducere, ut

Boni ducere. In De corona militis dicit, Lucri habitum, Perditurus, inquit, ani-

42 mam aduersus nomen eius lucri habitam. Pharisææ candidæ dignitatem.)

Hoc est ordinis Pharisæi fastigium, in quo constitutus fuerat Paulus adhuc Iu-

dæus. Candida uestis erat magistratus petentiū. In toga candida Cicero oratio-

nem habuit. Mox scripsimus, Hæc ac si stercora existimat. Et si qua in hoc

opus dilata erant, expunxerimus.) Hoc est ex debito absoluimus,

præstiterimusq; Sic libro quarto præcedente. Et si comme-

moremur, inquit, promissionis Moysi, hic

inuenietur expuncta.

ANNOT. IN LIBRVM SEQUENTEM FINIS.

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTULLIANI AD VER-

SVS MARCIONEM, LIBER QVINTVS.



I H I L sine origine, nisi deus solus. Quæ quantum præce-
dit in statu omnium rerum, tantum præcedat necesse est
etiam in retractatu earum, ut constare de statu possit.
Quia nec habeas despicer quid quale sit, nisi certus au-
sit, cum cognoveris unde sit. Et ideo ex opusculi ordine
ad hanc materiam deuolutus, Apostoli quoq; ^{P A V L I}
originem à Marcione desidero, nouus aliqui discipulus, nec ullius alterius
auditor, qui nihil interim credam nisi nihil temere credendū: temere porrò
credi quodcunq; sine originis agnitione creditur: quiq; dignissimè ad sollici-
tudinem redigam istam inquisitionem, cum is mihi adfirmatur Apostolus
quem in albo Apostolorum apud Euangelium non deprehendo. Deniq; ^{Album Apo-}
audiens postea eum à domino allectū iam in coelis quiescente, quasi impro ^{stolorum}
videntiā existimo, si nō ante sciuī illum sibi necessarium Christus, sed iam
ordinato officio Apostolatus & in sua opera dimisso, ex incursu nō ex pro-
spectu adiiciendum existimauit, necessitate, ut ita dixerim, non uoluntate.
Quatnobrem Pontice nauclere si nunquā furtiuas merces uel illicitas in aca-
tos tuas recepisti, si nullum omnino onus auertisti uel adulterasti, cautior
utiq; & fidelior in dei rebus, ædas uelim nobis quo symbolo suscepéris A-
postolorum Paulum: quis illum tituli charactere percusserit, quis transmise-
rit tibi, quis imposuerit, ut possis eum constanter exponere, ne illius probe-
tur qui omnia Apostolatus eius instrumenta protulerit. Ipse se, inquit, Apo-
stolum est professus, & quidem non ab hominibus, nec per hominem, sed
per Iesum Christum. Planè profiteri potest semetipsum quiuis. Verū pro-
fessio eius alterius autoritate conficitur: alius scribit, alius subscribit, alius ob-
signat, alius actis refert. Nemo sibi & professor, & testis est. Præter hæc uti
que legisti multos uenturos, qui dicant, ego sum Christus. Si est qui se Chri-
stum mentiatur, quāto magis qui se Apostolum prædicet Christi? Adhuc
ego in persona discipuli & inquisitoris cōuersor, ut iam hinc & fidem tuam
obtundam, qui unde eam probes non habes: & impudentiam suffundam,
qui uindicas, & unde possis uindicare non recipis. Sic Christus, sic Aposto-
lus, ut alterius, dum non probantur nisi de instrumento creatoris. Nam mi-
hi Paulum etiam Genesis olim repromisit. Inter illas enim figuræ & pro-
pheticas super filios suos benedictiones, Iacob cum ad Beniamin dixisset,
Beniamin, inquit, lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad uesper-

Scribere
Subscribere
Obsignare
^{In acta referre}
re

F tam

P A V L V S ram dabit escam. Ex tribu enim Beniamini oriturum Paulum prouidebat, lupum rapacem, ad matutinū comedentem, id est prima ætate uastaturum pecora domini, ut persecutorem ecclesiarum, dehinc ad uesperam escam daturum, id est deuergente iam ætate oves Christi educaturum, ut doctorem Nationum. Nam & Saulis primo asperitas insectationis erga David, de hinc poenitentia & satisfactio, bona pro malis recipientis, non aliud porten debat quam Paulū in Saule secundum tribus, & Iesum in David secūdum sacramenta figurarum uirginis censem. Hæc figurarum sacramenta si tibi displacent, certè Acta Apostolorum hunc mihi ordinem Pauli tradiderunt, à te quoq; non negandum. Inde Apostolum ostendo persecutorem, non ab hominibus, neque per hominem: inde & ipsi credere inducor: inde te à defensione eius expello, nec timeo dicentem, Tu ergo negas Apostolum Paulum? Non blasphemо quem tueor. Nego, ut te probare compellam. Nego, ut meum esse convincam. Aut si ad nostrā fidēm spectas, recipe quæ eam faciunt. Si ad tuam prouocas, æde quæ eam præstruunt: Aut proba esse, quæ credis: aut si non probas, quomodo credis? Aut qualis es aduersus eum credens, à quo solo probatur esse quod credis? Habe nūc Apostolū de meo sicut & Christum: tam meum Apostolum, quam & Christum. Iisdem & hic dimicabimus līneis: in ipso gradu prouocabimus præscriptionis, Oportere scilicet & Apostolum qui creatoris negetur, imò & aduersus creatorē proferatur, nihil docere, nihil sapere, nihil uelle secundum creatorem: & in primis tanta constanza alium deum edicere, quanta à lege creatoris abrupit. Neque enim uerisimile est ut auertens à Iudaismo, non pariter ostenderet in cuius dei fidem auerteret: quia nemo transire posset à creatore, nesciens ad quem transeundum sibi esset. Siue enim Christus iam alium deum reuelauerat, sequebatur etiam Apostoli testatio, uel ne non eius dei Apostolus haberetur quæ Christus reuelauerat, & quia non licebat abscondi ab Apostolo qui iam reuelatus fuisset à Christo. Siue nihil tale deo Christus reuelauerat: tanto magis ab Apostolo debuerat reuelari, qui iam non posset ab alio, non credens sine dubio si nec ab Apostolo reuelatus. Quod idcirco præstruximus, ut iam hinc profiteamur nos proinde probaturos, nullum alium deum ab Apostolo circumlatum, sicut probauimus nec à Christo: ex ipsis utiq; epistolis Pauli, quas proinde mutilatas etiam de numero, forma iam heretici Euangelij præiudicasse debebit.

DE EPISTOLA AD GALATAS.

Epistola ad Galatas, in Iudaismo expugnatrix



R I N C I P A L E M aduersus Iudaismum epistolam nos quoq; contemnemur, quæ Galatas docet. Amplectimur etenim omnem illam legis ueteris abolitionē, ut & ipsam de creatoris ueniētem dispositione, sicut saepe iam in isto ordine tractauimus, de prædicata nouatione à prophetis dei nostri. Quod si creator quidem uetera cessauit promisit nouis scilicet

scilicet orituris, Christus uero tempus distinctionis istius, Lex & prophetæ usq; ad Ioannem, terminum in Ioanne statuens, inter utrumq; ordinem dependentium exinde ueterum & incipientium nouorum: necessariè & Apostolus in Christo post Ioannē reuelato, uetera infirmat, noua uero confirmat: atq; ita non alterius dei fidem curat quām creatoris, apud quē & uetera decessura prædicabātur. Igitur & legis destructio, & Euangelij ædificatio, prome faciunt in ista quoq; epistola, ad eam Galatarum præsumptionem pertinentes, qua præsumebant Christum utputa creatoris, salua creatoris lege credendum: quod adhuc incredibile uideretur, legem à suo autore deponi. Porrò si omnino aliud deū ab Apostolo audissent, ultrò utiq; scissent abscedendum sibi esse à lege eius dei quem reliquissent, aliud securi. Quis em̄ expectaret diutius discere, quod nouam deberet sectari disciplinam, qui nō uum deum recepisset? Imò quia eadem quidem diuinitas prædicabatur in Euangeliō, quæ semper nota fuerat in lege, disciplina uero non eadem, hic erat totus quæstionis status, An lex creatoris ab Euangeliō deberet excludi in Christo creatoris. Deniq; aufer hunc statum, & uacat quæstio. Vacante autem quæstione, ultrò omnibus agnoscētibus discedendum sibi esse ab ordine creatoris per fidem dei alterius, nulla Apostolo materia cōpetisset, id tam p̄fesse docēdi, quod ultrò fides ipsa dictasset. Igitur tota intentio epistolæ istius nihil aliud docet quām legis decessionem uenientem de creatoris dispositione, ut adhuc suggeremus. Si item nullius noui dei exerit mentionem, quod nusquam magis fecisset quām in ista materia, ut rationem scilicet ablegandæ legis, unica hac & sufficientissima definitione proponeret nouæ diuinitatis, apparet quomodo scribat, Miror uos tam cito transferri ab eo qui uos uocauit in gratiam, ad aliud Euāgeliū: ex cōuersatione aliud non ex religione: ex disciplina, non ex diuinitate. Quoniam quidem Euāgeliū Christi à lege euocare deberet ad gratiam, non à creatore ad aliud deum. Nemo enim illos mouerat à creatore, ut uideretur sic ad aliud Euāgeliū transferri, quasi dum ad creatorem transferuntur, Nam & adiiciens, quod aliud Euāgeliū omnino non esset, creatoris confirmat id, quod esse defendit. Si enim & creator Euāgeliū repromittit, dicens per Esaiam: Ascende in montem excelsum, qui Euāgelizas Sioni, extolle uocem in ualentia tua qui Euāgelizas Hierusalem: Item ad Apostolorum personam: ἐραύνεις Quām tempestiui pedes Euāgelizantium pacem, Euāgelizantium bona: utiq; & Nationibus Euāgelizantium, quoniam & in nomine eius, inquit, Nationes sperabūt, Christi scilicet, cui ait, Posui te in lumen Nationū: Est aut̄ Euāgeliū etiam dei noui, quod uis tunc ab Apostolo defensum: iam ergo duo sunt Euāgelia apud duos deos, & mentitus erit Apostolus dicens, quod aliud omnino non est, cum sit & aliud: cum sic suum Euāgeliū defendere potuisset, ut potius demonstraret, non ut unū determinaret. Sed

F 2 fortassis

An lex creatoris ab Euāgeliō debeat excludi in Christo creatoris

fortasse ut fugias hinc, Et ideo dices, subtexuit, Licet angelus de cœlo aliter Euangelizauerit, anathema sit, quia & creatorem sciebat Euangelizaturum. Rursus ergo te implicas. Hoc est enim quo astringeris, Duo enim Euāgelia confirmare, non est eius qui aliud iam negarit. Tamen lucet sensus eius qui suam præmisit personam: Sed & si nos aut angelus de cœlo aliter Euangeli zauerit. Verbi enim gratia dictum est. Cæterum, si nec ipse aliter Euangeli zatus, utiq; nec angelus. Ita angelum ad hoc nominauit quo multomagis hominibus non esset credendum, quādo nec angelo, & nec Apostolo: non angelum ad Euangelium referret creatoris. Exinde decurrentis ordinem eorum
Apostolica
Acta,
Instrumentū
Actorum
s. Galatas
Superinducti
tij fratres
veracōnotū
σας

uerisimile non est, ex parte quidem Apostolo conuenire, cū ordinem eius secundum ipsius testimonium ostendunt, ex parte uero dissidere, cum diuinitatem in Christo creatoris annunciant: ut prædicationem quidē Apostolorum non sit secutus Paulus, qui formam ab eis dedocendæ legis accipit. Deniq; ad patrocinium Petri cæterorumq; Apostolorū ascensisse Hierosolymam post annos XIIII. scribit, ut conferret cum illis de Euangelij sui regula, ne inuacuum tot annis cucurisset, aut curreret, si quid scilicet citra formam illorum Euangelizaret: Adeo ab illis probari & constabiliti desiderat. Quod si quando uultis Iudaismi magis ad fines subintelligi, cū uero nec Titum dicit circumcisum, iam incipit ostendere solam circumcisionis quæ, stionem ex defensione adhuc legis cōcussam ab eis, quos propterea falsos & superinductios fratres appellat, nō aliud statuere pergentes quām per seuerantiam legis, ex fide sine dubio integra creatoris: atq; ita peruerentes Euangelium, non interpolatione scripturæ, qua Christum creatoris effingent, sed retentione ueteris disciplinæ, ne legem creatoris excluderent. Ergo propter falsos, inquit, superinductios fratres, qui subintrauerant ad spe culandam libertatem nostram quā habemus in Christo, ut nos subigerent seruituti, nec ad horā cessimus subiectioni. Intendamus enim & sensui ipsi, & causæ eius, & apparebit uitiatio scripturæ. Cum præmittit, sed nec Titus qui tecum erat, cum esset Gr̄ecus, coactus est circumcidere: deinceps subiungit, propter superinductios falsos fratres, & reliqua: contrarij utiq; facti incipiit reddere rationem, ostendens propter quid fecerit: quod nec fecisset, nec ostendisset

dostendisset, si illud propter quod fecit non accidisset. Denique dicas uelim, si non subintrodissent falsi illi fratres ad speculandam libertatem eorum, cessis-
sent subiectioni: non opinor. Ergo cesserunt, quia fuerunt propter quos ce-
deretur. Hoc enim rudi fidei & adhuc de legis obseruatione suspensae com-
petebat, ipso quoque Apostolo ne in uacuum cucurisset aut curreret suspecto.
Itaque frustandi erant falsi fratres, speculantes libertatem Christianam , ne
antè eam in seruitutem abducerent Iudaismi, quām Paulus sciret se non in
vacuum cucurrisse, quām dexteras ei darent antecessores, quām ex censu eo Ex censu apóstoli
rum in Nationes prædicandi munus subiret. Necessario igitur cessit ad tem*stolorum*
pus. Et sic ei ratio constat Timotheum circumcidendi, & rasos introducendi
in templum, quæ in Actis edicuntur adeo uera, ut Apostolo cōsonent profi-
tenti factū se Iudæis Iudæū, ut Iudeos lucrifaceret: & sub lege agentem pro-
pter eos qui sub lege ageret: sic & propter superinductos illos, & om̄ibus no-
uissimè om̄ia factum, ut omnes lacraretur. Si hæc quoque intelligi ex hoc po-
stulat, id quoque nemo dubitabit, eius dei & Christi prædicatorem Paulum,
cuius legem, quamvis excludens, interim tamē pro temporibus admiserat,
statim amoliendam si nouum deum protulisset. Bene igitur quod & dexte-
ras Paúlo dederunt Petrus & Iacobus & Ioannes, & de officijs distributio-
ne pepigerunt, ut Paulus in Nationes, illi in circuncisionem : tantum ut me-
tmisissent egenorum. Et hoc secundum legem creatoris, pauperes & egenos
fouentis, sicut in Euangelijs uestri retractatu probatum est. Adeo cōstat de
lege sola fuisse quæstionem, dum ostenditur quid ex lege custodiri conue-
nerit. Sed reprehendit Petru non recto pede incidentem ad Euangeliū ueri-
tatem. Planè reprehendit, non ob aliud tamen, quām ob inconstantiam ui-
ctus, quem pro personarum qualitate uariabat, timens eos qui erant ex cir-
cumcisione: non ob aliquam diuinitatis perueritatem, de qua & alijs in fa-
ciem restitisset, qui de minore causa cōuersationis ambiguae Petro ipsi non
pepercit. Sed, quomodo Marcionitæ uolunt credi, de cætero pergit Apo-
stolus, negans ex operibus legis iustificari hominem, sed ex fide. Eiusdem ta-
men dei, cuius & lex. Nec enim laborasset fidem à lege discernere, quam di-
uersitas ipsius diuinitatis ultrò discreuisset, si fuisset. Merito nō redificabat,
quæ destruxit. Destrui autem lex habuit, ex quo uox Ioannis clamauit in
eremo, Parate uias domini, ut fierent riui & colles & montes repleti & humi-
liati, & tortuosa & aspera in rectitudinem & in campos, id est legis difficul-
tates in Euangelijs facilitates. Meminerat iam & psalmi esse tempus: Disfrum-
pamus à nobis uincula eorum, & abiçiamus à nobis iugum ipsorum, ex quo
tumultuatae sunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges ter-
rae, & magistratus congregati sunt in unum, aduersus dominum, & aduersus Christum ipsius, ut iam ex fidei libertate iustificetur homo, non ex legis
seruitute: quia Iustus ex fide uiuit. Quod si prophètes Abacum prenuncia-

uit, habes & Apostolum prophetas confirmantem, sicut & Christus. Eius ergo dei erit fides in qua uiuet iustus: cuius & lex, in qua non iustificatur operarius. Proinde si in lege maledictio est, in fide uero benedictio: utrumque habes propositum apud creatorem: Ecce posui, inquit, ante te maledictionem & benedictionem. Non potes distantiam vindicare: quae & si rerum est, non ideo autorum, quae ab uno autore proponitur. Cur aut Christus factus sit pro nobis maledictio, ipso apostolo edocente manifestum est quam nobis scum faciat, id est secundum fidem creatoris. Neque enim quia creator prouniciavit, Maledictus omnis in ligno suspensus: ideo videbitur alterius dei esse Christus, & idcirco a creatore iam tunc in lege maledictus. Et quomodo præmaledixisset eum creator quem ignorat? Cur autem non magis competit creatori, filium suum dedit maledictioni sua: quam illi deo tuo, subdidisse maledictioni & quidem pro homine alieno? Denique si atrox uidetur hoc in creatore circa filium, proinde tuo in deo. Si uero rationale & in tuo, proinde & in meo, & magis in meo. Facilius enim crederetur, eius esse per maledictionem Christi, benedictionem prospexit homini, qui & maledictio nem aliquando & benedictionem proposuerit ante hominem, quam qui neutrum unquam sit apud te professus. Accepimus igitur benedictionem spiritalem. Per fidem, inquit, ex qua scilicet uiuit iustus secundum creatorem. Hoc est ergo quod dico, eius dei fidei esse, cuius est forma gratiae fidei. Sed & cum adiicit, Omnes enim filii estis fidei, ostenditur, quid supra haeretica industria eraserit, mentionem scilicet Abrahæ, qua nos Apostolus filios Abraham per fidem affirmat secundum quam mentionem hic quoque filios fidei notauit. Cæterum quomodo filii fidei? Et cuius fidei, si non Abrahæ? Si enim Abraham deo credidit, & deputatum est iustitiae, atque exinde pater multarum Nationum meruit nuncupari: nos autem credendo deo magis, proinde iustificamur, sicut Abraham, & uitam proinde consequimur, sicut iustus ex fide uiuit: sic fit ut & supra, filios nos Abrahæ pronunciarit, quam patris fidei, & hic filios fidei per quam Abraham pater Nationum fuerat repromisus. Ipsum quod fidem a circuncisione reuocabat, nonne Abrahæ filios constituere quererebat, qui in carnis integritate crediderat? Denique alterius dei fides ad formam dei alterius non potest admitti: ut credentes iustitiae deputet, ut iustos uiuere faciat, ut Nationes filios fidei dicat: Totum hoc eius est, apud quem ante iam notum est sub eadem Abrahæ mentione, dum ipso sensu reuincatur. Adhuc, inquit, secundum hominem dico, dum essemus parvuli sub elementis mundi eramus positi ad deseruendum eis. Atquin non est hoc humanitus dictum, Non enim exemplum est, sed ueritas. Quis enim patulus utique sensu, quod sunt Nationes, non elementis subiectus est mundi, quae pro deo suspicit? Illud autem facit, quod cum secundum hominem dixisset, tamen testamentum hominis nemo spernit aut superordinat. Exemplo

emplo enim humani testamenti permanentis, diuinum tuebatur. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Nō dixit seminibus, quasi pluribus, sed semini tanquam uni quod Christus est. Erubescat spongia Marcionis, nisi quod ex abundantí retracto quæ abstulit, cum ualidius sit illum ex his reuinci quæ seruauit. Cum autem euenit impleri tempus, misit deus filium suum, Vtiquæ is qui etiam ipsorum temporum deus est, quibus seculum constat: qui signa quoq; temporum ordinavit, soles, & lunas, & sydera, & stellas: qui filij deniq; sui reuelationem in extremitatem temporū & dispositum & prædicauit: In nouissimis diebus erit manifestus mons domini, & in nouissimis diebus effundam de spiritu meo in omnem carnem, secundū Iohannem. Ipsius erat sustinuisse tempus impleri, cuius erat etiam finis temporis si cut initium. Cæterū deus ille ociosus, nec operationis, nec prædicationis ullius, atq; ita nec temporis alicuius quid omnino egit, quod efficaret tempus impleri, etiā implendum sustineri: Si nihil, satis uanum est ut creatoris tempora sustinuerit seruens creatori. Cui aut̄ rei misit filiu suum: ut eos qui sub lege erant, redimeret: hoc est, ut efficaret tortuosa in uiam rectam, & aspera in uias lenes, secundū Esaiam, ut uetera trāsirent, & noua orirentur. Lex noua ex Sion, & sermo domini ex Hierusalem: & ut adoptionem filiorū acciperemus, utiq; Nationes quæ filij nō eramus. Et ipse em̄ erit lux Nationū, & in nomine eius Nationes sperabūt. Itaq; ut certū esset, nos filios dei esse, misit spiritū suū in corda nostra clamantē, Abba pater. In nouissimis enim, inquit, diebus effundā de meo spiritu in omnem carnem. Cuius gratia, nisi cuius & promissio gratiæ? Quis pater, nisi qui & factor? Post has itaq; diuitias nō erat reuertendum ad infirma & mendica elementa. Elementa autem apud Romanos quoq; etiā primæ literæ solent dici. Non ergo per mundialium elementorū derogationem à deo eorum auertere cupiebat: & si dicendo supra, Si ergo his qui in natura sunt dei, seruitis, Physicæ, id est naturalis superstitionis elementa pro deo habentis fugillat errorem, nec sic tamē ele/ perficio/ mentorum deum taxans. Sed quæ uelit intelligi elementa, primas scilicet litteras legis, ipse declarat: Dies obseruatis & menses, & tempora, & annos, & sabbata, ut opinor, & coenas puras, & ieunia, & dies magnos. Cessare enim ab his quoq; sicut & circūcisione, oportebat ex decretis creatoris: qui & per Esaiam, Neomenias uestras, & sabbata & diem magnū nō sustinebo, ieinium, & ferias, & ceremonia uestra odit anima mea. Et per Amos: Odi, reieci ceremonias uestras, & nō adorabor in frequētijs uestris. Item per Osee: Auertā uniuersas iocunditates eius, & ceremonia eius, & sabbata, & neomenias eius, & omnes frequentias eius. Quæ ipse constituerat, inquis, erasit, magis q; alius: At si alius, ergo ille adiuuit sententiā creatoris, auferens quæ & ille damnauerat. Sed non huius loci quæstio, cur leges suas creator infregere. Sufficit quod infracturū probauimus, ut confirmetur nihil Apostolum

*Spongia Mar
cianis*

aduersus creatorem determinasse, cum & ipsa amolitio legis a creatore sit. Sed & furibus solet aliquid excidere de praeda in indicium, ita credo & Marcionem nouissimam Abrahæ mentionem dereliquisse, nullam magis auferrendam, & si ex parte couertit. Si enim Abrahā duos liberos habuit, unum ex ancilla, & alium ex libera: sed qui ex ancilla, carnaliter natus est: qui uero ex libera, per repromotionem. Quæ sunt allegorica, id est aliud portendentia.

Allegoria Hæc sunt enim duo testamenta, sive duæ ostensiones, sicut inuenimus interpretatum. Vnum à monte Syna in synagogam Iudeorum, secundum legem, generas in seruitutem. Alium super omnem principatum generans, uim, dominationem, & omne nomen quod nominatur, non tantum in hoc æuo, sed & in futuro, quæ est mater nostra, in quem repromotionem sanctam

Sacramentum allegoria 7 ecclesiam: ideoq; adiçit: Propter quod fratres non sumus ancillæ filij, sed liberae: utiq; manifestauit & Christianismi generositatem in filio Abrahæ ex libera nato, allegoriæ habere sacramentum, sicut & Iudaismi seruitutem legalem in filio ancillæ. Atq; ita eius dei esse utrancq; dispositionē, apud quem inuenimus utriusq; dispositionis delinitionem. Ipsum quod ait, qua libertate Christus uos manumisit, nonne eū constituit manumissorem, qui fuit dominus? Alienos enim seruos ne Galba manumisit, facilius liberos solutus. Ab eo igitur præstabitur libertas, apud quem fuit seruitus legis, Et merito. Non decebat manumissos rursus iugo seruitutis, id est legis astringi, iam psalmo adimpleto: Disrumpamus uincula eorum, & abiçiamus à nobis iugum ipsorum: postquam ἄρχοντες congregati sunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum ipsius. De seruitute igitur exemptos, ipsam

Circumcisio, no ta seruitutis seruitutis notam eradere perseverabat circumcisionem, ex prædicationis scilicet propheticæ autoritate, memor dictū per Hieremiam: Et circumcidimini preputia cordis uestrī. Quia & Moyses: Circūcidetis duricordiam uestram: id est nō carnem. Deniq; si circumcisionem ab alio deo ueniens excludebat;

στληροπερ, dicitur cur etiam præputiationem negat quicquā ualere in Christo sicut & circumcisionem: præferre enim debebat emulam eius quam expugnabat, si ab emulo circumcisionis deo esset. Porro quia & circumcision & præputiatione uni deo deputabantur, ideo utraq; in Christo uacabat, propter fidei prælationem, illius fidei de qua erat scriptum: Et in nomine eius Nationes credent: illius fidei quam dicendo per dilectionem perfici, sic quoq; creatoris ostendit. Sive enim dilectionem dicit quæ in deum: & hoc creatoris est: Diliges deū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis: sive quæ in proximum: & proximum tuum tanquam te, creatoris est. Qui autem turbat uos, iudicium feret. A quo deo: ab optimo: Sed ille non iudicat. A creatore: Sed nec ille damnabit assertorem circumcisionis. Quod si nō erit alius qui iudicet nisi creator: iam ergo nō damnabit legis defensores, nisi qui ipse eam cessare constituit. Quid nunc si & confirmat illam ex parte qua debet?

Tota

Tota enim, inquit, lex in uobis adimpta est: Diliges proximū tuum tanq̄ te. Aut si sic uult intelligi, adimpta est, quasi iam nō adimplenda: ergo nō uult ut diligam proximum tanquam me, ut & hoc cum lege cessauerit. Sed perseuerandum erit semper in isto præcepto. Ergo lex creatoris etiā ab aduersario probata est: nec dispendium, sed compendium ab eo cōsecuta est, redacta summa in unum iam præceptum. Sed nec hoc alij magis competit quām auctori. Atq̄ adeo cū dicit, Onera uestra inuicem sustinete, & sic adimplibitis legem Christi: si hoc non potest fieri, nisi quis diligit proximum sibi tanquam se, apparet: diliges proximū tibi tanquam te: per quod auditur, inuicem onera uestra portate, Christi esse legem, quæ sit creatoris: atque ita Christum creatoris esse, dum Christi est lex creatoris. Erratis, deus non deridetur. Atquin derideri potest deus Marcionis, qui nec irasci nouit, nec ulcisci. Quod em̄ seuerit homo, hoc & metet. Ergo retributionis & iudicij deus, intentat. Bonum autem facientes non fatigemur: & dum habemus tempus, operemur bonum. Nega creatorem bonū facere præcepisse, & diuersa doctrina sit diuersæ diuinitatis. Porrò si retributionem prædicat, ab eodem erit & corruptionis messis & uitæ. Tempore autem suo metemus, quia & Ecclesiasticus, Tempus, inquit, erit omni rei. Sed & mihi famulo creatoris mundus crucifixus est, non tamen deus mundi. Et ego mundo, non tamen deo mundi. Mundum enim quantum ad conuersationem eius posuit, cui renunciando mutuò transfigimur, & inuicem morimur. Persecutores uocat Christi. Cum uero adiicit, stigmata Christi in corpore suo gestare se (utiq̄ corporalia competunt) iam non putatiuam, sed ueram & solidam carnem professus est Christi, cuius stigmata corporalia ostendit.

DE EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMA.

Præstructio superioris epistolæ ita duxit, ut de titulo eius, nō retractauerim, certus & alibi retractari eum posse, cōmunem scilicet & eundem in epistolis omnibus, Quod non utiq̄ salutem præscribit eis quibus scribit, sed gratiam & pacem, nō dico quid illi cum Iudaico adhuc more, destructori Iudaismi: Nam & hodie Iudei in *Iudeorum saeculum* pacis nomine appellant, & retro in scripturis sic salutabant. Sed intelligo ille lumen defendisse officio suo prædicationē creatoris, Quām maturi pedes euā gelizantium bona, euangelizantiū pacem. Euangelizator enim bonorum, id est gratiæ dei, paci eam præferendam sciebat. Hæc cū à deo patre nostro & domino Iesu annuncians, cōmunitbus nominibus utatur, competentibus nostro quoq̄ sacramento, non puto dispici posse quis deus pater & dominus Iesus prædicetur, nisi ex accendentibus cui magis competant. Primò quidem patrē dominum præscribo, nō alium agnoscendum, q̄ & hominis & uniuersitatis creatorem & institutorem. Porrò patri etiā domini nomen accedere ob potestatem, quod & filius per patrem capiat. Dehinc gratiam & pacem

& pacem non solum eius esse à quo prædicabantur, sed eius qui fuerit offensus. Nec gratia enim fit, nisi offendere: nec pax, nisi belli. Et populus autem per disciplinæ transgressionem, & omne hominum genus per naturæ dissimulationem, & deliquerat, & rebellauerat aduersus creatorem. Deus autem Marcionis, & quia ignotus, nō potuit offendere, & quia nescit irasci. Quæ ergo gratia à non offenso: quæ pax à non rebellato: Ait crucem Christi, stultitiam esse perituriis: uirtutem autem & sapientiam dei, salutem consecuturis. Et ut ostenderet unde hoc eueniret, adiicit. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium irritam faciam. Si hęc creatoris sunt, & ad causam crucis pertinent, stultitiam deputata: ergo & crux & per crucem Christus ad creatorem pertinebit, à quo prædicatum est quod ad crucem pertinet. Aut si creator quā æmulus, idcirco sapientiam abstulit, ut crux Christi scilicet aduersarij stultitia deputetur, & quomodo potest aliquid ad crucem Christi non sui, creator prænunciasse, quem ignorabat cū prædicabat? Sed & cur apud dominum optimum & profusa misericordia, alijs salutem referrunt, credentes crucem uirtutem & sapientiam dei esse: alijs perditionem, quibus Christi crux stultitia reputatur, si non creatoris est aliquam & populi & humani generis offensam, detimento sapientiae atq; prudentiae multasse: Hoc sequentia cōfirmabunt, cum dicit: Nónne infatuauit deus sapientiam mundi? Cumq; & hic adiicit, quare: Quoniam in dei sapientia non intellexit mundus per sapientiam dominum, boni duxit deus per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Sed prius de mundo disceptabo, quatenus subtilissimi hęretici hic uel maximè mundum per dominum mundi interpretantur: nos autem hominem qui sit in mundo intelligimus ex forma similitudinē loquelæ humanæ, qua plerūq; id quod cōtinet ponimus pro eo quod continetur, Circus clamauit, & Forum locutum est, & Basilica tremuit: id est qui in his locis rem egerunt. Igitur, quia homo, nō deus mundi, in sapientia non cognouit deum, quem cognoscere debuerat, & Iudæus in sapientia scripturarum, & omnis gens in sapientia operum: ideo deus idem, qui in sapientia sua non erat agnitus, statuit sapientiam hominum stultitia repercutere, saluos faciendo credentes quosq; in stultam crucis prædicationē. Quoniam Iudæi signa desiderant, qui iam de deo certi esse debuerant: & Græci sapientiam quærunt, qui suam scilicet non dei sapientiam sīstunt. Cæterum si nouus deus prædicaretur, quid deliquerant Iudæi, signa desiderantes quibus crederent: aut Græci sapientiam sectantes, cui magis crederent? Ita & remuneratio ipsa in Iudæos & Græcos, & zeloten deum cōfirmat & iudicem, qui ex retributione æmula & iudice, infatuauerit sapientiam mundi. Quod si eius sunt & cause, cuius adhibentur scripturæ, ergo de creatore tractans Apostolus, non intellecto creatore, utiq; docet intelligendum. Etiam quod scandulum Iudæis prædicat Christum, prophetiam super illo consignat creatoris dicentis

Mundus

metarum

dicentis per Esiam: Ecce posui in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: petra autem fuit Christus, etiam Marcion seruat. Quid est autem stultum dei, sapientius hominibus, nisi crux & mors Christi? Quid infirmum dei, fortius homine, nisi nativitas & caro dei? Cæterū si nec natus ex uirgine Christus, nec carne constructus, ac per hoc neq; crucem, neq; mortem uerè perpeccus est, nihil in illo fuit stultum & infirmum: nec iam stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientia: nec infirma mundi elegit deus, ut cōfundat fortia: nec inhonestā & minima & contemptibilia, quæ non sunt, id est quæ non uerè sunt, ut cōfundat, quæ sunt, id est quæ uerè sunt. Nihil enim à deo dispositum, uerè modicum, & ignobile, & cōtemptibile, sed quod ab homine: apud creatorem autem etiam uetera, stultiq; & infirmitati, & inhonestati, & pusillitati, & contéptui deputari possunt. Quid stultius, quid infirmius, quām sacrificiorum cruentorum, & holocaustatum nidorosorum à deo exactio? Quid infirmius, quām uasculorum & grabatorū purgatio? Quid inhonestius, quām carnis iam erubescens alia dedecoratio? Quid tam humile, quām talionis indictio? Quid tam contemptibile, quām ciborum exceptio? Totum, quod sciam, uetus testamentū omnis hæreticus irridet. Stulta enim mundi elegit deus, ut confundat sapientia. Marcionis deus nihil tale. Quia nec æmulatur contraria contrarijs redarguere, ne glorietur omnis caro: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in deo glorietur. In quo? Utique in eo, qui hoc præcepit: nisi creator præcepit ut in deo Marcionis glorietur. Igitur per hæc omnia ostendit, cuius dei sapientiam loquatur inter perfectos: eius scilicet, qui sapientiam sapientum abstulerit, & prudentiam prudentium irritam fecerit: qui infatuauerit sapientiam mundi, stulta eligens eius & disponens in salutem. Hanc dicit sapientiam in occulto fuisse, quæ fuerit in stultis & in pusillis & inhonestis: quæ latuerit etiam sub figuris allegoricis & ænigmatibus reuelanda postmodum in Christo, posito in lumen Nationum à creatore promittente per Esiaz uocem, patefacturum se thesauros inuisibilis & occultos. Nam ut absconderit aliquid is deus, qui nihil egit omnino in quod aliquid abscondisse existimaretur, satis incredibile. Ipse si esset, latere non posset, nedum aliqua eius sacramenta. Creator autem ipse notus, quām & sacramenta eius, palām scilicet decurrentia apud Israēl, sed de significantijs obumbrata, in quibus sapientia dei delitescebat inter perfectos narranda suo in tempore, proposita uero in proposito dei ante secula. Cuius & secula, nisi creatoris: Si enim & secula temporibus structa sunt, tempora aut diebus & mensibus & annis compinguntur, dies porrò & menses, & anni, solibus & lunis & syderibus creatoris signātur, in hoc ab eo positis. Et erunt enim, inquit, in signa mensium & annorum: apparet & secula creatoris esse: & omne quod ante secula propositum dicatur, non alterius esse, quām cuius & secula. Aut probet dei sui secula Marcion: ostendat & mundum

*Forte, ortum
corum*

mundum ipsum, in quo secula deputentur, uas quodammodo temporum,
& signia aliqua uel ortaneorum. Si nihil demonstrat, reuertor ut & illud di-
cam: cur autem ante secula creatoris proposuit gloriam nostram? posset ut-
deri eam ante secula proposuisse, quam introductione seculi reuelasset. At
cum id facit penè iam totis seculis creatoris productis, uanè ante secula pro-
posuit, & nō magis intra secula, quod reuelatus erat penè post secula. Nō
enim eius est festinasse in pponendo, cuius & retardasse in reuelando. Crea-
tori autem competit utrūq; & ante secula proposuisse, & in fine seculorum
reuelasse: quia & quod proposuit & reuelauit, medio spacio seculorum in si-
guris & ænigmatibus & allegorijs præministravit. Sed quia subiicit de glo-
ria nostra, quod eam nemo ex principibus huius æui scierit: cæterum si scis-
sent, nunquam dominum gloriae crucifixissent: argumentatur hæreticus, q;
principes huius æui, dominum, alterius scilicet dei Christum, cruci confi-
xerint: ut & hoc in ipsum recidat creatorem. Porro cui supra ostenderimus,
quibus modis gloria nostra à creatore sit deputanda, præiudicatum esse de-
bebit, eam quæ in occulto fuerit apud creatorem, merito ignotam etiam ab
Angeli apo. omnibus uirtutibus & potestatisbus creatoris: quia nec famulis liceat cōsilii
state nosse dominorū, nēdum illis apostatis angelis, ipsi q; principi trāgressionis
diabolo, quos magis extraneos fuisse contenterim ob culpam, ab omni cō-
scientia dispositionū creatoris. Sed iam nec mihi competit principes huius
æui uirtutes & potestates interpretari creatoris: quia ignorantiam illis adscri-
bit Apostolus: Iesum autē & secundū nostrū Euangeliū Diabolus quoq;
in temptatione cognovit: & secundum commune instrumentum, spiritus ne-
quam, sciebat eum sanctum dei esse, & Iesum uocari, & in perditionem eo-
rum uenisse. Etiam parabola fortis illius armati, quē alius ualidior oppres-
sit, & uasa eius occupauit, si in creatoris accipitur apud Marcionem, iam nec
ignorasse ultra potuit creator deum gloriae, dum ab eo opprimitur: nec in
crucem eum figere, aduersus quem ualere non potuit: & superest ut secun-
dum me quidem credibile sit, scientes uirtutes & potestates creatoris deum
gloriae Christum suū crucifixisse, qua desperatione & malitiæ redundantia
serui quoq; scelestissimi dominos suos interficere non dubitant. Scriptū
est enim apud me, Satanam in Iudam introisse. Secundum autem Marcio-
nem, nec Apostolus hoc loco patitur ignorantiam ascribi uirtutibus crea-
toris in gloriae dominū, quia scilicet non illas uult intelligi principes huius q;.i.
Quod si non uidetur de spiritualibus dixisse principibus, ergo de secularibus
dixit, de populo principaliter utiq; inter Nationes, de ipsis Archontibus eius,
de rege Herode, etiā de Pilato, & quo maior principatus huius æui Roma-
na dignitas præsidebat. Ita & cū destruuntur argumentatione diuersæ par-
tis, nostræ expositiones edificantur. Sed uis adhuc gloriam nostram dei tui
esse, & apud eum in occulto fuisse, & quare adhuc eodem & deus instru-
mento

mento & Apostolus ntititur: Quid illi cum sententia prophetarum ubiqꝫ? Quis enim cognovit sensum domini, & quis illi consiliarius fuit: Esaias est. σοφὸς ἄρχων τεκτον Depalator Quid illi etiam cū exemplis dei nostri? Nam quod architectum se prudenter affirmat, hoc inuenimus significari depalatorē disciplinæ diuinæ à creatore, per Esaiam: Auferam enim, inquit, à Iudæa inter cætera & sapientem architectum. Et nunquid ipse tunc Paulus destinabatur, de Iudæa, id est de Iudaismo auferri habes in ædificationem Christianismi, positurus unicum fundamentū quod est Christus? Quia & de hoc per eundem prophetam creator: Ecce ego, inquit, in iōcio in fundamenta Sionis lapidem preciosum, honorabilem, & qui in eum crediderit, non confundetur: nisi structorem se terreni operis deus profitebatur, ut non de Christo suo significaret, qui futurus esset fundamentum credentium in eum, super quod prout quicqꝫ superstruxerit dignam scilicet uel indignam doctrinā, si opus eius per ignem probabitur, si merces illi per ignem rependetur creatoris est: quia per ignem iudicatur uesta superædificatio, utiqꝫ sui fundamenti, id est sui Christi. Ne scitis quod templum dei sitis, & in uobis inhabitet spiritus dei? Si homo & tes, & opus, & imago, & similitudo, & caro per terrā, & anima per afflatum creatoris est, tuus ergo in alieno habitat deus Marcion, si non creatoris sui mus templum. Quod si templum dei quis uitiauerit, uitiabitur, utiqꝫ à deo templi. Vtorem intentans, creatorem intentabit. Stulti estote, ut sitis sapientes. Quare? Sapientia enim huius mundi, stultitia est penes deū. Penes quem deum? Si nihil nobis & adhuc sensum pristina præjudicauerunt, bene quod & hic astricti. Scriptum est enim: Deprehendes sapientes in nequitia illorū. Et rursus: Dominus scit cogitationes sapientium, quod sint superuacuæ. in totum enim præscriptum à nobis erit, nulla illum sententia uti potuisse eius dei, quem destruere deberet, si non illi doceret. Ergo, inquit, nemo glorietur in homine. Et hoc secundum creatoris disciplinā, miserum hominē qui spem habet in hominem: & Bonum est fidere in deo, quam fidere in hominibus: ita & gloriari. Et occulta tenebrarum ipse illuminabit, utiqꝫ per Christum, qui Christum illuminationem repromisit, se quoqꝫ lucernam pronūciauit, scrutantem corda & renes. Ab illo erit & laus unicuiqꝫ, à quo & contrarium laudis ut à iudice. Certè, inquis, uel hic mundum deum mudi interpretatur, dicendo: Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Qui si mundum homines mundi significasset, non etiam homines postmodum nominasset. Imò ne ita argumentareris, prouidentia spiritus sancti demonstrauit, quidnam dixisset, Spectaculum facti sumus mundo: dum angelis qui mundo ministrant, & hominibus quibus ministrant. Verebatur nimis tantæ constantiae vir, ne dicam spiritus sanctus, præsertim ad filios scribens, quos in Euangeliō generauerat, liberè deum mundi nominare, aduersus quem, nisi exerte, nō posset uideri prædicare. Non defendo secundum le

G gem

gem creatoris displicuisse illum, qui mulierem patris sui habuit: coenamq[ue] & publicae religionis secutus sit disciplinam. Sed cum eum damnat deden-
dum Satanæ, damnatoris dei præco est. Viderit & quomodo dixerit in in-
teriorum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini, dum & de carnis interitu,
& de salute spiritus iudicari: & auferri iubens malum de medio, creatoris fre-
quentissimam sententiam commemorauerit. Expugate uetus fermentum,
ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Ergo azymi, figuræ erant nostræ
apud creatorem. Sic & pascha nostrum immolatus est Christus. Quare pa-
scha Christi, si non pascha figura Christi, per similitudinem sanguinis salu-
taris, & pecoris Christi: Quid nobis & Christo imagines imbuit solenniū
creatoris, si non erant nostræ? Auertens autem nos à fornicatione, manife-
stat carnis resurrectionem. Corpus, inquit, non fornicationi, sed domino, &
dominus corpori, ut templum deo, & deus templo. Templum ergo dei per-
ibit, & deus templo. Atquin uides quem dominus suscitauit. Et nos suscita-
bit, in corpore quoque suscitabit: quia corpus domino, & dominus corpo-
ri. Et bene quod aggerat: Nescitis corpora uestra membra esse c h r i s t i.
Quid dicet hæreticus? Membra Christi non resurgent, quæ nostra iam
non sunt: Empti enim sumus pretio magno, Planè nullo, si phantasma fuit
Christus, nec habuit ullam substantiam corporis, quam pro nostris corpo-
ribus dependerit. ergo & Christus habuit quo nos redimeret: & si aliquo
magno redemit hæc corpora, in quæ eadem mittenda fornicatio non erit,
ut in membra iam Christi, non nostra: utique sibi salua præstabit, quæ ma-
gno comparauit. Iam nunc quomodo honorabimus, quomodo tollemus
deum in corpore perituro? Sequitur de nuptijs congredi, quas Marcion cō-
stantior Apostolo prohibet. Etenim Apostolus, & si bonum continentiae
præfert, tamen coniugium & contrahi permittit, usui esse, & magis retineri
quæ disiungi suaderet. Planè Christus uerat diuortium, Moyses uero per-
mittit. Marcion totum concubitum auferens, fidelibus (uiderint enim cate-
chumeni eius) repudium ante nuptiæ iubens, cuius sententia sequitur, Moy-
si an Christi? Atquin & Christus cum præcipit mulierem à uiro non disce-
dere: aut si discesserit, manere innuptam, aut reconciliari uiro: & repudiū per-
misit, quod non in totum prohibuit, & matrimonium cōfirmauit, quod pri-
mò ueruit disiungi: & si forte disiunctum, uoluit reformari. Sed & continen-
tiae quas ait causas? Quia tempus in collecto est. Putauerā, quia deus alias
in Christo: & tamen à quo est collectio temporis, ab eo erit & quod colle-
ctioni temporis congruit. Nemo alieno tempori consulit. Pusillum deum
affirmas tuum Marcion, quem in aliquo coangustat tempus creatoris. Cer-
te præscribens tantum in domino esse nubendum, ne qui fidelis ethnicum
matrimonium contrahat: legē tuetur creatoris, allophylorum nuptias ubiq[ue]
prohibentis. Sed & si sunt qui dicuntur dei, siue in cœlis, siue in terris, appa-
ret quo

bet quomodo dixerit, non quasi uere sint, sed quia sint qui dicantur quando non sint. De idolis enim cœpit, de idolothytis disputaturus: Scimus quod idolum nihil sit. Creatorem autem & Marcion deum non negat: ergo non potest uideri Apostolus creatorum quoq; inter eos posuisse, qui dei dicantur, & tamen non sint, quando & si fuissent, nobis tamen unus esset deus pater. Ex quo omnia nobis, nisi cuius omnia? Quæ nam ista? Habet in prætitis, omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas: siue mundus, siue uita, siue mors: siue præsentia, siue futura: adeo omnium deum creatorum facit: à quo & mundus, & uita, & mors, quæ alterius dei esse non possunt. Ab eo igitur inter omnia & Christus. Ex labore suo unumquenq; docens uiuere oportere: satis exempla præmisserat militum, pastorum, rusticum, sed diuitia illa autoritas deerat. Legem igitur opponit creatoris ingratias, quam destruebat: sui enim dei nullam talem habebat: Boui, inquit, terenti os nō obligabis, & adiçcis: Numquid de bubus pertinet ad dominū, etiam de bubus propter homines benignum? propter nos enim scriptum est, inquit. Ergo & legem allegoricā secundum nos probauit, & de Euangelio uiuentibus patrocinantem: ac propter hoc non alterius esse Euangelizatores, quam cuius lex, quæ prospexit illis cū dicit: propter nos enim scriptum est. Sed noluit uti legis potestate, quia maluit gratis laborare: Hoc ad gloriam suam retulit, quam negauit quenquam euacuaturum, tion ad legis destructionem, qua alium probauit usurum. Ecce autem & in petram offendit 14 tæcus Marcion, de qua bibeant in solitudine patres nostri. Si enim petra illa Christus fuit, utiq; creatoris, cuius & populus. Cui rei figuram extranei sacramenti interpretatur: An ut hoc ipsum doceret, figurata fuisse vetera in Christum ex illis recensendum? Nam & reliquum exitum populi decursus præmittit. Hæc autem exempla nobis sunt facta. Dic mihi, à creatore alterius quidē ignoti dei hominibus exempla sunt facta, an aliud deus ab alio mutuatur exempla & quidē emulo? De illo me terret sibi, à quo fidē meam transfert. Meliorem me illi aduersarius faciet. Iam si deliquerо eadem quæ & populus, eadem' ne passurus sum, an non? Atquin si nō eadem, uanè mihi timenda proponit, quæ non sum passurus. Passurus autem à quo ero? Si à creatore, qualia infligere ipsius est. Et quale erit ut peccatorē æmuli sui puniat magis, quam è contrario foueat deus zelotes? Si ab illo deo? Atquin punire non novit. Ita tota ista præpositio Apostoli, nulla ratione consistit, si non ad disciplinam creatoris est. Deniq; & in clausula præfationi respondet. Hæc autem quemadmodum euenerūt illis scripta sunt ad nos committendos, in quos finies æuorum decucurterunt. 6 creatorum & præscium iam & admonitorem alienorum Christianorum. Prætereο, siquando paria eorum quæ retractata sunt quædatim, & breviter expungo. Magnū argumentum dei alterius, permissio omnium obsoniorū, aduersus legem: quasi non

G 2 & ipsi

& ipsi confiteamur legis onera dimissa: sed ab eo qui imposuit, qui nouatio-
nē repromisit: ita & cibos qui abstulit, reddidit, quod & à primordio præsti-
tit. Cæterum si quis alius deus fuisset destructor dei nostri, nihil magis suos
prohibuisset, & de copijs aduersarij uiuere. Caput uiri Christus est. Quis
Christus, qui non est uiri autor? Caput enim ad autoritatem posuit: autori-
tas autem nō alterius erit, quām autoris. Cuius deniq; uiri caput est? Certè
de quo subiicit: Vir enim non debet caput uelare, cum sit dei imago. Igitur
si creatoris est imago, ille enim Christum sermonem suū intuens hominem
futurum: Faciamus, inquit, hominem ad imaginē & similitudinē nostram,
quomodo possim alterum habere caput, nō eum cuius imago sum? Cum
enim imago sim creatoris, non est in me locus capitinis alterius. Sed & quare
mulier potestatem super caput habere debebit? Si quia ex uiro, & propter
uitum facta est secundum institutionē creatoris, sic quoq; eius disciplinam.
Apostolus curauit, de cuius institutione causas discipline interpretatur. Ad
ijsit etiam propter angelos. Quos: id est cuius? Si creatoris, apostatas, meri-
to, ut illa facies quæ eos scandalizauit notā quandam referat de habitu hu-
militatis & obscuratione decoris. Si uero propter angelos dei alterius, quid
ueretur si nec ipsi Marcionitæ sceminas appetunt? Sæpe iam ostendimus
hæreses apud Apostolum inter mala ut malum ponit, & eos probabiles in-
telligentidos, qui hæreseis ut malum fugiant. Proinde panis & calicis sacra-
mento iam in Euangeliō probauimus, corporis & sanguinis dominici uer-
itatem aduersus phantasma Marcionis. Sed & omnem iudicij mentionem
creatori competere ut deo iudici, toto penè opere tractatum est. Nūc de spi-
ritualibus dico, hæc quoq; in Christum à creatore promissa, sub illa præscru-
ptione iustissima opinor, qua non alterius credenda sit exhibitio, quām cu-
ius probata fuerit repromissio. Pronuntiauit Eſaias: Prodibit uirga de radice
Ieffe, & flos de radice ascendet, de uirga, & requiescat super eum spiritus
domini. Dehinc species eius enumerat: Spiritus sapiētiæ & intelligentiæ, spi-
ritus consiliij & ualentia, & spiritus agnitionis, & religionis. Spiritus eum re-
pleuit timoris dei. Christum enim in floris figura ostendit oriturum ex uir-
ga profecta de radice Ieffe, id est uirgine generis Dauid filij Ieffe, in quo
Christo cōsistere haberet tota substantia spiritus, non quasi postea obuen-
tura illi, qui semper spiritus dei fuerit, ante carnem quoq; ne ex hoc argu-
menteris prophetiam ad eum Christum pertinere, qui ut homo tantum ex
solo censu Dauid, postea consecuturus sit dei sui spiritum: Sed quoniā exin-
de quo floruisset in carne sumpta ex stirpe Dauid, requiescere in illo omnis
haberet operatio gratiæ sp̄itualis, & concessare & finem facere quantū ad
Iudæos: sicut & res ipsa testatur, nihil exinde spirante penes illos spiritu crea-
toris, ablato à Iudæa sapiente & prudente architecto & consiliario & pro-
pheta, ut hæc sit lex & propheta usq; ad Ioannem. Accipe nunc quomodo
& à Chri-

& à Christo in cælum recepto charismata obuentura pronunciarit. Ascendit in sublimitatem, id est in cælum. captiuam duxit captiuitatem, id est mortem uel humanam seruitutem, dedit data filijs hominum, id est donatiua quæ charismata dicimus. Eleganter filijs hominum ait, non paucim homini, bus, nos ostendens filios hominum, id est uere hominum Apostolorum. In Euangelio enim, inquit, ego uos generaui. Et filij mei, quos parturio rur, sus. Iam nunc & illa promissio spiritus absolute facta per Iohannem: In nouissimis temporibus effundam de meo spiritu in omnem carnem, & propheta- bunt filii filiorum eorum. Et super seruos & ancillas meas de meo spiritu ef- fundam. Et utique si in nouissimos dies gratiam spiritus creator repromisit, Chri- stus autem spiritualium dispensator in nouissimis diebus apparuit, dicente Apostolo: At ubi tempus expletum est misericordia dei filium suum: & rursus: Quia tempus iam in collecto est: apparet & de temporum ultimorum prædicatione, hanc gratiam spiritus, ad Christum prædicatoris pertinere. Compara denique species Apostoli & Esaiæ: Alij, inquit, datur per spiritum sermo sapientiae: statim & Esaias spiritum sapientiae posuit. Alij sermo scientiae: hic erit sermo intelligentie & consilij. Alij fides in eodem spiritu: hic erit spiritus religionis & timoris dei. Alij donum curationum, alijs uirtutum: hic erit ua- lentiæ spiritus. Alij prophetia, alijs distinctio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio linguarum: hic erit agnitionis spiritus. Vides Apostolum & in distributione facienda unius spiritus, & in specialitate interpretanda, prophetæ conspirantem. Possum dicere ipsum qui corporis nostri per mul- ta & diversa membra, unitatem charismatum uariorum, copagini adæqua- uit, eundem & corporis humani & spiritus sancti dominū ostendit, qui me- titum charismatum noluerit esse in corpore spiritus, quæ nec in corpore hu- mano collocauit: qui de dilectione quoque omnibus charismatisbus præpo- nienda, Apostolum instruxerit principali precepto, quod probauit & Christus, Diliges dominum de totis præcordijs, & totis uiribus, & tota anima tua, & proximum tibi tanquam te. Quod & si in lege scriptum esset, commemo- rat in alijs linguis, & in alijs labijs locuturum creatorem. Cum haec comme- moratione charisma linguarum confirmat, nec hic potest uideri alienum cha- risma creatoris prædicatione confirmasse. Æque præscribens silentium mu- lieribus in ecclesia, ne quid discendi duxat gratia loquantur (cæterum pro- phetandi ius & illas habere iam ostendit, cū mulieri etiam prophetabit uer- lamen imponit) ex lege accipit subiiciendæ foeminæ autoritatem, quam (ut semel dixerim) nosse non debuit nisi in destructionem. Sed ut iam à spiritu libus recedamus, res ipsæ probare debebunt, quis nostrum temere deo suo vindicer: quia nostræ parti possit opponi, haec & si creator repromisit in suum Christum nondum reuelatum, ut ludus tantum destinatum, suas habitura in suo tempore, in suo Christo, & in suo populo operationes. Exhibeat itaque

G 3 Marcion

Marcion dei sui dona, aliquos prophetas, qui tamen non de humano sensu, sed de dei spiritu sint locuti, qui & futura prænunciarint & cordis occulta traduxerint. Adat aliquem psalmū, aliquā uisionem, aliquā orationē, dum, Ecstasis taxat spiritalem, in ecstasi, id est amentia, si qua lingue interpretatio accessit. Probet etiam mihi, mulierem apud se prophetasse, ex illis suis sanctioribus fœminis magnidicam. Si haec omnia facilius à me proferuntur, & utique cōspiratia regulis & dispositionibus & disciplinis creatoris, sine dubio dei mei erit & Christus, & spiritus, & Apostolus. Habet professio p̄m meā qui ueorte, Q̄ si ti luerit eā exigere. Interim Marcionites nihil huiusmodi exhibebit, qui tum etiam prænunciare, cuius magis Christus nō dum sit reuelatus. Sicut meus expectandus est, qui à primordio prædicatus est, illius idcirco non est, quia non à primordio sit. Melius nos credimus in Christum futurum, quam haec reticus in nullum. Mortuorum resurrectionem quomodo quidam tūc negarint prius dispiciendum est. Utique eodem modo quo & nunc. Si quidem philosophi, semper resurrectio carnis negatur. Cæterum animam & sapientium plures vulgus defun diuinam vindicantes saluam repromittunt, & vulgus ipsum ea p̄fūsionē defunctos colit, qua animas eorum manere confidit. Cæterum corpora aut ignibus statim, aut feris, aut etiam diligentissimè condita, temporibus tamen abولي manifestum est. Si ergo carnis resurrectionē negantes, Apostolus retundit, utique aduersus illos tuetur, quod illi negabant, carnis scilicet resurrectionem. Habet compendio responsum. Cætera iam ex abundantī. Nam & ipsum quod Mortuorum resurrectio dicitur, exigit defendi proprietates uocabulorum. Mortuorum ita uocabulo non est nisi quod amittit animam, de cuius facultate uiuebat. Corpus est quod amittit animam, & amittendo fit mortuum: ita mortui uocabulum corpori competit. Porro si resurrectio mortui est, mortuum autem non aliud est quam corpus, corporis erit resurrectio. Sic & resurrectionis uocabulum non aliam rem vindicat, quam quae cecidit. Surgere enim potest dici & quod omnino non cecidit, quod semper retro iacuit. Resurgere autem non est nisi eius quod cecidit. Iterum enim resurgendo quia cecidit, resurgere dicitur. Re enim syllaba itea rationi semper adhibetur. Cadere ergo dicimus corpus in terram per mortem, sicut & res ipsa testatur. Ex dei lege corpori enim dictum est, Terra es & in terram ibis. Ita quod de terra est, ibit in terram. Hoc abit quod in terram ibit, hoc resurgit quod cadit. Quia per hominē mors, & per hominem resurrectio. Hic mihi & Christi corpus ostenditur in nomine hominis, qui constat ex corpore, ut sape iam docuimus. Quod si sic in Christo uiuiscamus omnes, sicut mortificamur in Adam, quando in Adam corpore mortificemur, sic necesse est & in Christo corpore uiuiscemur. Cæterum similitudo non constat, si non in eadem substantia mortificationis in Adam, uiuiscatio cōcurrat in Christo. Sed interposuit adhuc aliquid de Christo, & propter

pter præsentem disceptationē non omittendum. Tanto magis enim probabitur carnis resurrectio, quanto Christū eius dei ostendero, apud quem creditur carnis resurrectio. Cum dicit, oportet enim regnare eū, donec ponat inimicos eius sub pedes eius: iam quidem & ex hoc ultorem deū edicit, atq; exinde ipsum qui hoc Christo reprobaverit, sede ad dexteram meā donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū, uirgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion, & dominabitur in medio inimicorum tuorum, Tecum. Sed necesse est, ad meam sententiā pertinere defendam eas scripturas, quas & Iudæi nobis auocare conantur. Dicunt deniq; hunc psalmū in Ezechiam cecidisse, quia is federit ad dexteram templi, & hostes eius auerterit deus & ¹⁸ absumperit, propterea igitur & cætera, ante luciferum ex utero generauit te, in Ezechiam conuenire & in Ezechiae nativitatem. Nos ædimus Euangelia (de quorū fide aliquid utiq; iam in tāto opere istos confirmasse debemus) nocturna nativitate declarantia dominum, ut hoc sit ante luciferum, & ex stella Magis intellecta, & ex testimonio angeli qui nocte pastoribus annunciauit natū esse cummaxime Christū: & ex loco partus: in diuersoriū enim ad noctem conuenitur. Fortasse an & mysticè factum sit, ut nocte Christus nascetur, lux ueritatis futurus iugorantiae tenebris. Sed nec generauit te dixiſſet deus nisi filio puerō. Nam & si de toto populo ait, filios generauit, sed nō adiecit ex utero. Cur aut̄ adiecit ex utero, tam uanē, quasi aliquis hominum ex utero natus dubitaretur, nisi quia curiosius uoluit intelligi in Christum, ex utero generauit te, id est ex solo utero sine uiri semine, carni deputans ex utero spiritus: quod & ipso hic accedit: Tu es sacerdos in æuum. Nec sacerdos aut̄ Ezechias, nec in æuum, & si fuisset. Secundum ordinem, inquit, Melchisedec. quid Ezechias ad Melchisedec altissimi sacerdotē, & quidem non circuncisum, qui Abraham circūcīsum iam accepta decimā oblatione benedixit: At in Christum conueniet ordo Melchisedec, quoniam quidē Christus proprius & legitimus dei antistes, præputiati sacerdotij pontifex (tum in Nationibus constitutus, à quibus magis suscipi habebat) cogniturā se quā ^{Conuersio in} doc̄circumcisōnem, & Abrahæ gentē cum ultimo uenerit acceptance & ^{deorum ad} benedictione dignabitur. Est & alijs psalmus ita incipiens, Deus iudicium ^{Christum} tuū regi da, id est Christo regnaturo, & iustitiā tuā filio regis, id est populo Christi. Filij enim eius sunt qui in ipso renascuntur. Sed & hic psalmus Salomonī canere dicetur, quæ tamē soli cōpetunt Christo, docere nō poterūt etiā cetera nō ad Salomonem, sed ad Christū pertinere: Descendit, inquit, tāquam imber super uellus, & uelut stillæ destillantes in terram: Placidum descenditū eius & insensibilem describens de cœlo in carnem. Salomon aut̄ & si descendit alicunde, non tamen sicut imber, quia non de cœlo. Sed simpliciora quæq; proponam: Dominabitur, inquit, à mari ad mare, & à flumine usq; ad terminos terre. Hoc soli datum est Christo. Ceterū Salomon

tini & modicæ Iudææ imperauit. Adorabunt illum omnes reges, quæ omnes, nisi Christum? Et seruent ei omnes Nationes. cui omnes, nisi Christo? Sit nomen eius in æuum. Cuius nomen æternum nisi Christi? Ante solem manebit nomen eius. Ante solem enim sermo dei, id est Christus. Et bener dicentur in illo uniuersæ gentes. In Salomone nulla Natio benedicitur: in Christo uero omnis. Quid nunc si & deum eum iste psalmus demonstrat & beatum eum dicent: Quoniam benedictus dominus deus Israelis, qui facit mirabilia solus. Benedictum nomen gloriae eius, & replebitur universa terra gloria eius. Contra, Salomon (audeo dicere) etiam quam habuit in deo gloriam amisit, per mulierem in idolatriam usq; pertractus. Itaq; cum in medio psalmo illud quoq; positum sit, intuiti eius puluerem lingent, subiecti utiq; pedibus ipsius, ad illud pertinebit, propter quod hunc psalmum & intuli & ad meam sententiam defendi, ut confirmauerim & regni gloriam, & inimicorum subiectionem, secundum dispositionem creatoris, consecuturū, non aliū credendum, quam creatoris. Reuertamur nūc ad resurrectionem,

Liber de resurrectione carnis

19 Calende Februariae

cui & aliâs quidem proprio uolumine satisfecimus omnibus hæreticis refu-
stentes, sed nec hic desumus propter eos qui illud opusculū ignorat. Quid,
ait, facient qui pro mortuis baptizantur, si mortui non resurgunt? Viderit
institutio. Ista, Calendæ si forte Februariæ respōdebunt illi pro mortuis pe-
tere. Noli ergo Apostolum nouum statim aut cōfirmatorem eum
denotare, ut tanto magis sisteret carnis resurrectionem, quanto illi qui uanè
pro mortuis baptizaretur, fidē resurrectionis hoc facerent. Habemus illum
alicubi uis baptismi definitorem. Igitur & pro mortuis tingi pro corpori
bus est tingi, mortuum enim corpus ostendimus. Quid facient qui pro cor-
poribus baptizantur, si corpora non resurgent. Atq; adeo rectè hunc gra-
dam figimus, ut & Apostolus secundam disreptionem æquè de corpore

induxerit. Sed dicent quidam: Quomodo mortui resurgent? Quo autem cor-
pore uenient? Defensa etenim resurrectione quæ negabatur, cōsequens erat
de qualitate corporis retractare, quæ non uidebatur. Sed de ista cū alijs con-
gredi conuenit. Marcion enim in totum carnis resurrectionem non admittens, & soli animæ salutem repromittens, non qualitatis, sed substantię facit
quæstionem. Porro & ex his manifestissimè obducitur quæ Apostolus ad
qualitatem corporis tractat propter illos qui dicunt, Quomodo resurgent
mortui? Quo autem corpore uenient? Iam enim prædicauit resurrectum
esse corpus, id de corporis qualitate tractauit. Deniq; si proponit exempla
gratiæ tritici, uel alicuius eiusmodi, quibus det corpus deus pro ut uoleat: si uni
cuiq; seminū proprium ait esse corpus, ut aliam quidē carnem hominum,
aliam uero pecudū & uolucrū, & corpora coelestia atq; terrena & aliam glo-
riam solis, & lunæ aliam, & stellarum aliam, nōne carnalem & corporalem
portendit resurrectionē, quam per carnalia & corporalia exempla cōmem-
dat

dat, nonne etiam ab eo deo eam spondet à quo sunt & exempla? Sic & resurrectio, inquit. Quomodo? Sicut & granum corpus seritur, corpus resurgit. Seminationem deniq; vocavit dissolutionem corporis in terrā, quia seritur in corruptela, in honestatem, in uitutē. Cuius ille ordo in dissolutione, eius & hic in resurrectione corporis, scilicet sicut & granum. Cæterum si auferas corpus resurrectioni quod dedisti dissolutioni, ubi consistet diuersitas exitus? Proinde & si seritur anima, resurgit spiritale. Et si habet aliquod primum corpus anima uel spiritus, ut possit uideri corpus animale animam significare, & corpus spiritale spiritum, nō ideo animam dicit in resurrectione spiritum futuram, sed corpus, quod cum anima nascendo & per animam uiuendo, animale dici capit, futurum spiritale, dum per spiritum surgit in æternitatem. Deniq; si non anima, sed caro feminatur in corruptela dum dissoluitur in terram, iam nō anima erit corpus animale, sed caro quæ fuit corpus animale. Siquidem de animali efficitur spiritale, sicut & infra dicit: Nō primum quod spiritale. Ad hoc enim & de ipso Christo præstruit, Factus primus homo Adam, in animam uiuam, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem, licet stultissimus hereticus noluerit ita esse. Dominum enim posuit nouissimum, pro nouissimo Adam, ueritus scilicet ne si & dominum nouissimum haberet Adam, & eiusdem Christum defenderemus in Adā nouissimo cuius & primum. Sed falsum relucet. Cur enim primus Adam nisi quia & nouissimus Adam? Non habet ordinem inter se nisi paria quæq; & eiusdem uel nominis, uel substantiæ, uel autoris. Nam & si potest in diuersis quoq; esse aliud primum, aliud nouissimum, sed unius autoris. Cæterum si & autor alius, & ipse quidem potest nouissimus dici. Quod tamen intulerit primum est, nouissimum autem si primo par sit. Par autem primo nō est, quia non eiusdem autoris est. Eodem modo & in nomine hominis reuincentur. Primus, inquit, homo de humo terrenus, secundus dominus de cœlo. Quare secundus si non homo quod & primus? Aut nunquid & primus dominus, si & secundus? Sed sufficit, si in Euangeliō filium hominis adhibet Christum & hominem, & in homine Adam eum negare non poterit. Sequentia quoq; eum comprimitur. Cum enim dicit Apostolus, qualis qui de terra, homo scilicet, tales & terreni homines utiq;. Ergo & qualis qui de cœlo homo, tales & qui de cœlo homines. Non enim poterat hominibus terrenis non homines coelestes opposuisse, ut statum ac spem studiosius distingueret in appellationis societate. Statu enim ac spe dicit terrenos atq; coelestes homines, tamē ex pari, qui secundum exitum aut in Adam aut in Christo deputantur. Et ideo iam ad exhortationem spei coelestis, Sicut portauimus, inquit, imaginē terreni, portemus & imaginem coelestis, nō ad substantiam ullam referens resurrectionis, sed ad præsentis temporis disciplinam. Portemus em̄, inquit, non portabimus, præceptiū, nō promissiū, uolēs nos sicut

sicut ipse incessit ita incedere, & à terreni, id est ueteris hominis imagine abscedere, quæ est carnalis operatio. Deniq; quid subiungit: Hoc em̄ dico fratres, quia caro & sanguis regnū dei non possidebunt: Opera scilicet carnis & sanguinis. Quibus & ad Galatas scribens, abstulit dei regnū, solitus & aliás substantiā pro operibus substantiæ ponere, ut cū dicit, Eos qui in carne sunt deo placere nō posse. Quando enim placere poterimus deo nisi dum in carne hac sumus? Aliud tempus, operationis nullum opinor est. Sed si in carne quanquā constituti, carnis opera fugiamus, tum nō erimus in carne, dū non *Caro* in substantia carnis non sumus, sed in culpa. Quod si in nomine carnis, opera non substantiā carnis iubemur exponere, operibus ergo carnis non substantiæ carnis in nomine carnis denegatur dei regnū. Non enim id damnatur in quo male fit, sed id quod fit. Venenum dare scelus est, calix tamen in quo datur reus nō est. Ita & corpus carnalium operum uas est, atimia est autem quæ in illo uenenu alicuius mali facti temperat. Quale est aut, ut si anima autrix operum carnis merebitur dei regnum, per expiationem eorum quæ in corpore admisit: corpus ministrum solummodo, in damnatione permaneat. Venefico absoluto, calix erit puniendus. Et tamen nō utiq; carni defendimus dei regnū, sed resurrectionē substantiæ suæ, quasi ianuam regni per quā aditur. Cæterum aliud resurrectio, aliud regnū. Primo enim resurrectio, dehinc regnū. Resurgere itaq; dicimus carnē, sed mutatā cōsequi regnum. Resurgent enim mortui incorrupti, illi scilicet qui fuerant corrupti lapsis corporibus in interitū. Et nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo motu. Oportet enim corruptiuū hoc, tenens utiq; carnem suam dicebat Apostolus, induere in corruptelā, & mortale hoc immortalitatem, ut scilicet habilis substantia efficiatur regno dei. Erimus enim sicut angeli. Hæc erit demutatio carnis, sed resuscitatae. Aut si nulla erit, quomodo induet in corruptelam, & immortalitatē? Aliud igitur facta per demutationē, tūc consequetur dei regnū, iam nō caro nec sanguis, sed quod illi corpus deus dedit. Et ideo recte Apostolus, Caro & sanguis regnū dei nō consequetur, de mutationi illud adscribens quæ accedit resurrectioni. Si aut, tūc fiet uerbum, quod scriptū est apud creatorem, Vbi est mors uictoria? Vbi cōtentio tuac? Vbi est mors aculeus tuus? Verbū aut hoc creatoris est, per Prophetā: Eius erit & rēs, id est regnū, cuius & verbū fiet in regno. Nec alij deo gratias dicit quod nobis uictoriā utiq; de morte referre p̄stiterit, quām illi à quo uerbum insultatorium de morte & triumphatorium accepit.

²¹ Accedit, pro accedit
verbū insulutoriū & tri-
umphatorium

DE EPISTOLA SECUNDA AD CORINTHIOS



I D E V S cōmune uocabulum factum est uitio erroris humani, quatenus plures dei dicuntur atq; creduntur in seculo, benedictus tamen deus domini nostri Iesu Christi nō alius quām creator intelligetur qui & uniuersa benedixit: habes Genesim: Et ab uniuersis

uniuersis benedicitur: habes Danielem. Proinde si pater potest dici sterilis dei nullius magis nomine quam creatoris, misericordiarum tamen pater idem erit qui misericors, & miserator, & misericordiae plurimus est dictus: habes apud Ionam cum ipso misericordiae exemplo, quam Niniuitis exorantibus præstigit, facilis & Ezechiæ fletibus flecti, & Achab marito Iezabel deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthæ, & Dauid agnoscenti delictum statim indulgere, malens scilicet pœnitentiâ peccatoris quam mortem, utique ex misericordiae affectu. Si quid tale Marcionis deus ædidit uel edixit, agnoscam ²² patrem misericordiarum. Si uero ex eo tempore hunc titulum ei ascribit, quo reuelatus, quasi exinde sit pater misericordiarum, quo liberare instituit genus humanum: atquin & nos ex eo tempore negamus illum, ex quo dicitur reuelatus, non potest igitur aliquid ei ascribere, quæ tunc ostendit, cum aliquid ei ascribit. Si enim prius constaret eum esse, tunc & ascribi ei potest. Accidens enim est quod ascribitur: accidentia autem antecedit ipsius rei ostensio cui accidentunt. Maximè cum iam alterius est, quod ascribitur ei, qui prius non sit ostensus, tanto magis negabitur esse, quanto per quod affirmatur esse, eius est qui iam ostensus est. Sic & testamentum nouum non alterius erit, quam qui illud repromisit: & si non litera, at eius spiritus, hoc erit nouitas. Denique qui literam tabulis lapideis inciderat, idem & de spiritu edixerat, Effundam de meo spiritu in omnem carnem. Et si litera occidit, spiritus uero uiuificat, eius utrumque est qui ait, Ego occidam & ego uiuificabo, percutiam & sanabo. Olim duplēm uitam creatoris vindicamus & iudicis & boni, litera occidentis per legem, & spiritu uiuificantis per Euāgelium. Non possunt duos deos facere, qui & si diuersa, apud unū recenserit præuenerūt. Commemorat & de uelamine Moysi quo faciem tegebant in contemplabilem filijs Israel. Si ideo ut claritatem maiorem defenderet noui testamenti, quod manet in gloria, quam ueteris quod euacuari habebat, hoc & mecum conuenit fidei præponenti Euangeliū legi, & uide ne magis meæ. Illic enim erit superponi quid, ubi fuerit & illud cui superponitur. At cum dicit, Sed obtunsi sunt sensus mundi, nō utique creatoris, sed populi qui in mundo est. De Israël enim dicit, ad hodiernum usque uelamen id ipsum in corde eorum. Figuratum ostendit fuisse uelamen faciei in Moysi, uelaminis cordis in populo, quia nec nūc apud illos perspiciatur Moyses corde, sicut nec facie tuū. Quid est ergo adhuc uelatum in Moysi quod pertineat ad Paulum, si Christus creatoris à Moysi prædicatus nondum uenit: quomodo iam operta & uelata adhuc denotantur corda Iudæorum, nondum exhibitis prædictionibus Moysi, id est de Christo in quo eum intelligere deberet: Quid ad Apostolum Christi alterius, si dei sui sacramenta Iudei non intelligebant, nisi quia uelamen cordis illorum ad cæcitatem qua non perspexerant Christū Moysi pertinebat: Denique quod sequitur, Cum uero conuerterit ad deum aufertur

*Accidens**retus*

retur uelamen, hoc Iudeo propriè dicit apud quem & est uelamen Moysi qui cum transierit in fidem Christi, intelligit Moysen de Christo prædicasse. Cæterum quomodo auferetur uelamentum creatoris ita Christo dei alterius, cuius sacramenta uelasse non potuit creator, ignoti uidelicet ignotar. Dicit ergo nos iam aperta facie, utiqz cordis quod uelatum est in Iudeis, cōtemplantes Christum, eadem imagine transfigurari à gloria, qua scilicet & Moyses transfigurabatur à gloria domini in gloriam: ita corporalem Moy si illuminationem de congressu domini, & corporale uelamen de infirmitate populi proponens, & spiritalem revelationem, & spiritalem claritatem in Christo superducēs, tanquam à domino, inquit, spirituum, totum ordinem Moysi, figuram ignorati apud Iudeos, agniti uero apud nos Christi fuisse testatur. Scimus quosdam sensus ambiguitatē pati posse, de sono pronuntiationis, aut de modo distinctionis, cum duplicitas earum intercedit. Hanc Marcion captauit sic legendo, in quibus deus æui huius: ut creatorem ostendens deum huius æui, alium suggerat deum alterius æui. Nos contra sic distinguendum dicimus, In quibus deus. Dehinc, æui huius excœauit mentes infidelium: in quibus, Iudeis infideibus in quibus opertū est aliquibus Euangeliū adhuc sub uelamine Moysi. Illis enim deus labijs diligentibus eum, corde autē longe absistentibus ab eo, minatus fuerat, Aure audietis & non audietis, Oculis videbitis & nō videbitis. Et nisi credideritis, nec intelligetis, Et auferam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium irritam faciat. Hæc autem non utiqz de Euangeliō dei ignoti abscondendo minabatur. Ita & si huius æui deus, sed infideliū huius qui excœat cor, quod Christum eius non ultrò recognouerint, de scripturis intelligendum. Et positum in ambiguitate distinctionis hactenus tractasse ne aduersario prodesset cōtentus uictoriæ, næ ultrò possum & in totum contentionem hanc præterisse. Simpliciori responso p̄ manu erit, esse huius æui dominum, diabolum interpretari, qui dixerit Propheta referente, Ero similis altissimi, ponam in nubibus thronū meum: sicut & tota huius æui superstitione illi mancipata est, qui excœet infidelium corda, & in primis apostatae Marcionis. Deniqz non uidit occurrentem sibi clausulam sensus, quoniam deus qui dixit ex tenebris lucem lucescere, reluxit in cordibus nostris ad illuminationē agnitionis suæ. In persona Christi quis dixit fiat lux? Et in lumen mundi quis Christo ait: Posuite in lumen Nationum sedentium scilicet in tenebris, & in umbra mortis. Cui respondet spiritus in psalmo ex prouidentia futuri, Significatum est, inquit, super nos lumen personæ tuæ domine. Persona autem dei Christus dominus. Vnde & Apostolus supra, Qui est imago, inquit, dei. Igitur si Christus persona creatoris dicentis, fiat lux, & Christus & Apostoli, & Euangeliū, & uelamen & Moyses, & tota series secundum testimoniū clausulæ creatoris est, dei huius qui certè non eius qui nunquam dixit,

Fiat

Fiat lux. Prætereo hic & de alia epistola quā nos ad Ephesios præscriptam habemus, hæretici uero ad Laodicenos. Ait em̄ meminisse Nationes quod illo in tempore cū essent sine Christo, alieni ab Israele sine conuersatione & testamentis, & spe promissionis, etiam sine domino essent, in mundo utiqꝫ, & si de creatore. Ergo si Nationes sine deo dixit esse, deus aut illis diabolus est non creator, apparet dominum aui huius eum intelligendum quē Nationes pro deo receperunt, non creatorem quem ignorant: Quale est aut ut nō eiusdem habeatur thesaurus in fictilibus uasis nostris, cuius & uasa sunt? Nam si gloria dei est in fictilibus uasis tantum thesauri haberi, uasa autem fictilia creatoris sunt, ergo & gloria creatoris est, cuius uasa eminentiam uirtutis dei sapiunt, & uirtus ipsa. Quia propterea in uasa fictilia commissa sunt, ut eminentia eius probaretur. Ceterū iam non erit alterius dei gloria, ideoꝫ nec uirtus, sed magis dedecus & infirmitas cuius eminentiam fictilia & quidem aliena ceperunt. Quod si hæc sunt fictilia uasa in quibus tanta nos pati dicit, in quibus etiā mortificationem circumferimus dei, satis ingratus deus & iniustus, si nō & hanc substantiam resuscitaturus est, in qua pro fide eius tanta tolerantur, in qua & mors Christi circūfertur, in qua & eminentia uirtutis consecratur. Sed enim proponit ut & uita Christi manifestetur in corpore nostro, scilicet sicut & mors eius circumfertur in corpore. De qua ergo Christi uita dicit: Qua nūc uiuimus in illo: Et quomodo in sequentibus nō ad uisibilia nec ad temporalia, sed ad inuisibilia & ad æterna, id est non presentia, sed ad futura exhortatur? Quod si de futura uita dicit Christi, in corpore eam dicens apparitaram, manifestè carnis resurrectionem prædicauit, exteriorem quidem hominem nostrum corrumpi dicens, & non quasi eterno interitu post mortem: uerū laboribus & incommodis, de quibus præmisit adjiciens, Et non deficiemus. Nam & interiorem hominem nostrum renouari de die in diem dicens, hic utruncq; demonstrat: & corporis corruptionem ex uexatione tentationum, & animi renouationem ex contemplatione promissionum. Terreni domiciliū nostri, non sic ait habere nos domū æternam, non manu factam, in cœlo, quia quæ manu facta sit creatoris intereat, in totum dissoluta post mortem. Hæc enim ad mortis metum & ad ipsius dissolutionis contristationem consolandam, retractans etiam persequentia manifestius, cum subiçit, ingemere nos de isto tabernaculo corporis terreni, quod de cœlo est superinduere cupientes. Siquidem & despoliati non inueniemur nudi, id est recipiemus quod despoliati sumus, id est corpus. Et rursus. Etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis ingemimus quod graue mur, nolentes exui, sed superindui. Hic enim expressit, quod in prima epistola strinxit, Et mortui resurgent incorrupti, qui iam obierunt: & nos mutabimur, qui in carne fuerimus comprehensi à deo. Et illi enim resurgent incorrupti, recepto scilicet corpore, & quidem integrò ut ex hoc sint incorrupti: & hi

H propter

propter temporis ultimū iam momentum,& propter merita uexationū aucti
christi,cōpendium mortis sed mutati cōsequētur,superinduti magis quod
de cœlo est,quām exuti corpus. Ita si hi super corpus induent cœlestē illud,
utiqz & mortui recipient corpus super quod & ipsi induant incorruptelam
de cœlo:quia & de illis ait,necesse est corruptiuū istud induere incorrupte-
lam,& mortale istud,immortalitatem. Illi induūt cum receperint corpus,isti
superinduunt quia non amiserint corpus:& ideo non temerè dixit,nolentes
exui corpore,sed superindui,id est nolentes mortem experiri,sed uita p̄re-
niri:uti deuoretur mortale hoc à uita,dū eripitur morti per superindumenti-
um demutationis. Ideo quia ostendit hoc melius esse ne cōristemur mor-
tis si forte p̄rauenit,& arrabonem nos sp̄ritus dicit à deo habere,quasi pi-
gnoratos in eandem spem superindumenti:& abesse à domino quām diu
in carne sumus,ac propterea debere boni ducere abesse potius à corpore &
esse cū domino,ut & mortem libenter excipiamus:atqz adeo omnes ait nos
oportere manifestari ante tribunal Christi ,ut recipiat unusquisqz quæ per
corpus admisit,siue bonū siue malum. Si enim tunc retributio meritorum,
quomodo iam aliqui cū deo poterunt deputari? Et tribunal aut nominan-
do,& dispunctionem boni ac mali operis,utriusqz sententiæ iudicem ostendit,
& corporū omniū repræsentationē cōfirmavit. Non enim poterit quod
corpore admissum est,non corpore iudicari. Iniquus enim deus , si non per
id punitur q̄s aut iuuatur, per quod operatus est. Si qua ergo cōditio noua
in Christo, uetera transierūt, ecce noua facta sunt omnia,impleta est Esaiae
prophetia. Si etiam iubet ut mundemus nos ab inquinamento,carnis & san-
guinis,nō substantiam capere regnū dei:si & uirginem sanctam destinat,ec
clesiam assignare Christo utiqz ut sponsam sponso:non potest imago con-
iungi inimico ueritatis rei ipsius. Si & pseudapostolos dicit operarios dolo-
sos transfiguratores sui per hypocrisin scilicet , conuersationis non p̄predica-
tionis adulteratæ reos taxat,adeo de disciplina non de diuinitate dissideba-
tur. Si transfiguratur satanas in angelum lucis,nō potest hoc dirigi in crea-
torem. Deus enim,non angelus,creator:in deū lucis,non in angelum,trans-
figurare se dictus esset,si nō eum Satanam significaret, quē & nos & Mar-
cion angelum nouimus de paradiſo. Suus stilus est ad omnem quam pati-
tur quæſitionem. Hic illud forte mirabor si proprium potuit habere paradiſum
deus,nullius terrenæ dispositionis,nisi si etiam paradiſo creatoris preca-
tio usus est sicut & mundo. Et tamen hominem tollere ad cœlum creatoris
exemplum est in Helia. Magis uero mirabor dominum optimū percutien-
di & ſæuiendi alienum,nec propriū ſaltem , sed creatoris angelum Satanae
colaphizando Apostolo ſuo applicuisse , & ter ab eo obſecratum non con-
cessisse. Emendat igitur & deus Marcionis ſecundum creatorem,elatos emul-
lantem,ut deponentem ſcilicet de ſolio dynastas. Aut nunquid ipſe eſt , qui
& in

*Conuerſatio/
nis non predi-
cationis adul-
terate rei*

& in corpus Iob dedit Satanæ potestatem, ut uirtus in infirmitate comprebaretur: Quid & formam legis adhuc tenet Galatarū castigator, in tribus testibus præfiniens staturum omne uerbum? Quid & non pars uerbi se peccatoribus comminatur, lenissimi dei prædicator? Imò & ipsam durius agendi in præsentia potestatem à domino datam sibi affirmat. Nega nunc hæretice timeri deum tuum, cuius Apostolus timebatur.

DE EPISTOLA AD ROMANOS

QVANDO opusculū profligatur, breuiter iam retractanda sunt quæ rursus occurrunt, quædam uero tramittenda quæ sèpius occurrerunt. Piget de lege adhuc cogredi, quoties probauetam concessionem eius, nullum argumentum præstare diuersi dei, in Christo prædicatam scilicet, & re promissam in Christū apud creatorem quatenus & ipsa epistola legem plurimum uidetur excludere. Sed & iudicem deum ab Apostolo circumferri sèpe iam ostendimus, & in iudice ultorem, & creatorem in ultore. Itaq; & hic cū dicit, Non enim me pudet Euangeliū. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo & Græco, quia iustitia dei in eo reuelatur, ex fide in fidem: Sine dubio & Euangelium & salutem iusto deo deputat, non bono, ut ita dixerim secundum hæretici distinctionem, transferenti, ex fide legis in fidem Euangeliū, sive utiq; legis, & sui Euangeliū. Quoniā & iram dicit reuelari de cœlo super impietatem & iniustitiam hominū qui ueritatem in iniustitia detineant. Cuius dei ira? utique creatoris. Ergo & ueritas eius erit, cuius & ira quæ reuelari habet in ultionem ueritatis. Etiam adiiciens, Scimus autem iudicium dei secundum ueritatem esse, & iram ipsa probauit, ex qua uenit iudicium pro ueritate, & ueritatem rursus eiusdem dei confirmauit, cuius iram probauit probando iudicium: Aliud est si ueritatem dei alterius in iniustitia detentam creator iratus ulciscitur. Quantas autem foueas in ista uel maxime epistola Marcion fecerit, auferendo quæ uoluit, de nostri instrumenti integritate parebit. Mihi sufficit quæ proinde eradenda non uidit, quasi negligentias & cæcitates eius accipere. Si enim iudicabit deus occulta hominum, tam eorum qui in lege deliquerunt, quam eorum qui sine lege, quia & hi legem ignorant, & natura faciunt quæ sunt legis: utique is deus iudicabit cuius sunt & lex, & ipsa natura, quæ legis est instar, ignorantibus legē: iudicabit aut̄ quomodo? Secundum Euangelium, inquit, per Christum. Ergo & Euangelium & Christus illius sunt, cuius & lex & natura, quæ per Euangelium & Christū vindicabuntur, adeo illo iudicio dei quod & supra secundum ueritatem. Ergo quā defendenda reueletur de cœlo ira, nō nisi à deo ira: ita & hic sensus pristino coherens, in quo iudicium creatoris edicitur, nō potest in alium deū referri, qui nec iudicat nec irascitur, sed in illum cuius dum hęc sunt, iudicium dico & ira, etiam illa ipsius sint necesse est, per quē hæc habent transfigi Euangeliū & Christus.

H 2 Et ideo

Et ideo uehitur in transgressores legis, docentes nō furari & furantes, ut homo dei legis, nō ut cretorem ipsum his modis tangens, qui & furari uetans fraudem mandauerit in Aegyptios aurū & argenti, quemadmodum & cætra in illum retorquent. Scilicet Apostolus uerebatur conuicium deo palam facere, à quo non uerebatur diuertisse. Adeo autem Iudeos incesserat, ut ingesserit propheticam increpationē. Propter uos nomen dei blasphematur. Quām ergo peruersum, ut ipse blasphemaret eū, cuius blasphemandi causa malos exprobrat. Præfert & circumcisionem cordis præputiationi: apud deum legis, est facta circumcisio cordis non carnis, spiritu non litera. Quod si hæc est circumcision Hieremias, & circumcidemini præputia cordis: sicut & οὐλεροκαρ Moyses, circumcidemini duricordiam uestrā: eius erit spiritus circumcidens ^{alia} cor, cuius & litera metens carnem eius: & Iudeus qui in occulto, cuius & Iudeus in aperto: quia nec Iudeum nominare uellet. Apostolus non Iudeorum dei seruum. Tunc lex, nunc iustitia dei per fidem Christi. Quæ est ista distinctio? Seruiuit deus tuus dispositioni creatoris, dans ei tempus & legi eius: An eius tunc cuius & nunc? eius lex, cuius & fides. Christi distinctio dispositio nunc est, non deorum. Monet iustificatos ex fide Christi, non ex legge pacem ad deum habere. Ad quem? Cuius nusquam fuimus hostes, an cuius legi & naturæ rebellauiimus? Nam si in eum competit pax, cum quo fuit bellū, ei & iustificabimur, & eius erit Christus, ex cuius fide iustificabimur, ad cuius pacem competit redigi, hostes eius aliquando. Lex autem, inquit, subintroiuit, ut abundaret delictum. Quare? ut superabundaret, inquit, gratia. Cuius dei gratia, si non cuius & lex? nisi si creator ideo legem intercalauit, ut negocium procuraret gratiæ dei alterius & quidem emuli, ne dixerim ignoti, ut quemadmodum apud ipsum regnauerat peccatum in mortem, ita & gratia regnaret in iustitia, in uitam per Iesum Christū aduersariū ipsius. Propter hoc omnia concluserat lex creatoris sub delictum, & totum mundum deduxerat in reatum, & omne os obstruxerat ne quis gloriaretur per illum: ut gratia seruaretur in gloriā Christi non creatoris, sed Marcionis. Possum & hic de substantia Christi præstruere, ex prospectu quæstionis subsequetur. Mortuos enim nos, inquit, legi. Ergo corpus Christi & potest corpus contendi, non statim caro. Sed & quæcunq; substantia sit, cum eius nominat corpus quem subiicit, ex mortuis resurrexisse, nō potest aliud corpus intelligi quām carnis, in quam lex mortis est dicta. Ecce aut & testimonium prohibet legi, & causa delicti ea excusat. Quid ergo dicemus? Quia lex peccatum? Absit. Erubet Marcion: Absit, abominatur apostolus criminatio nem legis. Sed ego delictū non scio nisi per legem. O summū ex hoc preceo, ²⁸ licuit à liu nium legis, per quā licuit delictum latere. Non ergo lex seduxit, sed peccatum per præcepti occasionem. Quid deo imputas legis, quod legi eius Apostolus imputare non audet? Atquin & accumulat lex sancta, & præceptū eius iustum

iustum & bonum. Si taliter ueneratur legem creatoris, quomodo ipsum destruat nescio. Quis discernit duos deos, iustum alium, bonum alium, cum is utrumq; debeat credi, cuius præceptum & bonū & iustum est. Si autem & spiritalem cōfirmat legem, utiq; & propheticam, utiq; & figuratam. Debeo enim & hinc constituere Christum in lege figuratè prædicatum, quo nec à Iudæis omnibus potuerit agnoscī. Hunc si pater misit in similitudinem carnis peccati, non ideo phantasma dicetur caro quæ in illo videbatur. Peccatum enim carni supra ascripsit, & illam fecit legē peccati habitantē in membris suis, & aduersantem legi sensus: ob hoc igitur missum filium in similitudinem carnis peccati, ut peccati carnem simili substantia redimeret, id est carne, quæ peccatri carni similis esset, cū peccatrix ipsa non esset. Nam & hæc erit dei uirtus, in substantia pari perficere salutem. Non enim magnū, si spiritus dei carnem remediaret, sed si caro consimilis peccatri, dum caro est, sed non peccati. Ita similitudo ad titulum peccati pertinebit, non ad substantię mendacium. Nam nec addidisset, peccati, si substantię similitudinem ueller intelligi, ut negaret ueritatem. Tantum enim carnis posuisset, non & peccati. Cum uero tūc sic struxit, carnis peccati, & substantiam cōfirmauit, id est carnem, & similitudinem ad uitium substantię retulit, id est ad peccatū. Puta nunc similitudinem substantię dictam, non ideo negabitur substantię ueritas. Cur ergo similis uera? Quia uera quidem sed nō ex semine de statu similis, sed uera de censu, non uero dissimilis. Cæterum similitudo in contrarijs nulla est. Spiritus non diceretur carnis similitudo, quia nec caro similitudinem spiritus caperet: sed phantasma diceretur, si id quod nō erat videbatur. Similitudo autem dicitur, cum est quod uidetur. Est enim, dum alterius par est. Phantasma autem quia hoc tantum est, nō est similitudo. Et hic autem ipse edisserens, quomodo nolit esse nos in carne, cum simus in carne, ut scilicet non simus ex operibus carnis, ostendit hac ratione scripsisse, caro & sanguis regnum dei consequi non possunt, non substantiam damnans, sed opera eius: quæ quia possunt non admitti à nobis in carne adhuc positis, nō ad creatū substantię, sed ad conuersationis pertinebunt. Item si corpus quidem mortuum propter delictū (adeo non animæ sed corporis mors est) spiritus aut uita propter iustitiā, cui mors obuenit propter delictum, id est corpori. Nō enim alicui restituitur, nisi qui illud amisit, & ita erit resurrectio mortuorum, dum est corporum. Nam subiungit, Qui suscitauit Christū à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, Adeo & carnis resurrectionem cōfirmauit, absque qua nec corpus aliud dici capit, nec mortale aliud intelligi, & Christi substantiam corporalem probauit. Siquidem proinde uiuificabuntur & mortalia corpora nostra, quemadmodum & ille resuscitatus est, non alias proinde, nisi quia in corpore. Salio & hic amplissimum abruptum in scripturæ, sed apprehendo testimonium perhibentem Apostolum

Salio amplissimum abruptum

H 3 Israeli

Israeli quod zelum dei habeant, sui utiq; nō tamē per scientiā, Deum enim, inquit, ignorantes, & suam iusticiā sistere querentes, nō subiecerunt se iustitiae dei. Finis etenim legis Christus in iustitia omni credenti. Hic erit argumentatio hæretici, quasi deū superiorem ignorauerint Iudæi, qui aduersus eum iustitiam suā, id est legis suæ constituerint, non recipientes Christum finem legis. Cur ergo zelo eorū erga deum propriū testimonium perhibet, si non & inscientiam erga eundem deū eis exprobrat? quod zelo quidē dei agerentur, sed non per scientiā, ignorantes scilicet eū dum dispositiones eius in Christo ignorant consummationem legi statuturo, atq; ita suā iustitiam tuerent aduersus illum. Atq; adeo ipse creator & ignorantia erga se eorum contestatur, Israel me non agnouit & populus me non intellexit: & quod iustitiam suam magis sisteret, docentes doctrinas præcepta hominū, necnon & congregati essent aduersus dominū & aduersus Christum ipsius, ex insciencia scilicet. Nihil igitur potest in alium deū exponi quod competit in creatorem, quia & aliās immerito Apostolus Iudæos de ignorantia suggilasset, erga deum ignotum. Quid enim deliquerant, si iustitiā dei sui aduersus eum sistebant, quem ignorabāt? Atquin exclamat, O profundum diuinitarū & sapientiæ dei, & inuestigabiles viæ ciui. Vnde eruptio: ex recordatione scilicet scripturarum quas retro reuoluerat, ex contemplatione sacramentorum quæ supra differuerat in fidem Christi, ex lege uenientem. Hæc si Marcion de industria erasit, quid Apostolus eius exclamat, nullas intuēs diuinitias dei tam pauperis & egeni, quām qui nihil condidit, nihil prædicauit, nihil denique habuit, ut qui in aliena descendit: Sed enim & opes, & diuinitæ creatoris olim absconditæ, nunc referatæ. Sic enim repromiserat: Et dabo illis thesauros occultos, inuisibiles aperiam eis. Inde ergo exclamatum est: O profundum diuinitarum & sapientiæ dei, cuius iam thesauri patebant. Id Esaiæ, & sequentia de eiusdē prophetæ instrumento: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? quis porrexit ei, & retribuetur illi? qui tanata de scripturis ademisti, quid ista seruasti, quasi nō & hæc creatoris? Planè noui dei præcepta, uideamus. Odio, inquit, habentes malum, & bono adhærentes. Aliud est enim apud cretorem: Auferte malum de uobis, & declina à malo & fac bonum. Amore fraternitatis inuicem affectuosi: non enim id ipsum est, Diliges proximum tanquam te. Spe gaudentes, utiq; dei. Bonum est enim sperare in dominū, quām sperare in magistratus. Pressuram sustinentes: Exaudiet enim te dominus in die pressuræ. Habes psalmum. Benedicite, & nolite maledicere: Quis hoc docebit, q̄ qui omnia benedictionibus cōdidit? Non altum sapientes, sed humilibus assentantes, ne sitis apud uos sapientes. Væ enim audiunt per Esaiam. Malum pro malo nemini retrueritis. Et malitiæ fratris tui ne memineritis. Nec uosmetipſos ulciscentes: Mihi enim vindictam & ego vindicabo, dicit dominus, Pacem cum hominibus

nibus habetote: ergo & legalis talio nō retributionem iniuriæ permittebat, sed inceptionē metu retributionis cōprimebat. Merito itaq; totam creato-
ris disciplinā principali præcepto eius conclusit: Diliges proximū tanquam *Præceptum te.* Hoc legis supplementū, si ex ipsa lege est, quis sit deus legis, iam ignorō: *principale*
Metuo ne deus Marcionis. Si uero Euangelium Christi hoc præcepto ad-
impletur, Christi aut, non est creatoris, quo iam contendimus, dixerit Chri-
stus an non, Ego ueni legem dissoluere, sed implere? Frustra de ista senten-
tia neganda Pontus laborauit. Si Euangelium legem non adimpleuit, ecce
lex Euangelium adimpleuit. Bene autem quod & in clausula, tribunal Chri-
sti comminatur, utiq; iudicis & ultioris, utiq; creatoris, illum certè cōstituens
promerendum quem intentat timendum, etiam si alium prædicaret.

DE EPISTOLA AD THESSALONI/

CENSES PRIMA.

BREVIORIBVS quoq; epistolis non pigebit intendere. Est sa-
por & in paucis. Occiderant Iudæi prophetas suos. Possum dice-
re, Quid ad Apostolum dei alterius & quidem optimi, qui nec
suorū delicta damnare dicatur: quiq; & ipse prophetas eosdem
destruendo quodammodo perimat? Quid mali admisit apud illū Israel, si
occidit, quos & ille reprobauit, si prior inimicam in eos sententiam statuit?
deliquit autem apud deum ipsorum. Is exprobauit iniquitatem, ad quem
pertinet, læsus certè quiuis aliis, q; aduersarius læsi. Sed nec onerasset illos,
imputando etiam domini necem, qui & dominum interfecerunt dicendo, &
prophetas suos: licet suos adiectio sit hæretici. Quid enim tam acerbū, si al-
terius dei prædicatorem Christum interemerunt, qui sui dei prophetas con-
trucidauerūt? Status autem exaggerationis, quod & dominum & famulos *Status exage-
ratiōnis*
eius peremissent. Deniq; si alterius dei Christum, alterius prophetas pere-
merunt, æquauit impietas, non exaggerauit. Aequanda autem non fuit,
ergo exaggerari non potuit nisi in eundem dominum commissa, ex utroq;
titulo: ergo eiusdem dei Christus & Prophetæ. Quam autem sanctitatem
nostram, uoluntatem dei dicat, ex contrarijs quæ prohibet, agnosceres. Ab-
stinere enim, inquit, à stupro, non à matrimonio. Scire unumquemq; suum *matri-*
moniū uas in honore tractare. Quomodo: dum non in libidine qua gentes. Libi-
do aut nec apud gentes matrimonio ascribitur, sed extraordinarijs, & non
naturalibus, & portentuolis. Luxuria est turpitudini quoq; & immundicie
contraria: quæ nō matrimonium excludat, sed libidinem: quæ uas nostrum
in honore matrimonij tractet. Hunc autem locum salua alterius, id est ple-
nioris sanctitatis prælatione, tractauerim: continentiam & uirginitatem nu-
ptijs anteponens, sed nō prohibitis: destructores enim dei nuptiarum, non
sectatores castitatis retundo. Ait eos qui remaneant in aduentu Christi, cū
eis qui mortui in Christo primi resurgent, quod in nubibus auferentur in

aere obuiam domino. Agnosco his iam tunc prospectis mirari substantias cœlestes ipsam Hierusalem quæ sursum est, & per Esiam pronūciare, Qui nam huc uelut nubes uolant; tanquam columbae cum pullis ad me. Hunc ascensum si Christus nobis præparauit, ille erit Christus de quo Osee, qui ascensum suū ædificat in cœlos, utiq; sibi & suis. Exinde à quo sperabo nūc nisi à quo hæc audiuī? Quem spiritum prohibet extingui, & quas prophetias ueritatē nihil haberi: utiq; nō creatoris spiritum, nec creatoris prophetias secundum Marcionem. Quæ enim destruit, ipse iam extinxit, & nihil fecit, nec potest prohibere quæ nihil fecit. Ergo incumbit Marcioni exhibere hodie apud ecclesiam suam exinde spiritum dei sui, qui non sit extinguendus, & prophetias quæ non sint nihil habendæ. Et si exhibuit quod putat, sciat nos quodcumq; illud ad formam sp̄iritualis & propheticæ gratiæ atq; virtutis prouocaturos, ut & futura prænunciet, & occulta cordis reuelet, & sacramenta edifferat. Cū nihil tale protulerit ac probarit, nos proferemus & spiritum & prophetias creatoris secundum ipsum prædicantes. Atq; ita constabit Apostolum de quibus dixerit, de eis scilicet quæ futura erant in ecclesia eius dei, qui dum est, sp̄iritus quoq; eius operatur, & promissio celebratur. Age nunc qui salutem carnis abnuitis, & si quando corpus in huiusmodi prænominatur, aliud nescio quid interpretamini illud, quam substantiam carnis: quomodo Apostolus omnes in nouis substantijs certis nominibus distinxit: & omnes in uno uoto constituit salutis, optans ut sp̄iritus noster & corpus & anima sine querela in aduentu domini & salutificatoris nostri Christi conseruentur? Nam & anima posuit & corpus, tam duas res quam diuersas: licet enim & animæ corpus sit aliquod suæ qualitatis, sicut & sp̄iritus: cū tamen & corpus & anima distincte nominantur, habet anima suum uocabulum proprium, nō egens communī uocabulo corporis, id relinquunt carnī quæ non nominata proprio, communī utatur necesse est. Etenim aliam substantiam in homine non video post sp̄iritum & animam, cui uocabulum corporis accommodetur, præter carnem. Hanc totiens in corporis nomine intelligens quotiens non nominatur, multo magis hic, cum quæ dicitur corpus, suo nomine appellatur.

DE EPISTOLA AD THESSALONI-

CENSES SECUNDA.



O G I M V R quædam identidem iterare, ut cohærentia cōfirmemus. Dominum & hic retributorem utriusque meriti, dicimus circunferri ab Apostolo aut creatorē, aut (quod nolit Marcion) parem creatoris, apud quem iustum sit afflictatoribus nostris rependi afflictionem: & nobis qui afflictēmur quietem, in revelatione domini Iesu uenientis à cœlo cum angelis uirtutis suæ, & in flamma ignis. Sed flammam & ignem delendo hæreticus extinxit, ne scilicet nostratem deum

deum fäceret. Lucet tamē uanitas litaræ. Cum enim ad ultionem uenturum
 scribat Apostolus dominum exigendam de eis qui deum ignorent, & qui
 non obaudiant Euangelio, quos ait poenam luituros exitialem æternam à
 facie domini, & à gloria ualentia eius: sequitur ut flammarum ignis inducat sci
 licet ueniens ad puniendum: ita & in hoc nolente Marcione crematoris dei
 Christus, & in illo creatoris est, quod etiam de ignorantibus dominum ulci-
 scitur, id est de ethnicis. Seorsum enim posuit Euangelio non obaudientes,
 sive Christianos peccatores, sive Iudæos. Porrò de ethnicis exigere pœ-
 nas, qui Euangeliū forte non norint, non est dei eius, qui naturaliter sit igno-
 tus, nec usquam nisi in Euangeliō sit reuelatus, non omnibus scibilis. Cre-
 tori autem etiam naturalis agnitus debetur ex operibus intelligendo, & ex-
 inde in pleniorum noticiam requirendo. Illius est ergo etiā ignorantes deum
 plectere, quem non liceat ignorare. Ipsum quod ait à facie domini & à glo-
 ria ualentia eius, uerbis usus Esaiæ, ex ipsa causa eundem sapit dominū con-
 surgentem ut comminuat terram. Quis est autem homo delicti, filius per-
 ditionis, quem reuelari prius oportet ante domini aduentum, extollens se
 super omne quod deus dicitur, & omnem religionem consecuturus in tem-
 plo dei, & deum se iactaturus? Secundum nos quidem Antichristus, ut do-
 cent ueteres ac nouæ prophetiæ: ut Ioannes apostolus, qui iam Antichristos
 dicit processisse in mundum præcursores Antichristi spiritus, negates Chri-
 stum in carne uenisse: & soluentes Iesum scilicet in deo creatore. Secundum
 uero Marcionē nescio ne Christus sit creatoris. Nondum uenit apud illum.
 cuius quis est aut ex duobus? Quæro, cur ueniat in omni virtute & signis &
 ostentis mendacijs: propterea, inquit, quod dilectionem ueritatis non susce-
 perint, ut salui essent: & propter hoc erit eis + instinctum fallacie, ut iudicen-
 tur omnes, qui nō crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Igitur si
 Antichristus & secundum creatorē, deus erit creator qui eum mittit ad im-
 pingendos eos in errorem, qui non crediderunt ueritati, ut salui fierent: eius
 dem erit ueritas & salus, qui ea summissu erroris ulciscitur, id est creatoris: 33
 cui & competit zelus ipse, errore decipere quos ueritate non cepit. Si uero
 non est Antichristus secundum nos, ergo Christus est creatoris secundum
 Marcionem. Et quale erit ut ad ulciscedam ueritatem suam Christum
 creatori summittat? Sed & de Antichristo consentit. Proinde dixerim, qua-
 le est ut illi Satanas angelus creatoris sit necessarius, & occidatur ab eo, ha-
 bens fallacie operatione fungi creatori? In summa si indubitatum est eius
 esse & angelum, & ueritatem, & salutem, cuius & ira, & æmulatio, & fallacie
 immissio aduersus contemptores & desultores, etiam aduersus ignoran-
 tes, ut iam & Marcion de gradu cedat, + deum quoque summum zeloten
 concedens, quis dignius irascetur? puto qui à primordio rerum natu-
 ram, opibus, beneficijs, plagis, prædicationum testibus, ad agnitionem sui
 præstru

καὶ ἀπὸ τῆς
 δοφῆς τὸν
 χριστὸν αὐτὸν
 Soluere Iesum
 Forte, in struc-
 tum fallacie
 ut structus
 sit inflexionis
 quarte
 De gradu ces-
 dere
 Forte, deum
 quoq; suum
 zeloten

præstruxit, nec tamen agnitus est: an qui semel unico Euangeliū instrumento, & ipso incerto, ne palam alium deum prædicante, productus est? Ita cui competit vindicta, ei competit materia vindictæ: Euangelium dico, & ueritas, & salus. Iubere autem operari eum qui uelit manducare, eius disciplina est, qui boui trituranti os liberum iussit.

DE EPISTOLA AD LAODICENOS

Ephesiorū ins/
criptionē, in
Laodicenos
trāstulit Mar
cion



C C L B S I A E quidem ueritate epistolam istam ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodicenos, sed Marcion ei titulum alt quando interpolare gestijt, quasi & in isto diligentissimus expiator. Nihil autem de titulis interest, cum ad omnes Apostolus

scriperit dum ad quosdam: certe tamen eum deum prædicans in Christo, cui competunt quæ prædicantur. Cui ergo competent secundum boni estimationem quam proposuerit in sacramento uoluntatis suæ, in dispensationem adimplectionis temporum (ut ita dixerim, sicut uerbum illud in Greco sonat) recapitulare, id est ad initium redigere, uel ab initio recensere, omnia in Christum, quæ in cœlis, & quæ in terris, nisi cuius omnia erunt ab initio etiam ipsum initium, à quo & tempora, & temporum adimplectiones: dispensatio ob quæ omnia ad initium recensentur in Christo? Alterius autem dei quod initium, id est unde: cuius opus nullum? quæ tempora sine initio? quæ adimplecio sine temporibus? quæ dispensatio sine adimplectione? Denique quid in terris egit iam olim, ut longa aliqua temporum adimplectorum dispensatio reputetur, ad recensenda omnia in Christo, etiam quæ in cœlis? Nec in cœlis autem res ab altero actas existimabimus quæcunque sunt, quæ ab eo à quo & in terris acta omnibus constat. Quod si non capiat, alterius omnia ista deputari ab initio quæ creatoris: quis crederet ab alio ea recenseri in Christum aliud & non à suo autore, & in suum Christum? Si creatoris sunt, diuersa sint necesse est à diuerso deo. Si diuersa, utiqz contraria. Quomodo ergo contraria recenseantur in eum, à quo deniqz destruntur? Nam & sequentia quem renunciant Christum, cum dicit: Ut simus in laudem gloriæ nos qui præsperauimus in Christum? Qui enim præspeραστε rasse potuerunt, id est ante sperasse in deum, quæ uenisset, nisi Iudæi quibus Christus prænunciabatur ab initio? Qui ergo prænunciabatur, ille præsperabatur. Atqz adeo hoc ad se, id est ad Iudæos refert, ut distinctione faciat conuersus ad Nationes: In quo & uos cū audissetis sermonem ueritatis Euangelium, in quo credidistis & signati estis spiritu promissionis eius sancto. Cuius promissionis factæ per Iohelem: In nouissimis diebus effundā de meo spiritu in omnē carnem: id est & in Nationes. Ita & spiritus & Euangelium in eo erit Christo, qui præsperabatur, dum prædicabatur. Sed & pater gloriæ ille est, cuius Christus rex gloriæ canitur in Psalmo ascendens: Quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Ab illo spiritu fa

tus sapientia optatur: apud quem haec quoque spiritualium species enumerantur, inter septem spiritus per Esaiam. Ille dabit illuminatos cordis oculos, qui etiam exteriores oculos luce ditauit, cui displicet cæcitas populi. Et quis cæcus nisi pueri mei: & excæcati sunt famuli dei. Apud illum sunt & diuinitas hæreditatis in sanctis, qui eam hæreditatem ex uocatione Nationum repromovit. Postula de me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Ille inoperatus est in Christum ualentiam suam, suscitando eum a mortuis, & collocando eum ad dexteram suam, & subiiciendo omnia, qui & dixit: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quia & alibi spiritus ad patrem de filio: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Si ex his aliis deus, & alias Christus infertur, quæ recognoscuntur in creatore, quæ ramus iam creator, Planè puto inuenimus, cu dicit illos delictis mortuos, in quibus ingressi erant secundum ænum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, qui operatur in filiis incredulitatis. Sed mundum non potest & hic pro deo mundi Marcion interpretari. Non enim simile est creatum creatori, factum factori, mundus deo. Sed nec princeps potestatis aeris dicetur, qui est princeps potestatis seculorum. Nunquam enim praeses superiorum de inferioribus notatur, licet & inferiora ipsi deputentur. Sed nec incredulitatis operator uideri potest, quam ipse potius & a Iudeis & a Nationibus patitur. Sufficit igitur si haec non cadunt in creatorem. Si autem & est in quem magis competit, utique magis hoc Apostolas scribit. Quis iste? Sine dubio ille, qui ipsi creatori filios incredulitatis obstruit, aere isto potitus, sicut dicere eum profert & refert: Ponam in nubibus thronum meum, ero similis altissimo. Hic erit diabolus, quem & alibi, si tamē ita & Apostolum legi uolunt, deum æui huius agnoscamus. Ita enim totū seculum mendacio diuinitatis impleuit. Qui planè si non fuisset, tunc haec in creatorem spectasse potuissent. Sed & in Iudaismo conuersatus fuerat Apostolus: nō quia interpolavit de delictis, in quibus & nos omnes conuersati sumus: ideo delictorum dominum & principem aeris huius creatorem præstat intelligi, sed quia in Iudaismo unus fuerat de filiis incredulitatis, diabolum habentis operarem, cum persequeretur ecclesiam & Christum creatoris. Propter quod & iracundiae filij fuimus, sed natura. Ne quia filios appellauit Iudeos creator, argumentetur hoc hæreticus dominum iræ creatorem (Cum enim dicit: Fui mus natura filij iracundiae: creatoris autem non natura sunt filij Iudei, sed affectione patrum) iræ filios ad naturam retulit, non ad creatorem, ad summam subiungens: sicut & ceteri, qui utique filij dei non sunt: Apparet communis naturæ omnium hominum & delicta & concupiscentias carnis, & incredulitatem & iracundiam reputari, diabolo tamē captante naturâ, quam & ipse iam fecit delicti semine illato. Ipsius, inquit, sumus factura, conditi in Christo. Aliud est facere, aliud condere. Sed utrumque uni dedit. Homo autem

autem factura creatoris est. Idem ergo condidit in Christo qui & fecit. Quantum enim ad substantiam, fecit: quantum ad gratiam, cōdidit. Inspice & cohærentia, Memores uos aliquando Nationes in carne, qui appellabamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta, quod essetis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israelis, & peregrini testamentorum & promissionis eorum: spem non habentes, & sine deo in mundo. Sine quo autem deo fuerunt Nationes, & sine quo Christo? Vt que eo cuius erat conuersatio Israelis, & testamenta, & promissio. At nunc, inquit, in Christo uos qui eratis longe, facti estis propè in sanguine eius. A quibus erant retro longe? A quibus supra dicit: A Christo creatoris, à conuersatione Israelis, à testamentis, à spe promissionis, à deo ipso. Si hæc ita sunt, ergo his propè fiunt nunc Nationes in Christo, à quibus tunc longè fuerant. Si autem conuersationi Israelis, quæ est in religione dei creatoris, & testamentis, & promissioni, & ipsi deo eorum, proximi sumus facti in Christo: ridiculum satis, si nos alterius dei Christus de longinququo admouit creatori. Meminerat Apostolus ita prædicatū de Nationum uocatione ex longinququo uocandarū. Qui longe erant à me appropinquauerū iustitię meā. Tam enī iustitia, q̄ & pax creatoris in Christo annunciatatur, ut sēpe iam ostendimus. Itaq; ipse est, inquit, pax nostra qui fecit duo unū, Iudaicum scilicet populū & Gentilem: quod propè & quod longè, soluto medio pariete inimicitia in carne sua. Sed Marcion abstulit, sua: ut inimicitię daret carnem

³⁶ quasi carnali uitio, non Christo æmulæ. Sicubi alibi dixi, & hic, Non Mar-

Marrucinus rucine sed Pontice, cuius supra sanguinem confessus es, hic negas carnem.

Ponticus

Si legem præceptorum sententijs uacuum fecit, adimplendo certè legem (uacat enim iam non adulterabis, cum dicitur, nec uidebis ad concupiscentium uacat non occides, cum dicitur, nec maledices) aduersarium legis de adiutorie non potest facere. Ut duos conderet in semetipso. Qui fecerat, idem condens, secundum quod & supra. Ipsius enim factura sumus, conditi in Christo. In unum nouum hominem, faciens pacem. Si uere nouum, uere & hominem, non phantasma: nouum autem & nouè natum ex uirgine, dei spiritu. ut reconciliet ambos deo, & deo quē utrumq; genus offenderat, & Iudaeum & Gentilem populū, in uno corpore, inquit, cū interfecisset inimicitiam in eo per crucē. Ita & hic caro corpus in Christo, quod crucem pati potuit. Hoc itaq; annunciantem pacem eis qui propè, & eis qui longè, accessum consecuti simul ad patrē, iam nō sumus peregrini, nec adueniæ, sed conciues saeculorum, sed domestici dei: utiq; eius, à quo supra ostendimus alienos fuisse nos, & longè constitutos. Superædificati super fundamentū Apostolorum. Abstulit hæreticus & prophetarū, oblitus dominū posuisse in ecclesia sicut apostolos ita & prophetas. Timuit scilicet ne & super ueterū prophetarum fundamenta ædificatio nostra cōstaret in Christo, cū ipse apostolus ubiq; nos de

nos de prophetis extruere nō cesseret. Vnde enim accepit summum lapidem angularem dicere Christum, nisi de psalmi significatione: Lapis quē reprobauerunt ædificantes, iste factus est in summo anguli? De manib[us] hæreti ci præcidendis non miror si syllabas subtrahit, cum paginas totas plerunq[ue] subducit. Datam, inquit, sibi apostolus gratiam nouissimo omnium, illuminandi omnes: quæ dispensatio sacramenti occulti, ab æuis in deo qui omnia condidit: Rapuit hereticus in præpositionem, & ita legi fecit, occulti ab æuis deo, qui omnia condidit. Sed emicat falsum. Infert enim Apostolus, ut nota fiat principatibus & potestatibus, insuper cœlestibus, per ecclesiam, multifaria sapientia dei. Cuius dicit principatibus & potestatibus: Si creatoris quale est ut principatibus & potestatibus eius ostendi voluerit deus ille sapientiam suam, ipsi autem non: quādo nec potestates sine suo principe potuissent quid cognoscere. Aut si ideo deum non nominauit hic, quasi in illis & princeps ipse reputetur, ergo & occultatum sacramentū principatibus & potestatibus eius, qui omnia condit, pronūciasset: proinde in illis deputans ipsum. Quod si illis dicit occultatum, illis debebat dixisse manifestum: ergo non deo erat occultatum, sed in deo omnium conditore, occultum aut principatibus & potestatibus eius. Quis em cognouit sensum domini, aut quis consiliarius ei fuit: Hic captus hereticus fortasse mutauit uti dicat, deū suū suis potestatibus & principatibus notam facere uoluisse dispensationem sui sacramenti, quam ignorasset deus conditor omnium! Et quō competebat prætendere ignorantia creatoris extranei & longa separatione discreti, cum domestici quoq[ue] superioris dei nescissent: Tamen & creatori notum erat futurum. An non utiq[ue] notum quod sub cœlo & in terra eius habebat reuelari? Ergo ex hoc confirmatur quod supra struximus: si enim creator cognitus erat quandoq[ue] occultum illud dei superioris sacramentum: & ita scriptura habebat: occulti deo, qui omnia condidit: sic inferre debuerat, ut nota fiat illi multifaria sapientia dei, tunc & potestatibus & principatibus cuiuscunq[ue] dei, cum quibus sciturus esset creator. Adeo subtractum constat, quod & sic ueritati suæ saluum est. Volo nunc & ego tibi de allegorijs Apostoli cōtroversiam nectere. Quas nouus in prophetis habuisset formas: Captiuam, in Nouus deus quit, duxit captiuitatem. Quibus armis? quibus prælijs? de cuius gentis uestatione? de cuius ciuitatis cuersione? quas sceminas, quos pueros, quos ueregulos catenis uictor inseruit? Nam & cum apud David Christus canitur succinctus gladio super femur: aut apud Esaiam spolia accipiens Samariæ & uirtutem Damasci, uete eum & uisibilem excondis præliatorem, agnosce 37. igitur iam & armaturam & militiam eius spiritalem, si iam didicisti esse captiuitatem spiritalem, ut & hæc illius agnoscas: uel quia & captiuitatis huius mentionem de prophetis Apostolus sumpsit, à quibus & mandata. Depondentes mendacium, loquimini ueritatem ad proximum quisq[ue]: Et irascimini & nolite

*Deus superior
deus bonus*

& nolite delinquere, ipsis uerbis quibus psalmus exponeret sensus eius, sol ut no occidat super iracundiam uestram. Nolite communicare operibus tenebrarū. Cum iusto enim iustus eris, & peruerso peruerteris. Et auferete malum de medio uestrum. Et exite de medio eorum: & immundum ne attigeritis. Separamini qui fertis uasa domini. Sic & ineibriari uino dedecori inde est, ubi sanctorum inebriatores increpantur: Et potum dabitis sanctis meis uinum, quod prohibitus erat potare & Aaron sacerdos, & filij eius, cum adirent ad sancta. Et psalmis & hymnis deo canere, docere illius est, qui cū tympanis potius & psalterijs uinum bibentes incusari à deo norat. Ita cuius inuenio præcepta & semina præceptorum uel augmenta, eius Apostolum agnoscō. Ceterum mulieres uiris subiectas esse debefē unde confirmat: quia uir, inquit, caput est mulieris. Dic mihi Marcion, de opere creatoris deuestuus legi suæ astruit autoritatem: Hoc iam planè minus est, cum & ipsi Christo suo & ecclesiæ eius inde statum sumit: sicut & Christus caput est ecclesiæ. Similiter & cum dicit: Carnem suam diligit, qui uxorem diligit, sicut & Christus ecclesiam. Vides comparati operi creatoris Christum tuū, & ecclesiam tuam. Quantum honoris carni datur in ecclesiæ nomine? Nemo, inquit, carnem suam odio habet, nisi planè Marcion solus: sed & nutrit & fouet eam, sicut Christus ecclesiam. At tu solus eā odisti, auferens illi resurrectionem: odisse debebis & ecclesiam, quia proinde diligitur à Christo. At enim Christus amauit & carnem sicut ecclesiam. Nemo non diligit imaginem quoq; sponsæ, imò & seruabit illam, & honorabit, & coronabit. Habet similitudo cum ueritatis honore confortium. Laborabo ego nunc eundem deum probare masculi & Christi, mulieris & ecclesiæ, carnis & spiritus: ipso Apostolo sententiam creatoris adhibente, imò & differente: Propter hāc relinquet homo patrē & matrem, & erūt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Sufficit inter ista, si creatoris magna sunt apud Apostolum sacramēta, minima apud hæreticos. Sed ego autem dico, inquit, in Christum & ecclesiam. Habet interpretationem, no separationem sacramenti. Ostendit figuram sacramenti ab eo præministrata, cuius erat utiq; sacramentum. Quid uidetur Marcioni: Creator quidem ignoto deo figuras præministrare non potuit, etiam quia aduersario. Si noto: deus superior ab inferiore, & ad destruendum potius mutuari nihil debuit. Obaudiāt & parentibus filij. Nam & si Marcion abstulit: hoc est enim primum in promissione præceptū: Lex loquitur: honora patrem & matrem: & parentes enutrite filios in disciplina & correptione domini. Audisti enim & ueteribus dictum: Narrabitis hæc in auribus filiorum uestrorum, & filij uestri æque in aures filiorum suorum. Quò iam mihi duos deos, si una est disciplina: Et si duo sunt, illum sequar, qui prior docuit. Sed aduersus munditementes luctatio si nobis, o quāt iam dñi cretores. Cur enim non & hoc uindicem, unū mundinentem nominari debuisse.

debuuisse, si creatorem significabat, cuius essent quas præmisit potestates? Porro cum supra quidem induere nos iubeat armaturam, in qua stemus ad machinationes diaboli, iam ostendit diaboli esse quæ diabolo subiungit, potestates & munditenentes tenebrarum istarum, quæ & nos diabolo deputamus. Aut si diabolus creator est, quis erit diabolus apud creatorē? An sicut duo dīj, ita & duo diaboli, & pluraliter potestates & munditenentes? Sed quomodo creator, & diabolus & deus idem? cum diabolus non idem & deus & diabolus. Aut enim ambo & dei si ambo iam diaboli: aut qui deus *diabolus* hic & non diabolus, sicut nec diabolus deus. Ipsum uocabulū diaboli, quo^ro ex qua delatura competat creatori: fortasse detulit aliquanti dei superio^ris intentionem, quod ipse ab archangelo passus est, & quidē mentito. Non ideo enim interdixerat illius arbusculæ gustū, ne dei fierent, sed ne de transgressione morerentur. Nec spiritualia autem nequitiæ ideo creatorem signifi cabunt, quia adiecit in cœlis. Sciebat enim & Apostolus in cœlis operata es se spiritualia nequitiæ angelorum scandalizatorum in filias hominū. Et quale erat ut ambiguitatibus & per ænigmata nescio quæ creatorē taxaret, qui in catenis iam constitutus ob libertatem prædicationis, constantiam manifestandi sacramenti in apertione oris, quam ibi expostulare à deo mandabat, ecclesiæ utiqp præstabat?

DE EPISTOLA AD COLOSSENSIS.

SOLO in præscriptione aduersus hæreses omnes de testimonio *prescriptio* temporum compendium figere, priorem vindicans regulam nostram omni hæretica posteritate. Hoc nunc probabit & Apostolus dicens: De spe deposita in cœlis, quam audistis in sermone ueritatis Euangelij, quod peruenit ad uos sicut & in totum mundum. Nam si iam tum traditio Euangelica ubiqp manauerat, quanto magis nunc? Porro si nostra est, quæ ubiqp manauit, magis quam omnis hæretica, nedu Antonini Marcianis, nostra erit apostolica. Marcionis autem cum totum impleuerit mun³⁹ dum, ne tunc quidē se defendere poterit de apostolica. Eam enim & sic constabit esse, quæ prior mundū repleuit, illius scilicet dei Euangelio qui & hæreticavit de prædicationibus eius: In omnem terram exiit sonus eorum, & in terminos orbis uerba eorum. Inuisibilis dei imaginæ ait Christum. Sed nos enim inuisibilem dicimus patrem Christi, scientes filium semper retro uisum, si quibus uisus est in dei nomine, ut imaginem ipsius: ne quam & hinc differentiam scindat dei uisibilis & inuisibilis, cum olim dei nostri sit definitio: Dominū nemo uidebit, & uiuer. Si noue est Christus primogenitus conditionis, ut sermo creatoris, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil factum est, si noe in illo condita sunt uniuersa in cœlis & in terris, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, si non cuncta per illum & in illo sunt condita (hæc enim Maxioni displicere)

I 2 oportet

oporebat) nō utiq; tam nude posuisset Apostolus: Et ipse est ante omnes. Quomodo enim ante omnes, si non ante omnia? Quomodo ante omnia, si non primogenitus cōditionis, si nō sermo creatoris? Vnde ante omnes probabitur fuisse, qui post omnia apparuit: Quis scit priorem fuisse quem esse Boni duxit nescijt? Quomodo autem boni duxit omnem plenitudinem in semetipso ~~et solus~~ habitare? Primo enim, quæ est ista plenitudo, nisi ex illis quæ Marcion derivat: conditis in Christo, in cœlis & in terris, angelis & hominibus: nisi ex illis inuisibilibus & uisibilibus, nisi ex thronis & dominationibus, & principatibus, & potestatibus? Aut si hæc Pseudapostoli nostri & Iudaici Evangelizatores de suo intulerint, & ad plenitudinem sui dei Marcion qui nihil cōdidit: cæterum quale est ut plenitudinem creatoris, æmulus & destructor eius in suo Christo habitare uoluerit? Cui deniq; reconciliat omnia in semet ipsum, pacem faciens per crucis suæ sanguinem, nisi quem offenderant una ipsa, aduersus quæ rebellauerant per transgressionem, cuius nouissime fuerant? Conciliari enim extraneo possent, reconciliari uero nō alij quam suo, Ita & nos quondam alienatos & inimicos sensu in malis operibus, creatori redigit in gratiam, cuius admiseramus offensam colentes conditionem aduersus creatorem. Sicubi autem & ecclesiam corpus Christi dicit esse, ut hic ait, adimplere se reliqua pressurarū Christi in carne, pro corpore eius quod est in ecclesia: non propterea & in totum mentionem corporis transferes à substantia carnis. Nam & supra reconciliari nos ait in corpore eius, per mortem: utiq; in eo corpore, in quo mori potuit per carnem, mortuus est, nō per ecclesiam, planè propter ecclesiam, corpus cōmutando pro corpore, carnale pro spiritali. At cum monet caendum à subtilloquentia & philosophia, ut inani seductione, quæ sit secundum elementa mundi: non secundum cœlum aut terram dicens, sed secundum literas seculares, & secundum traditionem scilicet hominum subtilloquentium & philosophorum: lōgum est quidem & alterius operis ostēdere, hac sentētia omnes hæreses damnari, quod omnes & subtilloquentiæ uisibus & philosophiæ regulis cōstent. Sed Mar

4^o

Epicari sion principalem suæ fidei terminū de Epicuri schola agnoscat, Dominum schola inferens hebetem, ne timeri dicat eum: collocans & cum deo creatore mate, Stoicorum riā, de Porticu Stoicorum: negans carnis resurrectionem, de qua proinde porticus nulla philosophia cōsentit. Cuius ingenij tam longè abest ueritas nostra, ut & iram dei excitare formidet, & omnia illum ex nihilo protulisse cōfidat, & carnem eandem restituturum repromittat, & Christum ex uulua uirginis natū non erubescat, ridentibus philosophis, & hæreticis, & ethnicis ipsis. Stulta enim mundi elegit deus, ut cōfundat sapientes: ille sine dubio qui ex respectu huius suæ dispositionis perditurum se sapientiam sapientium preminabatur. Hac simplicitate ueritatis contraria subtilloquentiæ & philosophiæ, nihil peruersi possumus sapere. Deniq; si nos deus cū Christo uiuiscat, donans

cat, donans delicta nobis, nō possumus credere ab eo delicta donari, in quē admissa non fuerint, ut retro ignotum. Age iam cum dicit: Nemo uos iudicet in cibo, & potu, & in parte diei festi, & Neomenię, & sabbati, quae est umbra futurorum, corpus autem Christi, quid tibi uidetur Marcion? De lege iam non retractamus, nisi quod & hic quemadmodum exclusa sit edocet, dum scilicet de umbra transfertur in corpus, id est de figuris ad ueritatem, quod est Christus. Ergo & umbra eius, cuius & corpus, id est, & lux eius, & Christus. Segrega alij deo legem, & alij deo Christum, si potes aliquā umbram ab eo corpore, cuius umbra est, separare. Manifestè legis est Christus, si corpus est umbræ. Si autem & aliquos taxat, qui ex uisionibus angelicis dicebant, cibis abstinentia, ne attigeris, ne gustaueris, uolentes in huius militate sensus incedere, non tenentes caput: nō ideo legem & Moysen pulsat, quasi de angelica superstitione constituerit interdictionem quorundam edulium. Moysen enim à deo accepisse legem constat. Deniq; hanc disciplinam, secundum præcepta, inquit, & doctrinam hominum, deputauit in eos, qui caput non tenerent: id est in ipsum, in quo omnia recensentur, in Christum ad initium reuocata, etiam indifferencia escarū. Cetera præceptorum, ut eadē, satis sit iam alibi docuisse ēp; à creatore manarint: qui cū vetera prædicaret transitura, noua facturus uniuersa, mandans etiam, Nouate uobis nouamen nouū, iam tū docebat deponere veterē hominē, & nouū induere.

DE EPISTOLA AD PHILIPENSES.

VM prædicationis enumerat uarietatem: quod alij ex fiducia uinculorum eius, audientius sermonē enunciarent: alij per inuidiam & cōtentionem, quidam uero & per sermonis existimationem, pleriq; ex dilectione, nonnulli ex æmulatione: iam aliqui & ex similitate Christum prædicarent: erat utiq; uel hic locus taxandæ ipsius prædicationis de diuersitate sententiæ, quæ tantam efficeret etiam animorum uarietatem. Sed causas solas animorum non regulas sacramentorum in diuersitate proponens, unum tamen Christum & unum eius deum, quocūq; consilio prædicatum confirmat: & ideo, Nihil mea, inquit, siue causatione siue ueritate Christus annuncietur: quia unus annūciabatur siue ex causatione, siue ex ueritate fidei. Ad fidem enim prædicationis retulit mentionē ueritatis, nō ad regulæ ipsius, quia una quidem erat regula, sed fides prædicantium quorundam uera, id est simplex, quorundam nimis docta. Quod cum ita sit, apparet eum Christū prædicatum, qui semper annūciabatur. Nam si alius longè ab Apostolo induceretur, fecisset diuersitatē nouitas rei. Nec enim defuissent, qui prædicationem Euāgelicam nihilominus in Christum creatoris interpretarentur: cum & hodie maior pars sit omnibus in locis sententiæ nostræ quam hereticæ. Quo nec hic Apostolus de diuersitatis denotatione & increpatione tacuisset. Ita cū diuersitas ne taxatur quidē, nouitas

I 3 non

non probatur. Planè de substantia Christi putant & hic Marcionitæ suffragari apostolum sibi, quod phantasma carnis fuerit in Christo, cū dicit, quod in effigie dei constitutus, non rapinam existimauit pariari deo, sed exhausit semetipsum accepta effigie serui nō ueritate, & in similitudine hominis, non in homine, & figura inuentus homo, non substantia, id est non carne; quasi non & figura, & similitudo, & effigies substantiæ quoq; accedant. Bene autem quod & alibi Christū imaginem dei inuisibilis appellat. Nunquid ergo & hic quā in effigie eū dei collocat? Aque nō erit dei Christus uerè, si nec homo uerè fuit in effigie hominis cōstitutus. Vtrobicq; enim ueritas neceſſe habebit excludi, si effigies, & similitudo, & figura phantasmati vindicabitur. Quod si in effigie & in imagine, quā filius patris uerè dei præiudicatus est: etiā in effigie & imagine hominis, quā filius hominis, uerè hominē inuentū, nam & inuentū ratione posuit, id est certissimè hominē: quod em inuenitur cōstat esse. Sic & deus inuentus est per uirtutē, sicut homo per carnem: quia nec morti subditū pronunciasset, nō in substantia mortali cōstitutum. Plus est autem quod adiecit, Et morte, crucis. Non enim exaggerat atrocitatē, extollendo uirtutē subiectionis, quam imaginariam phantasmate scisset fruſtrato potius eam q̄ experito, nec uirtute functo in passione, sed lusu. Quae autem retro lucri duxerat quae & supra numerat, gloriam carnis, notam circuncisionis, generis Hebræi ex Hebreo censum, titulum tribus Benjamin, Pharisææ candidæ dignitatē, hæc modo detrimento sibi deputat, non deū, sed stuporem Iudeorum. Hæc ac si stercora existimat præ comparatione agnitionis Christi, non præ reiectione dei creatoris, habens iustitiam nō suam iam quae ex lege, sed quae per ipsum scilicet Christum, ex deo. Ergo inquis, hac distinctione lex, non ex deo erat Christi. Subtiliter satis. Accipe itaque subtilius. Cū enim dicit nō quae ex lege, sed quae per ipsum, non dixisset per ipsum de alio q̄ cuius fuit lex. Noster, inquit, municipatus in cœlis. Agnoscō ueterem ad Abraham promissionem creatoris: Et faciam semen tuum tanq; stellas in cœlo. Ideo stella à stella differt in gloria. Quod si Christus adueniens de cœlis, transfigurabit corpus humilitatis nostræ cōformale corpori gloriæ suæ, resurget ergo corpus hoc nostrum quod humiliatur in passionibus, & in ipsa lege mortis in terrā deiectum. Quomodo enim transfigurabitur, si nullum erit? Aut si de eis dictū, qui in aduentu dei deprehensi in carne deputari habebunt, quid facient qui primi resurgent? Non habebunt de quo transfigurentur. Atquin, cū illis, dicit simul rapiemur in nubibus obuiam domino. Si cum illis sublati, utiq; cum illis & transfigurati.

DE EPISTOLA AD PHILEMONEM,

SOLO huic epistolæ breuitas sua profuit, ut falsarias manus Marcionis euaderet. Miror tamen cum ad unum hominem literas factas receperit, quid ad Timotheum duas, & unam ad Titum de ecclesia

ecclesiastico statu compositas recusauerit. Affectauit, opinor, etiam numerum epistolarum interpollare. Memento inspector, quod ea quae pretractata sunt retro de Apostolo quoque probauerimus: & si qua in hoc opus dilata erant, expunxerimus: ne aut hic superiuacuam existimes iterationem, qua confirmauimus spem pristinam: aut illuc suspectam habeas dilationem, qua eruimus tempora ista. Si totum opusculum inspexeris, nec hic redundantiam, nec illic dissidentiam iudicabis.

Leg. tempore
ista, hoc est co-
moditate tem-
poris prolixi-
oris

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,

ADVERSVS MARCIONEM LIBRI

QVINTI FINIS.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUENTIS

PER BEATVM RHENANVM.

HERMOCENES Stoicorum opinionē secutus, assertebat materiam semper fuisse, nec initium habentem, nec finem: & deum hūc approximando condidisse mundum: ut rursus verissimum sit quod hoc libro scribit Tertullianus, Philosophos patriarchas esse hæreticorum. Contra hūc solidis argumentis disputat, refellens illius rationes, quibus in hāc sententiam inductus videbatur: ac ostendens hoc esse præponere materiam deo, deum uero subiçere qui de materia cuncta produixerit. De hoc sic scribit in libro De præscriptionib⁹ hæreticorum. Idem Apostolus, inquit, cum improbat elementis seruientes, aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natam introducens, deo non nato eam comparat: & ita matrē elementorum deum faciens, potest ei seruire quam deo comparat. In libro hūc sequenti quo Valentianorum nærias recenset, Hæc erit, inquit, materia quæ nos commisit cum Hermogene, cæterisque, qui deum ex materia, non ex nihilo operatum cuncta, præsumunt. Hactenus ille. Cæterum hac de causa amplexus est hunc errorem Hermogenes, quod speraret hoc se pactio posse deum excusare, ne malum esset à Creatore, sed à Materiā. Inter illa tria quæ Marcioni Tertullianus obiicit libro quinto, & hoc unum est, quod collocaret cum deo Creatore Materiam de Portici Stoicorum. At ueritas, inquit, nostra, omnia illum ex nihilo protulisse cōfedit. Huiusmodi hæreticos Tertullianus eleganter Materiarios uocat. Cæterum Aur. Augustinus ad Quod uult deum Hermianorum ab autore Hermia meminit, qui elementorum materiam de qua factus est mundus, non à deo factam dicant, sed deo coeternā. H̄ijs cōsentient Seleciani. At Hermogenem & Hermogenianos inter Pa tripassianorum impietatem professos refert. Vixitq; eodem autore in Africa Hermogenes. Quæ res fecit ut in hūc Tertullianus stilum strinxerit orthodoxam ueritatem propugnās. Neque uero uno tantum errore tenebatur Hermogenes, ut est impietas impietati concatenata.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM

Vix alibi densior est argumentis Tertullianus quam in hoc aduersus Hermogenes libro. Ita acriter instat, atque urget hominem ubique. Deprauavit insinuatorum hoc scriptum partim obscuritas ipsa rei de qua agitur, partim librariorum inscītia, quamquam quid attinet hic mēdōsae lectionis causas potius afferre quam alibi, cum omnia huius autoris uolumina propemodum parī difficultate dictionis paulo durioris sint inuoluta, & parī caligine mendarū infinitarum obducta. Nos in hoc uolumine errata plurima castigauimus conieciūris tantum adiuti, nostro, quod aīunt, Marte, citra subsídium codicis emendationis manuscripti, cuius nulla mihi copia quamlibet laboranti adhuc fieri potuit. Ea loca subiectūs hīc, cum ut prior lectio tamēsi corrupta, nobis uel hoc pacto salua conseruetur, tum ut appareat quid mutandum duxerimus, & lector apud se expēdere possit, num id recte sit à nobis factum, cogitationis & meliorum inuentionis locus adhuc relinquatur. Neque enim tantū mihi uendico, ut arbitrer me nūquā aberrare, quod diuinum magis sit quam humanum. Ego sāne utilitatis publicae causa studiosis libenter communico iudicium meum. Quibus plus est uel ingenij uel eruditioñis, exactiora ac meliora præstare uelint. Habebitur illis magna gratia. Quanquā uero non soleam facile eradere lectionem ueterem, tamen in hoc libello multa mustare coactus sum ob manifestissimas, mendas, & tam apertas, ut nemo doctus de illis possit amplius ambigere. Maluissemus nostras conjecturas in marginibus chartarum apponere, sed cum longiuscula essent, non est uisa sufficere exiguitas spacij breuioris. Præterea pingit licite.)Hermogenes iste Africanus, arte pictor erat. Nec uero prohibitum usquam pingere si obscena ignominiosaque excipiās. Hoc est ergo quod dicit, pingit licite. Nubit assidue.)Videtur Hermogenes non solum polygamiam defendisse, sed dimissis aut mortuis uxoriibus noua superducta matrimonium saepius repetisse. Tertullianus autem adeo fauit castitati, ut cataphrygarum tandem secutus delyriū, secundas nuptias contra Apostolum Paulum damnarit, quae res fecit ut ipse postea abiectus sit extra consortium ecclesiæ. Legem dei in libidinem defendit.)Propter iteratas saepius nuptias, quod negabat fieri debere Tertullianus. In artem cōtemnit.)Nam pictoram deseruit, quae ars ex se mala non est. Præcipit autem lex dei ut labore manuum uiuamus. Cæterum maluit ociosus esse seductor populi quam pictor.

Et cauterio.)Haereticī namque multa delent eraduntque depravantes sacram scripturam, uiolentis & coactis interpretationibus. Prodit Irenēus morē fuisse Gnosticos ut discipulos suos cauterio signarent in aure dextra. Idque Romæ sub Anice, eto Marcellinam huius impietatis alumnam factitasse. An idem obseruarit Hermogenes, nescio. Cauterij quo sacra scriptura raditur perueriturgi in præcedentibus libris meminit. Et stilo.)Scriptis ergo aduersus orthodoxā pietatem.

Nubentium cōtagio fœtet.)Nubentes appellat iteratores nuptiarum siue pollygamos, à quibus stetit quum exemplo tum doctrina Hermogenes. Tertullianus monogamia placebat. Sed autor opusculi de bono uiduitatis ad Iulianā quod inter lucubrationes diui Aurelii Augustini legitur, oppido quam sancte, inquit. Nec contra humanæ uerecundiaæ sensum audeo dicere, ut quoties uoluerit, uiris mortuis nubat fœmina: nec ex meo corde præter scripturæ sanctæ autoritatem quantaslibet nuptias audeo condemnare. Et præcedit. Nec ipsam tot maritorum mulierem ulla suæ sententiaæ significatione damnauit. Loquitur de Christo. Qui locus est apud Matth. cap. XXII. Nec ipse Apostolicus Hermogenes in regula perseverauit.)Paulinum illum Hermogenē intelligit, cuius fit mentio in epistola ad

Prola ad Timotheum posteriore. Sic enim Græcè scribit, διὸς τοῦ, οὐτὶ ἀπεργέσαι
στὴ μητέρας δὲ τῆς αἰσθητῆς φύγελθε εἶμοι τοῖς, id est Nostri hoc, quod auer-
sati fuerint me omnes qui sunt in Asia, quorum est Phygelus & Hermogenes.

A Stoicis. Atq; hoc est, ceu citauimus in Argumento, quod ad finem quinti li-
ibri aduersus Marcionem dicit, Collocans, inquit, & cū deo creatore materiam,
de Porticu Stoicorum. Aur. Augustinus libro uigesimo contra Faustum, de Hy-
le loquens, In hoc, inquit, errant quidam gentilium, quod eam tanquam coæter-
nam deo coniungunt: ut hæc ab illo non sit, quamuis ab illo formetur. Neg-
ex semetipso fecisse potuisse.) Sic infra, De materia cuncta fecisse. Infra scripsi-
mus, Sed deus substantiæ ipsius nomen, id est diuinitatis. Nominat, Ponit, 2
Adiunxit.) Vbiq; subaudiendum scripture. Quorum Hermogenes extre-
ma linea est.) In spacijs olim in quibus cursus publicè fiebat, initiu & finis lineis
notabantur. Hinc quicquid postremum est, extrema linea prouerbialiter dici coe-
pit. Ergo quum Tertullianus Hermogenem hic uocat, Non intelligentiū extre-
mam lineam, imperitissimum accipe. Horatius epistolam ad Quintium sic clau-
dit, Mors ultima linea rerum est. Simul tacite alludit ad artem Hermogenis pen-
cillolineas ducere soliti, nam pictor erat. Sic infra de Materia loquens, Si in loco
inquit, ergo intra locum; si intra locum, ergo determinatur a loco intra quem est;
si determinatur, habet lineam extremam, quam quantum propriè pictor agno-
scit finem esse omni rei cuius linea extrema est. Et quæ sequuntur. In libro aduer-
sus Praxeam uocat Deum extremā lineam uniuersitatis. Et quidem ex poe-
nitentia illius retorquebo aduersus illū.) Non admodum liquet quid sibi uelint
istæ duæ dictiones, ex pœnitentia. Forte scribendum, exorbitantia illius, id est in-
conuenientes absurdas rationes illius. Nisi quis malit, repetentia, siue recipro-
cantia, ut intelligas argumenta reciproca quæ Græcis αὐλογίαι φοντα dicuntur. Aut
euensentia siue euenticia, ut accipias consequentia. Hoc illum tamdiu non
fuisse.) Hoc est dominum. Et æternæ aderint utrobiq;. In Paterniacensi codi-
ce legitur, Et æternæ aderint utrobiq;. Nos castigauimus, Et æternæ aderit utrobi-
que. Ut æterne sit aduerbum. Deinde distinximus, Quia minor se nusquam pote-
rit esse, quomodo ergo. De cuius utitur.) Defectiva locutio. Subauditur re-
bus, aut aliquid simile. Hulusmodi formula sermonis etiam in superioribus libris
usus est. Aduersus Marcionem libro quinto. Si in creatoris, inquit, accipitur. Eo-
dem libro, Et à nostræ, inquit, partis possit opponi. Rursum mox sequitur, Non
minor est eo de cuius utitur. Græcorū est imitatio. Non in hoc nō superiore
est.) Fidem secuti Gorziensis collationis, posterius Non erasimus. Et hære-
ticorum patriarchæ philosophi.) In epistola ad Ctesiphontem hunc Tertulliani
locum citat diuus Hieronymus. Idem in Nahum prophetam exponēs illud, Ex-
iliuit quasi attelabus, Omnia enim, inquit, dogmata eorum (loquitur de hæreti-
cis) quum frigeant & uolare nō possint, sedem sibi & requiem inter Aristotelis &
Chrysippi spineta reperiūt. Precario nō dominio.) Precario, dominio, ui, su-
mere aliena. Verba sunt Iuriscons. Legū ait ciuiliū peritiam in Tertul. per magnā
fuisse nō hic tantum locus ostendit. Nonne etiam si materia optima fuisse,
quæ indecorum sibi existimasset de alieno licet bono factæ satis. Itaq; gloriæ suæ
causa.) Hæc duo uocabula, factæ satis, nihil ad sensum faciunt, ut & quæ relatiū.
Quare scripsi sic, Nonne etiā si materia optima fuisse, & quæ indecorum sibi exi-
stimasset de alieno licet bono? Fatuè satis si ita gloriæ suæ c. Et cætera. Bona
fide.) Bona fide dixit pro serio siue profectio. Q. D. Nihil mentior. Sic aduersum
Valentinianos, Si, inquit, bona fide quæras, concreto uultu, suspenso supercilio,
Altum est, aſunt. Et materiali cum creatore proponit.) Legendum, Aut ma-
teriam

teriam. Nam precedit, Cum ideo aut alium deum. Sed assentator malis.) Ad sentari etiam in libris superioribus pro assentire sive consentire dixit. Ergo Assentator hic est assessor sive qui consensum praebet. Et tamen non de nobis persuadet Hermog.) Hæc clausula sic castigari debet, & interrogatiæ legi, Et tamen unde nobis persuadet Hermogenes malam esse materiam? Nam definimus diminut, & subiect. capere nō posse.) Hoc modo restituimus istam sententiæ corruptam. Nam definimus diminutionem & subjectionem capere non posse quod sit æternū, ut alij coæterno inferius deputetur. Ita & nunc. Sic Plinius libro quarto capite decimo tertio. Introrsus uero, inquit, nulli inferius nobilitate, Hercyniū iugum prætenditur. Materiæ deseruisse.) Est à deseruiendo non à deserendo.

Malis ac boni adfines.) Ad finis cum genitivo, ut supra com pluribus locis. Per substantiæ suggestum.) Sic in De carne Christi. Et uenturam, inquit, inde suggestu paternæ claritatis prædicamus. Aut quem consultatus est.) Consultatus est. Deponentialiter pro consuluit. Non sibi subdition.) Opinor scribendum, Non insubditam composita dictione. Nam insubditiuū usurpat aduersum Valentinianos. Proinde nec matris, inquit, semen admisit iniurias æquæ insubditiuum. Multo magis nō capit sine initio quicquā fuisse.) Vsum huius impersonalis uerbi capit, quod Græcis est γένεται, apud Tertullianum in libris præcedentibus ubiqꝫ & saepè commonstrauimus. Hic tantum ualeat, Non capit quicquam fuisse, ac si dicas, Fieri nō potest, Non datur, nō conceditur, non est possibile. Sic libro quarto aduersus Marcionē, Capit, inquit, magistrorum uideri quæ discipuli promulgari, quemadmodum nos castigauimus eum locum quā prius Capita magistrorum legeretur. Et libro tertio, Id enim intelligi uel non intelligi capit. Itaqꝫ occasiones sibi sumpsit.) Posit etiam legi, ibi sumpsit, Ut sit ibi, id est in Originali instrumento Moseos. Et principium nihil aliud capiat.) Nō omnino dissimilis hæc locutio superiori, Multo magis non capit sine initio quicquam non fuisse. Vbi & opera, & operæ operariorum æduntur.) Opus fit per operam. Sed Tertullianus etiam in præcedentibus libris operam usurpauit pro opere. Vult ergo dicere, Vbi & opus, & operis operariorum æduntur. Et non periclitatur ne ex aliquo factu existimetur.) Hanc locutionem per uerbum periclitator etiam alibi usurpat imitatione Græcorum qui uerbo καταληπτικός sic utuntur. Non periclitatur, hoc est Abest, Non est periculum. Sic mox, Periclitabitur primo uideri ex nihilo factum. Item, Proinde periclitabitur, ex alio longe factum uideri. Periclitabitur, id est prope erit ut videatur. Periclitum erit. Non aliter accipi debet illud in De carne Christi, Omnia periclitabuntur aliter accipi quām sunt. Et in Præscriptionib. Nec periclitator dicere. Rursum infra. Credo de uenia periclitabuntur. Hic loquendi modus admodum Platonis familiaris. Plutarchius καταληπτικός διδύμος ἐρώτης εἶναι. Hoc est, Verendum est siue timendum ne deorum inimicus sit adulator. Quanquam possimus unde illas prolatas æstimare.) Unde Tertullianus solet usurpare pro unde unde, id est undeliberet. Sic libro tertio aduersus Marcionē, Difficilius deo mentiri, quam carnis ueritatem unde producere, licet nō nata. Hoc est undeliberet. Libro quarto aduersus eundem, Non erit, inquit, mirum quod ex dispositione est creatoris, ut unum de magis probetur quām ex legis & Prophetarum in Iohannem occafū & exinde de ortu, regnum dei. Timeat, Væ illud adiç. aut detr. destinatum.) Alludit ad locum qui est Apocalypses ultimo capite. Quæ cui nomen terræ adco- modauit.) Nos, accommodare debeat, Ex Gorziensi. Nisi & Sileno illi.) Nos, Nisi & Sileno illi. Nam perpetuo Tertullianus, nisi pro nisi si potiere solet. Ut in superioribus libris non semel, & in fine huius opusculi, Nisi Hermogenes eodem

codem statū describendi materiae, & cætera. Autore Theopompo.) Theopompos historicus est Græcus sed uetus. Cuius ordinem incipiens scripsitura decurrere.) Sic in De uera carne domini, Quod idem dicit Matthæus, originem domini decurrentis. Paulo post scriptissimus, superinducit. Et infra, Siue sine initio, Ex Gorziensi collatione. Velut fibula coniunctiæ particulæ.) Sic in libro De resurrectione carnis, Ita uocabulum homo consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula est. Vnde ergo compertus est Hermogenes informem.) Compertus deponentialiter pro cōperit, ut supra aduersus Marcionem libro quarto, Quo die, inquit, ipse cōpertus est ueniam, ieunij dico. Loquitur illuc de David. Sic Cicero dixit elucubratus sum pro elucubraui. Quin etiam, inquit, eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Ad Atticum libro septimo. Et Suetonius in Aug. mulctatus est usurpauit pro mulctauit. Item alibi Cicero punitus es pro puniuisti. Depalans quodammodo mundum.) Depalans, hoc est manifestans, palam ostendens. Aduersus Marcionē libro quanto, Paulum Apostolū uocat depalatorem disciplinæ diuinæ, id est enarratorem, promulgatoremq. Nam depalare est Tertulliano propalare. Dehinc ex ornatis uelut dedicans.) Sic in De carnis resurrectione, De materia potius subiecti, inquit, uolunt ab illo uniuersitatem dedicatam. In De carne Christi, Noue nasci debebat, nouæ natuitatis dicator. Rursum in De carnis resurrectione. Iam tunc enim, inquit, dedicabatur, Non in pane uiuit homo. Et aduersus Marcionem libro primo, ut imperio eius, inquit, diuina bonitas in terris dedicaretur.

Ita & cœlum sp̄iritus & aquis incubabat.) Supposui meum secutus iudicium
sp̄iritus & aquis incubabat. Iudicet lector. Incubandi porrò uerbo etiam alibi uti-
tur. Ut in De patientia, Quod si hic patientiae incubabo. In De resurrectione car-
nis. Et de isto, inquit, cœlo quod nobis incubat. In Praescriptionib. Pectori eius,
inquit, incubantem. In De poenitentia, Sacco & cineri, inquit, incubare.

Et statuæ super Euripum.) Euripiis fretum quod est ad Chalcidē nomen dedit ob similitudinem. Fossæ erant quibus ludi circundabantur septorum loco. Factū deinde est ut pro qualibet fossa aut canali cōperit Euripus usurpari. Plinius Nepos in epistola ad Caninium Rufum. Quid Euripus uiridis & gemmeus? Vē truuius libro septimo, Pinguntur enim portus, promontoria, littora, flumina, fontes, euripi, fana, luci, montes, pecora, pastores. An & hæc in hominis factū, 17 tatione censemur?) Facilitationis uocabulum à uerbo frequentatiuo deductū nemoueat. Nam & in præcedentibus libris non solum in hoc opere facilitationem pro creatione siue cōditione accipit. Aduersum Valentianos, Ergo & factum, inquit, intelligebat, & facilitatorem facti esse quemcunque. Scit esse qui.) Nos, Scijt esse qui. Verbum facilitationis significatorum.) Lege, significatorium. Alijs in locis habere Sophiam.) Verbum docet quod mox præcedit, hic repetendum est iuxta solennem Tertullianio loquendi morem, cuius supra aliquoties meminimus. Expone ergo, Singulas species factas docet, & docet alijs in locis habere Sophiam. Siquidem nō capit diuersas fuisse.) Et hic rursus uerbo capit utitur impersonaliter, ut supra saepe. Sic in Præscriptionibus, Alla capit opinari eos qui exorbitant. Et aduersus Marcionē libro primo. Si de preciari capit in creatore. Sic Græci impersonaliter quād exēntus usurpant.

Et stellæ quidem de coelo ruent, sicut fīc arbor.) Verba hæc ex Apocalypsi 18
desumpta sunt, ubi sic legitur, καὶ οἱ ἀστέρες τοι εὐρατοῦνται ὡς γύναις τοι τοι βαλε-

τοὺς ὄλιαθες ἀντῆς ὑπὸ μέγαθος ἀνέμος σφοδρόν. Hoc est. Et stellæ de cœlo ceciderunt
in terrā, sicut ficus abiçit grossos suos cū à magno uento mouetur. Porrò ὄλιαθες
Grecis sunt quos Latini Grossos uocant, hoc est fici nondum maturæ. Tertullia
nus pro grossis uerit Acerba sua. Aeditio uulgata habet grossos suos. Est autem
propemodū interpretatio quod uerit Tertullianus. Nam nihil aliud est ὄλιαθες
sive grossus quam ficus dura adhuc atq; acerba. Theodorus Gaza in opere de
plantis ὄλιαθον etiam caprificum reddit. Aut corporalis sit necesse est.) Hic
alterum divisionis membrum deest. Quare supplendum aut incorporalis, uocat
autem corpus substantiam. Et animæ suum alioqui corpus tribuit. De qua re di-
19 sputat Aur. Augustinus, & nos supra meminimus. Iam ergo nonne utrum
sit utrumq;. Sic castigauit, Iam ergo ne neutrū sit, utrumq; materia censenda est.

Aut libidines eorū.) Libidines uocat appetitus & inclinationes. Sic in De pa-
cientia, Vt quum, inquit, inter fæse uarijs sectarū libidinibus & sententiarū æmu-
lationibus discordet. Libidinibus, id est studijs. Sed de motu & alibi licebit.)
Subauditur disputare. Nisi est licebit pro liquebit, ut in præcedētibus librīs licuit
pro liquiuit, id est liquidum euasit. Nec incorporalem infert materiā.) Sub-
audi, Ratio. Ne quid hījs contrarium inferret.) Rursum subauditur, ratio il-
la tua recta. Custodisse.) Subauditur, Nec dicam. Boni & mali ad finē.)
Ad finis cum genitiuo ut supra sæpenumero. Si qui discipulorum tuorum.)
Si qui pro si quis. Vt infra, Ni si qui putat. Et obduceris.) Monuimus ante
non semel, Obducere & obduci Tertulliano esse refellere & refelli, sive cōtraria
ac inter se pugnantia afferentem captum tenere uel teneri. Exemplariū an-
tiquitatis.) Intelligit exemplar. Sic paulo post, Et uis meliora deteriorum exem-
plarum ferre. Non aliter aduersi. Valentinianos usurpat, Sigillarium pro sigillari.
A lineis tuis excidisti.) A lineis excidere prouerbiū sapit. De eo dici poterit
qui à re proposita sui oblitus euagatur. Præscribens deū illum.) Nos, illam
subaudi materiam. Qui si æternus.) Hæc uerba cum superioribus coniun-
ximus & pro si scripsimus, sit. Vtq; deterioribus.) Subauditur de.

Nisi si qui putat in hac ext. m. disp. iam & contempta informem & inc. mat. re-
spondere. quid hodie inf.) Hoc modo locum hunc emendaui. Nisi si qui putat in
hac extructione mundi disposita iam & compta, informē & incultam materiam
respondere. Quid hodie in forme in mundo? Porrò superfluum est admonere le-
ctorem, perpetuo Tertullianum, si qui pro si quis posuisse. Nos pro contempta,
repositum, ut uides, compta. Nam ibi sequitur mox incultam materiam. Oppo-
nitur autem incultum compto, sicut in forme disposito. Igitur uel hoc rude
& configi & mihi computum non in potest.) Sic emendaui, Igitur uel hoc rude,
& confusum, & incompositum, non potest in expolitis, & distinctis, & compo-
tis recognosci. Consentit cum nostra castigatione exemplar Gorziense.

In neutram tamen partem pronus & preceps mediar quod aiunt gmate ex ui-
librato impetu ferebatur.) In proxima æditione scripsimus Oedipo opus esse
qui nobis indicaret quale nam prouerbiū sit quo hic usus est Tertullianus. Et
uarias tum apposuimus coniecturas quibus circumacti sumus dum scrupulose
germanum prouerbiū inquirimus. Verum nō semper fauet Apollo. Non desti-
timus tamen postea nibilo segniori studio indagare donec successisset quod age-
bamus. Itaq; deprehendimus scriptum fuisse, mediæ (quod aiunt) aginæ æquili-
brato impetu ferebatur. Est autem Agina foramen illud in quo inseritur scapus
trutinæ, hoc est in quo agitur, id est ueritutur trutina, quemadmodum adnotat Fe-
stus Pompeius. Porrò quoties accidit ekipondium ut neutra pars propedeat,
in media agina consistit trutina. Sed & in media agina scapus trutinæ inseritur,
alioqui

alioqui libere moueri non posset. Vt poterimus hoc proverbio motu rei signifcantes qui præcise stat per medium non attractis extremitatibus. Hec turbulenta & passiuitas non est.) In uetustis exemplaribus legitur turbulentia. Verum magis placet turbulentia. Quid passiuum uocet Tertullianus supra multis in locis, prout res tulit, annotauimus. Hic passiuitatem uocat dissolutionem sive inordinationem atque confusionem. Sic aduersum Valentianos, Illi uero, inquit, & de passiuitate uitæ & diligentia delictorum, generositatem suam vindicent. Aduersus Marcionem libro quarto Passiuitatem, inquit, sententiæ meæ permisit, id est libertatem. Nec malo nec bono pronus.) Hoc est neque ad malum neque ad bonum pronus. Pronus cum dativo. Errasse substantias esse uis.) Scripsimus, Erras si substantias esse uis. Ex Gorziensi collatione. Supra certamen motus adscribi, sic tarditatem. Nam de natura materiæ quoties cadas accipis supra iudices. Si autem, In hunc modum castigauis, Supra, certamen motus adscribis, hic tarditatem. Nam de natura materiæ quoties cadas accipe. Supra dicas, Si autem. Sicut facit quid decor solummodo apparet.) Pro quid decor repetui qui decor, usurpat autem frequenter qui pro quis. Ut in hoc ipso libro supra, Nisi si qui putat. Item, Si qui discipulorū tuorum. Hic est deus dextra, & manus ambæ.) Scribi debet, Hic est dei dextra, & manus ambæ. Non ita deo adulari.) Scripsimus, Noli ita deo adulari. Aut si adpresso dummodo & adpropinquans.) Nos castigauimus locum etiam in manuscriptis uoluminibus deprauatum. Aut si adparens solummodo & adpropinquans fecit huc mundum. Et ubique conueniri deus.) Conueniri pro inueniri. Sic in De resurrectione carnis, Quodcumq; inquit, conuenieris, fuit. Libro quartō aduersus Marcionem. Hæc, inquit, conueniemus. Et alijs locis non paucis. Ut inuentibilia iudicia eius.) Quando pertinaciter consentiunt exemplaria quæ uidimus omnia, arbitror inuentibilia dictum perinde ac si dicas incomperibilia, nempe quæ inueniri nequeant & cognosci quamlibet anniramur, quemadmodum & inuestigabile hic significat quod inuestigari non potest. Meminisse autem debemus, Tertullianum in reddendis Græcis duriusculū esse. Id quod & in superioribus libris indicauimus. Erat autem hæc uox uulgo fortassis usitator. Nos uim Græci uocabuli quod est ἀνέφερνται attendentes, ineruibilitia aliquando legendum putauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI AD VERVS HERMOGENEM, LIBER



OLEMVS hæreticis cōpendij gratia de posteritate præscribere. Inquantū enim ueritatis regula prior quæ etiam futuras hæreses prænunciauit, intantū posteriores quæque doctrinæ hæreses præiudicabuntur, quia sunt quæ futuræ ueritatis antiquiore regula prænūciabantur. Hermogenis autem doctrina tam nouella, deniq; ad hodiernum homo in seculo, & natura quoque hæreticus, etiam turbulentus: qui loquacitatem

K

quacitatem

Loquacitas, quacitatem, facundiam existimet: & impudentiam, constantiam deputet: &
facundia maledicere singulis, officium bonae conscientiae iudicet. Præterea pingit licet,
¹ nubit assidue: legem dei in libidinem defendit, in artem contemnit: bis falsarius & cauterio & stilo: totus adulter, & prædicationis & carnis. siquidem
Nubentes & nubentium contagio sœtet, nec ipse Apostolicus Hermogenes in regula
 perseuerauit. Sed uiderit persona, cū doctrina mihi quæstio est: Christum
 dominum non alium uidetur aliter cognoscere, alium tamen facit quem ali-
 ter cognoscit: imò totū quod est deus aufert, nolens illum ex nihilo univer-
Philosophia sa fecisse. A Christianis enim conuersus ad philosophos, de ecclesia in Aca-
 demiam & Porticum, inde sumpsit à Stoicis materiam cū domino ponere,
 quæ & ipsa semper fuerit neq; nata, neq; facta, nec initium habens omni-
Vmbra fine lumine no nec finem, ex qua dominus omnia postea fecerit. Hanc primam umbram
 planè sine lumine pessimus pictor illis argumentationibus colorauit, Præ-
 struens aut dominum de semetipso fecisse cuncta, aut de nihilo, aut de ali-
 quo: ut cū ostéderit neq; ex semetipso fecisse potuisse, neq; ex nihilo, quod
 superest exinde confirmet, ex aliquo eum fecisse, atq; ita aliquid illud Ma-
 teriā fuisse. Negat illum ex semetipso facere potuisse: quia partes ipsius fuissent,
 quæcunq; ex semetipso fecisset dominus. Porrò in partes non deuenire, ut indiuisibilem & indemutabilem, & eundem semper quâ dominus. Ce-
 terū si de semetipso fecisset aliquid, ipsius fuisse aliquid. Omne aut & quod
 fieret & quod faceret imperfectū habendū: quia ex parte fieret, & ex parte
 faceret: aut si totus totū fecisset, oportuisset illū simul & totū esse & non to-
 tum, quia oporteret & totum esse, ut faceret semetipsum, & totum non esse
 ut fieret de semetipso. Porrò difficultatum. Si enim esset, nō fieret, esset enim:
 si uero non esset, non faceret: quia nihil esset. Eum autem qui semper sit non
 fieri, sed esse illum in æuum æuorum. Igitur non de semetipso fecisse illum
 qui non eius fieret conditionis, ut de semetipso facere potuisset. Proinde ex
 nihilo non potuisse eum facere, sic contendit, bonum & optimum definiens
 dominum, qui bona atq; optima tam uelit facere quam sit: imò nihil nō bo-
 num atq; optimum & uelle eum & facere. Igitur omnia ab eo bona & opti-
 ma oportuisse fieri secundum cōditionem ipsius. Inueniri autem & mala ab
 eo facta, utiq; non ex arbitrio, nec ex uoluntate: quia si ex arbitrio & uolun-
 tate, nihil incongruens & indignum sibi faceret. Quod ergo nō arbitrio suo
 fecerit, intelligi oportere ex uitio alicuius rei factum: ex materia esse sine dū-
 bio. Adiicit & aliud: Deum semper deum etiam dominum fuisse, nunquam
 non deum. Nullo porrò modo potuisse illum semper dominum haberī, si
 cut & semper deum: si non fuisse aliquid retro semper: cuius semper domi-
 nus haberetur: fuisse itaq; materiam semper deo domino. Hanc coniectus
 ram eius iam hinc destruere properabo, quam haec tenus propter nō intelligi
 gentes adiecissem duxi, ut sciat, cætera quoq; argumenta tam intelligi, quam
 reuinere

reuinci. Dei nomen dicimus semper fuisse apud semetipsum & in semetipso, dominum uero non semper: diuersa enim utriusq; conditio: deus substantia ipsius nomen, id est diuinitatis, dominus uero non substantia, sed potestatis: substantiam semper fuisse cum suo nomine, quod est deus: postea dominus accendentis scilicet rei mentio. Nam ex quo esse coepertunt in quæ potestas domini ageret, ex illo per accessionem potestatis & factus & dictus est dominus: quia & pater deus est, & iudex deus est: non tamen ideo pater & iudex semper, quia deus semper. Nam nec pater potuit esse ante filium, nec iudex ante delictum. Fuit autem tempus cum ei delictum & filius non fuit, quod iudicem & qui patrem dominum faceret. Sic & dominus nō ante ea, quorum dominus existeret: sed dominus tantum futurus quandoq; sicut pater per filium, sicut iudex per delictum, ita & dominus per ea, quæ sibi servitura fecisset. Argumentari tibi videor Hermogenes. Nauiter scriptura nobis patrocinatur, quæ utrumq; nomen ei distinxit, & suo tempore ostendit. Nam deus quidem quod erat semper, statim nominat: In principio fecit deus coelum & terram. Ac deinceps quām diu faciebat quorū dominus futurus erat, deus solummodo ponit. Et dixit deus, & fecit deus, & uidit deus: & nusquam adhuc dominus. At ubi uniuersa perfecit, ipsumq; uel maximè hominem qui propriè dominum intellecturus erat, dominus etiam cognominatur. Tunc etiā dominus nomen adiunxit: Et accepit deus dominus hominem quem finxit, Et, præcepit dominus deus. Ac exinde dominus qui retro deus tantum, ex quo habuit cuius esset. Nam deus sibi erat, rebus autem tunc deus cum & dominus. Igitur inquantum putabit ideo materiam semper fuisse, quia dominus semper esset: intantum constabit nihil fuisse, quia constat dominum non semper fuisse. Ad hanc & ego propter non intelligentes, quorū Hermogenes extrema linea est: & quidem ex poenitentia illius retorquebo aduersus illum. Cum enim neget materiam natam aut factam, sic quoq; inuenio domini nomen deo non competit in materiam: quia libera fuerit necesse est, quæ originem non habendo, non habuit rem quod erat, nemini seruiens. Itaq; ex quo deus potestatem suam exercuit in eam faciendo ex materia, ex illo materia dominū deum passa, demonstrat, hoc illum tam diu non fuisse, quām diu fuit hoc. Hinc deniq; incipiā de materia retractare, quod eam deus sibi comparet proinde nō natam, proinde non factā, proinde æternam: sine initio, sine fine proposita. Quis enim aliis dei census, quām æternitas? quis aliis æternitatis status, quām semper fuisse & futurum esse, ex prærogativa nullius initij & nullius finis? Hoc si dei est proprium, solius dei erit, cuius est propriū, quia si & alij ascribatur, iam non erit dei propriū, sed commune cum eo cui & ascribitur. Nam & si sunt qui dicuntur dī siue in coelo, siue in terra nomine, cæterum unus deus pater, ex quo omnia: quo magis apud nos solius dei esse debeat, quod dei proprium.

K 2 est: &

Forte, exorbitantia

est: & ut dixi, iam non proprium esset, quia alterius esset. Quod si deus est, unicum sit necesse est, ut unus sit. Aut quid erit unicum & singulare, nisi cui nihil adaequabitur: quid principale, nisi quod super omnia, nisi quod ante omnia, & ex quo omnia: Hæc deus solus habendo, unus est. Si & alius haberit: tot iam erunt dij, quot habuerint que dei sunt. Ita Hermogenes duos deos infert. Materiam parem deo infert. Deum autem unum esse oportet: quia quod summum sit, deus est: summum aut non erit, nisi quod unicū fuerit. Unicū aut esse non poterit, cui aliquid adaequabitur. Adaequabitur aut deo materia, cū eterna censemur. Sed deus, deus est: & materia, materia est. Quasi diuersitas nominum comparationi resistat, si status idem vindicetur. Sit & natura diuersa, sit & forma non eadem, dum modo ipsius status una sit ratio. Innatus deus, an non & innata materia: Semper deus, an non semper & materia: Ambo sine initio, ambo sine fine, ambo etiam autores universitas, tis: tam qui fecit, quam de qua fecit. Neque enim potest non & materia autor omnium deputari, de qua universitas consistit. Quomodo respōdebit: Non statim materiam comparari deo, si quid dei habeat: quia non totum habendo non concurrat in plenitudinem comparationis. Quid deo reliquit amplius, ut non totum dei, materiæ dedisse videatur: Vel quā, inquit, & sic habente materia salua sit deo & autoritas & substātia, quā solus & primus autor est, & dominus omnium censeatur. Veritas autem sic unum deū exigit defendendo, ut solius sit quicquid ipsius est. Ita enim ipsius erit si fuerit solius: & ex hoc alius deus non possit admitti, dum nemini licet habere deo aliquid. Ergo, inquis, nec nos habemus dei aliquid. Imò habemus & habebimus, sed ab ipso, non à nobis. Nam & dei erimus, si meruerimus illi esse de quib. prædicauit, Ego dixi, uos dij estis: & stetit deus in ecclesia deorum: sed ex gratia ipsius, non ex nostra proprietate: quia ipse est solus, qui deos faciat. Materia autem proprium facit quod cū deo habet: aut si à deo accepit, quod est dei, ordinē dico æternitatis, potest & credi & habere illam cum deo aliquid, & deum illam non esse. Quale est autem cum cōfiteretur ille aliquid cum deo habere, & uult solius dei esse, quod materiam nō negat habere: Dicit saluum deo esse, ut & solus sit & primus, & omnium autor, & omnium dominus, & nemini comparandus, quæ mox Materiæ quoque adscribit. Ille quidem deus, contestabitur deus, & iurauit nonnunquam per semetipsum, quod alias non sit qualis ipse: sed mendacem eum faciet Hermogenes: erit enim & materia qualis deus, infecta, innata, initium non habens, nec finem. Dicit deus: ego primus, & quomodo primus, cui materia coetanea est: Inter coetaneos autem & contemporales ordo non est, aut & materia prima est. Extendi, inquit, cœlum solus: atquin nō solus, cū ea enim extendit, de qua & extedit. Cum proponit saluo dei statu fuisse materiam, aude ne irrideatur à nobis, proinde saluo statu Materiæ fuisse deus, cōmuni tamen

en statu amborum. Salique ergo erit & materiae, ut & ipsa fuerit, sed eum deo: quia & deus solus, sed cum illa. Et ipsa prima cū deo, quia & deus primus cū illa: sed & illa incomparabilis cum deo, quia & deus incomparabilis cum illa, & autrix cum deo, & domina cum deo. Sic aliquid & nō totum materiae habere, ita illi nihil reliquit Hermogenes, quod nō & materiae contulisset: ut non materia deo, sed deus potius materiae comparetur. Atq; adeo cum ea quæ propria dei uindicamus, semper fuisse, sine initio, sine fine, & primum fuisse & solum, & omnium autorem, materię quoq; competant: quæro quid diuersum & alienum à deo, ac per hoc priuatum materia possederit, per quod deo non compararetur? In qua omnia dei propria recentur, satis præjudicant de reliqua cōparatione. Si minorem & inferiorem materiam deo, & idcirco diuersam ab eo, & idcirco incomparabilem illi contendit, ut maiori, ut superiori: præscribo non capere ullam diminutionem & humiliationem, quod sit æternum & innatum: quia hoc & deum faciat tantum, quantus est, nullo minorem, necq; subiectiorē, immo omnibus maiorem & sublimorem. Sicut enim cætera quæ nascuntur, aut finiunt, & idcirco æternæ non sunt semel opposita fini, quæ & initio admittunt ea quæ deus non capit, diminutionem dico interim & subiectionem: quia nata & facta sunt: Ita & deus ideo ea non capit, quia nec natus omnino, nec factus est. Et materiae aut̄ status talis est. Igitur & duobus æternis, ut innatis, ut infectis, deo atq; materiae, ob eandem rationem communis status, ex æquo habentibus id, quod neque diminui, nec subiungi admittit, id est æternitatem: neutrum dicimus altero esse minorem sine maiorem: neutrum altero humiliorem, sine superiorem, sed stare ambo ex pari magna, ex pari sublimia, ex pari solidæ & perfectæ felicitatis, quæ censemur æternitas. Neque enim proximi erimus opinionibus Nationum, quæ si quando coguntur deum confiteri, tamen & alios infra illum uolunt. Divinitas autem gradum non habet utpote unica. Quæ si & in materia erit, ut proinde innata & infecta, & æterna, aderit utro 4 bique: quia minor se nusquam poterit esse: quomodo ergo discernere audiabit Hermogenes: atque ita subiectore deo materiam, æternam æterno, innatam innato, autricem autori: dicere audentem. Et ego prima, & ego ante omnia, & ego à qua omnia: pares fuimus, simul fuimus, ambo sine initio, sine fine: ambo sine autore, sine deo, Quis me deus subiungit contemporali, coætaneo? Si quia deus dicitur, Habeo & ego meum votum. Aut ego sum Deus, aut ille Materia: quia ambo sumus quod alter est nostrum. Puntas itaque materiam deo non comparasse, quam scilicet subiectat illi? Atquin etiam præponit illam deo, & deum potius subiectat materiae, cum uult cum de materia cuncta fecisse. Si enim ex illa usus est ad opera mundi: iam & materia superior inuenitur, quæ illi copiam operandi subministravit, & deus subiectus materiae uidetur, cuius substantia eguit. Nemo enim non

K 3 egit

eget eo de cuius utitur: nemo non subiicitur ei cuius eget, ut possit uti: sic & nemo de alieno utendo non minor est eo de cuius utitur. Et nemo qui præstat de suo uti, non in hoc superior est eo cui præstat uti. Itaq; materia ipsa quidem deo non eguit, sed eguisse deo præstabilit, diuine & locuplete & liberali, minori opinor & inualido & minus idoneo de nihilo facere quæ uelit. Grande reuera beneficium deo contulit, ut haberet hodie per quæ deus cognosceretur, & omnipotens uocaretur: nisi quod iam non omnipotens: si nō & hoc potens, ex nihilo omnia proferre. Sanè & sibi præstigit aliquid materia, ut & ipsa cum deo possit agnoscere coæqualis deo, immò & adiutrix: nisi quod solus eam Hermogenes cognouit, & H A E R E T I C O R V M P A T R I A R C H A E P H I L O S O P H I . Prophetis enim & Apostolis usq; adhuc latuit, puto & Christo. Non potest dicere deum ut dominum materia usum ad opera mundi: dominus enim non potuit esse substantiæ coæqualis. Sed precariò forsitan usus est: & ideo precariò, non dominio, ut cum ea mala esset, de mala tamen sustinuerit uti, scilicet ex necessitate mediocritatis suæ, qua non ualebat ex nihilo uti: non ex potestate, quam si habuisset omnino ut deus in materiam, quam malam norat antè eam in bonum conuertisset ut dominus & bonus, ut ita de bono, non de malo uiteretur. Sed quia bonus quidem, dominus autem non, ideo qualiter habuit tali usus, necessitatem suam ostendit cedentem conditioni materiae: quam si dominus fuisset, emendasset. Sic enim Hermogeni respondendum est cum ex dominio defendit deum materia usum, & de te non sua, scilicet non facta ab ipso. Iam ergo malum ab ipso, qui est mali si non autor, quia non effector, certe permissor, quia dominator. Si uero materia non & ipsius quâ malum, dei non erit: de alieno ergo usus, aut precariò usus est quâ egens eius: aut & ius iniuria, quâ præualens eius. His enim tribus modis aliena sumuntur: Iure, **Beneficium** beneficio, impetu, id est dominio, precariò, ui, dominio non suppetente. Eli-
Impetus gat Hermogenes, quid deo congruat, precariò an ui de materia cuncta fer-
cisse. Non ergo melius censuisset deus nihil omnino faciendum quam pre-
cario, aut ui faciendum, & quidem de malo? Nonne etiam si materia opti-
ma fuisset, & quæ indecorum sibi existimasset de alieno licet bono? Fatuè sar-
tis, ita gloriæ suæ causa molitus est mundum, ut debitorem se alienæ sub-
stantiæ ostenderet, & quidem non bonæ. Ergo inquit, ex nihilo faceret, ut
mala quoque arbitrio eius imputarentur. Magna, bona fide, cæcitas hæreti-
corum pro huiusmodi argumentatione, cum ideo aut alium deum bo-
num & optimum uolunt credi, quia mali autorem existiment Creatorem:
aut materiam cum creatore proponunt, ut malum à materia, non à Crea-
tore deducant: quando nullus omnino deus liberetur ista quæstione, ut
non autor mali uideri proinde possit, quisquis ille est qui malum & si non
ipse fecit, tamen à quocunque & unde undé passus est fieri. Audiat igitur
& Hermo-

& Hermogenes, dum alibi de mali ratione distinguimus, interim se quoque nihil egisse hac sua injectione. Ecce enim & si non autor, sed assessor mali inuenitur deus, qui malum materiae tanto sustinuit de bono ante mundi constitutionem, quam ut bonus & mali exemplus emendasse debuerat. Aut enim potuit emendare, sed noluit: aut uoluit quidem, uerum non potuit infirmus deus. Si potuit & noluit, malus & ipse, quia malo fuit: & sic iam habetur eius quod licet non instituerit, quia tamen si noluisse illud esse non esset, ipse iam fecit esse, quod noluit non esse. Quo quid est turpius? si id uoluit esse quod ipse noluit fecisse, aduersum semetipsum egit, cum & uoluit esse quod noluit fecisse, & noluit fecisse quod uoluit esse. Quasi bonum uoluit esse, & quasi malum noluit fecisse. Quod non faciendo malum iudicauit, id sustinendo bonum pronunciauit: malum pro bono sustinendo, & non potius eradicando, assertor eius inuentus est: malè si per uoluntatem, turpiter si per necessitatem. Aut famulus erit mali deus aut amicus, cum materiae malo conuersatus, nedum etiam de malo eius operatus. Et tandem unde nobis persuadet Hermogenes malam esse materiam? Non enim poterit non malum dicere, cui malum ascribit. Nam definimus diminutionem & subiectionem capere non posse quod sit æternum, ut alijs coæterno inferius deputetur. Ita & nunc nec malum dicimus competere illi, quia nec subiecti ex hoc possit, quod nullo modo potest subiecti, quia æternū est. Sed cum aliâ summum bonum cōstet esse quod sit æternum ut deus, per quod solus est deus, dum æternus est: & ita bonus, dum deus, quomodo materialiter inerit malum, quam ut eternam, summum bonum credi necesse est: Aut si quod æternum est, poterit & mali capax esse, poterit hoc & in deum credi: & sine causa gestiuit malum à deo transferre, si competit & æterno, competendo materiae. Iam uero si quod æternum est malum potest credi, inuincibile & insuperabile erit malum ut æternum: & tamen nos frustra laboramus de auferendo malo ex nobis ipsis, cum & deus hoc frustra mandat & præcipit: immo & iudicium frustra constituit deus, in iustitia utique punitu-
rus, quibus contra malum finis, cum præses eius diabolus abierit in ignem, quem præparauit illi deus & angelis eius, prius in puteum abyssi relegatus, cum reuelatio filiorū dei redemerit conditionem à malo, utiqz uanitati subiectam, cum restituta innocentia & integritate conditionis pecora condixerint bestijs, & paruuli de serpentibus luserint, cum pater filio posuerit inimicos sub pedes, utiqz operarios mali. Itaqz si finis malo competit, necesse est competierit initium. Erit materia habens initium, habendo & finem mali. Quæ enim malo deputantur, secundum mali statum cōputantur. Age nūc malam ac pessimam credamus esse materiam utiqz natura: sicut deum bonum & optimum credimus proinde natura: porro naturam certā & fixam haberi oportebit tam in malo perseverantem apud materiam, quam & in

bono apud deum inconvertibilem & indemutabilem. Scilicet quâ si demutatur natura in materia, de malo in bonum demutari poterit, & in deo de bono in malum. Hoc loco dicet aliquis: Ergo de lapidibus filij Abrahæ nō suscitabuntur, & genitima uioperatū non facient poenitentia fructum, & filij iræ non fient filij pacis, si natura mutabilis non erit. Temerè ad ista exempla respicies ô homo: non enim competit ad causam materiæ, quæ innata est, ea quæ nata sunt, lapides, & uioperæ, & homines. horum enim natura habendo institutionem, habere poterit & cessationem. Materiam uero tene semel æternam determinatam, ut infectam, ut innatam: & ideo indemutabilis & incorruptibilis naturæ credendam, ex ipsis etiam sententia Hermogenis, quam opponit cù deum negat ex semetipso facere potuisse: quia non demutetur quod sit æternum, amissurum scilicet quod fuerat, dum sic ex demutatione quod non erat, si non esset æternum. Dominum uero æternum aliud esse nō posse, quam quod est semper. Hac & ego definitione meritò illum repercutiam, Materiam æque reprehendo, cum ex illa mala, pessima etiam bona atq; optima à deo fiunt: & uidit deus quia bona, & bene, dicit ea deus, utique quasi optima, non certe quasi mala ac pessima. Demutationem igitur admisit materia, & si ita est, statum æternitatis amittit: mortua est denique sua forma. Sed æternitas amitti non potest: quia nisi amitti nō possit, æternitas non est. Ergo nec demutationem potuit admisisse: quia si æternitas est, demutari nullo modo potest: & quæretur, quomodo ex ea bona facta sint, quæ ex demutatione nullo modo facta sunt? Vnde in mala ac pessima boni atq; optimi semina: Certè nec bona arbor, fructus malos ædit: quia nec deus nisi bonus: nec mala arbor, bonos: quia nec materia est nisi pessima. Aut si dabimus illi aliquid, etiā boni germinis, iam non erit uniformis naturæ, id est malæ in totum: sed iam tum duplex, id est bonæ & malæ naturæ. Et quæretur iterum, an in bono & malo potuerit conuenire luci & tenebris, dulci & amaro. Aut si potuit utriusque diuersitas boni & mali concurrisse, & duplex natura fuisse materiæ amborum ferax fructuum, iam nec bona ipsa deo deputabuntur, ut nec mala illi imputentur: sed utraq; species de materiæ proprietate sumpta, ad materiæ pertinebit. Quo pacto neque gratiam bonorum deo debebimus, nec inuidiam malorum, quia nihil de suo operatus ingenio: per quod probabitur manifeste materiæ deseruisse. Nam & si dicatur, licet ex occasione materiæ, suo tamē arbitrio bona protrulisse, quasi nactus bonum materiæ, quanquam & hoc turpe sit, certe cù ex eadem etiā mala profert, uel hæc utiq; non de suo arbitrio proferendo, servit materiæ, aliud non habens facere quâ ex malo proferre, inuitus utique quâ bonus, ex necessitate ut inuitus, & ex seruitute ut ex necessitate. Quid ergo dignius, ex necessitate eum condidisse mala, an ex uoluntate? Siquidem ex necessitate cōdidit, si ex materia. Ex uoluntate, si ex nihilo. Iam enim sine causa

causa laboras, ne malorum autor constituatur deus: quia & si de materia fecit, ipsi deputabuntur qui fecit, proinde quatenus fecit. Planè sic interest unde fecerit, ac si de nihilo fecisset: nec interest unde fecerit, ut inde fecerit, unde eum magis decuit. Magis autem eum decuit ex uoluntate fecisse quam ex necessitate: id est ex nihilo potius quam ex materia. Dignius est deū etiam malorum autorem liberum credere, quam seruum. Quæcunque potestas ei, quam pusillitas competit. Si & sic concedimus materiam quidem nihil boni habuisse, dominū uero si quid boni edidit sua uirtute ædidiisse, aliae & quæ oborientur quæstiones. Primo si bonum in materia omnino non fuit, non ex materia bonum factum, quod materia scilicet non habuit. Dehinc si non ex materia, iam ergo ex deo factū. Si nec ex deo, iam ergo ex nihilo factū. Hoc enim supereft secundum Hermogenis dispositionem. Porro si bonum, neque ex materia factum est: quia non erat in illa ut in mala, neque ex deo: quia nihil potuit ex deo fieri, sicut definit Hermogenes: inuenitur bonum iam ex nihilo factum, ut ex nullo factum, ut neque ex materia neque ex deo. Et si bonum ex nihilo, cur non & malum? imò cur non omnia ex nihilo, si aliquid ex nihilo, nisi si insufficiēs fuit diuina uirtus omnibus producendis, quæ aliquid protulerit ex nihilo: Aut si ex materia mala bonum processit: quia neque ex nihilo neque ex deo, sequetur ut ex conuersione processerit materia, contra denegatā æterni conuersiōnem. Ita unde bonum constitit, iam negabit Hermogenes inde illud constare potuisse. Necesse est autem ex aliquo eorum processerit, ex quibus negauit procedere potuisse. Cæterum si ideo malum non ex nihilo, ne dei fiat, de cuius arbitrio uidebitur factū, sed ex materia, ut ipsius sit, de cuius substantia erit factum: & hic ut dixi autor mali habebitur deus, qui cum eadem uirtute & uoluntate debuisset omnia ex materia protulisse: aut tantum bona (non omnia tamen bona) protulisset etiam mala, utique aut uolens esse mala si poterat efficere ne essent: aut non uolens efficere omnia bona, si uoluit & non fecit: dum nihil intersit per infinitatem dominus autor mali extiterit an per uoluntatem. Aut quæ fuit ratio, ut cum bona fecisset quasi bonus, etiam mala protulisset quasi non bonus, cum non congruentia sibi solummodo ædidiit. Quid necesse erat suo opere prolato, etiam materiae negotium curare, proinde & malum proferendo, solus ut cognosceretur bonus de bono, materia autem ne cognosceretur mala de malo: Plus bonum floruisse sine mali afflato. Nam & Hermogenes expugnat quorundam argumentationes, dicentiū mala necessaria fuissent ad inluminationem bonorum, ex contrarijs intelligendorum. Ergo aut nec propterea locus mali proferendi fuit: aut si qua alia ratio exegit illud induci, cur non & ex nihilo potuerit induci, ipsa ratione excusatura dominum ne mali autor existimaretur, quæ nunc cum de materia operatur mala excusat, si excusat: adeo ubique & undique illuc compellitur quæstio quod nolunt, qui

Expugnare

argumentationes

qui ipsam mali rationem non examinando, nec dinoscendo, quomodo illud aut deo adtribuant, aut à deo separent, pluribus & indignioribus destruktionibus deum obiciunt. Igitur in præstructione huius articuli, & alibi forsitan retractandi, equidem definio, aut deo adscribendum & bonum & malum, quæ ex materia fecit: aut materia ipsi ex qua fecit: aut utrumq; utrique quia ambo sibi obligat, qui fecit, & de qua fecit: aut alterum alteri, tertius enim præter materiam & deum, non est. Porro si deus erit utrumq; videbitur deus etiam mali autor: deus autem ut bonus, autor mali non erit: si materia utrumq; videbitur materia etiam boni matrix, mala autem in totum materia boni non erit matrix. si utriusq; erit utrumq; in hoc quoq; comparabitur deo materia, & pares erunt ambo, ex æquo mali ac boni ad fines: æquarū autem deo-materia non debet, ne duos deos efficiat: si alterū alterius, utique deo bonum, & materię malum: neq; malum deo, neq; materię bonum adscribetur: & bona autem & mala deus de materia faciendo, cum ea facit. Hæc si ita sunt, nescio qua possit euadere sententia Hermogenes, qui deum, quoquomodo de materia malum condidit, siue uoluntate, siue necessitate, siue ratione, non putet mali autorem. Porro si mali autor est ipse qui fecit, planè socia materia per substatiæ suggestum: excludis iam causam materiae introducendæ. Nihilominus enim, & per materiam deus autor mali ostenditur, si ideo materia præsumpta est, ne deus mali autor uideretur: exclusa itaq; materia dum excluditur causa eius, superest ut deum omnia ex nihilo fecisse constet. Videbimus an & mala, cum apparuerit quæ mala, & an mala interim ea quæ putas. Dignius enim de suo arbitrio produxit, hæc quoq; producendo de nihilo, quam de præiudicio alieno, si de materia produxisset. Libertas, non necessitas, deo competit: mala uoluerit mala à semetipso condidisse, quam non potuerit non condidisse. Vnici dei status hanc regulam uindicat: non aliter unici, nisi quia solius: non aliter solius, nisi quia nihil cum illo: sic & primus erit, quia omnia post illum: sic omnia post illum, quia omnia ab illo: sic ab illo, quia ex nihilo: ut illi quoq; scripturæ ratio constet. Quis cognouit sensum domini: aut quis illi consiliarius fuit: aut quem consultatus est: aut uiam intelligentie & scientiae quis demonstrauit illi: quis tradidit, & retribuetur ei: Nemo utiq; quia nulla uis, nulla materia, nulla natura substantia alterius aderat illi. Porro si de aliquo operatus est, necesse est ab ea ipsa acceperit & consilium & tractatum dispositionis, ut uiam intelligentie & scientiae. Pro qualitate enim rei operari habuit, & secundum ingenium materiae, non secundum suum arbitrium: adeo ut & mala pro natura nostra sua, sed substantia fecerit. Si necessaria est deo materia ad opera mundi, ut Hermogenes existimauit: habuit deus materiam longe digniorem & idonearem, non apud philosophos aestimandam, sed apud prophetas intelligendam, sophiam suam scilicet: hæc deniq; sola cognouit sensum domini.

Quis

Quis enim scit quæ sunt dei, & quæ in ipso, nisi spiritus qui in ipso? Sophia autem spiritus, hæc illi consiliarius fuit, uia intelligentiæ & scientiæ ipsa est. Ex hac fecit, faciendo per illam, & faciendo cum illa. Cum pararet cœlum, inquit, aderam illi, & cum fortia faciebat (super uentos) quæ sursum nubila, & cum firmos ponebat fontes eius quæ sub cœlo est, ego eram cōpingens *ερμογενης* cum ipso. Ego eram ad quam gaudebat: cotidie autem oblectabatur in persona eius. Quādo oblectabatur, cum perfecisset orbem, & inoblectabatur *ενθραυνεται* in filijs hominum. Quis non hanc potius omnium fontem & originem cōmendet materiam uero materialum, non sibi subditam, nō statu diuersam, non motu inquietam, non habitu informem, sed insitam, & propriā, & compositam, & decorā, quali deus potuit eguisse, sui magis quam alieni egens? Deniqz ut necessariam sensit ad opera mundi, statim eam cōdit & generat in semetipso. Dominus, inquit, condidit me initium uiarum suarum in opera sua: ante secula fundavit me: prius quam faceret terram, prius quam montes collocaretur: ante omnes autem colles generauit me, prior autem abysso genita sum. Agnoscat ergo Hermogenes idcirco etiam sophiam dei natam & conditam prædicari, ne quid innatum & inconditum præter solum deum crederemus. Si enim intra dominum quod ex ipso & in ipso fuit, sine initio non fuit: sophia scilicet ipsius exinde nata & condita, ex quo in sensu dei ad opera mundi disponenda cœpit agitari: multo magis non capit sine initio quicquam fuisse, quod extra dominum fuerit. Si uero sophia eadem dei sermo est sensu sophia, & sine quo factum est nihil, sicut & dispositū si ne sophia, quale est ut filio dei sermone unigenito & primogenito aliquid fuerit præter patrem antiquius: & hoc modo utiqz generosius, nedū quod innatum innato fortius, & quod infectum facto ualidius: quia quod ut esset nullius eguit autoris, multo sublimius erit eo quod ut esset aliquem habuit autorem. Proinde si malum quidem innatum est, natus autem sermo dei: Eructauit enim inquit sermonem optimum: non scio an à bono malum possit adduci, ualidius ab infirmo, ut innatum à nato. Ita & hoc nomine materialm deo præponit Hermogenes, præponendo eam filio. Filius enim sermo, & deus sermo: & ego & pater unum sumus: nisi quod sustinebit æquo animo filius eam præponi sibi, que patri adæquatur. Sed & ad originale instrumentum Moysi prouocabo, unde & diuersa pars suspicione suas ingratias fulcire conatur, ne scilicet non inde instrui uideretur unde oportet. Itaqz occasiones sibi sumpsit quorūdam uerborum, ut hæreticis ferè mos est sim, plicia quæque torquere. Nam & ipsum principium, in quo deus fecit & cœlum & terram, aliquid uolunt fuisse, quasi substantiuū & corpulentu, quod in materialm interpretari possit. Nos autē unicuiqz uocabulo proprietatem suam vindicamus, principium initium esse, & competitile ita ponit rebus incipientibus fieri: Nihil enim quod fieri habet sine initio esse, quin initium sit illi.

*Originale
Mosis instru-
mentum*

illi ipsum dum incipit fieri: Ita principium que initium inceptionis esse uerbum, non alicuius substantiae nomine. Nam nunc si principalia deo opera cœlum & terra sunt, quæ ante omnia deus fecit suorum esse propriè principium, quæ priora sunt facta, merito sic præfatur scriptura, In principio fecit deus cœlum & terram, quemadmodum dixisset, Ita finē deus fecit cœlum & terram: si post uniuersa fecisset, aut si principium aliqua substantia est, erit & finis aliqua materia. Planè licebit etiam substantium aliquid principium esse alij rei, quæ ex ipso sit futura: ut argilla principium testæ, ut semen principium herbæ. Sed cum ita utimur uocabulo principij quasi originis, non quasi ordinis nomine: adiçimus & mentionem ipsius rei specialiter, quatuor uolumus principiū alterius rei. De cætero si sic ponamus, uerbi gratia: In principio fecit figulus peluum uel urnam: iam non materiam significabit principium: non enim argillam nominati principium: sed ordinem operis, quia figulus ante cætera primum peluum & urnam fecit, exinde facturus & cetera: ad ordinationem operum principij uocabulum pertinebit, non ad originem substantiarum. Possunt & aliter principium interpretari, non ab re tamen: nam & in Græco principij uocabulum, quod est ἀρχὴ, non tantum ordinatum, sed & potestatum capit principatum. Vnde & ἀρχοτες dicunt principes & magistratus. Ergo secundum hanc quoq; significationem principium pro principatu & potestate sumetur. In principatu enim & in potestate deus fecit cœlum & terram. Sed ut nihil aliud significet Græca uox, quam principium: & principium nihil aliud capiat, quam initium: habemus etiam illam initium agnoscere, quæ dicit: Dominus condidit me in opera sua. Si enim per sophiam dei omnia facta sunt, & cœlum ergo & terram deus faciens in principio, id est initio in sophia sua fecit. Deniq; si principium materiam significaret, non ita scriptura instruxisset, In principio deus fecit, sed ex principio. Non enim in materia, sed ex materia fecisset. De sophia autem potuit dici, in principio. In sophia enim primo fecit, in qua cogitando & disponendo iam fecerat: quoniam & si ex materia facturus fuisset, antè in sophia cogitando & disponendo iam fecerat. Quoniam & si erat initium uiarum, quia cogitatio & dispositio prima sophiae fit operatio, de cogitatu uiam operibus insti tuens, hanc & inde autoritatem scripturæ mihi vindico, quod & deus qui fecit, & ea quæ fecit ostendens, unde fecerit non proinde testatur. Nam cum in omni operatione tria sint principalia, qui facit, & quod fit, & ex quo fit: tria nomina sunt ædenda in legitima operis enarratione: persona factoris, species facti, forma materiæ. Si materia non ædetur, ubi & opera & operæ operator æduntur, appareat ex nihilo eum operatum. Proinde enim ædere, tur ex quo, si ex aliquo fuisset operatus. Deniq; Euāgelium, ut supplementum instrumenti ueteris, adhibeo, in quo uel eo magis debuerat ostendi deus ex aliqua materia uniuersa fecisse, quo illic etiam per quem omnia fecerit

perit retulatur. In principio erat sermo. In quo principio scilicet deus fecit cœlum & terram. Et sermo erat apud deum, & deus erat sermo. Omnia per illum facta sunt, & sine illo factum est nihil. Cum igitur & hic manifestetur & factor, id est deus, & facta, id est omnia, & per quem, id est sermo, nonne & unde omnia facta essent à deo per sermonem, exegisset ordo profiteri, si ex aliquo facta essent? Ita quod nō fuit, non potuit scriptura profiteri. Et nō profitendo, satis probauit nō fuisse: quia profiteretur si fuisse. Ergo, inquis, si tu ideo præiudicas ex nihilo facta omnia quia non sit manifestè relatum de materia præcedenti factū quid, uide ne diuersa pars ideo contendat ex materia omnia facta, quia proinde non aperte significatū sit, ex nihilo quid factum. Planè retorqueri quædam facile possunt: nō statim & ex æquo admitti, ubi diuersitas causæ est. Dico enim & si non aperte scriptura pronunciavit ex nihilo facta omnia, sicut nec ex materia, non tantam fuisse necessitatē aperte significandi de nihilo facta omnia, quanta esset, si ex materia facta fuissent. Quoniam quod fit ex nihilo, eo ipso dum non ostenditur ex aliquo factum, manifestatur ex nihilo factum: & non pericitatur ne ex aliquo factum existimetur, quando nō demonstretur ex quo sit factū. Quod autem ex aliquo fit, nisi hoc ipsum aperte declaratur ex aliquo factū illud dum ex quo factum sit ostenditur, pericitabitur primo uideri ex nihilo factum, quia non auditur ex quo sit factum. Dehinc & si ea sit conditione ut nō possit uideri ex aliquo, proinde pericitabitur, ex alio longè factū uideri, quam ex quo factum est, dum nō proponitur unde sit factū. Ita si ex nihilo deus tuncta fecisse non potuit, scriptura non adiecisset illum ex nihilo fecisse: ex materia eū fecisse omni modo debuit edixisse, licet ex materia fecisset: quia illud in toto habebat intelligi, & si non significaretur: at istud in dubio, nisi significaretur. Atq[ue] adeo spiritus sanctus hanc scripturæ suę rationē constituit, ut cū quid ex aliquo fit, & qd fit, & unde fit, referat. Fructificet, inquit, terra herbam fœni, seminantē semen secundū genus, & secundū similitudinem, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. Et factum est sic. Et produxit terra herbam fœni seminantem semē secundum genus, & lignum fructuosum faciens fructū, cuius semen in ipso in similitudinem. Factum est sic. Et produxit terra herbā fœni seminantem semē secundum genus, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso secundum genus. Et rursus: Et dixit deus: Producant aquæ repellentia animalium uiuarum, & uolatilia uolantia super terram per firmamentū cœli. Et factum est sic. Et fecit deus cetos magnos, & omnem animam animalium repellentium, quæ produxerūt aquæ secundum genus ipsorum. Itē post hæc. Et dixit deus. Producat terra animā uiuentem secundum genus, quæ drupedia & repellentia, & bestias terræ, secundum genus ipsorum. Si ergo ex iam factis rebus, alias res deus proferens, ostendit per prophetam & dicit

L quid

Vnde, pro un
deunde, hoc
est undeliberet

quid unde protulerit: quanquam possimus t̄ unde illas prolatas aestimare,
 dum ne ex nihilo, iam enim facta erant quædam ex quibus prolatæ uideri
 possent: si tantam curam instructionis nostræ insumpit spiritus sanctus, ut
 sciremus quid unde processerit, nonne proinde nos & de cœlo & de terra
 compotes reddidisset significando unde ea esset operatus, si de aliqua mate
 ria origo constaret illorum: ut tantum magis ex nihilo ea uideretur operatus,
 quanto nihil adhuc erat factum, ex quo operatus uideretur. Itaque sicut ea
 quæ de aliquo prolatæ sunt, ostendit unde prolatæ sint: ita quæ non ostendit
 unde prolatæ sint, ex nihilo prolatæ confirmat. Igitur in principio deus fecit
 cœlum & terram. Adoro scripturæ plenitudinem, qua mihi & factorem ma
 nifestat & facta. In Euangelio uero amplius & ministrum atq; arbitrum re
 citoris inuenio sermonem. An autem de aliqua subiacenti materia facta sint
 omnia, nusquam adhuc legi. Scriptum esse doceat Hermogenis officina. Si
 non est scriptum, timeat Væ illud adiçientibus aut detrahentibus destinatum. Sed ex sequentibus argumentatur, quia scriptum sit, Terra autem erat
 inuisibilis & incomposita. Nam & terræ nomē redigit in materiam, quia ter
 ra sit quæ facta est ex illa. Et erat, in hoc dirigit, quasi quæ semper retro fue
 rit innata & infecta. Inuisibilis autem & rudis: quia informem & cōfusam &
 incōditam uult fuisse materiam. Has quidem opiniones eius singillatim re
 uiincam, sed interim uolo sic ei respondere. Putamus his articulis materiam
 demonstrari. Nunquid tamen, quia erat ante omnia, & tale aliquid esse ex
 ea factum scriptura significat? Atquin nihil tale significat. Fuerit licet mate
 ria, quantum sibi licet, uel potius Hermogeni: potuit & fuisse, & tamen nihil
 deus ex illa fecisse, uel quia nō decebat deum alicuius equisſe, certè quia nec
 ostenditur quicquam ex materia fecisse. Sine causa ergo esset, inquis. Non
 planè adeo sine causa. Nam & si mundus non est factus ex illa, sed hæresis
 facta est, & quidem hoc impudentior, quod non ex materia facta est hære
 sis, sed materiam ipsam potius hæresis fecit. Reuertor nunc ad singulos ar
 ticulos, per quos putauit significatam esse materiam, & primo de nominati
 bus expostulabo. Horum enim alterum legimus, quod est terræ: alterum
 non inuenimus, quod est materiæ. Quæro ergo, cum materiæ nominatio
 non extet in scriptura, quomodo ei etiam terræ appellatio adcommodeatur
 in alio iam genere substantiæ nota? Quo magis materiæ quoq; nominatio
 extitisse debuerat, consecuta etiam terræ appellationem, ut scirem terrā com
 mune cum materia esse nomen, ne illud ei soli substantiæ vindicarem, cuius
 & proprium, in qua magis notum est, uel ne illud in quamcunq; aliam spe
 ciem, nec utiq; omni materia cōmunicare possem, si uellem. Cum enim nō
 extat propriū uocabulum eius rei cui cōmune uocabulum adscribitur, quan
 to nō cōpāret cui adscribatur, cuicūq; alij poterit ascribi. Ita Hermogenes,
 & si materiæ ostenderet nominatam, deberet eandem probare terrā quoq;
 cognomi

cognominatam, ut ita utrumq; illi uocabulum vindicaret. Vult igitur duas proponi terras in ista scriptura, unam quam in principio deus fecit: Aliam, materiam, ex qua fecit, de qua dictū sit, terra aut erat inuisibilis & rudis. Utique si quæram ex duabus quæ cui nomen terræ adcommodare debeat: dicetur, ¹³ hanc quæ facta sit ex illa ex qua facta est uocabulum deriuasse, quia ueri similius sit ab origine sobolem potius q; originem à sobole uocitari. Hoc si ita est, alia nobis obuoluitur questio, an competit terrā hanc quam deus fecit, ex illa ex qua fecit cognomentū deriuasse. Audio enim apud Hermog. cęte rosq; Materiarios hæreticos terram quidem illam informem & inuisibilem & rudem fuisse: hanc uero nostram proinde & format & conspectū, & cul tum, à deo consecutam. Aliud ergo factam quām erat ea ex qua facta est. Porro aliud facta, non potuit cū ea de nomine sociari, à cuius conditione desciuerat. Si nomen proprium materiae illius fuit terra, hæc quæ non est materia, aliud scilicet facta, terræ quoq; nō capit nomen alienum & statu suo extraneum. Sed materia facta, id est terra, habuit cum sua origine consortium nominis, sicut & generis. Non audio. Nam & testam licet ex argilla confestam iam non argillam uocabo, sed testam: & electrum licet ex auro & argento foederatum, nec argentum tamen nec aurū appellabo, sed electrum. à cuius habitu quid diuertit, pariter & à uocatu eius recedit, appellationis, si cut & conditionis proprietate. Quām autem transierit de statu terræ illius, id est materiae ista terra, uel eo palam est, quod hæc apud Genesim testimoniū boni accipit: Et uidit deus quia bonum: illa autē apud Hermogenem, in originem & causam malorū deputatur. Postremo si ideo hæc terra, quia & illa, cur non & materia hæc quoq; quia & illa: Imò iam & cœlum & omnia, si ex materia constant, & terræ & materiae uocari debuerunt. Satis ista de terræ nomine, in quo materia intelligi uoluit, quod nomen unius elementi omnes sciunt, natura primum, dehinc scriptura docente, ni si & Sileno illi apud Midiam regē adseueranti de alio orbe, credendum est, autore Theopompo. Sed & deos multos idem refert. Nobis autē unus deus & una est terra, quam in principio deus fecit. Cuius ordinem incipiens scriptura decure, primo factam eam edicit, dehinc qualitatē ipsius edisserit: Sicut & cœlum primo factum professā, in principio deus fecit cœlum, dehinc dispositionem eius superinducit: Et separauit inter aquā quæ erat infra firmamentum, & quæ erat super firmamentum. Et uocauit deus firmamentū cœlum, ipsum quod in primordio fecerat. Proinde & de homine, Et fecit deus hominē, ad imaginē dei fecit illū. Dehinc qualiter fecerit reddit: Et finxit deus hominē de limo terræ, & adflauit in faciē eius flatum uitæ, & factus est homo in animā uiuā. Et utique sic decet narrationē inire: primo præfari, postea prosequi: nominare, deinde describere. Alioquin uanū, si eius rei cuius nullā præmiserat mentionē, id est materię, ne ipsum quidē nomē, subito formam

L 2 & habi

Materiarij
heretici

Silenus
Midas
Theopompus
historicus

& habitum promulgavit. Ante enarrat qualis esset, antequā an esset. Ostem
dit figuram deformati, nōmē abscondit. At quāto credibilius secundū nos
eius rei dispositionem scriptura subiunxit, cuius institutionem simulc̄z no-
minationem p̄̄misit. Quām deniq̄ integer sensus est. In principio deus fe-
cit cōlum & terram, terra autem erat inuisibilis & rudis, quam deus scilicet
Autem fecit, de qua scriptura cum maxime edixerat. Nam & Autem ipsum velut fi-
bula coniunctiū particulæ ad connexum narrationi adpositum est, terra
autem. Hoc enim uerbo reuertitur ad eam, de qua supra dixerat, & alligat
sensum, adeo aufer hinc Autem, & soluta compago est, ut tūc possit de alia
terra dictū uideri. Terra erat inuisibilis & rudis. Sed tu supercilios capitis &
pitis & nutu digiti accomodato altius tollens, & quasi retro iactans, Erat, inquis,
modato. Ge-
sus pronun-
ciantis posse dici erat, etiam de ea quæ facta, quæ nata sit, quæ aliquando non fue-
rit, & quæ materia nō sit. Omne enim quod habet esse, unde habet sive per
Lenocinii p-
nunciationis initium, sive sine initio, hoc ipso quod est, etiam erat dicetur. Cui cōpetit pri-
Erat ma uerbi positio, in definitionem, eiusdem etiā declinatio uerbi decurrit in
Erat relationē. Est definitionis caput, erat relationi facit. Hæ sunt argutiæ & subti-
litates hereticorum simplicitatem communium uerborū torquentes in que-
stionem. Magna scilicet quæstio est, Si erat terra quæ facta est. Sanè discu-
tiendum, an ei competat inuisibilem & rudem fuisse quæ facta est, an ei
ex qua facta est, ut eiusdem sit erat, cuius & quod erat. Atquin non tantum
probabimus istum habitum huic terræ competit, sed & illi alijs nō compe-
tisse. Nam si nuda Materia deo subiacebat, nullo scilicet elemento obstru-
ente: siquidem nondum quicquā erat præter ipsam & deum: utiq̄ inuisibi-
lis esse non poterat, quia & si tenebras uolet in substantia fuisse materiæ (cui
articulo respondere debebimus suo ordine) etiam homini tenebræ uisibles
sunt, hoc enim ipsum quod sunt tenebræ uidentur, nedum deo. Et utique si
Cōpertus est, inuisibilis esset, nullo modo cognosceretur qualitas eius. Vnde ergo cōper-
pro cōperit tuis est Hermogenes informem & confusam & inquietam illam fuisse, quæ
ut inuisibilis latebat: aut si hoc à deo reuelatum est, probare debet. Sic & au-
rudis dici potuerit, ex postulo. Certè enim rude illud est quod imperfectū
est: Certe imperfectum non potest esse, nisi quod factum est: Quod enim
minus factum est, imperfectum est. Certè, inquis. Ergo materia quæ facta
non erat, in totū imperfecta esse non potuit. Quæ imperfecta nō fuit, etiam
rudis non fuit. Initium non habens, quia facta nō fuit, caruit & rudimento.
Initij enim accidens est, rudimentum. Terra uero quæ facta est, meruit & ru-
dis dici. Statim enim ut facta est, habuit imperfectæ locum, ante perfectio-
nem. Siquidem omnia opera sua deus ordine cōsummauit, incultis primo
Depalans elementis depalans quodammodo mundum, dehinc exornatis uelut dedi-
cans

cans. Nam & lumen non statim splendore solis impleuit, & tenebras nō sta-¹⁵
tim solatio lunæ temperauit, & cœlum non statim syderibus stellisq; signa-^{Solatiū lune}
tit, & maria non statim beluis frequentauit, & ipsam terram non statim ua-
ria fœcunditate dotauit. Sed primo esse ei contulit : dehinc inuacuum
esse suppleuit. Sic enim & Esaias non inuacuum ait fecit illam, sed inhabita-
ri. Postea ergo quām facta est, futura etiam perfecta, interim erat inuisibili-
lis & rudis. Rudis quidem, hoc quoq; ipso quod inuisibilis, ut nec uisui per-
fecta, simul & ut de reliquo nondum instructa. Inuisibilis uero, ut adhuc
aquis tanquam munimento genitalis humoris obducta. Qua forma, etiam
ad finis eius caro nostra producitur. Nam & David ita canit. Domini est ter-
ra & plenitudo eius, orbis terræ, & omnes qui habitant in illa. Ipse super ma-
tia fundauit eam, & super flumina præparauit eam. Segregatis enim aquis
in cauatiorem sinum, emicantior facta est arida, quæ ante hac aquis tegeba-
tur. Exinde itaq; & uisibilis efficitur, dicente deo: Congregetur aqua in con-
gregatione una, & uideatur arida. Videatur, inquit, nō fiat. Iam enim facta
erat, sed inuisibilis usq; tunc uideri sustinebat. Arida autem, quod erat futu-
ra ex diuortio humoris, tamen terra: Et uocauit deus aridam terrā, non ma-
teriam. Sic & perfectionem postea cōsecuta, desinit rudis haberi cum pro-
nunciat deus: Fructificet terra herbam fœni seminantem semen secundum
genus, & secundum similitudinem, & lignum fructuosum faciens fructum,
cuius semen in ipso in similitudinem. Item. Producat terra animam uiuā se-
cundum genus, & quadrupedia & repentina, & bestias terræ secundū genus.
Impleuit igitur ordinem suum scriptura diuina. Quam enim prædixerat in-
uisibilem & rudem, ei & uisionem reddidit & perfectionem. Nō alia autem
materia erat inuisibilis & rudis. Ergo materia erit postea uisibilis & perfe-
cta. Volo itaq; uidere materiam, uisibilis enim facta est. Volo & perfectam
eam recognoscere, ut ex illa etiam fœni herbam, & ex illa decerpam lignum
fructuosum, & ex illa animalia usui meo famulentur. Sed materia quidem
nusquam: terra uero hic, id est coram. Hanc uideo, hac perfruor, ex quo in-
uisibilis & rudis esse desijt, de qua manifestissimè Esaias: Hæc dicit domi-
nus qui fecit cœlum. Iste deus qui demonstrauit terram & facit illam. Certè
eandem demonstrauit, quā & fecit. Quomodo demonstrauit? utiq; dicen-
do, Videatur arida. Quare uideri iubet, nisi quia retro non uidebatur: ut ssc
quocq; eam non in uacuum fecisset faciendo uisibilem, & ita habilem. Et sic
per omnia probatur nobis, hanc quam incolimus eandem & factam esse &
deo & ostensam, nec aliā fuisse rudē & inuisibilem q; quæ & facta & osten-
sa est. atq; ita, Terra aut̄ erat inuisibilis & rudis, ad eam pertinet quam deus
cum cœlo separauit. Sic & sequentia conjectaram Hermogenis instruere ti-
debuntur. Et tenebrae super abyssum, & spiritus dei super aquas ferebatur,
quasi & hæ confusa substātia, massalis illius molis argumenta portendat.

L 3 Atquin

Atquin singillatim definiens, tenebras, abyssum, spiritus dei, aquas, nihil confusum, nec in confusione incertum estimari facit tam diuisa relatio certorum & distinctorum elementorum. Hoc quidem amplius, cum situs proprios eis adscribit, tenebras super abyssum, spiritus super aquas, negavit confusionem substantiarum, quarum demonstrando dispositionem, demonstrauit etiam distinctionem. Vanissimum denique ut materia quae informis inducitur, de tot formarum uocabulis informis adseueretur, non credito quid sit illud corpus confusionis quod unicum utique credendum est, si informe est: uniforme etenim quod informe est. Informe autem quod ex uarietate confusum est, unam habeat necesse est speciem: quod non habet speciem, dum ex multis una habet speciem. Ceterum autem habebat in se species istas materia de quarum uocabulis intelligendas esse tenebras dico, & abyssum, & spiritum, & aquas, aut non habebat. Si enim habebat, quomodo inducitur non habens formas? Si non habebat, agnoscitur. Sed & illud utique captabitur de celo solo & de terra ista scripturam significasse, quod eam in principio deus fecerit: de speciebus autem supradictis nihil tale: & ideo eas quae factae non significantur, ad infinitam materialm pertinere. Respodebimus huic quoque scrupulo. Scriptura diuina satis dissenseret, si summas ipsas rerum a deo factas commendasset celum & terram, habentes utique suggestus suos proprios qui in ipsis summis intellegi possent. Suggestus autem celum & terrae primo tunc fuerint tenebrae, & abyssus, & spiritus, & aquae. Nam terrae quidem suberat abyssus & tenebrae. Si enim abyssus infra terram, tenebrae autem super abyssum, sine dubio & tenebrae & abyssus infra terram. Celo uero spiritus & aquae subiacebant, nam si aquae super terram, quae eam texerant, spiritus autem super aquas, pariter & spiritus & aquae super terram. Quae uero super terram, ea utique infra celum. Et sicut terra ab yesso & tenebris, ita & celum spiritui & aquis incubabat, & complectebatur. Et ita nouum non est ut id solum quod continet nominetur, quam summam: in isto autem intelligatur & quod continetur, quam portionale. Ecce si dicamus ciuitas extruxit theatrum, & circum, Scena autem erat talis & talis, & statuae super euripum, & obeliscus super omnia ferebatur: quia non & has species edixerim factas a ciuitate, non erunt ab ea cum circo & theatro: an ideo non adieci factas has quoque species, quam inerant eis quae facta praedixeram, & inesse quibus inerant intelligi poterant: Sed uacet hoc exemplum ut humanum: aliud de autoritate scripturae ipsius arripiam. Fecit, inquit, deus hominem de terra, & adflauit in faciem eius flatum uitium, & factus est homo in animam uiuam. Faciem quidem eius hic nominat, sed nec ipsam factam a deo dixit. Cutem uero & ossa, & carnem, & oculos, & sudorem, & sanguinem postea loquitur, quae nec tunc facta a deo significauit. Quid respondebit Hermogenes: Nunquid & membra hominis ad materiam pertinebunt, quia non nominatum facta referuntur: An & hec in hominis factitatione censemur? Pro inde

Theatrum

Circus

Scena

Statue

Euripus

Obeliscus

Inde membra erant cœli & terræ abyssus & tenebræ, spiritus & aquæ. In corporibus enim membra sunt facta, in corporibus & membra sunt nominata. Nullum elementum non membrum est eius elementi quo continetur. Omnia autem elementa cœlo aut terra continentur. Hæc responderim pro scriptura præsenti, quatenus hic solorum corporum factitationem commendare uidetur cœli & terræ: Scit esse qui ultro in corporibus & membra cognoscerent, & ideo compendio usi est. Prouidit tamē & hebetes & insidiosos, qui dissimilato tacito intellectu, ipsis quoque membris uerbum factitationis significatorum exigerent. Itaque & propter istos singulas species factas docet alijs in locis, habes sophiam, Prior autem abysso genita sum, dicente: ut credas abyssum quoque genitam, id est factam, quia & filios facimus, licet generemus. Nihil interest facta an nata sit abyssus, dum initium detur illi, quod non daretur si materię subiecta esset. De tenebris uero ipse dominus per Esaiā, Ego, qui struxi lucē & feci tenebras. De spiritu æquè Amos, Qui solidat tonitruum, & condit spiritum, & adnunciat in homines Christū suum: eum spiritū conditum ostendens, qui in terras conditas deputabatur, qui super aquas ferebatur, liberator & adflator & animator universitatis: non, ut quidam putant, ipsum deū significari spiritū, quia deus spiritus. Nec enim aquę dominum sustinere sufficerent, sed eum spiritum dicit, de quo etiam uenti constiterunt: ut ait per Esaiam, quia spiritus à me exiuit, & flatum omnem ego feci. Item de aquis eadem Sophia. Et cum firmos ponebat fontes quæ sub cœlo, ego eram modulans cū ipso. Cum ergo & eas species probamus à deo factas, & si in Genesi tantummodo nominatur sine factitationis mentione, responsum debitur fortasse ex diuerso, Planè factas eas, sed ex materia. ut stilus quidē Moysi, & tenebræ super abyssum, & spiritus dei super aquas ferebatur, materia sonet: cæteræ uero scripturæ, quæ ex materia factæ sunt species in disperso demonstrantur. Ergo sicut terra de terra, ita & abyssus ex abysso, & tenebræ ex tenebris, & spiritus & aquæ ex spiritu & aquis constituerunt. Et sicut supra diximus, non potuit informis fuisse materia, si species habebatur ut & aliae ex ea sint cōfectæ, nisi quod nō aliae, sed ipse ex semetip̄s. Si quidē nō capit diuersas fuisse quæ ipsam nominibus adduntur: quod iam operatio diuina ociosa uideri possit, si quæ erāt fecit: cū generosiora essent, quæ nō erant facta, q̄ si fierent. Igitur ut concludam, aut materiali tunc significauit Moyses, cū scribit, & tenebræ super abyssum, & spiritus dei super aquas ferebatur, Aut cū hę species alibi postea demonstrant factæ à deo, debuerunt è quæ demonstrari ex materia, quā Moyses præmiserat, factæ: Aut si species istas & non materiali significauit Moyses, ubi materia demonstrata sit quæro. Sed dum illā Hermogenes inter colores suos inuenit (inter scripturas em̄ dei inuenire nō potuerat) satis est quod omnia & facta à deo constat, & ex materia facta nō constat: quæ etiā si fuisset, ipsam quoque à deo factā credidissetmus:

Inter colores
suos. Nā Her-
mogenes pi-
ctoriā exēces-
bat

L 4 quia

quia nihil innatum præter deū præscribentes, obtineremus. In hūc usq; at
ticulum locus est retractatui, donec ad scripturas prouocata deficiat exhibi-
tio materiæ. Expedita summa est: nihil inuenio factum, nihil ex nihilo, quia
quod factum inuenio nō suisse cognosco. Etiam si quid ex aliquo factū est,
ex facto habet censem, ut ex terra, herba, & fructus, & pecudes, & figuratio-
hominis ipsius: ut ex aquis natatiles & uolatiles animę. Huiusmodi origines
rerū ex his prolatarū, potero materias appellare: sed factas à deo & ipsis.
Cæterū omne ex nihilo cōstituisse, illa postremò diuina dispositio suadebit,
quæ omnia in nihilū redactura est. Siquidē & cœlum conuoluetur ut liber,
imò nusquam fiet cū ipsa terra, cū qua primordio factū est. Cœlū & terra pre-
teribunt, inquit, Cœlū primū & terra prima abierunt, & locus nō est inueni-
tus illis: quia scilicet quod & finit, locū amittit. Sic & Dauid, opera manuum
tuarū cœli, & ipsi peribunt. Nam & si mutabit illos uelut opertoriū, & muta-
buntur, sed & mutari perire est pristino statui, quē dum mutantur amittunt.

¹⁸ Et stellæ quidé de cœlo ruent, sicut fici arbor cū ualido cōmota uento acerba
sua amittit. Montes uero tanque cera liqueſcent, à cōspectu domini, cū surre-
xerit, scilicet cōfringere terrā. Sed & paludes, inquit, areſaciā & querēt aquā,
nec inuenient, etiā mare Oceanus. Quæ omnia & si aliter putauerit spirituali-
ter interpretanda, nō tamen poterit auferre ueritatē ita futurū, quomodo
scripta sunt. Si quæ enim figuræ sunt, ex rebus cōſistentib⁹ fiat necesse est,
nō ex uacantibus: quia nihil potest adſimilitudinem de ſuo præſtare, niſi sit
ipſum quod tali ſimilitudine præſtet. Reuertor igitur ad causam definiēntē
omnia ex nihiло ædita, in nihilum peruentura. Ex eterno enim, id est ex ma-
teria, nihil deus interibile feciſſet, nec ex maioribus minora condidiſſet, cui
magis cōgruat ex minoribus maiora producere, id est ex interibili æternū:
quod & carni noſtræ pollicetur, cuius uirtutes & potestates ſuas, hūc iam ar-
rabonē, uoluit in nobis collocaffe, ut credamus etiā illum uniuersitatē ex ni-
hilo uelut emortuā, quæ ſcilicet non erat, in hoc ut eſſet, uſcitaſſe. De cetero
uero ſtatu materiæ, & si nō eſt retractandū, prius enim erat ut eam eſſe con-
ſtaret, tamē ac si cōſtiterit, perſequendus eſt ordo: quo magis eam non eſſe
cōſtet, cuius nec reliquius ſtatus cōſtant, ſimul ut cōtrarietates ſuas agnoſcat
Hermogenes. Prima, inquit, facie uidetur nobis incorporalis eſſe materia:
exquisita aut ratione recta, inuenitur neque corporalis, neque incorporalis.
Quæ eſt iſta ratio recta, quæ nihil recti renunciat, id eſt nihil certi: Niſi fal-
lor em, omnis res aut corporalis aut incorporalis ſit necesse eſt. Ut cōcedam
interim eſſe aliquid incorporale de ſubſtantijſ duntaxat, cū ipſa ſubſtantia
corpus ſit rei cuiuſque, certe poſt corporale & incorporale nihil tertium. Age
nūc ſit & tertiu, quod illa recta ratio Hermogeniana cōpererit, quæ neque cor-
poralē neque incorporalē materiā facit: ubi eſt, quale eſt, quid uocatur, quid
deſcribitur, quod intelligitur: Tantū hoc ratio renūciauit, nec corporalē mate-
riā

Nam nec incorporalem. Sed ecce contrariū subiçit, aut alia fortasse ratio ei
 occurrit, ex parte corporalē renūcians materiā, & ex parte incorporalē. Iam
 ergo ne neutrū sit, utruncq; materia censenda est. Erit enim corporalis & in
 corporalis aduersus renunciationē rectæ rationis illius, planè rationē nō redi-
 dentis sententiae suæ, sicut nec alia reddit. Corporale enim materiæ, uult es-
 se, de quo corpora ædantur: incorporale uero, inconditū motū eius. Si em̄,
 ait, corpus tantūmodo esset, nihil ei incorporale appareret, id est motus. Si
 uero in totū incorporalis fuisset, nullum corpus ex ea fieret. Quāto hæc re-
 ctiōr ratio, nisi quod si tam rectas lineas ducis Hermogenes q̄z ratio ista, pi-
 etor te bardior non est. Quis enim tibi concedit motū, in secundam partem
 substantiæ deputare: cū substantiua res nō sit, quia nec corporalis, sed acci-
 dens si forte substantiæ & corpori, ut actus, & pulsus, ut lapsus, ut casus, ita
 & motus. Nam siue à semetipso quid mouetur, actus eius est motus, certè
 pars substatiæ nō est, sicut tu motū substantiā facis materiæ incorporalem.
 Omnia deniq; mouentur, aut à semetipis ut animalia, aut ab alijs ut inani-
 malia, tamē nec hominē, nec lapidē, & corporalē & incorporalem dicemus,
 quia & corpus habeat & motū, sed unā omnibus formā solius corporalita-
 tis, quæ substantiæ res est: si qua incorporalia eis adsunt, aut actus, aut pas-
 siones, aut officia, aut libidines eorū, nō portiones deputamus. Quò ergo fa-
 cit, portionē materiæ in motū disponere qui non ad substantiā pertinet, sed
 ad substantiæ habitū. Quid enim si immobilem placuissest tibi inducere ma-
 teriam, nunquid immobilitas secunda pars formæ uideretur? Sic itaq; nec
 motus. Sed de motu & alibi licebit. Nunc enim video te ad illam rursus ra-
 tionē reuerti, quæ tibi nihil certi renunciare cōsueuit. Nam sicut nec corpora-
 le nec incorporalē infert materiā, ita nec bona nec mala allegasset, pro-
 inde superargumētasset. Si enim, inquis, esset bona quæ semper hoc fuerat,
 nō desideraret cōpositionem dei: si esset natura mala, nō accepisset transla-
 tionē in melius: nec quicq; cōpositionis suę adplicuissest illi deus tali, natura:
 Inuacuū enim laborasset. Verba hæc tua sunt: quorū te & alibi meminisse
 oportuerat, ne quid his contrariū inferres. Sed quoniā de mali & boni am-
 biguitate super materiā in præteritis aliquid retractauimus, nūc ad præsen-
 tem, & solam propositionē & argumentationem tuā respondebo. Nec di-
 cam, & hic te certū aliquid debuisse pronūciasse: aut bona, aut mala, aut ter-
 tium aliquid: sed nec hic quod tibi libuit pronūciasse, custodisse. Rescindis
 enim quod pronūciasti nec bonā nec malam: quia cū dicis. Si esset bona, nō
 desideraret cōponi à deo, malam portendis: & cū adponis. Si esset mala na-
 tura, nō admitteret in melius translationē, bonam subostendis. Atque ita &
 boni & mali ad finem constituiſti, quā nec bonam nec malam pronūciasti.
 Ut aut & argumentationem qua putasti te propositionē tuā confirmaturū,
 retundam, oppono etiā illud. Si bona fuisset materia semper, quare nō desi-
 derasset

derasset in melius reformari? Quod bonū non desiderat, aut nō optat, atq; nō capit profectū, ut fiat de bono melius. Aequē si mala natura fuisset, qua re non potuerit à deo cōuerti, ut à potentiore, ut ab eo qui lapidum quoq; naturam conuertere ualeat in filios Abrahæ. Nempe ergo nō tantum compars Dominum, Materiæ, sed & subiçis, à quo natura materiæ deuinci & edomari in melius nō potuisset. Sed & quā hic non uis natura malam, alibi te cōfessum negabis. De situ materiæ id tracto, quod & de modo, ut peruen sitatem tuā traducat. Subiacentem facis deo materiā, & utiq; locū illi qui sic infra deū. In loco ergo materia. Si in loco, ergo intra locum: si intra locū, ergo determinatur à loco, intra quē est: si determinatur, habet linea extremā, quā quantū propriè pīctor agnoscis finē esse omni rei cuius linea extrema est. Nō ergo erit infinita materia, quæ dum in loco est à loco determinatur, & dum determinatur ab illo, extrema eū linea patitur. At tu infinitam facis dicens, Infinita est aut eo quod semper est. Et si qui discipulorum tuorū uoluerit argumentari, quasi infinitam æuo non modo corporis intelligi uelis: atquin corporaliter infinitā, corporaliter immensam, & incircumscrip̄tam, sequentia ostendunt, Vnde, inquis, nec tota fabricatur, sed partes eius. Adeo corpore infinita, nō tempore est. Et obduceris, corpore eam infinitā facies, cum locū ei adscribens, intra locum & extreum loci linea includis. Sed tamen cur nō totā eam formauerit deus, nō scio, nisi quā aut inualidus, aut inuidus. Itaq; dimidium eius quæ nō tota formata sit querō, ut qualis tota fuit agnoscam. Debuerat enim deus ut exemplariū antiquitatis ad gloriam operis palam fecisse. Sit nūc definitiua, sicut rectius tibi uidetur, per demutations suas & translationes: sit & cōprehensibilis, ut quæ fabricatur, inquis, à deo quia & cōuertibilis & demutabilis & dispartibilis. Demutations em̄ eius, inquis, dispartibilem eam ostendūt. Et hic à lineis tuis excidisti, quibus circa personā dei usus es, præscribens deū illam nō ex semetipso fecisse, quia in partes uenire nō posset qui sit æternus & manens in æuum, ac per hoc immutabilis & indiuisibilis. Si & materia eadem æternitate censetur, neq; initium habens neq; finem, eadem ratione nō poterit pati dispartitionē & demutationem, qua nec deus. In æternitatis consortio posita, participet cū illo necesse est & uires, & leges, & cōditiones æternitatis. Atq; cū dicis, Partes autem eius omnia simul ex omnibus habent, ut ex partibus totū dinoscatur: utiq; eas partes intelligi uis, quæ ex illa prolatæ sunt, quæ hodie uidentur à nobis. Quomodo ergo omnia ex omnibus habent, utiq; ex pristinis, quando quæ hodie uidentur aliter habeant, quam pristina fuerunt? Dicis in melius reformatam materiam, utique deterioribus: & uis meliora, deteriorum exemplariū ferre. Confusa res erat, nunc uero cōposita est. Et uis ex compatis, incoposita præberi. Nulla res speculū est alterius, id est non coæqualis. Nemo se apud consorem pro homine mylum inspexit, nisi si qui putat in hac ex

hae extructione mundi disposita iam & compcta, informē & incultam materiam respondere. Quid hodie informe in mundo, quid retro speciatum in materia, ut speculum sit mundus materiæ? Cum ornamenti nomine sit pene Graecos mundus, quomodo inornatae materiæ imaginē refert, ut dicas. τομη
 totum eius ex partibus cognosci? Certè ex illo toto erit etiā hoc quod non uenit in deformationem. Et supra ædidiſti, non totam eam fabricatam. Igitur uel hoc rude & confusum & incompositum nō potest in expolitis & distinctis & compositis recognosci, quæ nec partes materiæ appellati conuenit, cum à forma eius ex mutatione diuisa recesserunt. Reuertor ad motum, ut ubiqz te lubricum ostendam. Inconditus, & confusus, & turbulentus fuit materiæ motus. Sic enim & ollæ undiqz ebullientis similitudinem opponis. Et quomodo alibi aliis à te adfirmatur? Cum enim uis materiam nec bonam nec malam inducere: Igitur, inquis, subiacens materia æqualis momenti habens motum, neqz ad bonum, neqz ad malum plurimū uergit. Si equabilis momenti iam non turbulentus, nec cacabatius, sed compositus, & temperatus, scilicet qui inter bonum & malum suo arbitrio agitatus, in neutram tandem partem pronus & præceps, mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur. Hæc inquieres non est, hæc turbulentia & passiuitas non est, sed moderatio, & modestia, & iustitia motionis neutræ in partem inclinantis. Planè si huc & illuc aut in alterum magis proclinareret, tunc inconcinnitatis, & inæqualitatis, & turbulentiarum denotari mereretur. Porro si neqz ad bonum, neqz ad malum pronus erat motus, utiqz inter bonum & malum agebatur: ut ex hoc quoque materiam determinabilem appareat, cuius motus nec malo nec bono pronus, eo quod in neutrum uergebat, intra utrumque ab utroque pendebat, & hoc nomine ab utroqz determinabatur. Sed & bonum & malum in loco facis, cum dicis motum materiæ in neutrum eorum fuisse propensum. Materia enim quæ in loco erat, neqz huc neqz illuc deuergens, in loca non deuergebat in quibus erat bonum & malum. Dans aut lo cum bono & malo, corporalia ea facis, faciendo localia, quia quæ locum habent, prius est ut corporalia sint. Deniqz incorporalia propriū locum nō haberent, nisi in corpore, cū corpori accedunt. Ad bonum aut & malum non deuergente materia, ut aut corporalia aut localia non deuergebat. Bonum ergo & malum erras si substâtias esse uis. Substantias enim facis quibus loca adsignas. Loca aut adsignas, cum materiæ motu ab utraqz regione suspendis. Dispersisti omnia, ne de proximo qz cōtraria sibi sint relucerent. At ego colligam singula & cōferam. Inconditum adseueras motu materiæ, eamqz adiçis sectari informitatē: dehinc alibi, desiderare cōponi à deo. Desiderat formationem quæ sectatur informitatē, aut sectatur informitatem quæ desiderat formationem? Non uis uideri deum æquari materiæ: & subiçis, habere illam cum deo cōmunionem. Impossibile enim, inquis, nō habentē illam cōmune

commune aliquid cum deo, ornari eam ab ipso. Atquin si commune aliquid habebat cum deo, non desiderabat exornari ab ipso, pars scilicet dei per communionem. Aut & deus poterat ornari a materia, habendo cum illa aliquid & ipse commune, & iam in hoc necessitati subicis deum, si fuit aliquid in materia propter quod eam formaret. Commune autem inter illos facis, quod a semet ipsis mouentur, & semper mouentur. Quid minus materiae quam deo adscribis? Totum consortium diuinitatis hoc erit, libertas & aeternitas motus. Sed deus composite, materia incondite mouentur. Tamen diuinum proinde, motu proinde libero & aeterno. Atquin plus materiae das, cui licuit sic moueri quomodo deo non licuit. De motu & illud notauerim. Nam secundum ob*lae similitudinem*, sic erat, inquis, materiae motus, antequam disponeretur, c^ona*cretus, inquietus, inadprehensibilis praenimietate certaminis. Dehinc subiectus: Stetit autem in dei compositionem, & inadprehensibilem habuit inconditum motum, praetarditate inconditi motus. Supra certamen motui adscribitur, hic tarditatem. Nam de natura materiae quoties cadas, accipe. Supradictus: Si autem esset materia natura mala, non accepisset translationem in melius; nec deus aliquid compositionis accommodasset illi. Invacuum enim labo*rasset. Finisti igitur duas sententias, nec materiam natura malam, nec naturam eius a deo potuisse conuerti. Horum immemor, postea infers: At ubi accipit compositionem a deo & ornata est, cessauit a natura. Si in bonum reformata est, utique de malo reformata est. Et si per compositionem dei cessauit a natura mali, natura cessauit ergo, & mala fuit natura ante compositionem, & desinere potuit a natura post reformationem. Sed & qualiter operatum facias deum, sequitur ut ostendam. Planè a Philosophis recedis, sed tamen Stoici & a Prophetis. Stoici enim uolunt deū sic per materiam decucurrisse quomodo Hermogenes do mel per fauos. At tu nō, inquis, pertransiens illā facit mundū, sed solummodo apparens & appropinquans ei, sicut facit qui decor solūmodo apparens, & Magnes lapis solūmodo appropinquās. Quid simile deus fabricās mundū, & decor uulnerans animū, aut Magnes adtrahens ferrū? Nam et si apparuit deus materię, sed nō uulnerauit illā quod decor animū: & si appropinquauit, sed nō cohestit illi, quod Magnes ferro. Puta nūc exēpla tua competere. Certè si apparēdo & appropinquādo materię, fecit ex illa deus mundū, utique ex quo apparuit fecit, & ex quo appropinquauit. Ergo quādo nō fecerat retro, nec apparuerat illi, nec appropinquauerat. Et cui credibile est deū nō apparuisse materię, uel quā cōsubstantiali suę per aeternitatē: ab ea longè fuisse, quem creditus ubique esse, & ubique apparere? cui etiā inanimalia & incorporalia laudes canunt apud Danielem. Quātus hic locus in quo deus a materia tantum distabat, ut neque appareret, neque appropinquaret ante mundi molitionem: credo peregrinatus est ad illam de longinquo, cum primū ei uoluit apparere & appropinquare. At enim Prophetæ & Apostoli non**

non ita tradunt mundum à deo factum,apparente solummodo & adpropinquante materiæ,quia nec materiam ullam nominauerunt:sed primo Sophiam conditam,initia uiarum in opera ipsius:dehinc & sermonem prolatum per quem omnia facta sunt,& sine quo factum est nihil. Denique sermone eius cœli cōfirmati sunt,& spiritu ipsius uniuersæ uirtutes eorum. Hic est dei dextra,& manus ambæ per quas operatus est,atq; molitus est. Ope ra enim manuum tuarum,inquit,cœli:per quas & mensus est cœlum,& palmo terram.Noli ita deo adulari,ut uelis illum solo uisu & solo accessu tot tantas substantias protulisse,& non proprijs uiribus instituisse. Sic enim & Hieremias commendat,Deus faciens terram in ualentia sua,parans orbem in intelligētia sua,& suo sensu extendit cœlos. Hæ sunt vires eius quibus eni xus,totum hoc condidit.Maior est gloria eius,si laborauit. Deniq; septima die requieuit ab operibus. Vt rurq; suo more.Aut si adparens solummodo & adpropinquans fecit hunc mundum,nunquid cū facere desit,rursus adparere & adpropinquare cessauit? Atquin magis apparere cœpit & ubique conueniri deus,ex quo factus est mundus.Vides ergo quemadmodū operatione deus uniuersa constituit,ualentia facientis terram,intelligentia parantis orbem,& sensu extendentis cœlum:non adparentis solummodo nec adpropinquantis,sed adhibentis tantos animi sui nisus,Sophiam,Valen tiam,Sensum,Sermonem,Spiritum,Virtutem.Quez illi non erant necessaria,ut adparente tantummodo & adpropinquando profectus fuisset.Hæc autem sunt inuisibilia eius,que secundum Apostolum ab institutione mundi factis eius cōspiciuntur,nō materiæ nescio quæ,sed sensualia ipsius. Quis enim cognouit sensum domini? De quo exclamat,ō profundū diuinarum & Sophiæ,ut inuentibilia iudicia eius,& inuestigabiles uiae eius? Quid hæc magis sapiūt,q; ut ex nihilo omnia facta sint? que nec inueniti nec inuestigari nisi solo deo possent,alioqui inuestigabilia,si ex materia sunt inuestigata & inuenta.Igitur inquantum cōstitit materiā nullam fuisse , ex hoc etiam quod nec tales cōpetat fuisse qualis inducitur,intantum probatur omnia à deo ex nihilo facta,nisi quod Hermogenes eundem statū describendo materiæ quo est ipse,inconditum,confusum,turbulentum,ancipitis & præcipitis & feruidi motus,documentum artis suæ dum ostendit,ipse se pinxit.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVL'

LIANI, LIBRI ADVERSVS HER-

MOGENEM FINIS.

M



ALENTINVS Platonicæ Philosophiæ sectator, cum cuiusdam eccl^e
siæ episcopatu[m] ambiret, & ipsius non fuisset habita ratio, quodam alio
qui pro nomine Christi multa passus erat, ad id muneric aſcito, offens-
sus hac re, ueteris cuiusdam opinonis præstigias aduersus orthodoxos
docere cœpit, hoc uidelicet pacto sui contemptum ulturus. Id autem tanto faci-
lius potuit, quanto Platon magis solenne est, suā philosophiam quibusdam ob-
umbrare figmentis, in cuius ille Schola fuerat uersatus. Itaq[ue] nenia excogitauit
Platonicis numeris obscuriores, & Silenis Alcibiadeis re ipsa magis ridiculas,
non in speciem tantū, quas suis sectatoribus uelut mera diuinitatis mysteria pro-
ponebat. Vide quantum Christianismo semper nocuerit philosophia. Cupiebat
hic præstigiator purissimæ simplicissimæq[ue] religioni Christianæ, Platonicas fabu-
las inuehere. Quam impietatem ineptijs ineptias addentes propagarunt postea
Ptolemæus, Heracleon, Secundus, Marcus, & Theotimus, quos hic collegium
Valentinianorum appellat. Atq[ue] aduersus eos hoc agit uolumine, peregrinis &
coactis nominibus uanitatem suam tegentes, qualia sunt Bythos, Sige, Nus, Act-
netos, Achamoth, Iao, & similia multa, proferens quidem eorum deliria in aper-
tum magis quam redarguens, nam ipsam se traducit, uerissimū enim est quod
scribit, Quod tanto impendio absconditur, etiā solummodo demōstrare, destrue-
re est. De Valentino sic scribit in libro De præscriptionibus hæreticorum. Sed &
cum genealogias (inquit) indeterminatas nominat Paulus, Valentinus agnoscit-
ur. Apud quē æon ille, nescio qui, noui & non unius nominis generat ē sua Cha-
rite & silentium & ueritatem: & hiū &que procreant duo: Sermonem, & uitam.
Dehinc & isti generant hominem & ecclesiam, de qua prima hæc ideo decas æo-
num, exinde decem alijs, & duodecim reliquæ æones miris nominibus oriuntur in
meram fabulam triginta æonum. Hæc ibi. Meminit rursus eiusdem in Catalogo
hæreton aliquanto copiosius. Nec tacet Augustinus in libro de hæresibus ad
Quodvultdeum. Diuus Hieronymus exponens illud Nahum prophetæ, Ex te
enim exibit cogitans cōtra dominum maliciam, An non, inquit, uidetur esse ad-
uersus deum malicia & præuaricatio, dicere quod Valentinus, quasi abortiu[m]
errantis sapientiæ extremum æditum creatorum: Hæc illuc. Idem alibi principes
hæreticorum recensens, Marcionem, Bardesanen, Tacianum, primo loco ponit
Valentiniū. Quem secundo anno Antonini Pij, sub pontifice Higino Romam
uenisse Eusebius autor est in Chronicis, quo tempore Cerdon Marcionis Magi-
ster etiam in urbem uenerit. Porro Gnosticorū quos à Valentinianis descendili
se uult, princeps fuit Basiliides. Ipsi sibi hoc uocabulū indiderunt, ex scientiæ præ-
cipue duos priores libros Irenæi legisse. Nam ibi prolixè de Valentini dogmati-
bus disputat, aliquanto clarius, ni fallor, ut ut latine balbutiat, uirtio, ceu puto, quer-
sionis de uerbo ad uerbum ē Græco factæ, quam Tertullianus noster, qui uelut
adfectator est obscuritatis etiam in rebus apertis & notis. Sed id temporis, hære-
ticorum istorum somnia uulgus etiam tenebat. Etenim proh dolor, Galliā quo-
que qua Rhodano amni imminet, hoc uirus adflauerat. Irenæi meminit in hoc
opere Tertullianus inter eos qui ante se contra Valentinianos scripsissent. Et ap-
paret, hanc narrationem illinc desumptam, admixtis tantum iocis & morsibus
quibus arguti isti nugatores dignissimi sunt.

ARGUMENTI FINIS.

ET disciplina non terretur.) Disciplina iam olim usurpari coepit pro ordinatione & severitate castigatrice, Ut quum apud Am. Marcellinum Vadomarius Germanorum rex ad Constantium Aug. scribit de Juliano, Cæsar tuus disciplinam non habet, & quum diuus Cyprianus de habitu uirginum cōmentarium auspicans, Disciplina, inquit, custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bone indolis, magistra uirtutis, facit in Christo manere semper. Dicit ergo hic Tertullianus Valentianos disciplina nō terrori quo minus fabulis fidem habeat aut iam inuentis credendo, aut cōminiscendo nouas. Nam, ut paulo post dicet, si aliquid noui adstruxerint, reuelationem statim appellant præsumptionem. Et quia deerat disciplina, cuius nulla munia obseruabant, ut infra leges, nō mirum est si inter seiplos fuerint diuisi. Quemadmodum istis annis proximis sublata disciplina quid nō uidimus ab audaculis quibusdam tentatum, quæ non schismata inter eos nata dum unusquisq; somnium suum pro oraculo amplectitur? uix em̄ ipsi Valentiniani ita inter se fuere diuisi, ut hodie sunt Anabaptistæ, excors hominum genus & inquietum. Sunt autem Christianæ disciplinae officia siue munia ceu Tertullianus appellat, Reuerentia sacrarum literarum, reuerentia sacerdotum, Gratiarum actio, Exomologesis, Pœnitentia, Eleemosynæ, Ieiunia, & hoc genus alia. Nam & illa Eleusinia.) Hæc sacra in honorem Eleusinæ Cereris Eumolpus primus instituit, prohibuitq; ne aduenam quenquam iniiciarent. Vnde propter Herculem admitti perentem, cui sane denegare nō licet, Eleusinij nouum mysteriorum genus instituere quæ parua uocant, quibus ille est iniiciatus putans uetera esse & legitima, quorum Eumolpus autor.

Atticæ superstitionis.) Nam Eleusis urbs est Atticæ. Quod tacent, pudor est.) Propter cultum obsceni uirilis. Idcirco & aditum prius cruciant.) Figura Græca, ut illud, Expleri mentem nequit. Diutius iniiciant quam consignant.) Ad hæc enim sacra nullus admittebatur nisi iniiciatus, præcone sceleratos atq; prophanos publicè submouente. Vnde Virgilium illud mutuatum, Procul o procul este prophani, Seruus Grammaticus autor est. Sequitur iam silentij officium.) Silentium iniiciandis indicebatur, cuius illi perpetuā fidem promittebant. Eam tamen non præstigit Numerius philosophus, nec Alcibiades qui prophanus irrepsicerat, insimulatus postea Athenis, ut Iustini uerbis utar, mystria Cereris initiorum, sacra nullo magis quam silentio solennia enunciauisse.

Adtente custoditur.) Sententia est. Tot suspitia portarum.) Quanquam consentiunt exemplaria quæ uidimus omnia, tamen ausi sumus pro suspitia scribere si paria. Sunt autem si paria uela quibus utebantur in scenis fabularum actores, autore Festo. De hac uoce plura dicam infra, locum illum explicaturus, Alia autem trans si parium cothurnatio est. Cæterum sacerdotes Eleusinæ Cereris portas adyti multiplicibus uelis obtegebant, eas ante quinquennium instituere soliti. De hac si pariorum oppansione hic loquitur. Totum signaculum linguae.) Silentij periphrasis. Simulacrum membris uirilis reuelatur.) Quidam addunt etiam Naturam muliebrem ostensam. Et cōiūcium falsis simulacris excusat.) Hoc est aditum locum conuiciandi falsis sim. Sic etiam in superioribus libris loquitur per uerbum Excusat. Ut quum dicit in De resurrectione carnis, Excusato censu. Ita, inquit, & deo licuit carnis aurum, de limi, quibus putas sordibus excusato censu aliquassé. Quos nunc destinamus hereticos.) Destinatus, hoc est uelut ad ipsum propositos petimus. Facili claritat. Nam orthodoxæ religionis fides quum facilis est, tum clara. Ex diuinæ copie occasione.)

M. & Alludit

Alludit ad trinitatem personarum in una substantia quam Christiani adoramus; Alludit ite ad Angelos, coelos, paradisum, creaturas diuinias. Atque hoc est quod mox dixit, Sanctis nominibus & titulis, & argumentis ueræ religionis, figurae configurantes. Quia de multis multa succedere est.) Euenit enim ut de multis multa progrediantur atque nascatur. Imo de multis etiam multa mentiri datur. Id quod strenue facitant Valentiniiani. Eleusiniana Valentiniiana fecerunt lenocinia.) Sensus est. Ineptiae Valentianorum turpes & obscenæ dum ætonum connubia fingunt & commixtiones, non sunt absimiles Eleusinijs sacris in quibus mentula colitur. Et utrobicq; silentiū exigitur. Hoc est quod mox dixit, Vana atque turpissima figura. Et infra, Alios ebulliunt foetus proinde consuetales, per copulam utriusq; naturæ. Item paulo ante de Bythio, Hoc, inquit, uice seminis in sagæ suæ uelut in genitalibus uulnæ locis collocat. Bona fide.) Bona fide, hoc est Serio. Citra simulationem, Citra uitium figuratum. Ut infra, Etiam bona fide dicturos. Item aduersus Hermogenem, Magna, inquit, bona fide, cæcitas hæretorum. Concreto uultu.) Hoc uocabulo etiam aduersus Hermogenem disputans, usus est. Altum est, aiunt.) Autor est Irenæus non fuisse Valentiniensis eū candorem ut portentosas nugas omnibus facile comunicarent. Eos enim docebant, qui habebant quod numerarent. Sic enim scribit, Quæ etiam, inquit, conuenienter uidentur mihi non omnes uelle manifesto docere, sed solos illos qui etiam grandes mercedes pro talibus mysterijs præstare possunt. Non enim iam dicunt similia illis, de quib; dominus dixit, Gratis accepistiis, gratis date: Sed separata & portentuosa & alta mysteria cū magno labore exquisita fallacibus.

Tuam simplicitatem sua cæde dispergunt.) Vocabulum cædis & cedendi uerbum in eundem sensum usurpat, Vt quū in libro quem pro martyribus scripsit, Non clamoribus, inquit, spectaculorum atrocitate, uel furore, uel impudicitia cęderis. Imitatus Tertullianum diuus Hieronymus in uita Hilarionis eremiti, dixit, Cæde manus, iratus itaq; sibi, inquit, & pectus pugnis uerbetans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere. Meliori sumi uitio.) Melius uitium uocat minus malum. Si forte præstat.) Si forte frequenter ponit pro forte.

Testimonium Christi, sanguine litauerunt.) Litare cum accusatiuo. Sic in De patientia, Quem aūt, inquit, honorem litabimus domino deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus. Diuinæ pacis præco.) Propter schema uerborum quod est in præco & prædo, dixit Illa s. columba præco. Amat figuram Spiritus sancti.) Subaudi, Lucem. Nam lux, figura spiritus sancti. Orientem Christi figuram.) Subaudi, amat. Orientis enim uocabulo Christus saepe intelligitur in sacris literis, ut apud Zachariam, Ecce ego adducam seruum meum Orientem. Et paulo post apud eundem, Ecce uir, Oriens nomen eius. Oriens autem appellatur, quia in diebus eius orta est iustitia. Et hinc habes, Christianos ueteres ad Orientem ueros precari solitos, quod etiamnum obseruamus. Alioquin à turba eorum & aliam frequentiam suadere.) Hoc est, à turba deorū gentiliū, alia turbam Aeonū siue Sæculorū animaliū hominibus persuadere, id quod faciunt Valentiniiani. De limine offendere est.) Proverbium est, De limine offendere, de his qui initio rei quam agendam suscepérunt, peccant. Simile illi Cantherius in porta. In quibusdam exemplaribus, ut indicat manus scripti codicis annotationis, legitur hic, de limine fidem offendere est. In totam fabulam.) Subaudi, delyrij quod Valentinus induxit. Lamiæ turre, & pectines Solis.) Fabelæ pueriles apud Carthaginem tempore Tertulliani. Mox scripsimus, Tot genitiva. Et paulo post, Et tamē simplices nos, omnia scimus. Ex Gorziensi collatione. Nos, hoc est Orthodoxi. Designatorem.) Resignatorem intelligit manifestatoremq;

statoremq. Tanto impendio.) Hoc est tam impense, Tam impenso studio,
 tam impensa opera. Ingenio poterat & eloquio.) Poterat absolute cum ablativo.
 Locis potitum.) Potitus cum genitivo. Abrupit.) Vsurpat abrupit absolute.
 Ptolemeus.) Et huc Aur. Augustinus recenset inter sectatores Valentini. Irenæus dicit eum esse uelut flosculum Valentinianæ scholæ. Sed extra deum determinatas.) Hic uides discrimen opinionum inter Ptolemæum discipulum & Valentiniū magistrum. Hoc loco ubi legebatur, in personale substantia, Nos scripsimus, in personales substantias, sic exigente sententia. Deduxit & Heracleon inde tramites quosdam, & Secundus, & Magus Marcus.) De haereticis istis sic scribit in Prescriptionsibus. Post hunc (Valentinū uidelicet) extiterunt, inquit, Ptolemæus & Secundus haeretici, qui cum Valentino per omnia consentiunt. In illo solo differunt. Nam quum Valentinus æonas tantum triginta fixisset, isti addiderunt alios complures. Quatuor enim primum, deinde alios octo adgregaverunt. Et quod dicit Valentinus Aeonem tricesimum excessisse de Pleromate ut in defectionem, negant isti. Non enim ex illa triacontade fuisse hunc qui fuerit in defectionem, propter desiderium uidendi Propatoris. Extitit præterea Heracleoni alter haereticus, qui cum Valentino paria sentit, sed nouitate quadam pronuntiationis, uult uideri alia sentire. Introducit enim in primis illud fuisse quod pronuntiat, & deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Aeonas, deinde introducit totum Valentiniū. Non defuerunt post hos Marcus quidam & Colatbasus, nomen haeresim ex Gracorum alphabeto componentes. Haec illuc. Secundi meminuit Irenæus libro primo, & Heracleonis Ptolemeiq; libro tertio. Marcum uero Valentini magistri sui emendatorem se gloriante tradit magicæ imposturæ peritissimum fuisse, per quam quum uiros multos tum foeminas non paucas seduxerit, ad se conuersos uelut ad scientissimum & perfectissimum, uirtutemq; maximam ab inuisibilibus Logis habentem. Ille uero totū hoc Anaxilai præstigijs & Magica uanitate conficiebat, uerus Antichristi precursor. Nos unum & alterum hominis perditissimi præstigiarum ex eodem autore prodemus exemplum. Mixto uino pro calice simulans se gratias agere siue οὐχεισθε quod hodie consecrare dicimus, post longam inuocationem, purpureum & rubeum apparere faciebat, ut putarent simpliciores diuinitus in illius calicem destillasse sanguinem, & idcirco cuperent omnes ex eo poculo gustare, gratiae coelestis sic futuri participes. Alterum imposturæ genus. Exhibebat mulieri calicem mixtum, ipsam gratias agere iubens. Mox capacius poculum proferens, in id transfundebat minorem illum calicem qui erat eucharistia factus, magno uidentium miraculo quum maior non solum impleretur, sed etiam superflueret. Præterea demonē paredrum habebat, uulgas spiritum familiarem hodie uocat. Mulieres honesto loco natas & opulentas maxime, circunueniebat, reddens eas prophetidas, hijs uerbis: Sum me à me sponsum, & cape eum, & capete in eo. Ecce gratia descendit in te, aperios tuum, & propheta. Multarum pudori etiam illusit. Certe quod constat, Diacconi cuiusdam in Asia uxore formæ haud cotidianæ clanculum abduxit. Quæ post multum temporis reuersa non mente modo uerū etiam corpore se à Marco isto corruptam asseruit, reliquumq; uitæ in exomologesi perpetua consumpsit. Vnde quidam sanctus uir quæ citat Irenæus huiusmodi uerbis præstigiatorē istum redarguit, Idolorum fabricator Marce & portentori inspecto, Astrologæ cognitor & Magicæ artis: per quæ cōfirmas erroris doctrinas, signa ostendens his qui à te seducuntur, Apostaticæ uirtutis operationes, quæ tibi præstat tuus pater Satanus per Angelicam uirtutem Azazel, habens te præcursorum contrariæ aduersus deum nequitæ. Hic Marcus somnijs Valentini numerorum mysteria

accommodasse se gloriabatur. Ad hodiernum.) Sic saepe loqui solet Tertullianus aduersus Hermogenem. Denicq; inquit, ad hodiernum homo in seculo.

Memoriam Valentini integra custodia regular eius consulatur.) Aucti sumus mutare locum & scribere, Memoriam Valent. integra custodia regularum eius consolatur. Regularum meminit paulo post, Varietate enim, inquit, innouatur regularum facies. Alioquin tantum se huic haeresi suadere permisum est, quantum lupae foeminae formam quotidie superare solenne est.) Sensus est. Alioquin tantum licet huic Valentini anorum heresi sese insinuare (hoc enim uult quod dicit, Suadere se) quantu meretrici solitum est cotidie formam fucare. Nam Valentini an non aliter fragmentis que in dies commiscuntur, homines incautos inescant, quam scorta publica solet illito cotidie sibi fuco amatores ad se trahere. Proinde, ut ut consentiant exemplaria manu descripta, pro superare malo legere supparare. Est autem Tertulliano Supparare, reficere & instaurare, a sub & paro compositum verbum. Hoc subinde uti solet. Ut aduersus Marcionem libro quarto, Hoc permittente, inquit, immo & praeципiente lege, quo si frater illiberis decesserit, ut a fratre ipsius & ex costa ipsius suppararetur semen illi. Et in hoc libro paulo post, Iteratur, inquit, odor incorruptibilitatis quo compos casus sui potiorum desiderio suppararetur. Unde & supparatur nomen usurpat in De resurrectione carnis, Neque, inquit, generis supparatura grauis erit membris. Porro lupas dici meretrices notissimum est. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum libro primo. Veritas, inquit, ne si virginitatem plures appetierint, cessent lupae. Haec ueluti publicarum, ut ait Cyprianus, libidinum victimae, cerussa ac alijs pigmentis se fucantes formam suam cotidie supparant ac instaurant. Quid iniquum spiritale illud semen.) Nos contra consensum exemplarium manu descriptorum, pro Quid iniquum, scripsimus Quidni, quum. Hoc modo, Quidni, quem spiritale illud semen suum sic in unoquoc; recenseant. Nec unitatem, sed diuersitatem.) Expone. Nec unitatem sed diuersitatem appellant charisma. Sensus est, Valentini an unitas non est charisma, sed diuersitas est charisma. Studio ergo inter se uariant.

Mihi autem erit limes.) Intelligit limitem disputationis. Hoc est mihi erit terminus disputationis cum archetypis, id est primario dogmate principalium magistrorum. Adfectatus ducibus.) Adfectatos uocat qui student ut sint a prioribus diuersi, nouantes indies doctrinam. Passiuorum discipulorum.) Passiuos discipulos appellat licentiosos, incompositos, inordinatos, dissolutos, qui libidine quadam animi nunc ad hoc, nunc ad illud rapiuntur. In fine De carne Christi, dixit, Ceteris passiuum, ignobilem. Ceteris passiuum, hoc est Ceteris communem, non eximium significare uolens sed vulgarem. Libro primo aduersus Marcionem, Passiuum nomen dei, quod uidelicet non uni tantum adcommodeatur, nam duos deos inducebat Marcion. Eodem libro Passiuum coniunctum appellat, promiscuum & communem ubi ciborum discrimen non obseruatur. Hoc uocabulo D. quoq; Hieronymus utitur exponens illud Osee, Super capita montium sacrificabant. In lege enim, inquit, praeceptum est, ut non sacrificetur domino, nisi in loco quem elegerit dominus deus, & iuxta altare lucus & arbores non plantentur, ne scilicet passiuam & uoluptuosa religio, austeritate unius & uera religiosis euertat. Vbi passiuam religionem uocat effrenem & nimis liberam, licentiosamq;. Nam sequitur, Austeritate religionis. In libro aduersus Hermogenem Passiuam usurpat, ut & in hoc opusculo infra. Deducuntur istae uoces ab aduerbio passim, sicut ipsum aduerbiu à Graeco πάσις. Nec undiq; dicemur.) Undique pro undecunque siue undeliberet. Solet ponere unde pro unde unde.

Ut Iustinus Philosophus & martyr.) Huius meminit Hieronymus.

Vt Ma

Vt Miltiades ecclesiarum sophista.) Hic scripsit aduersus Montanum, Priscillam, Maximillamq; Aduersus gentes, Aduersus Iudeos, & pto Christianis Apologeticum Commodo & Seuero Cæsaribus obtulit. Autor Hieronymus. Vocat autem Sophistam ecclesiarū, non probroso nomine, sed quod disputādo de quibuslibet rebus & sacræ scripture locis multum posset. Nam hoc ueteribus sophista fuit. Hieronymus in epistola ad Antoniū de modestia, Cōtra sophistas quoq; seculi, inquit, & sapientes mundi Petrus & Iacobus piscator mittuntur. Huiusmodi ecclesiarū sophista fuit olim Beda presbyter ille Anglosaxo, cuius tot extant in omni disciplinatum genere monumenta commentariorū, qua sacra, qua prophana, tametsi sacris magis deditus fuit. Vt Irenēus.) Huius tantum extant aduersum hæreses libri quīnq; recogniti superidibus annis diligētia Erasmi nostri Roterodami, & Basileæ typis excusi. Magna uero laus Irenæi, quod uocat eum omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem. Adtende hic Theologi officium esse, omnia explorare, & quod bonum est tenere. Vt Proculus nostræ uirginis senectæ.) An perperuō Tertullianus ex cōsensu uxoris abstinevit ab opere cōiugali, quod hæc uerba uidentur innuere, nescio. Forte, noster & uersum est in nostrę, ut scripsiter Tertullianus. Vt Proculus noster, & uirginis senectæ, & Christianæ eloquentie dignitas. Nostrum uocat ob cōmunem patriam.

Itaq; plurimum Græco ponemus.) Plurimum, aduerbiū est.) Græco, hoc est in Græco sermone. Paulo post reposuimus, eorum quæ cum alia sig. Quan 4 quam autem distulerim congettationem.) Pro congettationem legendum conges- sionem: nisi fuit consertionem subaudi manum. Libuit in contextu scribere, cō- gressionem, sed præmonito lectore. Dixit autē pauloante, Igitur hoc libello quo demonstrationem solum promittimus illius arcani, &c. Non erit delibatio- ne transpunctoria expugnatio.) Aduersus Marcionem scribens appellauit trans- punctoria præcepta, Quare hoc loco pro transpunctoria supposuimus transpunc- toria. Transpunctorum est Tertulliano quod Iureconsulti defunctionum atque perfunctionum etiam uocant, quoties aliquid facimus tantum, non autem accusa- ratē facimus, nec bona fide aut ex animo. Sic aduersus Marcionem libro primo. Hoc erit, inquit, bonitas imaginaria: disciplina, phantasma: & ipsa transpunctoria, præcepta: secura, delicta. Paulo post pro ante pugnam, scribo haud pugnam.

Materijs ipsis satisfiet.) Nam ridicula sunt & risu dignæ. Vanitati pro- priè festiuitas cedit.) Hoc est festiuitas pertinet ad uanitatem irridendam. Debe- tur uanitati. Verbum Iureconsultorum. Cœnacula.) Cœnacula sunt supe- riora domus. Vitruvius architecturæ libro secundo. Quum enim, inquit, aucto- mirum in modum Romano populo necesse fuisset in cœnaculis habitari (nam an- tea quum per urbis laxitatem licebat, unius tantum contignationis erant ædificia) ad ædificiorum altitudines deuentum & ædium frequentiam. Alijs atq; alijs pergulis superstructis.) Pergula domus partem exorrectam significat.

Meritorium factus est mundus.) Meritorii accipit pro taberna meritoria. So- lent autem huiusmodi publica diuersoria ad capiendam multitudinem uarijs stru- cturis ampliari. Insulam Feliculam credas.) Sic scripsimus quando consen- tiunt exemplaria manu scripta. Dicuntur aut̄ per translationem, insulæ etiam do- mus magnæ, circumquaq; uia publica cinctæ: hæc ferè solent tabernas institorias per omne latus habere. Hoc genus aliquam suspicor fuisse Romæ celebrem, aut certe Carthagini. Feliculam appetat dictam à Felice insulæ domino: nisi mauis à copia rerum uenalium. Etiam Bythion, quod in sublimibus habitanti mini- me congruebat.) Βύθον dicunt Græci profundum. Qui autem à profundo conue- nit nomen habere summum Valentianotū deum habitantē non in profundo,

sed in sublimibus & ad summas coelestium cœnaculorum regulas, ut iocans scribit Tertullianus? Bython Irenæus uocat, Tertullianus Bythion. Et quidem non sua.) Sic lego, siccq; distinxii. Qui ante omnia fuisse dicuntur & quidem non sua. Sít itaq; Bythios iste infinitis retro æuis. Qualem iussit Epicurus.) Epicurus enim hebetem deum facit. Cuius rei in superioribus libris sape facta mentio. Et forte accedunt, Ridiculum, quasi Valentiniani accesserint & mouerint Bythum de proferendo tandem initio rerum à semetipso, Et præcessit, Dant & Nominant. Altoqui legi poterat, Accidit moueri eum.

In Sigæ suæ.) Gignendī casus est Sigæ. Hoc est τὸ σῖγος. Sic Irenæus, Prolationem hanc, inquit, præmitti uolunt, & eam depositisse quasi in uulnere eius quæ cum eo erat Sige. Et parit utiq; silentio Sige.) Iocus est quod dicit eam silentio peperisse. Puellæ enim uitæ passæ nolentes hanc suam fortunam omnibus innotescere, latenter nonnunquam parlant. Et quis strepitus fuisse in altissima quiete uerante Bytho cum sua Charite siue Sige Cui ueritas) Subaudi nomen est. Quanto rectius Protogenes uocaretur.) Iocatur in nomen πρωτόγενες, hoc est unigeniti, qui tamen unigenitus non sit, quum solus non prodierit, sed uis luti cum sorore sua ueritate. πρωτόγενες, primogenitū significat. Et quale est ut inde obita non fuerit?) Non obstante exemplariū ueterum consensu, nos scripsimus mutata lectione, Et quale est ut in deo uita nō fuerit Ex consuptionibus masculorum & foeminarum.) Reposuimus ex Gorziensi collatione, Ex coniugationib: masc. & foem. Græci οὐγύιας uocant. Fraterna cōnubia Valentianorum deorum) Iocus est. Nam huiusmodi connubia nullis legibus permittuntur. Quod in patris gloriam fruticasset.) Subaudi ipsa Tetras.

Huic numero gestientes.) Nos nostrum secuti iudiciū Huic uertimus in Hinc. Nam numerò aduerbiū est temporis quo ueteres autores sunt usi teste Festo Pompeio pro cito ac celeriter. A numerata pecunia sumpta translatio. Plautus in Amphitryone, Numerò trihī in mētem fuit. Distingue ergo sic, Hinc numerò gestientes & ipsi tale quid patri de suo offerre. Bythios & Mixis.) In exemplaribus manu descriptis post Mixis statim sequitur, Et Hedone, ut certum sit trium Aeonum nomina per librarij incuriam omissa esse. Hunc defectum nescio unde melius sit sarcire quam ex Irenæo apud quem ista decuria Aeonum sic infertur.

Bythus & Mixis. Ageratos & Henonis.

Autophyes & Hedone. Acinetos & Syncrasis.

Sic malo scribere quam αὐτῷ nam semper mas cum foemina copulatur. Item pro Agne & Hosiosyncrasis magis libuit scribere Acinetos & Syncrasis. Ergo in contextu reponenda hæc tria nomina, Ageratos, Henonis, Autophyes. Et Eilatus & Sophia) Castigauimus Teletus & Sophia. Sic enim uocat semper Ireneus. At post Tertullianus etiam Philetum, iocose nō fallor. πλεῖον perfectum significat. In Iselis Carthaginensib.) Opinor scribendum In scholis. Nam se quitur, Rhetor Latinus. Docuit itaq; rhetoramicam publice. Et fit mox scholastico, rum mentio. Ergo fictum argumentum fuit declamationum propter adulescentes quos instituebat. Addit autem Latinus, nam Græcum quoq; Rhetorem non arbitror defuisse, siquidem in utraq; lingua iuuentus erudiebatur Cum uirum fortē peroraret.) Argumentum audis declamationis. Perorat cum accusatiuo, ut in superioribus sape. Diuus Hieronymus, Pro Cornelio seditione tribuno defensionem à Cicerone peroratam scribit in epistola ad Theophilum. Scholastici statim familiæ Phorborifæ acclamat.) Gratulantium atq; laudantium et ad tantam præceptoris sui eloquentiam obstupescētum scholasticorum hic uox φυλ. Apud Græcos φυλ non solum dolentis est sed & admirantis. Familiae Ptolemaei

Ptolemæi φθίτοντος Loquitur de Ptolemæo Valentini discipulo. Pro & Hæletū scripsimus, & Teletum. Ex Irenæo. Quem alias solet Philetū uocare. Et nulla alia de paedagogio nomina.) Repetendum iuxta morem Tertulliani uerbum superessent. Et nulla alia superessent de paedag. n. Alludit autem ad Paedagogia Cæsarium. Nam sub Castrensi satri palatij legitimus in libro cui titulus Notitia dignitatum militarium Orientis & Occidentis, fuisse paedagogia. Ministeriales dominicos, & Curas palati orum. unde Paedagogianorum mentio apud Am. Marcellinum. Per metaphoram itaque aulicī paedagogij, Aeonum paedagogium illud cœlestē hic significat. Infra rursus Christi, inquit, & Spiritus sancti paedagogatum. Innuens eos paedagogos Aeonum fuisse. Quare non & Sterceiæ & Syntrophi.) Quid Sterceiæ sibi uelit ingenue fateor me nescire. Arbitror aliquid esse à Græco uerbo σύρχειν quod amare significat cum accusatiuo constructum. unde φιλοσοφia. Aut ergo σύρχειν aut σωτηργησιν nam sequitur σωτηριοφοι hoc est coalumni. Nos nihil definimus. Exceptio personarum.) luteconsultorum sermo.

Incontinentia suis ue coniugis Phileti societate.) Emendauimus ex collatione Gorziensi locum, Incontinentia, suis ue coiugis Phileti societate. Mirum est in manu scriptis Tertulliani codicibus pro Teleto plerunq; legi Philetum. Sed amatoriū huic nomen fortassis mauult tribuere. Incontinentia, Septimi casus est. Hoc est per incontinentiam. In illis alijs qui circa nōn.) Hellenismon sapit hæc locutio.

In hunc autem uel in Sophiam deriuarat.) Nos scripsimus pro uel, id est.

Sub prætexto dilectionis.) Dicimus prætextus us. ui. & prætextū ti. In eadem significatione. Aemulatio superabat.) Superabat, id est, abūdabat. Frustrarunt.) Frustra habita fuerat. Frustra fuerat. Expectationem frustrata fuerat.

Et quem Crucem.) Nos, Quem & Crucem. Id exposcere sensu. Et totam animationem Enthymesi c.p.q.i.a. exposuit.) Scripsimus, Et totam Enthymesin, id est, animationem. Nam ex supernis lineis in contextum per librarij incuriam recepta est glossula. Dixit enim ante, Nec Latinis quidem dicerunt Græca, sed in lineis desuper notabuntur. Exposuit autem hic non est narrauit, ut putasse uideatur is qui accusatiuum uertit in datiuum, sed abiectis ceu rem informem & sine spe dñe. Sic Terentius. Erat hic Corinthia anus haud impura, ei dedi exponendam. Liuius libro primo Decadis. primæ paulo post initium, Ita uelut defuncti, inquit, regis imperio, in proxima alluui, ubi nunc fucus Ruminalis est (Romularem uocaram ferunt) pueros exponunt. Vnde expositio dicit. Rem istā Irenaeus Græ colatinus hijs uerbis explicat, Deposuisse pristinam, inquit, intentionem cum ea quæ acciderat Passione, ex illa stuporis admiratione. Interpres Irenæi, Enthymesin uertit intentionem: Tertullianus, Animationem. Utique patrem.) Scivo, Vt quæ patrem non min. Vt & infra, Voluntati maris enim uts, atque effectum præstat cogitationi: Malum uti quæ effectum præstat cogitationi.

Sed & uultures, foeminas tantum parere aiunt.) In uulturū enim genere mas non nascitur, sed foemina omnes. Austrum uentum aut Eurum ore hiante excipiunt, & sic uento uice seminis implentur. Autor Aelianus. Et metuere possumus ne finis quoq; insisteret.) Sic Irenaeus aut potius illius interpres. Post deinde timuisse ne hoc ipsum finem habeat. Vbi enim iam Tragediæ & Comœdiæ à quibus forma mutuaretur exponendi, quod circa pudore erat natum.) Iterum forma exponendi, hoc est abiectiū uidelicet foetū. Cuius rei plenæ quum Comœdiæ tū Tragediæ. Conuertit ad patrem.) Cōuertit absolute, ut uertit.

Tota etiam propinquitas pro ea supplicat.) Hoc est quod Irenaeus ait, defecisse eam & supplicem patri factam. Una autem cū ea rogasse & reliquos Aeonas.

Quid in causa mali tati.) Nos pro quid in scripsimus, quidnisi Nam Nus tentauerat

uerat cæteris æonibus aliquid de magnitudine & incomprehensibilitate patris communicare. Vnde Sophiae eius rei cognoscendæ cupiditas. Nullus tam Sophiae exitus uacuit.) Sicut dicimus, decuit, decuiisset, decuerat, sic Tertullianus usurpare solet, Vacuit, uacuissest, uacuerat. In De uera carne domini, Nisi quod et si uacuissest, inquit, tentatoris ingenium, & cætera. Eodem libro rursus, Ausim, inquit dicere, si hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, omnis uis dei benefica uacuissest. In De Pallio. Quandoquidem, inquit, labijs uacuerat ab uberum gustu, pro caruerat, loquitur de Achille. Arbitror vulgaris fuisse cōsuetudinis, huiusmodi uerbi enunciationem. Ignorantia, pauorem, moeror substantię fiunt.) Nos, Ignorantia, pauor, moeror subst. fiunt. Irenæus, Maxime autem hinc dicunt primum initium habuisse substantiam Materiæ, de ignorantia, & tristitia, & timore, & stupore. Ibi demū pater motus aliquando motus, q.) Nos alterum motus nempe prius erasimus. In hæc promittit in imagine sua foemina marem.) Scripsimus, In hæc (malim inter hæc) præmittit in imagine sua foeminamare. Nam apud Irenæum legitur, Pater autem predictum Horon super hæc per Monogenen præmittit in imagine sua siue coniuge masculofomina. Porro uides quod Foeminamare cōposita dictione Tertullianus dixit, esse apud Irenæum, Masculofomina. Qui æde patris ex uita uariant.) Depravata uerba sic restituimus, Quia de patris sexu ita uariant. Annotatum autem est quum à Tertulliano tum ab Irenæo, quosdam nullū sexū Bytho tribuere, quosdam utrumq; masculum & foeminam eum facientes. Atq; hoc est quod hic dicit, quū inquit, Quia de patris sexu ita uariant. Huc facit Orpheus uersiculus ille apud Apuleium in de mundo, Iuppiter & mas est, & nescia foemina mortis.

Adiçit autem Horo etiam Metagogeia circumductorem uocari & Horoteten.) Nos, Adiçiunt autem, Horon etiā Metagogeia, id est circumductorem uocari & Horotheten. Cæterum accusatiuus Circunductorem expositiō est Graeci uocabuli Metagogeia. Atq; ex superna linea in contextū irrepsit. Propriē ~~κατερητης~~ eum significat qui in ulteriora ducit, ut faciunt mystagogi. Horothetes finiū desugnator est. Et repressam ab inlicitis.) Nam nefas erat in patrem inquirere.

Enthymesin uero eius & illam adpendicem passionē abhorre ligatam & crucifixam.) Reposuimus nos, Enthymesin uero eius, & illam adpendicem Passio, nem ab Horo relegatam & crucifixam. Interpres Irenæi quam solet Intentionem reddere Enthymesin hic concupiscentiam uertit, Cōcupiscentiam uero eius, inquit, cum Passione ab Horo separatam & crucifixam. Erasmus noster Roterodamus in Irenæi recognitione γένους pro inuentione siue commentatore interpretatus est. Et extra æuum factam.) Hoc est extra pleroma Aeoum. Castiga locū apud Irenæum ubi legitur, Extra eum factā. Tu scribe, Et extra æuum factam. Malum, quod alunt, foras.) Prouerbium est. Subauditur, mittendum aut abiiciendum est. Et inspeciatam.) Apud Irenæum legitur, siue specie: Sic enim scribit, Esse quandam spiritalem substantiam, & naturalem quendam æonis impetum, in formem uero & siue specie, quoniā nihil adprehendisset, & propter hoc fructum eius inualidum & foemineum dicunt. Igītū post Enthymesin extorrem. Vocat hīc extorrem quod mox dixit, Relegatam, Irenæus, separatam. De patris cura atq; prospectus.) Nos, prospectu. Irenæus. Secundum prouidentiā, inquit, patris. Solidandis rebus & Pleromati muniendo iamq; figendo.) Hoc est ad solidandas res & pleroma muniendū iamq; figendū.

Ne qua eiusmodi rursus concussio incuteret.) Malim incurreret, Nouam 7 excludit copulationem.) Excludunt aues dum incubando pullum emittunt. Pilinus. Columbae excludunt uigesimo die. Supra autem dixit, Et gallina sortita est de suo

de suo parere. Monogenes quoque ex seipso Christum & spiritum sanctum perperit. Itaq; apte hoc uerbo usus est. *Turpissimum putem.*) Hoc est rem turpissimam. Procurare concinnationem Aeonus.) Apud Irenæum legitur, A Christo & spiritu sancto consummatos esse Aeonas. Quare fieri potest ut Tertullianus scripsiterit consummationem quod uersum sit oscitantia librarij in concinnationem. Nam infra, Exinde refecti sunt, inquit, & constabiliti sunt, & in requiem ex ueritate cōpositi. Et tamen quia sequitur, Christi erat inducere æonas in naturam coniugiorum, non male quadrat hic concinnatio. Nisi fallor enim quod Irenæus compaginem uocat, Tertullianus concinnationem dicit.

Christi erat, inducere æonas naturam coniugiorum.) Hoc est in naturam coniugiorum, & innati coniectionem. Et tamen tolerabo quod ita discedunt patrem nosse ne nos at illud magis Doctrinæ.) Sententia depravata & confusa in omnib. exemplarib. Censeo legendum, Et tamen tolerabo quod ita discunt patrem nosse, ne nossent. Illam magis doctrinæ denotabo peruersitatē. Incomprehensibilem quidem patris.) Nos, Incomprehensibile quidem patris. Et mox, Comprehensibile uero eius. Tametsi hic locus apud Irenæum corruptus est & inuolutus, sic restituendus & distinguendus, Et causam quidem æternæ perseuerationis h̄s omnibus, Incomprehensibile patris esse: generationis autem & formationis Comprehensibile eius, quod quidem filius est. Et ueram inducentem quietem.) Hoc est in ueram quietē. Quia alteri.) Lego alter. Omnes refunduntur in nun.) Irenæus. Et sic forma & sententia similes factos Aeonas dicunt, uniuersos factos Noas, & logos, & omnes Anthropous. Forte scribēdum, Nous pro N̄s. In Philetos.) Teletos intelligit. Nam Phileti nomen etiam in sequentib. Teleto per iocum accommodat. Et quæ fœminæ.) Sensus est, Et quæ fœminæ sunt, refunduntur in Sigas, in Zoas, in Ecclesias, in Fortunatas. Nā Macariam solet reddere Fortunatam. Mutat autem nō hic tātum numerum, elegantiæ r̄isusq; causa. Si hodie maiorem cognouisset.) Puta Aeonus istorū apud Valentianos. Et in requiem ex ueritate compositi.) Hoc & ante dixit, & ueram inducentur quietem. Irenæus, & ueram, inquit, requiem induxit.

Hymnis patrem concinunt.) Subaudi, Bythum. Irenæi interpres, Dicunt hymnizare propatorē. Filijs & nepotib.) Nun intelligit & cæteros æonas. Mūratio numeri festiuitatis gratia, ceu modo monuimus. Pleromate liberato.) Nam æones pleroma concusserant, Bytho negocium facessituri. Nunc uero ordinatis & compositis ac per Christum & Sp. S. institutis Aeonib. nullum amplius periculum erat pleromati. Effectum enim constabat propter quod uenerat. nempe solidatæ res & Pleroma munitum atq; confirmatum, ne qua similis concussio rursus incurreret. Videlus quotidie nauticorum l. g.) Ex hoc loco uides Tertullianum maris fuisse accolam, ut in Carthaginensi agro uersantem.

Ad symbolam.) Collationem symbola significat quoties scilicet à singulis aliis quid in commune confertur. Hinc A symbolus qui nihil in medium confert. Mox scripsimus, Conuenientibus ipsis quoq; nouis fratribus & magistris Christo & Spiritu. Ex Gorziensi. Nouos appellat fratres propter nouam & postremā copulationem à Monogene exclusam. Magistros, quia missi erant ad consummados æonas & instituendos. Igitur ex ære collocatio, quod aiunt.) Quanquā hic symbolæ & collationis fit mētio (nam Tertullianus, conferunt, inquit, in medium, Et mox, unum, inquit, omnes bohum conferebant, Item Irenæus, Vnum, quemq; inquit, eo quod habebat in se optimum florentissimū conferentes, collationem fecisse, Rursum mox, Et secundi Christi quem Soterem dicunt ex collatione composita fabricatio,) nihilominus quando uetus exemplaria constater habent

habent, ære collocatio, uideo non tam collatitio legi posse, quod omnibus obuiit est, quam collocatio pro ære mutuatitio & alieno, quod in unū conferentes boni uiri & apud amicum negotiationi intentum collocantes, sic illum quum ornatum adiuuant, prius ab eo sibi cauentes. unde fortassis uulgo Aphrorum usitatū id tēporis prouerbiū, ut ære collocatio aliquid fieri diceretur, aut diues quispiā esse iactaretur, qui proprijs opibus non polleret sed cōmodatitjs & alienis. Sanē apud Irenæum alio loco de hoc ipso Sotere legitur, In eum deponentibus uelut florem suum. ut collocatitum sit hic deposititum. Idem sensus erit si ēre collatitio legas, aut certe non magnopere diuersus. Evidē apud ueteres multa siebant ære collato. Quibus operibus inscribebantur hæ notulę A E R. C O L. Ad quem morem fortassis hic alludit Tertullianus.

Iesum.) Nos Irenæum fecuti reposuimus Iesum, hoc modo, In honorem & gloriam patris, pulcherrimū Pleromatis sydus fructumq; perfectum compingunt, Iesum: Eum cog. &c. Apud Ireneum sic legimus, Et hæc aptè compingentes, & diligenter in unum adaptantes emisisse problema ad honorem & gloriam Bythi, (sic enim illic lego pro Orthi) perfectissimum decorem quendam et sydus Pleromatis, perfectum fructū, Iesum.

Eum cognominant Soterem.) Irenæus, Quem & saluatorem uocari, & Christum, & Logon patronymicē. Ergo quod ille dixit patronymicē, Tertullianus uel interpretans Græcam dictionē, uerit, de patruitis hoc est paternis, quod Cicero patrītū uocat, ut autūm. Et omnia iam, ut ex omnium defloratione constructum.) Irenæus, Ac omnia, inquit, quoniam ab omnibus esset. Graculum Aesopi.) De hoc extat apolodus inter eos qui Aesopo uulgo tribuuntur.

Vnde Græcis natum prouerbium ἀσώπιος κολυμβης, hoc est, Aesopicus graculus, dīci solitū in eos qui aliena pro suis ostentant. Pandoram Hesiodi.) Irenæus libro secundo cap. xix. impia Valentiniatorum somnia à Philosophis & Poetis ostendens esse desumpta, Quod autem, inquit, Saluatorem ex omnibus factū esse æonibus dicant, omnibus in eum deponentibus, uelut florem suū, non extra Hesiodi Pandoram nouum aliquid afferunt, Quæ enim ille ait de illa, hæc hī de Saluatore insinuant, Pandoram introducentes eum, quasi unusquisq; Aeonum quod haberet optimum, donauerit ei. Idem cap. xxxvii. eiusdem libri, Sed neq; de Paulo quidem, inquit, tacendum est, sed exigendum ab hīs in cuius Aeonis typum Apostolus nobis traditus est, nisi forte in Saluatoris compositi eorum qui & omnium collatio subsistit, quem & omnia nuncupant eo quod sit ex omnibus. De quo & Hesiodus poeta splendide significauit, Pandoram, id est, omnium munus nominans eum, ob hoc quod ex omnibus optimum munus in eo sit collatum. Et paulo post, Et non solum, inquit, per Hesiodium hoc operata est mater eorum mysterium dīci, sed & Pindari Lyrici sapienter ualde, ut cælet. Demiurgo in Pelope, cuius caro in partes à patre diuisa est, & ab omnibus diis collecta, & allata, & compacta, Pandoram hoc modo significauit, ex qua & isti compuncti eadē secundum eos dicentes eiusdem generis & spiritus sunt cum illis. Rursum libro quarto cap. ii. Valentiniatos uocat peruersissimos Pandoræ sophistas, Quem patrem, inquit, uolunt nos audire hi qui sunt Pandoræ peruersissimi sophistæ utrum ne Bythum quem à semeripis finixerunt, an matrem æonum? (sic enim lego pro eorum) an Vnigenitum? Porro fabulam Pandoræ habes apud Hesiodū.

Et meminit eius Tertullianus in De corona militis, Si fuerit, inquit, aliqua Pandra quam primam fœminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatū est à Charitibus quum ab omnibus muneraretur. Acci Patinam.) Arbitror Accium istum Apicio non fuisse dissimilem. Huiusmodi patinæ mentionem facit Annæus Seneca libro decimoquinto epistolarum. Memini, inquit, fuisse quondam in sermone

In sermone nobilem patinam, in quam quicquid apud lautos solet diem ducere, properans in damnum suum, popina congetur. Veneriae spondylis, & ostrea eatenus circuncisa, qua eduntur, interuenientibus distinguebantur echinis, torti distracti sine ulla ossibus nulli costrauerunt. Piget esse singula, coguntur in unum sapores. In coena sit, quod fieri debet saturo in uentre. Et paulo post subdit, Graue est, inquit, luxuriari per singula, omnia semel & in eundem saporē uersa ponantur. In eadem epistola pauloante meminit Sosiorum garis, Quid illud, inquit, Sosiorum garum, preciosam malorum piscium saniem, non credis urere falsa tabe præcordia. Hactenus ille. Talem Acci quoq; patinam fuisse reor. Nestoris Cocetum.) Videtur hic Nestor scriptor aliquis fuisse, uel insignis gulē magister. Proinde uel Cocetum fortassis legi poterit, quasi à Cocco quod Granum Græci dicunt, deducatur, uel Coceentū quod esse edulij genus aiunt, ex melle & papa uere commixtum. (Miscellaneam Ptolemai.) Apparet opus fuisse ex diuersis contextum. Verisimile est Angelum Politianum annotationibus suis hinc titulum mutuatum, nam cōstat eum lucubrationes Tertulliani legisse, tametsi hoc uocabulo Apuleius quoq; utitur. Quād propius fuit.) Sic Cicerio loqui solet, Nihil propius factum est quād ut ille occideretur. Id est, paulum abfuit.

Pancipi pannirapiā uocari.) Nos scripsimus, pancarpiam uocari. Nam, auctore Festo, Pancarpiæ dicuntur coronæ ex uario genere florum factæ. Secundinus Manichæus diuum Augustinū irritens qui ueteri instrumento ad literam fidem haberet, Sed forte, inquit, post Daretis & Entelli certamen, Jacob & ipsius pamphaciam expectare uolueras; An numerum Amorreorum, an Pancarpum in arca Noe conspicere disposueras? Significat Secundinus illud quod Geneseos sexto capite legitimus, Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi quād illis in cibum. Hoc uocat ille pancarpon. Porro pancarpiæ coronæ nomenclatura non male competit Soteri Valent. quū ex omniū defloratione cōstet. A tam ociosis auctōb. nominum.) Notat Valent.

Vt autem tantū sigillariū extrinsecus quoq; inornassent.) Sic etiam alibi loquitur. In hoc ipso lib. pauloante, Vt Quid. inquit, Metamorphoseis suas deleuisset. Vsurpat aut̄ sigillariū pro sigillari, ut exemplarum pro exemplari aduersi. Hermog. quanquā pluratiue dici soleant sigillaria. Festiuē uero ludit in factū istum deū, imagunculam eū appellando. Si uero Soteri constantiuos.) Nos reposuimus, consubstantiuos. Nam sequitur infra, Fere enim paria & consubstantia, in alterutrum ualere, so cietas nature negauit. Mori oportuniſſimum auxilium.) Castigauimus, Horū oportuniſſ. aux. Nam Horus (ut supra dictum est, præmissus à patre, Sophiæ laboranti tulit opem. Expiatum.) Expiatus pro expiatione, id est liberatione, purgatione. Significat quod ante dixit, Huius (uidelicet Horū) prædicant opera, & repressam ab iniicitis & purgatam à malis. Et mox, Enthymesin uero eius, & illam appendicem Passionem ab Horo relegatam & crucifixam, & extra æuum factam. Christi & Spiritus sancti pædagogatum.) Pædagogatum uocat ideo quod ex prouidentia patris Byzchi per Nun producti sint Christus & Spiritus sanctus, & statim missi ut æonas instituerent, sicut adulescentes in ludo literario aut aula uel in literis uel in morum cluilitate instituuntur.

Aeonum tutelarem reformatum.) Reformatum dixit pro reformatione. Hoc supra uocat concinnationem. Metaphora est à tutoribus puerorum sumpta. Fuere autē Christus & Spiritus sanctus, perinde ac tutores Aeonib. præfecti. Habes ante, Exinde refecti sunt, & constabili sunt.

Soteris pauoninum ornatum.) Nam quod quisq; optimū atq; pulcherrimum florebat, conferunt in medium, In præcedentibus dictū est. Pauo coloribus gem-

N mantibus

mantibus insignis est, Soter Valentiniānus ex omnium defloratione cōstrūtus erat uerē Aesopī graculus, & Hesio dī Pādora. Angelorum comparatitum antistatum.) Vsurpat antistatum iuxta quartam inflexionem pro prælatione siue præminentia. Quum autem dicit Comparatitum antistatum, coniungit cōtraria. Siquidem cōparatio peræquationem secum affert. Quid enim est aliud comparare quam æquare uelle eum qui comparatur ei ad quem sit comparatio. Et antistatus eminentia significat ceu diximus aduersantem comparationi. Stulti itaq; Valentiniāni qui angelos satellites paris generis Christo astruebant, quem summa fingebat excellentia præditum. Quod supereft, inquis, Vos ualete & plaudite. Hoc fine Comœdia apud ueteres claudebatur in publico recitata.

Decurrisse.) Verbum Tertulliano familiare. Hic absolute usus est. Transficiū in De carne Christi, Quod idem dicit Matthæus, originem Domini decurrens. Alia autem transiparium cothurnatio est.) Scripti transiparium. Est autē Siparium, autore Festo, genus ueli mīmicum, quamuis in quibusdam codi- cibus legitur inimicū sed perperā. Itaq; Sipario scenæ uelabuntur ne spectatoribus omnia paterent. Et inde prodibāt actores. Hoc uocabulo Iuuen. usus est Satyra 8.

Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
Sipario, clamosum ageres ut phasma Catulli

Sipario, id est scenę, Figurate, ut pars pro-toto accipiatur. Annæus Seneca in De tranquillitate uitę cap. XI. loquēs de Publio Mimographo, Publius, inquit, Tragicis Comicisq; uebementior ingenij, quoties Mimicas ineptias, & uerba ad summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno non tantum Sipa- rijs fortiora, & hoc ait, Cuiuīs potest accidere quod cuiquam. Vbi uidere est Sipa- ria ad scenas comœdiarum & Mīmorum proprie pertinere, sicut cothurnus Tra- goediarum est. Apuleius libro primo de Asino aureo, Oro te inquam, aulæū Tra- gicum dimouero, & Siparium Scenicum complicato, & cedo uerbis cōmunitibus. Idem alibi, Aulæo subducto & cōplicitis Siparijs scena disponitur. Tertullianus in principio huius libri, Cæterum, inquit, tota in adyris diuinitas, tot Siparia por- tarum, totum signaculum linguæ, simulacrum membrī uirilis reuelatur. Sic enim castigauimus, quum ante legeretur. Tot suspīria portarum. Siparij meminere Donatus & Probus Grammatici. Legimus autem suparum & syparum. Porro Pleroma ipsum quod Horus custodit, Sipari loco est. Velut exponēs enim quod dixit transiparium, subiçit, Extra pleroma dico. Est ergo sensus horum uerbo- rum, Alia transiparium cothurnatio est. Hoc est, Alia longe atrocior tragœdia est eorum quæ extra septum ac círculum pleromatis acciderunt. Tragœdiarum actores utebantur cothurno, calciamenti genus est. Comœdiarum, socco.

Et tamen exitus sub sinu patris intra ambitū Horū custodes.) Mutauimus scri- pturam sic, & tamen si talis sub sinu patris intra ambitum Horū custodis.

Sive iam Achamoth.) Irenæus, Enthymesin, inquit, illius superioris Sophiæ, quam & Achamoth uocant. Quod abhinc scriptam.) Nos, scriptum. Subau- ditur est. In loca lumenis aliena.) Alienus cū genitivo. Vt in De resurrectio- ne carnis, In re, inquit, aliena salutis. Quod pleromatis res est.) Ergo lux est intra pleroma, & extra illud tenebrae imo uacuum. Irenæus Vimbratæ uanitatis loca uocat. In uacuum atq; inane illud Epicuri.) Epicurus una cum Leucipo, Democrito, & Metrodoro, asserit indiuidua quidem multitudine infinita, Ina- ne autem magnitudine infinitum. Inane autem uacuitatem esse corporis, Autor Plutarchus. Deuestiuia scilicet & abortiuia genitura.) Lego defectiuia scilicet & abortiuia genitura. Subauditur, existente. Siquidem Hellenismū refert oratio. Et uerba quæ præcedunt, Nec forma, nec facies, referuntur ad genitaram nō ad Enthymesin

Enthymesin. Significat autem hic genitura partum qui informis erat necnulla præditus specie. Quo uocabulo in superioribus libris nō semel usus est. Ut in De patientia, Totius, inquit, genitura tributa dignis simul & indignis patiatur occurre re. In De resurrectione carnis, Nam &c exinde, inquit, à benedictione genitura. Alioqui Latini horoscopum genituram uocant, ut apud Iul. Firmicum est uide re, & genesis. Suetonius in Caligula, Consulenti quoq; inquit, de genitura, Sul la mathematicus certissimā necem appropinquare affirmauit. Dum ita rerum habet.) Hellenismus est. Nam Græci dicunt, καλεῖ ἔχω τὸ σῶματόν, id est Be ne habeo corporis. μετρίως ἔχω τὸ χρημάτων, id est Mediocriter habeo pecuniarū. Sic hic Tertullianus, Dum ita rerum habet. οὐτὲ τὸ πραγμάτων ὄντως ἔχει. Aetiologyca siue elliptica constructio est. Equidem quando genitiuum regit uerbū ἔχει dispositionem significat, ἀποκαλεῖ. Philostratus in Iconibus. μάλα ἔχω τὸ πρόσωπον. Ceterum nemo mirari debet Græcam loquendi consuetudinem Tertullianum imitari subinde. Nam id temporis nihil extabat apud Latinos in sacris præter utrumq; testamētum, tantum Victor tertius decimus Romanæ urbis episcopus opuscula quædam scriperat, & Apollonius, autore Hieronymo. Legebat ergo Tertullianus feruens in studio sacrarum literarum, Ignatium Antiochenum, Polycarpum, Papiam, Quadratum, Aristidem, Agrippam, Egesippum, Iustinum, philosopham & martyrem, Melitonem Asianum, Theophilum Antiochenum, Apolinarium, Dionysium Corinthium, Pinytum Cretensem, Tacianum, Philippum Cretensem, Musanum, Modestum, Bardesanen, Ireneum, Pantenum, Rhodanen, Clementem Pantæni discipulum, Miltiadem, Apollonium, Serapionem, Theophilum Cæsariensem, Bacchylum Corinthium, Polycratem Ephesinum, Heraclitum, Maximum, Candidum, Apionem, Sextum, Brabianum, & similes scriptores alios Græcos. Non mirum igitur si ex istorum assidua lectione adeo Græcas loquendi formulas imbibit, ut etiam latine scribens illarum interobliuisci ne quiret. Non quod negem autorum quos recensui monumenta latine fuisse uersa si nō omnia certe aliqua. Sed ipse maluit ex fontibus bibere q; ex lacunis. Et quæ tralata erant nimia religione & simplicitate erant conuersa, quales sunt quisque illi libri Irenei quos apud Celtas, id est Lugduni quidem scripsit uir sanctissimus Rhodanensis mulierum faciēs mentionem quas Valentiniiani deceperint, sed procul dubio Græce, nam inter Græcos scriptores Ireneum annumerat Hieronymus, alioqui Tertullianum quartum facturus Latinorum, nō tertium. Taleis inter Pontifices illos primos Romanæ urbis non paucos fuisse crediderim qui melius Græce nouerint quam Latinè. Verum habebat adhærentes sibi interpretes, Sic diuus Bernhardus ille Burgundio in templo Spirensi per interpretē Germanice concionatus est coram Chuonrado Aug., & principibus Imperij Romanis siue Germanici, quum adornaretur expeditio illa memorabilis ad recuperandam Palæstinam e manibus Sarracenorum. Idem multi sancti olim uiri factitarunt, usi instaurantes olim collapsam religionē in hac superiori Germania Anglosaxones illi, Vunnefridus qui & Bonifacius Romano nomine, Quilianus, Burchardus, Arbegastus, Gallus, Fridolinus, Pirminus, & apud Prussios Italus Bruno.

Flecitur à superioribus Christus.) Flectitur subaudi ex commiseratione. Et se quitur mox, Hac misericordia functus non sine Spiritu sancti societate, recurrit Christus in Pleroma. Ireneus, Misertum autem, inquit, eius superiorem Christum, & cetera. Deducitur per Horon.) Hic fungitur officio suo Horos, dictus etiā μετρωνύμος, ut supra relatum est. Aborsum ut illud informet.) Hoc est defectuam & abortiuam illam genituram. Solius substantiæ non etiam Scientiæ forma.) Ireneus, Et per crucem, inquit, extensem, sua uirtute formasse for-

mam quæ esset secundum substantiam tantum, sed non secundum agnitionem.

Et tamen cum aliquo peculio relinquitur.) Hoc est cum aliquo munere spiri-
talis uidelicet seminis. Quam rem infra clarius explicat hijs uerbis, Inerat autem
inquit, in Achamoth, ex substantia Sophiæ matris, peculium quoddam seminis
spiritualis. Iteratur odor incorruptibilitatis.) Declarat quid effecerit peculii
illud relictum. Quo compos se casus sui potiorum desiderio suppararetur.)
Ad fidem Gorziensis collationis pronomen se deleuimus. Sensus est, Ut intelligi
gens quid ipsi acciderit extra pleroma electæ, meliori desiderio suppararetur.
reficeretur, recrearetur, refotillaretur. Irenæus, Et reliquissim illam, inquit, uti sen-
tientis passionem quæ erga illam esset per separationem Pleromatis, concupiscat
eorum quæ meliora essent, habens aliquam odorationem immortalitatis relicta in
semetipsa à Christo & Spiritu sancto. Ergo quod Tertullianus casum, id Irenæus
passionem uocat, ut sit compos casus, id est passionis. Vl̄s est.) Sensus est.
Vl̄uenit ut rebus nomina tribuātur oppido quam liberaliter. Hic uenit mihi in
mentem prouerbiū illius ueteris, Expedit habere multa cognomina. Enthy-
mesis de actu fuit.) Est enim Enthymesis uerbale nomen apud Græcos.

Achamoth unde, adhuc queritur.) Hoc solum nomen paulo ante dixit in in-
terpretabile. Sophia de matre manat.) Hinc apud Irenæum legendum ar-
bitror, Vocari, inquit, Sophiam maternaliter. Mater enim eius Sophia uocatur.
Et non paternaliter, & Pater. Spiritus sanctus ex angelo accipit Christum.)
Irenæus, Et uocari, inquit, Spiritum sanctum ab eo qui est erga Christum spiri-
tus. Ex hijs uerbis apparet hic apud Tertullianum non accipit scribendum sed ac-
cidit siue accedit, quo solet uti pro accidente, ut supra monuimus. Porro Valentini
niani Spiritum sanctum adiungebat Christo, ceu angelum quendam. Itaq;
prosiluit & ipsa lumen eius inquirere.) Irenæus, In exquisitionem, inquit, egressa
eius luminis quod se dereliquisset, & non potuisset apprehendere illud, quoniam
cohercetur ab Horo. Ut inuisibiliter operatum.) Irenæus, Euacuatam, in-
quit, ab eo qui inuisibiliter cum ea erat uerbo, hoc est, Christo. Ut etiam in-
clamauerit in eam Iao.) Apud Irenæum legitur, Iaoth. Et sic Horon, inquit, coher-
centem eam ne aduersarius irrueret, dixisse Iaoth. Unde & Iaoth nomen factum
dicunt. Quasi, porro Quirites.) Sic bauli inclamabant populum, ut quisque
sibi caueret, ne cui imprudentes sarcinam impingerent. Aut fidē Cæsaris.)
Fortassis, inquit Tertullianus, hoc sibi uult incognitum istud uocabulum, quasi
Horus ille custos Pleromatis uidēs Enthymesin tanta temeritate irruere dum lu-
men illud amissum exquirit, quum in summo periculo non supereret aliud reme-
dium, inclamauerit fidem Cæsarī, quæ non solet implorari nisi in atroci casu.

Nec habens superuolare Crucem.) Hellenismus est. Græci enim habere pro
posse usurpant Philostratus in Iconib. τὸ ἔχων ἐπιλαβεῖσθαι, id est, non habens ap-
prehendere, id est quum non possit apprehendere. Quia nullum Catulli
Laureolum fuerit exercitata.) Neuius poeta Laureolum fabulam & Leontem
in carcere scripsisse fertur. Post hunc Catullus Mimo graphus, qualis Laberius
quocque fuit, duos Mimos compositi, quorum unius Phasmati nomine fuit, alteri Lau-
reolo. Vtriusque meminit Iuuenalis satyra octaua, hijs uersib.

Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
Sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli,
Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me dignus uera cruce.

Sic Laberius Mimum quendam, ut autor est Gellius, Cophinum inscripsit, alius
Alexandriam, alium Fullonem. Ergo in Laureolo Mimo iudex agebatur in cru-
cem

cem. Idq; apud populum ficte repræsentabatur. At Domitianus sone quendam capitalis noxæ conuictum ac damnatum serio iussit in crucē suffigi atq; ab ursa postea discerpi, spectaculum rei ueræ populo exhibens. De quo facto per quam elegans epigramma apud Martialem extat libro primo. Id est huiusmodi.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus

Affiduam uiuo pectori pauit auem,
Nuda Calydonio sic pectora præbuit urso
Non falsa pendens in cruce Laureolus.
Vtuebant laceri membris stillantibus artus,
Inque omni nusquam corpore corpus erat.
Deniq; supplicium dederat necis ille paternæ,
Vel domini fugulum foderat ense nocens,
Templa uel arcano demens spoliauerat auro,
Subdiderat sœyas uel tibi Roma faces,
Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ,
In quo quæ fuerat fabula, pœna fuit.

Laureoli Mimi Romæ repræsentati Suetonius mentionem facit in C. Caligula, laureatum minimum vocans, sic enim in quibusdam codicibus legitur, Et quum inlaureato Mimo, inquit, in quo actor proripiæ se ruina (sive portus præpens è ruina) sanguinem uomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundauit. Iosephus Antiquitatum libro decimonono C. Caligulae mortem describens, uelut explicat argumentum Laureoli Mimi, dum inquit, In illo siquidem spectaculo, duo ei auguria prouenerunt. Mimus namq; est introductus, quo actū est, ut iudex deprehensus crucifigeretur. Et Pantomimus fabulam saltauit Cyniræ in qua & ipse occisus & eius filia Myrrha videbatur, atque sanguis mimica arte diffusus & circa iudicem crucifixum, & circa Cyniram atq; Myrrham. Porro Tertulliani qui omnis antiquitatis peritissimus fuit, sensus hic est, Enthymes in non fuisse exercitata in scena, in agenda fabula illa quā Cattulus Mimographus Laureolū inscripsit, in qua iudex in crucē agebatur. Alio, qui si illam scenicorum histriionum in repræsentanda in crucem acti præsidis fabula dexteritatem habuisset, fortassis crucem superuolasset, id est Horon.

Vt destituta passioni illi suæ in trichea multiplicia atque perplexa.) Pro in trichea multiplicia reposuimus, in tricha multiplici, suffragante etiam nobis collatione Gorziensi. Quod uero præcedit, Destituta, apud Irenæum est, Sola derelicta fors. Omnis genere eius cœpit adfligi.) Eius subaudi passionis. Mox prometum, scripsimus metu. Nec ut mater eius, illa enim Aeon ad hæc pro conditione deterius.) Nos sic distinximus & emendauius, Nec ut mater eius. Illa enim Aeon, at hæc pro conditione deterius. Sensus est, Alter autem & longe infelicius actum fuit cum Enthymesi filia, quam cum matre eius Sophia scrutatura maiestatem Bythi patris, nam mater per Horon purgata à malis fuit, & deinceps confirmata. Atq; hoc est quod Irenæus. Et non, inquit, quemadmodū mater eius, prima Sophia, Aeon, demutationem in passionibus habuit, sed contrarietatem. Q.D. Passiones eius nō sunt immunitæ sed auctæ potius. Insurgente adhuc & alio fluctu conuersionis in Christum.) Pro insurgente alio fluctu conuersionis, Irenæus habet, Super hæc autem euensis ei & alteram adfectionem conuersionis ad eum qui uiuificauit eam. Ergo quod huic est fluctus, illi est adfectio. Apud Irenæum conuersionis legendum nō conuersationis. In omnē hanc struem mundi.) Struem dixit pro structura, sive constructione. Vt sæpe structus pro constructus. Magister omnium Physicorum.) Physicorum nomine Philosophos

Intelligit. Sic libro primo aduersus Marcionem, Ut pleriq; Physicorum formida uerint initium ac finem mundo constare. Audisti conuerisionem.) Irenæus. Adfectionem conuerisionis ad eum qui uiuificauit eam, collectionem & substantiam fuisse materiæ dicunt, ex qua hic mundus constat. Ergo quod Tertullianus, Genus aliud passionis uocat, Irenæus dicit, Alteram adfectionem. Ex hac omnis anima huīus mundi.) Irenæus. De cōuerione enim, inquit, Mundū & De miurgi omnem animam genesim habuisse. Audisti mōrorem & timorem.) Irenæus, de timore autē & tristitia reliqua initium habuisse. Nam ex lachry mis eius uniuersa aquarum natura manauit.) Irenæus, A lachrymis enim eius, inquit, factam uniuersam humidam substantiam. . . . Ut & Nonacris inde suda, uerit quæ Alexandrum occidit.) Libet hic M. Vitruuij uerba ascribere, Tertulliano quantum ad Alexandri Magni mortem attinet consentientis libro de Architectura octauo, Est, inquit, in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, quæ habet in montibus è saxo stillantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua Stygos hydor nominatur, quæ neq; argenteum, neq; æneum, neq; ferreum uas potest subsistere, sed dissilit & dissipatur. Conseruare autem eam & continere, nisi mulmina ungula potest. Quæ etiā memoratur ab Antipatro in prouinciam ubi erat Alexander, per Iollam filium perlata esse, & ab eo ea aqua regem esse necatum. Hactenus ille. De aqua uariant Plinius & Quintus Curtius. cū Vitruvio & Tertulliano cōsentit Pausanias. De aqua Nonacride non tacet Seneca Naturalium quæstionum libro tertio, Quædam, inquit, aquæ mortiferæ sunt, nec odore nota biles, nec sapore. Circa Nonacrin in Arcadia Styx appellata ab incolis, aduenas fallit, quia non facie, non odore suspecta est, qualia sunt magnorum artificum uenena, quæ depræhendī nīsi morte non possunt. Et Lyncestarum inde fluxerit, quæ ebrios efficit.) Lyncestæ Macedoniq; sunt populi, unde Lyncestis græca forma, cuius uim describit Plinius libro secundo naturalis historiæ, cap. C III. quod est de miraculis aquarum fontium, & fluminum, Lyncestis, inquit, aqua, quæ uocatur acidula, uini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia, & in agro Cale no. Fontis Paphlagonici meminit & Marcus Vitruvius, Idem prodit de Lyncesti Seneca Naturaliū quæstionum lib. tertio capite uigesimo adjiciens hos duos uersiculos ex Ouidio.

Quem quicunq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quām si mera uina bibisset.

Et Salmacis inde se soluerit, quæ masculos mollefacit.) Ob hūc effectum Ouidius obſcoenam uocat hījs carminibus libro decimo quinto Metamorphoseos.

Quodq; magis mirum, sunt quī non corpora tantum
Verum animos etiā ualeant mutare liquores.
Cui non audita est obſcoenæ Salmacis unda?
Aethiopesq; lacus, quos si quis fauibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.

Huius rei causam reddens Seneca, Similem, inquit, habet uim mero, sed uehementiorem. Nam quemadmodum ebrietas donec exicetur, dementia est, & nimia grauitate defertur in somnum: sic aquæ huius sulphurea uis habet quoddam acrius ex aere noxio uirus, quod mentem aut furore mouet, aut sopore opprimit. Cæterū unde Salmacis dicta sit molles & impudicos reddere qui ex ea biberint, quod hic Tertullianus uocat, masculos mollefacere, docet M. Vitruvius architectæ libro secundo. Is, inquit (de Salmacidis fonte loquitur) falsa opinione putatur Venereo morbo implicare eos, qui ex eo biberint. Sed hæc opinio quare per orbem terrarum falso rumore sit propagata, non pigebit exponere. Non enim quod

quod dicitur molles & impudicos ex ea aqua fieri, id potest esse, sed est eius fontis potestas per lucida sapori egregius. Quum autem Melas & Areuanas ab Argis & Troezena coloniam communem eo loci deduxerunt, barbaros Caras & Lelegas elecerunt. His autem ad montes fugati se congregantes discurrebant, & ibi latrocinia facientes crudeliter eos uastabant. Postea de colonis unus ad eum fontem propter bonitatem aquae quæstus causa tabernam omnibus copijs instruxit, eamq; exercendo eos Barbaros allectabat. Ita singillatim decurrētes & ad coetus conuenientes, è duro feroq; more commutati in Gracorum consuetudinem & suavitatem sua uoluptate reducebantur. Ergo ea aqua nō impudico morbi uisio, sed humanitatis dulcedine mollitis animis Barbarorū, eam famā est adepta. Hec Vitruvius. Cœlestes imb. pip. Achamoth.) Sribit Festus. Pipationem esse clamorē plorātis, lingua Oscorū. Pīpiauit ergo cœlestes imbræ Achamoth, id est pipiando & plorādo emisi. Factū uerbū est à sono plorantiū, pī. pi. Porro quando Paterniacensis codex manuscriptus habet, Achamoth, cogitandum an Tertullianus scripsit, Et nos in cisternis, &c. Proinde ex cōsternatione & pauore corporali elementa ducta sunt.) Nos scripsimus corporalia elementa Irénæum secuti qui sic ait, De risu autem eius lumen, de pauore autem & inconstabilitate corporalia mundi elementa. Quod Irénæus Aporiam uocat, uidetur Tertullianus cōsternationem uertisse. Quin ipse Irénæi interpres, infra, Et Aporiam autem, inquit, id est cōsternationem similiter in eo quod dixerit, Et quid dicam, nescio. Ridebat interdum qua conspecti Christi recordans.) Irénæus, Ali quando autem, inquit, in cogitationem ueniens eius quod dereliquerat eam lumen, diffundebatur & ridebat. Nec obstupescas, quis lætitia.) Opinor legendum, qui, id est quomodo. Sunt autem septimi casus lætitia & mœstitia, id est per lætitiam & mœstitudinem. Reposimusq; pro defuerit, defluxerit. Ex Gorziensi collatione. Sicq; pridem legendum conjectaueram Remedio iam agere.) Propterea effulgentem è risu lucem. Declarat seipsum. Omne enim, inquit, obscuritatem eius, subaudi loci, discussit. Sed quoties ridere uoluisset.) Enthymesis tenebatur magno desiderio luminis amissi. Et quoties ridebat, nō habebat quidem uerum lumen, sed luminis recordationem. Et tamen hoc aliquid erat, ut quamlibet pusillum suffictrum fuerit, ne desertoribus suis Christo & Spiritui sancto supplex fieri cogeretur, ualde superba & arrogans existens quod communione mulierum uitium est. Desertores suos supplicare.) Christum uidelicer & Spiritum sanctum. Nam supra habes de Christo se subducente, Hac, inquit, misericordia functus non sine Spiritu sancti societate, recurrit Christus in Pleroma.

Conuertitur ad preces.) Irénæus. Ad obsecrationem, inquit, conuersa est eius luminis quod dereliquerat eam, hoc est Christi. Sed Christus quem iam pigebat.) Irénæus. Qui ingressus, inquit, in Pleroma, ipse quidē (ut datur intelligi) pigritatus est secundo descendere. Paracletum, Soterem.) Irénæus. Paracletum autem, inquit, misit ad eam, hoc est Salvatorem. Cum officio.) Iureconsultis officium coetus ipse est eorum qui magistratui inferiunt. Vnde apud officium deponere, & officio tradere. In quem sensum & hic usurpat Tertullianus.

Atq; comitatu coetaneorū Angelorū.) Irénæus. Mittitur aut, inquit, ad eam cū coetaneis suis angelis. Atq; hoc est quod supra dixit Tertull. de Sotere loquēs ex omniū ætonum defloratione conflato, Ut aut, inquit, tantū sigillariū extrinsecus inornassent, satellites ei angelos proferūt, par genus, si inter se potest fieri. Igli tur si Soteri additi sunt de novo creati, non sunt eo antiquiores sed coetanei.

Credas & cum duodecim fascib.) In exemplaribus manu descriptis mendose legitur facib. Nos reposimus fascib. Huiusmodi namq; pompa Cōfules Roma-

ni incedebant. Duodecim fasces & totidem secures cum lictorib. L. Jun. Bruto, & L. Tarquínio Collatino primis Coss. post exactos reges sunt additi. Ita tamen ut penes unum tantum essent, qui propterea Maior consul uocabatur. Vels mentum sibi obduxit.) Castiga locum hunc apud Irenæum, & pro eam lege eum, & pro cooperationem, cooptationem, hoc modo, Hanc autem Achamoth réue ritam eum dicunt, primò quidem cooptationem imposuisse ei, propter reuerentiam. Interpres Irenæi ιωτη, id est sibi, uertit, ei. Mox scripsimus, Fructiferumq; suggestum. Ex Gorziensi collatione. Quirie chære.) νέε χαρτη id est, Domine, salve. Quib; inde conceperat uirib.) Hoc est, uirib. quas inde, id est ex uisu contemplatione q; eius conceperat. Sic Irenæus. Deinde autem, inquit, quum uidisset eum cum uniuersa fructificatione sua accurrisse (sive occurrisse) ei, uirtus te accepta de uisu eius. Atq; confirmat agnitione iam.) Irenæus. Et illum, inquit, formaliter eam formationem, quæ est secundum agnitionem. Ut fortasse melius hic apud Tertullianū legas, Atq; conformat agnitione iam. Et ab omnibus iniurijs passionis expumicat.) Irenæus. Et curatōne passionum fecisse eius, separantē eas ab ea. Expumicare, est expurgare expolireq;. Nā hīc pumicis usus & in chartis leuigandis, & sordib. pedum abradendis, in balneis. Non eadē negligentia in exterminium discretis.) Irenæus. Et non eum neglexisse, inquit, nec enim erat possibile eas exterminari quemadmodum prioris, eo quod iam habilia & possibilia essent. Possibilia dixit interpres Irenæi, pro potentia & ualida, quod Tertullianus, exercitata & usu uirosa. Atq; ita massaliter solidata.) Sic exponit quod Irenæo est coagulatum. Desixit seorsum in materiæ corporalem paraturam.) Hoc est iuxta Irenæum, Segregauit separatim. Paraturam iterum usurpat substantię, ut supra s̄æpenumero. Sic libro De carne Christi, De beo illos, inquit, de sua paratura repercutere. Aduersus Marc. libro 1. Nulla sibi prospexit agnoscendo paraturam. libro 11. Sic ædificat, qui propria paratura caret. libro 111. In tantum paraturam desiderabat, ut credi posset. In hoc ipso libro infra, In hoc, inquit, & paraturam mundi prospectam. Commutans ex incorporali passione indita habitatatem atq; naturā.) Potest esse figura Græca, ut sit sensus. Commutans ea uitia sive passiones ex incorporali passione indita, secundum habitatatem atq; naturam. Sed præstat totam sententiam Irenæi uerbis referre. Nēq; enim melior expositio inueniri potest. Sed segregatē, inquit, separatim (sic legi pro separauit) commiscuisse eas, & sic aptabilitatem & naturam fecisse in eas, ut in congregations & corpora uenirent. Ut duplex subst. cond. ord. de uicījs, pessima: de conuersione, passionalis.) Irenæus. Vt, inquit, fierent duas substantiæ, una quidem mala ex passionibus, altera aut̄ conuersione, passionalis.

10. Quæ nos commisit cum Hermogene.) Commisit hoc est in certamen descendere fecit. Gladiatores propriæ committuntur, quum ad digladiandum compunctionur: ut supra annotauimus, ubi dixit, Absit ut apostolos committam. In Praescriptionib. Substruit intra.) Reposuimus, subauit intra, pro substruit, hic nihil significante, Requirerat enim locus uocem obsceneam, alioqui quid attinebat præfari uerba pudoris. Hanc sententiam hījs uerbis refert Irenæus, Hanc autem Achamoth, inquit, extra passionem factam, concepisse de gratulatione eorum quæcunq; sunt lumen uisionem, id est, angelorū qui erant cum eo. Quam uis lætantes exl. p. i. imbiberat.) Irenæus. Et delectatam in conspectu eorum, inquit, peperisse fructus secundum illius imaginem, docent, partum sp̄iritalem secundum similitudinem factum satellitum Saluatoris. Et sibi intimarat.) Intimare pro intimum reddere, Sic in De habitu muliebri, Nullus, inquit, clausus argens, tum intimat tabulis. Hac autoritate trium scilicet liberoruin.) De iure trium liberorum

liberorum multa sunt passim in constitutionibus ueterum imperatorum. Vetus interpres, hoc est expositor codicis Theodosiani, qui mutulus extat, in cap. de legitimis hæreditibus libro quinto, docet matrem habere ius liberorum, si ingenua tres partus uiuos, & libertina quatuor adiderit. Hoc priuilegiū etiā illis qui nullos sustulerāt liberos interdum Principū fauore cōcedebatur. Ius triū liberorum Suertorio Tranquillo parum felix matrimonium experto tribuit Traianus Cæsar, id rarissimè facere solitus, nec numerum excedens quem apud amplissimum senatum sibi suffectorum dixerat. Porrò multum ualebat ius triū liberorum ad hæreditates adeundas. Prolatis Soteris disciplinis.) Interpres Irenæi doctrinas uocat, Conuersam, inquit, in formationem eius quæ facta erat de cōuersione eius animalis substantiæ, emisisse quoq; à Saluatore doctrinas. Sensus est, Soter docuit Enthymesin & adiuuit. Nam paulo ante dixit Irenæus, Virtutem Salvatorem fabricasse. Præter hereticorum.) Iterum præter iungit cum genituo, ut supra cum ablativo aduersus Marcionem libro quarto. Præter oneribus conspersionum offarcinata educit ex Aegypto, quemadmodum illic annotauimus. Sumit enim præter pro præterquam. Cicero ad Q. Fratrem. Atq; etiam è Græcis ipsis cauendæ sunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum, si qui sunt ueterē Græcia digni. Sic Græci οὐλῶν usurpant, cum nominatio coniungentes, pro præterquam siue nisi. A quo.) Nos fecimus, A qua, subaudi Achamoth, secuti Irenæi qui scribit. Ea quæ post Demiurgū sunt, eum formasse latenter motum à matre sua. Et sequitur apud Tertullianum, Et ignarum matris Demiurgum. Et uelut singillario extrinsecus ductu.) Singillario opinor dictum pro singulario, quod per singula fiat. Singulariorum militum meminist Casiodorus in Varijs. Nomen illi Metropatoris miscuerunt.) Irenæus, Vnde, inquit, Metropatorem & Apatorem & Demiurgum eum & Fratrem uocant. Dextrorum quidem patrem dicētes eum, id est Psychorum: Sinistrorum uero, id est Hylicorum, Demiurgum: omnium autem regem. Quum deberet illa.) Illa subaudi Achamoth, hæc omnia uocitari. In honorem Aeonum imagines cōmentatam.) Irenæus, Hanc enim Enthymesin, inquit, uolentē in Aeonum honorē omnia facere, Imaginē dicunt fecisse eortū. Rursus hoc in Soterem detorquent, qui sit operatus per illam.) Irenæus, Magis autem, inquit, Salvatorem per ipsam, subaudi dicunt, imagines fecisse. Ut ipsam quidem imaginem patris inuisibilis, & incogniti darent.) Pro darēt scripsi, daret, subaudi Soter qui per Achamotham operabatur, nam sequitur, effingeret. Alioqui si quis darent legendum cōtendar, quemadmodum est in manuscriptis codicibus, interpretari cogetur de utrisq;, Achamotha uidelicet & Sotere. Et mox effingerent, legat necesse est, contra fidem exemplarium. Irenæus certè Soteri id potius tribuit. Incognitam licet & inuisibilis Demiurgo.) Nos ad sensum Irenei sumus ausi scribere, incognitā scilicet & inuisibilem Demiurgo. Ut referatur ad ipsam Achamotham quæ fuerit incognita & inuisibilis Demiurgo. Nam autor est Irenæus, A Sotere in imagine inuisibilis patris conseruata ipsem Achamotham incognitam à Demiurgo. Sensus est, Ipsa Achamoth est imago patris Bythi illius inuisibilis & incogniti. Eudem autem Demiurgum nō filium effingeret.) Sensus est, Demiurgus est imago nō filij illius unigeniti. Archangeli uero Demiurgi opus, reliquos Aeonas exprimerent.) Sensus est, Angeli & Archangeli sunt imagines Aeonum. Multo magis patris.) Subaudi ignorum. Locus est. Imaginem non ignorantis patrem.) Pro Non nos reposuimus, nō ignorantis patrem. Intelligit Bythum. Hoc est mulum de asino pingere.) Vice prouerbij usurpat, Mulum de asino pingere, id est Ad exemplar ineptiarū, similiū ineptiarū exemplum representare, aut ad mendacia, noua mendacia confingere. Nā subiicit, Et Ptolemeū describere

describere de Valentino. Portetosas istas nugas prior Valentinus commentus est; Ptolemæus aliquid de suo adiecit ab autore nonib[us] variis. Ergo Valentino haec reseos istius auctori, nomen asini competit, ut muli Ptolemæo discipulo. Ex asino & equa mulus gignitur mense XII. ait Plinius libro VIII. Et mox addit, Observatum, è duobus diuersis generibus nata tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia: eaque ipsa quæ ita nata sunt, non gignere, in omni animali genere. Ut non sine causa Muli uocabulum Ptolemæo sit tribuendum. Nouam prouinciam condidit, hunc mundum.) Alludit ad morem Imperatorum, qui prouincias subiugabantur. Et est Appositio. Hoc Irenæus hijs uerbis refert, Patrem itaq[ue] & deum dicunt factum eorum quæ sunt extra Pleroma, fabricatorem esse omnium psychicorum & hylicorum. Separantem enim duas substantias confusas, & de incorporealibus corporalita facientem, fabricasse quæ sunt coelestia & terrena: & factum Hylicorum & Psychicorum, dextrorum & sinistrorum fabricatorem, leuitum & grauum, sursum aduolantium, & deorsum deuergentium: sic enim legendum pro demergentium. Duplicis substantiarum illius destrusæ.) Participium destrusæ pro destrusæ respicit ad id quod supra dixit, defixit, inquit, seorsum in materiae corporalem paraturam. Sublimantia.) Absolute accipit, hoc est in sublime tendentia. Cum ipsam.) Lego, Tum ipsam. Vnde & Sabbathum dictum est.) Iudæis Sabbathum significabat totum tempus septem dierum. Sicq[ue] hoc loco accipit Tertullianus. Irenæus, Septem quoq[ue] cœlos fecisse, super quos Demiurgum esse dicunt, & propter hoc Hebdomadam uocant eum. Itaq[ue] uides esse Tertulliano Sabbathum, quod est Irenæo Hebdomas. Cœlos autem noeros deputant.) Nonq[ue] id est intellectuales. Maluit uti Græca uoce. Et interdum Angelos eos faciunt, sicut & ipsum Demiurgum. Irenæus, Septem autem, inquit, cœlos quos intellectualeis esse dicunt. Angelos autem eos tradunt, & Demiurgum & ipsum Angelum, deo autem similem. Sicut & Paradisum archangelum quartum.) Irenæus, Quemadmodum, inquit, & Paradisum supra tertium cœlum existentem uirtutē Archangeli nun dicunt esse, & ab hoc aliquid accepisse Adam conuersatum in eo. Tu scribe pro nun IIII ut sint notæ numerales id est quarti. Porro deuersatus quo uerbo etiā alibi Tertullianus uitetur, uides nihil aliud esse quam conuersatus. Satis metinerat Ptolemæus puerilium diciborum.) Videtur Ptolemæus Valentiniani sectator id commentus esse de Paradiſo. Archangelo quarto supra cœlum tertium extenso. Vocat autem puerilia dicibula, fabulas pueriles quæ solent pueris recitari à nutriciis aut aniculis. Nuceta.) Nucetum locus est nucibus arboribus consitus, à nuce, ut Lauretū à lauro, Quercetum à querco. Et ideo fortasse non scit.) Locus est in Demiurgum, quem Valentiniāni fabulantur putasse omnia à semetipso fecisse, quum ea fecisset Achamoth. Cœlum enim fecisse nescientem cœlum, & hominem plasmasse ignorantem hominem, terram autem ostendisse non scientem terram. Et in omnibus sic dicunt ignorasse eum figuræ eorum quæ faciebat, & ipsam etiā ignorasse matrem, at semetipsum putasse omnia esse. Irenæi uerba sunt. Quæ retulit id cîrco ut intelligatur hic Tertullianus. Quæ & effectum suum ministrabat.) Irenæus, Causam autem, inquit, ei fuisse, matrem eius, talis operationis dicunt, quæ sic uoluerit inducere eum, caput quidem & initium suæ substantiæ, dominū autem uniuersæ operationis. Cur sibi quoq[ue] ista noluit esse nota.) Sibi hoc est Demiurgo. Sibi pro ei. Cicero pro lege Manilia. Ex eodem, inquit, Ponto illa Medæa quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fuga fratri sui membra in ijs locis, qua se parens prosequeretur dissipauisse. Se dixit pro eam. Lucanus in quinto Pharsaliæ. Quæ nox ubi proxima uenit

In somnis

Insomnis, uiduo tum primum frigida lecto. Sibi posuit pro ei.
Interim teneam, deum Sophiam cognominari.) Ausi sumus mutare locum,
& pro Teneam deum, scribere tenendum, Subauditur, est. Sophiam cognominari.) Ireneus, Hanc autem, inquit, Matrem & Ogdoadam uocat, & Sophiam, & Terram, & Hierusalem, & spiritum sanctum, & Dominum masculiniter.

Puto & barbam.) Hoc ideo dicit, quia uocant eam Spiritum sanctum, & Dominum masculinum, ut modo citauimus ex Irenaeo, quū tamen illa fœmina sit, domina appellanda non dominus. Ne dixerim cætera.) Intelligit eam partem qua viri sumus. De animalibus scilicet censu inualitudinis spiritualia accederet.) Sensus est, Demiurgus non erat compos ut accederet spiritualia, id est intelligeret siue perciperet spiritualia ipse animalis existens. Et cur hoc nō poterat, nempe censu inualitudinis, id est propter infirmitatem. Irenaeus, Et propter hoc superiorem eum existentem praescire quæ sunt spiritualia, & se putasse solum deum, & per prophetas se dixisse, Ego deus, & præter me nemo. Quæ Irenæi sententia tribus mendis est corrupta sic castigāda atq; legenda. Et propter hoc inferiorem eum existentem nescire quæ sunt spiritualia, & se putasse solum deum, & per Prophetas edixisse, Ego deus, & præter me nemo. Ergo & factum intelligebat.) Hoc est, seipsum esse factum. Et factitatem facti esse quemcunq;.) Supra annotauiimus in scholijs libri aduersus Hermogenem, Tertullianum factitatoris uocabulo conditorem creatoremq; denotare. Sic enim illic loquitur, An & hæc, inquit, in hominis factitatione censetur? Idem uerbum etiam alibi usurpat, Et hic mox, Saltē suspectus de aliquo factitatore. Sensus autem est, Et conditorē Demiurgi conditi esse aliquē quisquis sit ille. Saltē suspectus.) Suspectus pro suspicante. Vel quia origo sordidior capit.) Capit, id est obuenit, contingit, Diabolo, φάλεχτ). Ex nequitia enim mœroris illius deputatur.) Irenaeus, De tristitia autem, inquit, Spiritualia malitia docent facta. Vnde & diabolum genesim habuisse, quem & Cosmocratorem uocant, & dæmonia, & omnē spiritalem malitiam substantiam. Genituras.) Hoc est, origines. Hoc uocabulo libenter utitur. Et tamen diabolum quoq; opus Demiurgi affirmant.) Castiga locum deprauatum apud Irenæum, dum ait, Cosmocratorem uero dicunt creatorē Demiurgi, Et scribe, creaturam. Et munditenē appellant.) Irenaeus, Quem, inquit, & Cosmocratorem uocant. Et superiorum magis gnarū defendunt, ut spiritalem natura.) Irenaeus, & Cosmocratorem quidem, inquit, intelligere dicunt ea quæ sunt super eum, quoniam sit spiritualis malitia, Demiurgū uero ignora cum sit animalis. Cui omnes hæreses procurantur.) Procurare & procurari sæpe cum datiuo construit, Ut libro primo aduersus Marcionem, Aemulatio autē liberando homini procurat. Et alijs locis innumeris. Singularium autem potestatum arces.) Indicat quibus locis quoque situ constituti sint dī Valentianorum, Nempe

Summo loco Pleroma, id est tricenariæ gnonum diuinitatis plenitudo,
Infra Pleroma, Achamoth,
. Infra Achamotham, Demiurgus,
Infra Demiurgum, Diabolus.

Hanc rem denarrat Irenaeus hijs uerbis, Habere autē, inquit, medietatis locum eam, scilicet Achamoth, & esse quidem super Demiurgum, subtus autem siue extra Pleroma usq; ad finem. Et infra, Habitare, inquit, matrem quidem ipsorum in eo qui sit coelestis locus, hoc est in medietate: Demiurgū uero in eo qui sit in cœlo locus, hoc est in hebdomade: Cosmocratorem uero in eo qui sit secundum nos mundo. Metatur medietate.) Proprie metari est locū destinare demetiriū figendis

figendis militū tentorijs, unde dictū castra metari. De hoc supra diximus. Nam etiam metatoris uocabulo aduersus Marcionem Tertullianus utitur.

Filium calcans.) Videlicet Demiurgum. Magis Diabolus.) Subaudi sub est. Nam hunc dicunt Valentiniiani in nostro mundo habitare, qui ccelis subest.

Ex Sophiæ utilissimis casibus.) Intellige hic Sophiam filiam, sive Secundam, (nam hoc illi maternum nomen) quæ & Enthymesis & Achamotha dicitur. Posset etiam dici inferior Sophia, sicut mater eius Teleti coniunx, Sophia superior. Reciprocandi spir. spac. ten. om. corp. uestem.) Hæc omnia per Appositionem sunt interpretanda. Hijs omnibus elementis atq; corporibus ignis inflabellatus est.) Irenæus, Ignem uero, inquit, omnibus hijs inesse morte & corruptelam, quemadmodum & ignorantiam omnibus tribus passionibus inab- sconsam docent. Febricitasse.) Ergo calor & ignis, passio fuit Achamo-

12 thæ. Molitus ergo mundum Demiurgus.) Irenæus, Quum fabricasset igitur mundum, inquit, fecit & hominem Choicum, non autem ab hac arida terra, sed ab inuisibili substantia, & ab effusibili & fluida materia accipientem.

Materiæ illius scilicet Philosophicæ.) Hanc asserens Hermogenes Africanus impugnatur à Tertulliano, libro qui hunc præcedit, dumtaxat in hoc uolus mine. Siccauerit.) Siccauerit absolute, pro siccata fuerit sive inaruerit.

De Sophiæ fletibus.) Intelligit Enthymesin sive Achamotham. Ut & mox quam dicit, ex pituitis & gramis Sophiæ. Sequitur ut limum ex pituitis & gramis Sophiæ constituisse credamus.) Nos pro constituisse scripsimus, constiisse. Sunt autem Gramæ oculorum uitia, autore Festo. Nonius Marcellus Gramarum uocabulo pituitas oculorum accipiendas docet, Cæcilius allegans qui alicubi dixerit, Gramosis oculis ipsa atratis dentibus. Græci γλαυπες uocant, & gramosos γλαυρος. Figulat ita hominem Demiurgus.) Figulationis uocabulo in superioribus libris etiam usus est Tertullianus, Ut in De resurrectione carnis, Bene autem, inquit, quod & plures & duriores quoq; doctrinæ, totam hominis figulationem deo nostro cedunt. Et de afflato suo animat.) Irenæus, Et in hunc, inquit, insufflasse psychicum definiunt. Ad im- aginem, & similitudinem factus.) Irenæus, Et hunc, inquit, esse secundum imaginem & similitudinem factum. Ut imago quidem.) Subaudi, existens.

Choicus deputetur, materiali scilicet.) Irenæus, Secundum imaginem quidem hylicum, inquit, esse: proximum quidem sed non eiusdem substantiae esse deo.

Similitudo autem.) Subaudi, existens. Animalis.) Subaudi, deputetur. Irenæus, Secundum similitudinem uero psychicum, inquit. Vnde & spiritum uitæ substantiam eius dictam, quum sit ex spiritali definitione. Et hanc esse pelli- ceam tunicam.) Irenæus, Post deinde, inquit, circundatam dicunt ei Adamiticam tunicam. Hanc autem sensibilem carnem esse uolunt. Sic enim illuc lego hoc est pelliceam, pro adamatinam. Siquidem in De resur. carnis sic scribit Tertullianus noster, Nec enim, inquit, ut quidam uolunt, illæ pelliceæ tuniceæ, quas Adam & Eua paradisum exuti, induerunt, ipsæ erunt carnis ex limo reformatio. & cætera. ubi indubie notat Valentinianos. Diuus Hieronymus aduersum errores Ioannis Hierosolymitani disputans, inter cætera, arguit eum, quod tunicas pelliceas hu- mana corpora interpretetur, quibus post offensam & electionem de Paradiso Adam & Eua induiti sunt, quasi ante in Paradiso sine carne, neruis, & ossibus fue- int. Peculium quoddam seminis spiritalis.) Hoc est quod supra dixit, Et ta- men, inquit, cum aliquo peculio relinquitur. Ne hoc quidem gnaro.) Figu- ra Græca. secundum hoc. Id est, hoc sciente. Ad hoc enim & deposuerat & occultauerat.) Idem prodit Irenæus hijs uerbis, Partu uero matri ipsorū, inquit, quæ est

quæ est Achamoth, quem secundum inspectionem eorum angelorum qui sunt erga Saluatorem, generauit, existentem eiusdem substantiæ matris suæ spiritualis, & ipsum enim ignorasse Demiurgum dicunt, & latenter depositum esse in eum nesciente eo: uti per eum in eam quæ ab eo esset animam seminatum & in materiale hoc corpus, gestatum quoq; uelut in utero in hijs & amplificatum, paratum fuit ad susceptionem perfectæ rationis. Quasi per carnalem animam.) Nos, per canalem animam. Apposituè, Hoc est per animam quæ uice canalis erat.

Latuit homo spiritualis flatu insertus.) Irenæus, Latuit igitur, inquit, quemadmodum dicunt, Demiurgum, conseminatus in sufflatione eius à Sophia, spiritalis homo, inenarrabilis uirtute & prouidentia. Atq; hoc ultimum est quod Tertullianus mox dixit, Accipe industriam, inquit, clandestinæ prouidentiæ huius.

Et pariter corpori inductus.) Subaudi est. Quia non magis semen nouerat matris Demiurgus, quam ipsam.) Irenæus, Quemadmodum enim, inquit, matrem suā ignorauit, sic & semen eius. Ecclesiæ supernæ speculum.) Irenæus habet, exemplum. Et hominis incensum.) Nos fidem secuti Gorziensis collationis præpositionē in expunximus. Irenæus, Et hunc, inquit, esse in semetipsis hominem uolunt, uti habeant animam quidem à Demiurgo, corpus autem à lumen, & carnem à materia, Spiritalem uero hominem à matre Achamoth.

Choicum, substantia ἀρχῆς: carnem, materia.) Hoc est, Choicum à substantia ἀρχῆς: carniem, siue carneum subaudi censem, à materia. Totius sententiae hic est sensus: Eum censem, nempe spiritalem ab Achamoth esse dicunt Valentiniiani, quemadmodum animalem censem à Demiurgo: Choicum autem censem à substantia ἀρχῆς, hoc est ab illa materia Philosophica in quam hæretici quidam principium illud in quo deus fecerit & cœlum & terram interpretatur, quasi substantiuum & corpulentum. Et carnem, hoc est carnalem censem, à materia. Ex hoc quadruplici hominis censu, Spiritali, Animali, Choico, & Carnali, nouū Geryonem constituit Valentiniani, non triformem ut ille fuit, sed quadriformem. Habet nouū, id est quadruplum, Geryonem.) Sustulimus præpositionem In, admonentes Gorziensi collatione. Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuisse ferunt; sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse, ut uno animo omnes regi uiderentur. Ex Iustino. Sic & exitum singulis diuidunt.) Singulis, subaudi censibus. Ut mox, Materiali, subaudi censu, Item Animali, scilicet censu, Et spiritali, scilicet censem. Item Animalis, scilicet censu. Materiali quidem, id est carnali.) Irenæus, Quum sint igitur tres, inquit, Alterum Materiale, quod etiam sinistrum uocant, ex necessitate perire dicunt: quippe quum nullam sperationem (id est spem) incorrupte recipere possit.

Vt pote inter Materialem Spiritalemq; nuncianti.) Sic legitur in codicib. manuscriptis. Sed nos ausi sumus mutare lectionem, & scribere, mutanti. Nam utitur metaphora lancis in libra. Irenæus, Animale uero, quod etiam dextrum appellant, quum sit medium Spiritalis & Materialis, illuc redigi quocunq; declinaverit. Atq; hoc est quod Tertullianus hic dicit, Et illac debito, qua plurimum adnuerit. Nam lanx uelut annuit in eam partem in quā propendet. Antequam certò consistit, nutat. Ceterum Spiritalem emitti in Animalis comparationem.) Comparationem hic nihil aliud significat nisi præparationem formationemq;.

Vt eruditiri cum eo & exerceri in conuersationibus potuit.) Aut ut potuit expoundum, id est prout potuit: Aut scribendū possit. Quod mihi magis probatur: Irenæus, Spiritali uero, inquit, emissum esse, uti hic Animali consuncum formetur, coeruditū et in conuersationibus. Expone, ut eruditiri & exerceri, scilicet Animalis census possit cū eo, scilicet Spiritali, in conuersationib. Porro conuersationis

O uocabus

vocabulum, haud inelegans est. Iustinus lib. 4.4. Inde deniq; inquit, conuersatio ne nutrīcīs, eximia puerō pernīcītas fuit. Loquitur de expositiō puerō quēterū ua aluerat. Indiguisse enim Animalem etiam sensib. discip:.) Irenaeus, Opus erat enim, inquit, Animali sensibilibus disciplinis. In hoc & paratura mutā di prospectam.) Et hīc paraturam habes pro creatione siue condītione mundi. Irē næus, Ob quam causam, inquit, & mundum fabricatum esse dicunt. In hoc & Soterem in mundo repräsentatum.) Irenaeus, Et Saluatorem, inquit, ad hoc uenisse Animalem, quia suæ potestatis est, ut id saluet. Alia adhuc compositio ne monstrosum, uolūt illum prospicias earum substantiarū inuidisse.) Nos pro spicientias scripsimus pro prospicias, Ex Gorziensi. Significat Tertulliano hoc loco prospicientia specimen quoddam, Pro inuidisse uero sumus ausi scribere, induisse, aurem nobis uellente Irenæo dum sic loqui pergit, Quæ enim saluatoris erat, eorum primitias eum suscepisse dicunt. Librarius, induisse, transpositis literis uertit in inuidisse. Quarum summam salutis esset redacturus.) Scripsimus, saluti: ex Gorziensi collatione. Sic aut̄ etiam alibi loqui solet Tertull. utens redigendi uerbo. Ut spiritalem quidem suscepis ab Achamoth.) Ut spiritalē, subaudi substantiam. Pro suscepis supposuimus suscepit, id exigente sensu. Animalem uero quem mox à Demiurgo induit Christum.) Aut ap̄ positio est, aut figura Græca, hoc est Soter suscepit Animalem substantiam, secundum Christū quem mox induit à Demiurgo. Nam Valentiniani Demiurgo quoque suum Christum filium naturalem assignabant. Cæterum corporalem, ex Animali substātia.) Irenaeus, Eum suscepisse dicunt, ab Achamoth quidem spirale: à Demiurgo autem indutum Psychicum, id est Animalem Christum.

Sed miro & inenarrabili rationis ingenio cōstructam.) Subaudi substantiam. Quod rationis ingenii uocat hic Tertullianus, Irenæi interpres dispositionē dicit, A dispositione autem, inquit, circundatū corpus, Animalem habens substantiam, paratū uero inenarrabili arte, ut uisibile, & palpabile, & passibile fieret. Idē infra, Dicunt enim, inquit, Sotera induisse corpus Animale, de dispositione aptatum inenarrabili prouidentia, ut uisibile & palpabile fieret. Administratiōnis causam ui contulisse.) Sensus est, Corporalē illa substantia inenarrabili rationis ingenio constructa, ui sua contulit Soteri Valentiniānorū causam administrationis, id est humanarū & cōmunium functionum, Id declarat Quo congressui, & cōspectui, & cōtactui, & defunctui, ingratīs subiaceret.) Hoc est ut ipse Soter nō sua sponte & inuitus (id em̄ significat ingratīs) subiaceret cōgressui, & conspectui, & contactui, & defunctui, hoc est functioni cuiuslibet, quā exerceat homo. Defunctus iuxta quartam inflexionē pro defunctione siue functione. Terentius Eunucho, Opus faciam, ut defatiger usq; ingratīs ut dormiam. Ingatus, inquit Donatus, id est notū ul̄tro, quia nobis ultronea grata sunt, ingratā quæ ab inuitis fiunt ac recusantibus. Hinc ingratīs aduerbiūm quibusdam usurpatum.

Materiale autem nihil in eo fuīsse.) Irenaeus, Et hylicum autem nihil omnino suscepit. Ut pote salutis alienum.) Alienus cum genitivo. Ut in De resurrecōtione carnis, Alienam culpā. Irenaeus, Non enim esse hylico capax salutis.

A spe etiā salutis excipiāt.) Nos ex Gorziensi collatione scripsimus, expellāt.

In quē tanta licentia Iesum inserunt quidam.) Nos ab exemplaribus nihil adiūti, scripsimus, In quē tanta licentia Iesum inserunt quidam. Porro Valentiniāni inserunt Iesum illum ex omnium zonum defloratione constantem Soterem, in Animalem Demiurgi Christum, fastilem Christum cōstituentes. Et semē Spiritalē eodem modo in Animale insulciunt, quemadmodum patet in sequentib.

Esse etiā Demiurgo suū Christum filiū naturalem.) Irenaeus, Sunt aut̄, inquit, qui dicant

qui dicant emississe eum, scilicet Demiurgum, Christum filium suum, sed Animalem. Promulgatum profertis.) Nos, Prophetis. Irenaeus, Et de hoc, inquit, per Prophetas locutum esse. In praepositionum questionibus positum.) Hoc dicit propter praepositiones ex & per. Exponunt enim Christum ex uirgine natum, hoc est per uirginem. Irenaeus, Este autem, inquit, hunc qui per Mariam transierit, quemadmodum aqua per tubum transit. Super hunc itaque Christum, deuotissime tunc in Baptismatis sacramento Ien, per effigiem columbae.) Pro Ien scripsimus Iesum. Irenaeus, Et in hunc (hoc est in Animali Demiurgi Christi) In Baptismate descendisse, illum qui esset de Pleromate ex omnibus. Saluatorē in figura columbae.

Ex Achamoth spiritalis seminis condimentum.) Irenaeus, Fuisse autem, inquit, in eo & illud quod est ab Achamoth semen spiritale. Quatuor enim substantijs stipant. Irenaeus, Dominum igitur nostrum, inquit, ex quatuor his compositione fuisse dicunt, seruantem typum primogeniti & primi quaternionis: de spirituali, quod erat ab Achamoth: & de animali quod erat de Demiurgo: & de dispositione, quod erat factū inenarrabilis arte: & de Saluatore, quod erat illa quæ descendit in eum columba. Impassibilis, inaccessibilis.) Irenaeus, Et hunc quidem, inquit, impassibilem perseverasse, non enim possibile erat pati eum, quum esset incomprehensibilis & inuisibilis. Discensit ab illo in cognitione Pilati.) Irenaeus, Et propter hoc, inquit, ablatum esse, quum traderetur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritus Christi. Proinde nec matris semine admisit iniurias, & que insubdituum, & ne ipsi quidem Demiurgo compertum.) Insubdituum nullum fallor etiam usurpauit aduersus Hermogenem scribens. Irenaeus. Sed ne id quidem, inquit, quod à matre erat semine, passum esse dicunt. Impassibile enim & illud, quippe spiritale, & inuisibile, etiam ipsi Demiurgo. Patitur uero Animalis & carneus Christus.) Hanc sententiam clare exponit Irenaeus sic scribens, Passus est autem, inquit, secundum hos, Animalis Christus, & ille qui ex dispositione fabricatus in mysterio, ut ostendat per eum Mater typum superioris Christi, illius qui extensus est cruci, & formauit Achamoth formationē secundum substantiam. Omnia enim hæc exempla illorum esse dicunt. Hactenus ille. Expone ergo, In delinitionem superioris Christi, id est in typum, in exemplum. In Achamoth formandum.) Scripsimus, ad Achamoth formandam. Interea Demiurgus omnium adhuc nescius.) Hoc est quod Irenaeus dicit, Demiurgum autem, inquit, nihil horum cognouisse ostendunt ante Saluatoris aduentum. Item infra. Et sic ignorantem eum conseruasse usque ad aduentum saluatoris. Dividunt enim & proprie tiare patrocinium.) Nos fecimus, Prophetiale. Et mox scripsimus, in semen, auctore Ireneo qui ait, Deinceps dividunt prophetias, aliquid quidem à Matre dictum docentes, aliquid à semine, aliquid aut ab ipso Demiurgo. Vbi aduentum Soteris accepit.) Irenaeus, Quem uenisset autem saluator, inquit, didicisse eum (scilicet Demiurgum) ab eo omnia dicunt, & in gaudium ei cessisse cum omni uirtute sua, & eum esse illum in Euangelio Centurionem, discentem Saluatori, Et ego enim sub potestate mea habeo milites & seruos, & quod iussero faciūt. Centurio de Euangelio.) Apposito est. Ita exinde securus, dispensationē mundi humani, uel maxime ecclesiæ protegenda nomine, quanto te oportuerit, insequitur.) Pro quanto te scripsimus, quanto tempore. Irenaeus, Perfecturum autem eum, inquit, eam quæ secundum ipsum est mundi creationem, usque ad id tempus quod oportet, maxime autem propter ecclesiæ diligentiam atque curam, & propter agnitionem preparati præmissi, quoniam in locum Matri transibit. Vbi uides quod creationem mundi dicit, Tertullianum dispensationem mundi vocare. Quæ de totius generis humani dispositione iusserat.) In omnibus exemplaribus uetus

O 2 stis est

Itis est iusserat, nos tamē ausi sumus id uertere in differant, scilicet Valentiniā.

Triformem naturā primordio profecti.) Et hīc contra consensum codicū mus taurimus profecti in professi. Irenaeus, Hominū autem, inquit, tria genera dicūt, Spiritalem, Psychicum, Choicum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth, ut ostendat & ex his tres naturas, iam non secundum unumquę, sed secundū genus.

Et tamen inunitam in Adam.) Inunita ab inuniendo quod Graeci dicunt

¹⁴ γνῶθαι. Naturæ atq; sententiæ.) Pro sententiæ libuit scribere essentia. Nam sequitur paulo post, Qui imperfectæ essentia sumus. Choicum saluti degeneratum.) Sicut degenerem appellamus eum qui generosus non est, ita degeneratum saluti uocat, quod ad salutē non est generatū. Animale mediae speci deliberatum.) Deliberatum hoc est adiudicatum. Festus Pompeius autor est Deliberare à libella qua quid perpenditur dicitū. Et supra dixit utens metaphora aliquid in libra appendentis quum de Animali censu loqueretur, Animali uero, inquit, quem & dextrum appellant, dubitatum euentum, utpote inter Materialem Spiritalemq; nutanti, & illac debito qua plurimum adnuerit. Hinc uideri potest non inepte hoc uocabulum præsenti loco accōmodasse. De obuenientia.) Usū pat obuenientiam substantiū ceu suprà Delinquentiam, Peccatiā, Nocentiam & proxime Prospicientiam. Obueniendi uerbo solent uti Iureconsulti. Nam proprie obueniunt nobis bona quæ aliunde ad nos deferuntur. Vnde hereditas obuenire dicitur. Eleganter Seneca, Philosophia homini, inquit, non obuenit, sed ea sibi querere debet. Hinc obuentiones apud Vlpianum proreditibus annuis.

Id est animali sensui inscriptas.) Nos scripsimus censū. Nam suprà dixit, Et hominis censum. Item Animalem censum & Materialem, Spiritalemq;. Quod uero de Achamotha in superioribus existente & in bonas animas depluente hic dicit, id nimirum est quod Irenaeus Eas, inquit, quæ habuerūt semen id quod est ab Achamoth, animas meliores dicitū fuisse quam reliquas. Choicum enim genus, id est malas animas, nunquam capere salutaria.) Irenaeus, Choicū, inquit, impossibile est salutem percipere. Non enim esse illud capax salutis dicunt.

Et inreformabilem naturam pronunciauerūt.) Fidem Gorziensis collationis securi, genitiū naturæ adiecimus, Et inrefor. naturæ naturā pronunciauerunt.

Modicum & paruum iactu.) Subaudi est. Irenaeus, Spiritalia uero inseminat, inquit, Achamoth ex illo tempore usq; nūc, propter quod & animæ erudiantur quidem hic, & semina enutrita quia pusilla emittantur, &c. Sed eruditus huius fides augetur atq; prouehitur.) Nos scripsimus, eruditū huius fides augetur. Nam gaudet nominib; quartæ inflexionis. Sic infra, pro prolatione prolatum usurpat. Id quod etiā Tācito solenne est, apud quem legis, Accitu, Concessu, Obiectu, Distinctu, Subiectu, transpositu, Prouisu, Missu, Lectu, Aduectu, & Indutu gerere: Ut apud Liuium armatu, & Diuisu esse, & receptū habere. Porro quod hic dicit Tertullianus, Eruditū huius fides augetur atq; prouehitur: consonat cum illo quod præcedit, Spiritalem emitte in Animalis comparationem, ut eruditū cum eo & exerceri in cōuersationibus possit. Verbum eruditū in libro De carne Christi elegāter usurpat, Quia per florē, inquit, et ex flore, omnis arbor eruditur in fructum. Supra diximus.) Maluimus scribere, ceu prædiximus, Indicat autem eum locum ubi supra dixit de semine loquens, Ad hoc enim & depoſuerat & occultauerat, ut quum Demiurgus animā mox de suo afflatu in Adam communicaret, pariter & semen illud spiritale quasi per canalem animam deriuā retur in Choicum: atque ita formatum in corpore materiali, uelut in utero, & adultum illuc, idoneum inueniretur suscipiendo quandoq; sermoni perfecto.

Animæ quæ hoc ipso ita cæteris præuertant.) Admonente nos sensu uerborum, scri

rum scripsimus, Animæq; hoc ipso ita cæteris præuertunt, ut & cætera. Hoc est quod ex Irenæo paulo ante citauimus. Eas, inquit, que habuerunt semen id quod est ab Achamoth, animas meliores esse dicunt q; reliquas. Præuertunt autem, id est ante uertunt, superant & excellunt cæteras. Tacitus libro VII. Rhodij, inquit, impigre præuerterunt. Vt Demiurgus tunc ignorans magni eas fecerit.) Non omisit & hoc Irenæus consequenter dicens, Quapropter, inquit, & plus eas dilectas à Demiurgo non sciente causam, sed à semetipso putante esse taleis.

Ex eorū ergo Laterculo.) Nos scripsimus, earum subaudi, animarum. Et allegare pro allegare. Est autem Laterculum libri nomen, in quo dignitatum omnium tam militarium quam ciuilium cognitio continebatur. Hic erat penes Primiceriū notariorum. Sanè in uolumine quod descriptionē Imperialium officiorū quum Orientis tum Occidentis cum imaginib; complectitur, Laterculi picturam cernere est, sed maioris. Vt etiam minus fuisse scias, cuius sit mentio in Codice libro primo de officio quæstoris, L. Totius minoris Laterculi curam. Sacrum Laterculum Iustinianus appellat in libris Authentucorum in tractatu, Vt iudices sine quoquo suffragio fiant, Item in tractatu de mandatis Principum, in principio: Et Laterculenses, laterculis præfectos, in l. Comperimus, & in l. fi. C. de proximis sa crorum scriniorum cæterisq; qui in sacrissimis militant. libro XII. Porro suspicor maius Laterculum dignitates ciuileis continuisse, minus dignitates militares. Id quod colligo ex l. Tottius. C. de offic. quæst. libro primo. Et in reges, & in sacerdotes, allegere consueverat.) Sic enim castigauimus. Irenæus, Quapropter, inquit, & in Prophetas, aiunt, distribuebat eas, & sacerdotes, & reges. Quæ nunc quoq; sipl.) Refert impiam ac stultam Valentianorum sententiam.

Ideoq; nec operationes sibi necessarias existimant.) Hoc est quod & Irenæus tradit, Semetiplos, inquit, non per operationem, sed eo quod sunt naturaliter spiritalis omnino saluari dicunt. Quemadmodum enim Choicum impossibile est salutem percipere, (non enim esse illud capax salutis dicunt) sic iterum, quod Spirale, quod semetiplos esse uolunt, impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscunq; fuerint facti. Quemadmodum enim aurum in coeno depositum, non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, quum coenum nihil nocere auro possit: sic & semetiplos dicunt, licet in quibuscunq; materialibus operibus sint, nihil semetiplos noceri, neq; amittere spiritalem substantiam. Quapropter & intimore omnia quæ uetantur, hi qui sunt ipsorum perfecti, operatur, de quibus scripturæ confirmant, quoniam qui faciunt ea, regnum dei non hæreditabunt. Etenim idolothyta indifferenter manducat, nihil inquinari ab his putates. Et in omnem diem festum Ethnicorum pro uoluntate in honore eorum factum, primi conueniunt, ut ne hoc quidem abstineant, quod est apud deum & apud homines odiosum muneris homicidiale spectaculum. Quidam autem & carnis uolutatibus insatiabiliter inservientes, carnalia carnalib. spiritualia spiritualib. reddi dicunt. Et quidam ex ipsis clam eas mulieres quæ discunt ab eis doctrinā hanc, corrumpunt: quemadmodum multæ sæpe ab his suasæ post conuersæ mulieres ad Ecclesiam dei, cum reliquo errore & hoc confessæ sunt. Alij uero ne manifeste quidem erubescentes, quascunq; adamauerint mulieres, has à viris suis abstrahentes, suas nuptias fecerunt. Alij uero ualde modeste initio, quasi cum sororibus fingenentes habitare, procedente tempore manifestati sunt, grauida sorore à fratre facta: Et alia multa odiosa & irreligiosa facientes. Hæc Irenæus Græcolatinus.

Martyrij quoq; eludentes necessitatem.) Tam amans martyrij fuit Tettullianus, quod omnibus ubiq; persuadere ntitur, non fugiendum sed animose & constanter Christiano sustinendum, ut à pīs hic etiam atro calculo notari meruerit,

O, propter

propter necessitatem quam feruentius quam cautius a stribat. Hinc illae Martyrū nō uno loco commendationes, & fugae in persecutione detestatio, cui rei proprium librum dicauit, qui inter alios in hoc volumine sequitur. Ut salutem quam non de priuilegio status possidemus.) Subaudi nos orthodoxi. Igitur Valentianī de priuilegio status salutem possidebant. Ac seipso appellabāt Spiritalis leis: nos uero orthodoxos, Animaleis. Quapropter, inquit Irenæus, nobis quidē quos Psychicos uocant, & de seculo, esse dicunt necessariam continentiam & bonam operationē, ut per eam ueniamus in medietatis locū. Sibi autē Spiritalibus & Perfectis uocatis, nullo modo. Non enim operatio in Pleroma inducit, sed semel quod est inde pusillum quidē demissum, hic autem perfectum factum. Item, ut est apud eundem, nos in usū gratiam accipere dicūt, qua propter & auferri à nobis: Semeripso autem propriè possidere, desursum ab inenarrabili & innominabili Syzygia descendente habere gratiā: & propterea adiici eis. Nobis enim in scriptura huius seminis.) Subaudi competit secundum Valentianos, Aut, tristibuit nobis orthodoxis, à Valentianis. Supradixit, Ut quos Achamoth in superioribus in animas bonas depluat, id est Animali censu inscriptas, sic hic utitur in scripturæ uocabulo pro nota siue censu seminis Animalis. Illi uero & de passiuitate uitæ.) Passiuitatem uitæ uocat incompositam & licentiosam uitæ libertatem, qua Valentianos fuisse notabileis, paulo ante ex Irenæo prolixè etiam retulimus. Quid sit passiuum Tertulliano, multis iam locis exposuimus.

Et diligentia delictorum.) Diligentiam delictorū, uocat affectum & studium ad delinquendum siue peccandum. Nam Valentianī dicebant, ut est apud Ireneum, se non amittere spiritalē substantiam in quamlibet uitiosis criminibus uerantes: quod impossibile esset id quod Spirale est, corruptionem sentire, auri instar quod etiam in coeno suam naturam obtinet. Quoniam & ipsa delinquendo profecit.) Nam deliquit inquirendo lumen Christi superioris, ab Homo depulsa quo minus pergeret. Tentabat enim rem illicitam. Nam & honestorum coniugiorum supernorum gratiæ.) Irenæus, Quapropter, inquit, & omni modo oportere eos semper Syzygias (id est coiugij) meditari mysterium

Alioquin degenerem nec legitimum ueritatis.) Legitus ueritatis, ut supra aduersus Marcionem libro quarto, Obnoxius confusioñis. Qui deuersatus in mundo.) Deuersatus pro ueratus. Sic supra, Ex cuius, inquit, uirtute sumpserit Adam deuersatus illuc inter nubeculas & arbusculas. Aduersus Marcionem libro secundo, Quatenus, inquit, & ipsi deum in figura & in reliquo ordine humanae conditionis deuersatum iam credidisti. Non amauerit foeminam, nec se ei iunxit.) Irenæus, Quapropter, inquit, omnimodo oportere eos dicunt semper Syzygiæ meditari mysterium. Et hoc suadent in sensibilibus hijs sermonibus dicentes sic, Quicumq; in seculo est, & uxorem non amat ut ei coniungatur, non est de ueritate, & nō transiet in ueritatem. Subito Achamoth totam massam semini sui presserit.) Ausus sum scribere, Vbi totam messem Achamoth semini sui presserit. Utitur autem metaphora fruges maturas demetentis, & quod demissum est in horreum conuehentis, molentis deinde, & postremo in cōspersione temperantis donec totum fermentetur. Irenæus, Quum autem uniuersum semen, inquit, perfectum fuerit. Hæc uerba Tertullianus per copiam extendit, sic dicens, Messem presserit, ut Virgilius

Et ruris opaci

Falce premes umbram. Ecalibi,

Quod superest, quæcumq; premes uirgulta per agros.

Vel quum ad molas delatum.) Subaudi semen. In conspersionis salutaria, Legendum, In conspersionis aluearia absconderit, ut sit alueare pro uase pistorio

Rorior cauo in quo sit conspersio, hoc est farina aqua cōspergitur & temperatur. Porrò defarinatum eleganter dixit de semine per molarem comminuto.

Donec totum confrequentetur.) Scribo Confermentetur. Tunc cōsummatio urgebit.) Irenaeus, Consumptionem uero dicunt futuram, quum formatum & perfectum fuerit scientia omne Spiritale, hoc est homines qui perfectam agnitionem habent de deo, & hi qui ab Achamoth iniciati sunt mysteria. Esse autem hos semetipos dicunt Valentiniani. Igitur in primis ipsa Achamoth.) Dixit de consummatione. Nunc incipit agere de dispensatione mercedis.

De regione medietatis.) Nam supra habes de arcibus singularium potestatum, ubi disputat quibus finibus collocetur, Inferius illum, inquit (hoc est Tricenarius Pleromatis inhabitatorem) metatur medietatem Achamoth. De tabulato secundo.) Tabulati secundi nomenclatura, medietatis regionem intelligit, ut summi uocabulo ipsum Pleroma. Restituta pleromati statim.) Nos scripsimus, Restituta Pleromati. Et statim excipit. Compartinus ille Soter, sponsus.) Scio religiose uerlandum esse in monumentis ueterum autorum nec temere aut statim mutandum quod non intelligas, & hic meus est mos. Tamen non potui mihi temperare quin hic pro Compartinus scriberem, Cōpactius ille Soter, quum quod compingendi uerbo supra de Sotere loquens Tertullianus utitur, Pulcher rimus inquit, Pleromatis sydus fructumq; perfectum compingunt: tum quod Irenaeus Saluatorem, inquit, qui est ex omnibus factus. Quod si cui magis arrides cōparcinus, reponat id in libro suo. Nec sine causa admoneo lectorem. Cæterum quod hic Tertullianus narrat, exponit hijs uerbis Irenaeus, Quum autem, inquit, uniuersum semen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipsorum trahire de medietatis loco dicunt, & intra Pleroma introire, & recipere sponsum suum Salvatorē, qui est ex omnibus factus: ut Syzygia fiat Salvatoris & Sophiae quæ est Achamoth. Hic erit in scripturis sponsus: & sponsalis Pleroma.) Horum uerborum hic uidetur sensus esse, Quoties in sacris litteris sponsi mentio fiat, hūc Sotera uenire intelligendum secundum nārias Valentini, præterea quoties sponsalis lecti siue thalami nomen occurrat, ipsum Pleroma accipiendum. Verbi gratia apud Psalmographum legimus, Tanquam spōsus procedens de thalamo suo. Hoc statim interpretarentur Valentini, de Sotere procedente de Pleromate. At apud Irenaeum paulo aliter scriptum est, Et hoc, inquit, dicunt esse sponsum & sponsam, Symphonien uero uniuersum Pleroma. Credas enim ubi de loco in locum transmigratur, leges quoq; Iuliæ interuenire.) locus est Tertulliani putantis ni leges Iuliæ de adulterijs, & de ui publica seu priuata, obstatissent, uerendum fuisse ne Achamoth de tabulato inferiori in summū Pleromatis tabulatum transeunti, inter tam procaces angelos, uitium offerretur siue stuprum accideret aut uis aliqua inferretur. Nam quum puellæ nuptiaræ hinc inde deducuntur etiam raptus periculum incurruunt. Id quod accidit Annae Britannicæ Francisci Ducis unicæ filiæ quæ Maximiliano Cæsar desponsa erat. Porrò lex Iulii de adulterijs coercendis nō solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit: sed & eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lex Iulii etiam stupri flagitium punitur, quū quis sine ui uel uirginem uel uīduam honeste uiuentē stuprauerit. At lex Iulii de ui publica seu priuata, aduersus eos exoritur, qui uim uel armatam, uel sine armis commiserint. Ex Institutionum Iustiniani lib. IIII. Tit. De publ. iudicij. Idem habes C. lib. IX. Tit. Ad legē Iuliam de adulterijs & de stupro. Et alio Tit. Ad legē Iuliam de ui publica seu priuata. Sicut & Cainam.) Nescio an significet legem C. Pompei Strabonis qua ueteribus incolis Transpadanis, ius Latij dedit, quod cæteræ coloniæ Latinæ habent

bant, ut petendi magistratus & ciuitatis Rom. ius adipiscerentur. Cæterū Achamotha de exteriori inferiori tabulato quod sub Pleromate erat constitutum, intra ipsum Pleroma transiens, indigebat certè priuilegio aliquo, ut sublimioris digniorisq; loci fieret capax. Alioqui poena legis Viscellia et timenda erat, de qua habes C. lib. ix. tit. Ad legem Viscelliam. In superiora mutabit.) Mutabit, absolute. Irenæus, Demiurgū uero, inquit, transire dicunt & ipsum in matris suæ Sophiæ locum, hoc est in medietatem. In uacuum iam coenaculum matris.) Exponit quid intellexerit per hoc quod dixit, In superiora. Erat autē uacuū, nam mater Achamoth in Pleroma ascenderat. Scientiam, nec uidens illam.) Diu torsit me hic locus donec deprehenderem legendum, Sciens iam, nec uidens illam Sensus est, Antequam foret illuminatus à Sotete, & antequam transisset in tabulatum Achamothæ matris Demiurgus, ignorabat eam matrem suam: sed post illam illuminationem & ascensum in superius coenaculum, tum primū intellexit se habere matrē, quam tamen non uidebat quippe quæ se receperat iam intra Pleroma. Nam si ita erat, semper ignorare maluisset.) Sensus est, Si res in Demiurgi manu fuisset, maluisset matrem suā Achamotham semper ignorare. Valde enim sibi placebat atq; superbiebat, existimās se solum deum esse, & quicquid faceret à semetipso facere. Postquam autem omnia à Sotere est edoctus, & in tabulatum matris Achamoth ascendit, cognovit se uiribus matris adiutum, quam tamen non uidebat in superius Pleromatis domicilium translatam. Inde detiniebat animum, qui sola opinione beatissimus, potentissimus ac glorioissimus ante deus fuerat. Totum interitum.) Subaudi præpositionem, in. In totum interitum. Hoc dicit propter corpus & animam. Alioqui dimidiatus tantum esset interitus. Irenæus, Et Choicum quidē in corruptelam abire dicunt. Quia omnis caro fœnum. Et anima mortalis apud illos.) Declarat, quod dixit, Totū interitū.

Iustorum animæ, id est nostræ.) Irenæus, Iustorum quoq; animas, inquit, refrigерare & ipsas in medietatis loco, Nihil enim Psychicum intra Pleroma translire. Interpres Irenæi uerbum refrigerare neutraliter accipit siue absolute. Qua census.) Hoc est secundum eum censum secundum quem. Primo dispoliantur homines ipsi, id est, interiores.) Hoc dicit, ne quis de spoliatione corporis intelligat, quum uestes exuuntur. Despoliari est autem.) Sic etiam Irenæi interpres loqui solet. Ut Caro est autē. Tunc illi Sabinas raptas.) Sensus est, quod Angeli essent animæ, quod iuuentuti Romanæ erat Sabinæ, uidelicet uxorum loco. Liuius libro primo 1. Decad. scribit quum recens à Romulo condita urbs Roma esset, & penuria mulierum laborarent, nolentibus finitimi sanguinē & genus miscere cum Romanis, quos timebāt, ludos ex industria paratos Neptuno equestri solennes ad quorum spectaculum Sabinorum, inquit, omnis multitudine cum liberis ac coniugibus uenit. Quum ludi celebrabantur, deditæq; eō mētes cum oculis erant, tum ex composito orta uis: signoq; dato iuuentus Romana ad capiendas uirgines discurrit. Magna pars forte ut in quem quæq; inciderat, raptæ, quasdam forma excellentes primoribus patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Hæc erit Spiritalium merces.) Spiritalium, hoc est, Valentianorum, qui spiritalē illud semē sibi solis uendicant. Est autem Ironia. Et hæc anima.) Non sum facilis in mutando. Tamen hic pro anima scripsi, omnia. Videtur enim referri ad ea quæ sequuntur. Ut sit sensus, Fabulæ tales, utiles sunt, ut tu qui Marcus uocaris, aut tu qui Gaius uocaris, hoc imminere tibi post facta scias, ut quanquam in uita fueris barbatus, quod uiri non mulieris indicium est: & quanquam extiteris seuerus maritus, osor uidelicet libidinis & castitatem tuam uorisq; seruans; licet etiam fueris seuerua

Seuerus pater, seuerus avus, seuerus & grauis proauus, ad uirtutem inquam insti-
tutis liberis atq; nepotibus, licet præterea sis masculus, cuius concubitū omnium
gentium leges prohibent, quod unum ad excludendam istam contumeliam suffi-
cere debebat: licet inquam hæc omnia qua modo retulimus fueris in uita, nihilo/
minus futurum scias, ut intra Symphonen Pleromatis, non obstante loci reueren-
tia ab angelo complectare, & forsitan ex eo complexu uterus ferens, parias ali-
quem nouellum æonem qui tibi usui esse possit & famuli obsequium præstare.

Tacendo iam dixi.) Aposiopesis est. Deest enim patiaris aliquid turpe. Sic apud
Poetam, Nouimus & qui te. Aliquem onustum æonem.) Hoc est aliquem
nouellum ac puellum æonem utilem tibi futurum ministrum, nam in Pleromate
Valentiniano tantum æones generantur. Significat autem ὡντιμός Græcis utilem.

Hij s nuptijs recle deducendis, pro face & flameo.) Iocatur. & alludit ad ueterem
Romanorum morem, quo nouam nuptam tres pueri patrimi & matrimi, id est
quorum pater & mater adhuc erant in uita, deducebant: uno facem ex spina alba
preferente, duobus reliquis nubentem tenentibus. Autor est Festus Pompeius,
facem in nuptijs, in honorem Cereris præferri solitam, & aqua spargi nouam nu-
ptam, siue ut casta puraq; ad uirum ueniret: siue ut ignem atq; aquam cum uiro
communicaret. Amicitur aut, ut idem tradit, flameo nubens, omnis boni causa,
quod eo assidue utebatur Flaminica, id est Flaminis uxor, cui non licebat facere di-
uortium. Apud eundem legitimus hinc esse nuptiarum & nuptæ uocabula nata:
quod nubentis caput flameo obuolueretur, quod antiqui obnubere uocabant.

Tunc credo ille ignis arcarius erumpet.) Irenæus, Hij autem factis ita, qui latet
in mundo ignis, exardescens, comprehendens uniuersam materiam consumit: Et
ipsum simul consumptum abiit dicunt in id ut iam non sit. Sed næ ego temerarius.) Næ Græcum affirmandi aduerbiū quo Latini autores etiā uti solent.
Indicauimus supra non semel. Filio.) Videlicet Demiurgo. Ne Philex-
tus irascatur.) Teletum intelligit, quem ioci causa solet Philetū, id est amabilem
appellare. Ne fortuna acerbetur.) Intelligit æonem qui Græcè μεταρπίσιον
uocatur, id est Beata, Fortunatam ipse supra appellat. Et quæ foeminae, inquit, in Si-
gas, in Zoas, in Ecclesiæ, in Fortunatas. Ab eodem in prioribus Macaria uxor
uice Monogeni coniungitur, in catalogo Aeoneiæ dodecados. Deuertere.)
Deuertere pro diuertere, ut deuersari pro diuersari, utrumq; multis iam locis in-
dicatum. Post excessum.) Excessus pro morte. Sic & Suetonius loquitur.
Cicero solet addere ablatiuum uita, uel è uita. Ut quum in Oratore dicit, Sed ad
eos, si placet, qui uita excessere, reuertamur. Velut epicitharisma post fabu-
lam tantam.) Quum fabulæ recensebantur olim publice, ad demulcendos specta-
torum animos qui tædio longe narrationis iam languebant, in fine priusquam di-
mitterentur, citharœdus aliquis prodibat. Sapit autem prouerbiū, Velut epis-
citharisma post fabulam. Hodie concionatores sacri qui ad populum declamant
post prolixā & obscurā de diuinis disputationē, interdum populo obdormisci-
ti, lepidam aliquam historiolam narrat de beata uirgine, aut cæteris diuis, plane
quod dici solet, epicitharisma post fabulam. Significat autem hic fabula comoediæ
sive Mimū. Dicitū ἀνθελθέρισμα sicut ἀνάμνησις aut ἀναφύσις. Ab emēdatoriis
bus Ptolemaei.) Huius qui Valentini discipulus fuit, in superioribus facta mētio.
Discipuli super magistrum.) Alludit ad dictū dominicū. Qui duplex con-
iugium Bythio suo adfingere, cogitationē & uoluntatem.) Irenæus. Hij uero, in-
qui, qui sunt circa Ptolemaum scientiores, duas coniuges habere Bython dicit,
quas & Dispositiones uocat, Ennoeam & Thelesin. Primo enim mente concepit
quid emittere (id est aliquid emittere) sicut dicit, deinde uoluit. Quapropter duo/
bus

bus hic affectib. & uirtutibus, id est Ennoeas & Theleseos, uelut cōmixtis inuicē, emissio Monogenis & Alethiaꝝ secundū coniugationem facta est. Quos typos & imagines duorū affectuū Patris adgressas (lego abgressas, id est egressas) esse inuisibiliū uisibiles. Thelematis quidē Nun, Ennoeas aut̄ Alethian. Et propter hoc aduenticię uoluntatis masculus est imago, innatę uero Ennoeas fœmininus, quoniam Volūtas uelut uirtus facta est Ennoeas. Cogitabat em̄ Ennoea semper emissionem, non tamē & emittere ipsa per semetipsam poterat quę cogitabat. Quum autē Voluntatis uirtus aduenit, tunc quod cogitabat, emisit. Hac tenus ille. Porro uice cōmentarij ista nobis erunt ad intelligenda quę Tertullianus prosequitur.

Pudiciores alij &c. maluerunt nullum Bytho sexū deputare.) Irenaeus, Etenim inquit, de ipso Bytho uariæ sunt sententiæ apud eos. Quidam enim sine coniugatione dicunt eū neq; masculum neq; fœminā, neq; omnino aliquid esse. Alij contra magis & masculū & fœminā dicunt.) Irenaeus, Alij autem, inquit, & masculum & fœminam dicentes esse, Hermaphroditi genesim ei donant. Sigen autē alij coniugem ei addunt, ut fiat prima coniugatio. Hermaphroditū.) Plinius lib. vii. cap. de prodigiis partibus, Gignuntur, inquit, & utriusque sexus, quos Hermaphroditos uocamus, olīm Androgynos uocatos, & in prodigijs habitos, nunc in delicijs. Idem in lib. xi. Contra mulierū, inquit, paucis prodigiosa affinitatio: Sicut Hermaphroditis utriusq; sexus: quod etiam quadrupedū generi accidisse Neronis principatu primū arbitror. Ostentabat certe Hermaphroditas subiuges carpento suo equas, in Treuerico Galliæ agro repertas: ceu planè uisendares esset, principem terrarū insidere portentis. Sunt inquit.) Superabundat inquit. Sed postumatū.) Posthumus est qui patre iam humano post mortem eius nascitur. Hinc postumare uerbū ipse deduxit in libris antecedētibus pro posteriore esse, ut quū dicit, Tempore siue ordine postumant. Ab hoc postumas uerbale nomen iuxta quartā declinationē, pro partibus nō primis secundum tempus, siue posterioritate, ut usurpem uulgare, sed barbarum uocabulum. Sollet aut̄ sic loqui Tertull. Defendere aliquid alicui. Ut in De resur. carnis, Corruptionē, inquit, perpetuā ueteri defendat. Ogdoadē ante omnia præmittentes.) Irenaeus, Alij aut̄, inquit, rursus ipsorū primā & archegonon octonationē his nominibus nominauerunt. Primū Proarchen, deinde Anennoeton, tertia aut̄ Ar rheton, & quartā Aoraton. Archeton.) Reposūmus ex Irenæo, Arrheton. Significat aut̄ Ἀρχηθ οὐ ineffabilem. Ex Proarche itaq; processisse.) Irenaeus, Et de prima quidē Proarche emissum esse primo & quinto loco Archen: ex Anenoeto secūdo & sexto loco Acatalepton: & de Arreto aut̄ tertio & septimo loco Anonomaston: de Aorato aut̄ quarto & octauo loco Agenneton. Pleroma hoc primā Ogdoadis. Has uolūt uirtutes fuisse ante Bythū & Sigen, ut perfectorum perfectiores appareant & Gnosticorum magis Gnostici uiri. Vbi interpres Irenei genitiuos nō mutauit in ablatiuos, uerbū ad uerbū nimia religione exprimēs.

Quanto meliores qui tot. hoc tād.) Irenaeus, Qui aut̄, inquit, prudentiores putantur illorū esse, primā Octonationē nō gradatim alterū ab altero ἐονē emissum dicūt, sed simul & in unā Aeonū emissionē à Propatore. Et Ennoeam eius quum crearentur, ipsi obstetricasse affirmant. Per gradus reuera Gemonios.) Alludit ad scalas Gemonias sōtiū supplicijs infames, quę erant in Auentino in decimatertia regiōne urbis. Gradū Gemoniorū meminīt Plin. lib. viii. cap. xl. Sed supra omnia in nostro æuo Actis populi Romani testatū, Appio Junio & P. Siliō coss. quum animaduerteretur ex causa Neronis, Germanici filij, in T. Sabiūnum & seruitia eius, unius ex his canem nec à carcere abiūti portuisse, nec à corpore recessisse abiecto in gradib. Gemonijs mōstos edentē ululatus. Structum.) Structum

Structū frequenter usurpat pro cōstrucō sive extructō, ut in de cāthe Christi. Caro igitur Christi de coelestib. structa. Itē in Dē resur. carnis, Ex quibus homo structus est. Sed mappa, quod aiūt, missa.) Alludit ad p̄fscū morē quo signū dabantur Circensib⁹ per mappam. Quæ res à Nerone sumpsit originem. Nam quum in podio staret, & populus maturari ludos cupisset, mappā qua Tragœdi utebantur, deiīci iussit, ut certaminis postulati potestate faceret. Hinc mos inoleuit, ut mappa congressuris in Circo signū detur. Suetonius in Nerone. Mox, inquit, & ipse aurigare, atq; etiam spectare s̄p̄ius uoluit, positoq; in hortis inter seruitia & sordidam plebem rudimento, uniuersorū se oculis in Circo maximo præbuic, aliquo liberto mittente mappam, unde magistratus solent. Cæterum ceu pro uerbio uti, satis indicat adiecta clausula, quod aiunt. Semel octo iugem istam & ex parte Ennoea eius ex causa.) Nos emendaūmus, Semel octo iugem istā ex patre & Ennoea eius exclusam. Nam ante retulimus ex Irenæo, Ptolemaei sectatores Ennoeā id est cogitationē Bytho coniugē assignare. Ex ipso deniq; rerum motū omnia regerūt.) Reponimus, Ex ipso deniq; eius motu nomina gerunt. Ex Gorziensi. Cum inquit. Subaudi Ptolemei sectatores. Cogitauit proferre, hoc pater dictus est.) Irenæus, Quando aliquid, inquit, emitteret Propator, hoc pater uocatus est. At ubi quæ emisit, uera fuerunt, hoc Alethia uocatū est. Quia uero protulit.) Nos autoritatē Irenæi sequentes, pro uero scripsimus, uera protulit. Cū semetipsum uoluit probari.) Probari pro approbaciō id est probabilem ostendi, sive sentiri, percipi q;. Quo uerbo Cicerō sic uti solet. Irenæus, Quū aut, inquit, uoluit semetipsum ostendere, hoc Anthropos dictus est. Quo autē præcogitauit.) Irenæus, Quo autē præcogitauit, postea quā emisit, hoc ecclesia uocata est. Sonuit homo Sermonem.) Irenæus, Locutus est Anthropos Logō, hic est primogenitus filius. Et Sermoni accessit uita.) Irenæus, Subsequitur autē, inquit, Logon Zoe. Et Ogdoas prima conclusa est.) Irenæus, Et sic prima octonatio cōplera est. Accipe alia ingenia circuriāna.) 17 Tertullianus qui Irenatum exscripsit, pro eo quod apud hunc legitur de quodam episcopo Valentiniāg factionis, In maius sublimē, & quasi in maiore agnitionē extensus, dixit, Ingenia circuriāna. sic enim in exēplarib. uetus legitur. Sed ego mēdosam dictionē censeo, pro quo fortassis Lyncuriāna scribi debeat. Nam quā hīc de ingenij perspicacitate fiat mentio, nō inepte prorsus Lyncuriāna quādrabit, à Lyncurio lapide deductū uocabulum, quam gemmā carbūculo similem erudit esse Plinius, & igneo colore fulgere. Vbi occulta allusio quoq; fit ad Lynceum illum laxa & arbores oculorū acie penetrare solitū. Non aliter enim Episcopus iste, cuius nomine etiā Irenæus obtinet, ipsum Pleroma penitus inspexit, q; Lynceus terrā uisu penetrabat, & remotissima quæq; perinde ac ante se posita cernerbat. Hanc conjecturā meā nolui studiosos celare. Tamen nihil est in contextu mutatum. Audi nunc Irenæū diligēter, Alius uero quidā inquit, qui & clarus est magister ipsorū, in maius sublimē, & quasi in maiore agnitionē extensus, primā quaternionē dixit sic. Cæterū fieri potest ut ad Circuriāna aliquē sui temporis et regio nis hominē alludat. Est, inquit, ante omnia Proarc.) Irenæus, Est quidē ante oēs proarche proanenoetos, & inenarrabilis & innominabilis, quā ego Monosetē uoco. Etenenarrabile. Inenarrabile quod ego nom. Monot.) Nos securi Irenēum, posterius inenarrabile mutauimus, in Et innominabile. Cum hac erat alia uirtus, quā & ipsam appello Henotea.) Irenæus, Cum hac Monotete est uirtus, quā & ipsam uoco henotetē. Id est solitas & unitas.) Hic inferui ex Irenæo duo vocabula, Monotes & Henotes, id est solitas & unitas quā uniti essent. Proulerunt nō proserpētes.) Irenæus, Emiserunt, quā nihil emiserint. Et infra rursum


ursum. Emiserunt; quum non emisissent fructum. Initium omnium intellectuale, innascibile, inuisibile.) Irenaeus. Principis, inquit, omnium noeton, & agneton, aoraton. Quod sermo uocauit. Irenaeus. Quam Archen sermo Monada uocauit. Nam uocem Græcis literis scriptam fortasse librarius omisit. Huic adest consubstantia uirtus, quam appellat Vnio. Irenaeus. Cum hac Monade est uirtus eiusdem substatiæ ei, quam & eam appello Hen. Significat autem Hen, Vnum. Hæc igitur uirtutes Solita, Vnitas, Vnio, cæteras prolationes eorum propagantur.) Irenaeus. He autem uirtutes, inquit, id est Monotes, & Henotes, & Monas, & Hen, emiserunt reliquas emissiones ætonum. Iu iu, & Pheu Pheu. Porro Singulartas quæ est Monotetos interpretatio, in Tertulliano uidetur deesse; nos inferimus, Solitas, Singularitas, Vnitas, Vnio. Deinde pro eorum scriptissimus, ætonum. Et utrobicq; pro Solita, Solitas, Suffragante etiam Gorziensi collatione. Mustetur Vnio & Vnitas.) Iuber priorem ordinem inuerti. Et simul inuertit, nec dicit extare differentiam. Singularitas, & suum, & solita.) Aut superhabuit, Et suum Aut accipit Solitas ἀποφαντῶς, ut sit Suum Solitas, id est uocabulum eius episcopi, quo de loquitur. Tum oportebit delere & particulam. Dicit autem Suum Solitas, propterea quod hoc nomen ad Monada Latine exprimendam est cōfictum, quam alstruxit ille. Quanquam designaueris.) Nos supposuimus, Quanq; desig. Humanior iam Secundus, ut breuior.) Huius Secundi Valentiniiani in principio libri mentio facta est. Irenaeus. Secundus autem, inquit, primam Ogdoadem sic tradidit dicens. Quaternionem esse dextram, & quaternionem sinistram; & lumen, & tenebras. Tantum quod desultricem & desectricem illam uirtutem.) Desultricem intelligit inconstarem ac instabilem, pro quo habes apud Irenæum, discedentem semel, & deinde descendenter, ubi discedentem etiam legendum arbitror. nam indubie Tertullianus Irenæum in hoc libro præcipue sequitur, ubiq; eum ferè de uerbo ad uerbum exprimens. Expone ergo desultricem, id est secedentem à reliquis ætonibus, & Sophiam acceipe Teleti coniugem, quæ propter inquisitionem patris magnū adiens discriminē, tandem nobis Enthymesin seu Achamotham peperit. Et cætera. Irenaeus de Secundo, Et discedentem autem (lego discedentem) destitutam uirtutem non à triginta ætonibus dicit fuisse, sed à fructibus eorum. Item antea de duodecim ætonibus loquens. Ex quibus, inquit, unam discedentem & destitutam, reliquæ dispositionem fecisse. Ergo desultricem uocat quam Irenæus discedentem, & desultricem intelligit, qua uoce Madaurensis Apuleius in initio Asimi sui utitur, sciektiam, id est cognitionem linguae Latinae quam è Græcia in Italiam translatus Romæ didicerat, desultoriā appellans, uidelicet quod de Græcis studijs in Latina desiliisset, imperficiam ac nondū satis cōfirmatam significare uolens. Metaphora ducta ab equitatibus desultoribus qui de equo in equum transiliunt. De ipso iam domino Iesu.) Nos, De ipso iam domino Iesu. Illi ex duodecim potius.) In exemplaribus manudscriptis legitur, Illi ex Christo potius. Librarius olim deceptus pro XII. numeralib. notis scripsit, Christo. Et in se paternæ appellationis hæredem.) Supposuimus pro in se, iure, Et iure, paternæ appellat, hæredem. Sensus est, iure fieri, ut Christus nominetur. Nunc.) Hoc est in hac uita. Sensus est. Hæredem deo tribuit hominis appellationem. Quid ergo speret homo, deo hominē tantum? Q. D. nil magni. Ex materni seminis redundantia.) Videlicet Achamothian, de qua re multa ante sunt dicta. Gnostico rum.) A plena ac perfecta næniarum istarum notitia que certam afferat salutē Valentiniani superbo nomine se Gnosticos appellabant, hoc est Scientes, οὐκέ τι γνῶντες. Horum principē facit Valentiniun,

Irenaeum Irenaeus. Idem oppido quām festiū falsi nominis Gnostici, quodam loco dixit, quib[us] potius ignorantes appellari debeat. Orthodoxi illis simplices erāt. Quidā Gnosticorū discipulos suos nota aliqua insigniebat in auricula dextra. Id quod Romæ etiā fecit Marcellina autore Irenæo. Fungebātur ergo officio sacerdotū apud Gnosticos mulieres quoq[ue], qui & Cataphrygibus receptus mos fuit. Ó sanctā religionē. Imaginē Christi Seruatoris iconicā uenerabantur, cuius exēplar ad Pilatū illū Iudæa p[ro]fessiū referebat, qui curarit Christū ut homo Romanus, quod Iudæi alioqui prohibitū erat, ad uiuā effigie exprimī per insignes pictores sculptoresq[ue]. Eam igit[ur] habebat nō pictā solū, uerū etiā ectypam, per plasas atq[ue] statuarios elaboratā. Vt nūc plus fidei habeā imaginī Christi fusili quā ex Orientē superioribus annis allatā Raimundus Fuggerus Luscino nostro cōmunicauit.

NOMINA AEONIUM ET DEORVM VALENTINIANO-

rūm, Imò criminā potius quām numinū, ut inquit Tertullianus.

Aeon	ἀεώς	Seculū Aeuum	Macariotes μακαρίος	Beatitudo
Pleroma	πλήρωμα	Consummatio	Teletos πλετός	Perfectus, quē plerūq[ue]
Bythos	βυθός	Profunditas		Tertullianus solet Philetū appellare
Aeon teleios	ἀεώτιλος	seculū p[er]fectū		id est, amabilē, quasi id nomen ei magis cōueniat propterea quod sit amatorium. Nec enim casu factū uidetur
Arche	ἀρχή	Principium		poteſt, quum toties occurrat.
Proarche	προάρχη	Anteprincipiū,		
		sive prior principio.		
Propator	προθετος	Prior patre	Sophia σοφία	Sapientia
Charis	χάρις	Gratia	Horos ὄρος	Finis
Sige	σιγή	Silentium	Stauros σταύρος	Crux
Nus	νόος	Mens	Lytrotes λυτρωτής	Redemptor
Alethia	ἀλήθεα	Veritas	Carpistes καρπίτης	Fructificator
Logos	λόγος	Sermo	Horothetes ὥροθετος	Finū designator
Zoe	ζωή	Vita	Enthymesis ἐνθύμησις	Animatio, sive inuentio, aut commentatio
Anthropos	ἄνθρωπος	Homo	Soter σωτήρ	Seruator
Ecclesia	ἐκκλησία	Ecclesia	Achamoth οὐαὶ & Enthymesis, nomen	
Mixis	μίξις	Mixtura	ininterpretabile. Vnde id nomen fore	
Ageratos	ἀγέρατος	Insenescibilis	Sophiae obuenerit adhuc queratur, autore Tertulliano	
Henonis, Ab habēnamentis deductum			Demiurgoς Δημήτριος	Fabricator mūdi
nomen ut uidetur.			Metropator μετρόπατρος	matris pater, uel simul mater & pater
Autophyes αὐτοφύς		Naturali dexte	Thelesis θελεσίς	Voluntas
ritate p[re]dictus			Anenkoetus ἀνγνώστης	Incogitabilis
Hedone ἡδονή		Voluptas	Arretos ἀρρένος	Indicibilis
Acinetos ἀκίνητος		Immobilis	Aoratos αօρατος	Inuisibilis
Syncrasis σύγκρασις		Temperatura	Acataleptos ἀκατέληπτος	Incomprehensibilis
Monogenes μονογενὴς		Vnigenitus	Anonomaftos ανανόματος	Innōinabilis
Macaria μακαρία		Fortunata	Agennetos ἀγέννητος	Innascibilis
Paracletos παρακλητός		Consolator	Monotes μονοτης	Singularitas
Pistis πίσις		Fides	Monas μονας	Solitas
Patricos πατρικός		Paternus	Hen ἡν	Vnum
Elpis ἐλπίς		Spes	Henotes ἑνότητες	Vnitas. Vniq[ue]
Metricos μετρικός		Moderatus	Syzygia συζυγία	Coniugatio
Agape ἀγάπη		Charitas	Sympathe συμφέρει	Concentus
Aenos αὔνος		Laus		P
Synecia συνέταιρος		Intelligentia		
Ecclesiasticus ἐκκλησιαστικός		Aptus ad concionandum		



Q. SEPTIMII FLOREN-

TIS TERTULLIANI ADVER-

SVS VALENTINIANOS LIBER



A L E N T I N I A N I frequentissimū planè collegium inter hæreticos, quia plurimū ex apostatis ueritatis, & ad fabulas facile est, & disciplina non terretur. Nihil magis curant quām occultare quod prædicant, si tamen prædicant qui occultant. Custodiæ officium, conscientiæ officium est. Confusio prædicatur, dum religio adseueratur.

Nam & illa Eleusinia, hæresis & ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent pudor est. Idcirco & aditum prius cruciant: diutius initiant, quām consignant: *Eleusinia fas*
initiandi modus in Eleusinia
mīs sacris
Siparia portarum
phallus
 eum & portas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis ædificant: atq; ita tantam maiestatē exhibere uideantur, quantam prestruxerunt cupiditatem. Sequitur iam silentij officium. adtente custodiatur quod tarde inuenitur. Cæterum tota in adytis diuinitas, tot siparia portarum, totum signaculum linguæ, simulacrum membra virilis reuelatur. Sed naturæ uenerandū nomen allegorica dispositio prætendens, patrocinio coactæ figuræ sacrilegiū obscurat, & cōuicium falsis simulachris excusat. Proinde quos nunc destinamus hæreticos, sanctis nominibus & titulis & argumentis ueræ religionis, uanissima atq; turpissima figmenta cōfigurantes, fæcili claritati, ex diuina copiæ occasione, quia de multis multa succedere est, Eleusiniana Valentiniana fecerunt lenocinia, sancta silentio magno, sola tam eternitate coelestia. Si bona fide queras, cōcreto uultu, suspenso supercilio, Altum est, aiunt. Si subtiliter tentes, per ambiguitates bilingues, cōmunem fidem adfirmant. Si scire te subostendas, negant quicquid agnoscent. Si cōminus certes, tuam simplicitatem sua cæde dispergūt. Ne discipulis quidem proprijs antè committunt, quām suos fecerint. Habet artificium quo prius persuadeant, quām edoceant. Veritas autem docendo persuadet, non suadendo docet. Ideoq; simplices notamur apud illos, ut hoc tantū, non etiā sapientes: quasi statim deficere cogatur à simplicitate sapientia, domino utrāq; simplicitas iungente: Estote prudentes ut serpentes, & simplices ut columbæ. Aut si nos pientie conspropterea insipientes, quia simplices, num ergo & illi propterea non simplices, quia sapientes? Nocentissimi autem qui non simplices, sicut stultissimi qui non sapientes. Et tamē malim in eam partem, meliori sumi uitio. Si forte præstat minus sapere quām peius, errare quām fallere. Porro facies dei expectat in simplicitate quærendi, ut docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis. Deinde infantes testimonium Christi, sanguine litaue-

P 2 runc

runt. Pueros uocem qui crucem clamant: nec pueri erant, nec infantes, id est simplices non erant. Repuerascere nos & Apostolus iubet secundū deum, ut malitia infantes per simplicitatē, ita demum sapientes sensibus simus, diuinæ sapientiæ ordinem de simplicitate amando. In summa Christum columba demonstrare solita est, serpens uero tentare. Illa & à primordio diuinæ pacis præco. Ille à primordio diuinæ imaginis prædo. Ita facilius simplis citas sola deū & agnoscere poterit & ostendere, prudentia sola concutere potius & prodere. Abscondat itaq; se serpens quantū potest, totamq; prudenteriam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per amfractus seriem suam euoluat, tortuose procedat, nec semel totus, lucifuga fuga bestia. Nostræ columbæ domus simplex, etiā in æditis semper & aper bestiæ & ad lucem: amat figuram spiritus sancti, Orientem Christi figuram. Nihil ueritas erubescit, nisi solummodo abscondi: quia nec pudebit ullum aures ei dedere, eum deum recognoscere, quem iam illi natura cōmisit, quē quotidianè in operibus omnibus sentit, hoc solo minus notum quod unicum nō putauit, quod in numero nominavit, quod in alijs adorauit. Alioquin à turba eorum & aliam frequentiā suadere, à domestico principatu ad incognitum Alias, de limis transmouere, à manifesto ad occultum retorquere, de limine offendere est. ne fidem of fenderet est Iam si & in totam fabulam initietur, nōne tale aliquid dabitur te in infan-
Telles Lar mia inter somni difficultates à nutricula audisse, Lamiæ turre, & pectines Solis: Sed qui ex alia cōscientia uenerit fidei, si statim inueniat tot nomina æo-
Pectines Solis num, tot coniugia, tot genimina, tot exitus, tot euentus, felicitates, infelici-
tates, dispersæ atq; concisæ diuinitatis, dubitat ne ibidem pronunciare has esse fabulas & genealogias indeterminatas, quas Apostoli spiritus his iam tunc pullulantibus seminibus hæreticis damnare præuenit? Merito itaque non simplices, merito tantummodo prudentes, qui talia neq; facile producunt, necq; exerte defendunt, sed nec omnes quos edocent, perdocent: utiq; astutè, ut pudenda: cæterum inhumanè, si honesta. Et tamē simplices nos, Huc primum omnia scimus. Deniq; hunc primum cuneum cōgessionis armavimus, de-
cuneum con gressionis armabimus tectorum & designatorem totius conscientiæ illorum, primamq; hāc uictoriā auspicamur: quia quod tanto impendio absconditur, etiam solummodo demonstrare destruere est. Nouimus, inquam, optimè originem quoq; ipsorum, & scimus cur Valentianos appellemus, licet non esse uideantur. Abscesserunt enim à conditore, sed minime origo deletur: & si forte mutata, Valentinus tur, testatio est ipsa mutatio. Sperauerat Episcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio. Sed aliū ex martyrii prærogatiua loci potum indignatus, de ecclesia autenticæ regulæ abruptit (ut solent animi pro priora tu exciti, præsumptione ultionis accendi) ad expugnandam conuersus ueritatem, & cuiusdam ueteris opinionis semini actu colubroso uiā deliniauit. Ptolemæus Eam postmodum Ptolemæus intrauit, nominibus & numeris æonū distinguis

Etis in personales substantias, sed extra deū determinatas, quas Valentinus
 in ipsa summa diuinitatis, ut sensus & affectus motus inclus erat. Deduxit
 & Heracleon inde tramites quosdam, & Secundus, & magus Marcus. Mul-
 tum circa imagines legis Theotimus operatus est. Ita nulquam iam Valenti-
 nus, & tamen Valentianus qui per Valentini. Solus ad hodiernum An-
 tiochiae Axionicus memoriam Valentini integra custodia regularū eius cō-
 solatur. Alioquin tantū se huic hæresi suadere permisum est, quantum luge-
 scēminæ formam quotidie supparare solenne est. Quidnisi quum spiritale il-
 lud semen suū sic in uno quoq[ue] recenseant. Si aliquid noui adstruxerint re-
 uelationem statim appellant præsumptionē, & charisma ingenium, nec univ-
 tatem, sed diversitatem. Ideoq[ue] prospicimus seposita illa solenni dissimula-
 tione sua, plerosq[ue] diuidi, quibusdam articulis, etiā bona fide dicturos, Hoc
 ita non est, & Hoc aliter accipio, & Hoc non agnosco. Varietate enim inno-
 uatur regularum facies, habet etiam colores ignorantiarum. Mihi autē cum
 Archetypis erit limes principalium magistrorū, nō cum affectatis ducibus
 passiuorum discipulorum. Nec undiq[ue] dicemur ipsi nobis finxisse materias, Passivi disci-
 quis tot iam uiri sanctitate, & præstantia insignes, nec solum nostri antecelsi puli-
 sores, sed ipsorum hæresiarcharum contemporales, instructissimis uolumi-
 nibus & prodiderunt & retuderunt, ut Iustinus Philosophus & martyr, ut
 Miltiades ecclesiasticus sophista, ut Irenaeus omnium doctrinā curiosissimus
 explorator, ut Proculus nostræ uirginis senectas, & Christianæ eloquentiæ
 dignitas: quos in omni opere fidei, quemadmodum in isto optauerim asse-
 qui. Aut si in totum hærcies non sunt, ut qui eas pellunt finxisse credantur,
 mentietur Apostolus prædictor illarum. Porro si sunt, nō aliæ erunt quām
 quæ retractantur. Nemo tam ocosus fertur stilo, ut materias habens, fin-
 gat. Igitur hoc libello quo demonstrationem solum promittimus illius arca-
 ni, ne quæ ex nominibus tam peregrinis, & coactis, & compactis, & ambi-
 guis, caligo suffundat, quomodo eis usuri simus prius demandabo. Quo-
 rundam enim de Græco interpretatio non occurrit ad expeditam proinde
 nominis formam, quorundam nec de sexu genera conueniunt, quorundam
 ostentat in Græco noticia est. Itaque plurimum Græco ponemus, significan-
 tie per paginarū limites aderunt, nec Latinis quidem deerunt Græca, sed in
 lineis desuper notabuntur, ut signum hoc sit personalium nominū propter
 ambiguitates eorū quæ cum alia significatione cōmunicant. Quanquam autē
 distulerim congressionem, solam interim professus narrationem, sicubi ta-
 men indignitas meruerit sugillari, non erit delibatione transfunctoria expu-
 gnatio. Congressionis lusionem deputa lector, haud pugnam: ostendam,
 sed nō imprimā vulnera. Si & ridebitur alicubi, materijs ipsis satisfiet. Mu-
 ta sunt sic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Vanitati propriè festiuitas
 cedit. Congruit & ueritati ridere, quia lætans; de æmulis suis ludere, quia se-

cura est. Curandum planè, ne risus eius rideatur, si fuerit indignus. Ceterum: ubiunq; dignus risus, officium est. Deniq; hoc modo incipiam. Primus: omnium Ennius poeta Romanus,

Ennius. —Cœnacula maxima cœli

simpliciter pronunciauit, elati situs nomine, uel quia Iouem illic epulant̄ lex gerat apud Homerū. Sed hæretici quātas supernitates supernitatū, & quātas sublimitates sublimitatū in habitaculū dei sui cuiusq; suspenderint, extulerint, expāderint, mirū est. Etiā creatori nostro Enniana cœnacula in ædicularū disposita sunt forma, alijs atq; alijs per gulis superstructis, & unicuiq; deo per totidē scalas distributis, quot hæreses fuerint. Meritorū factus est mundus. Insulā Feliculā credas, tanta tabulata cœlorū, nescio ubi. Illic etiam Valentiniānorū deus ad summas tegulas habitat. Hūc substātialiter quidē θύμη τέλεσθαι appellāt, personaliter uero περιχών & τὸν ἀρχὴν, etiā Bythion, qđ in sublimib; habitanti minime cōgruebat. Innatū, immensum, infinitū, inviuisibilē, eternumq; definiūt: quasi statim probent esse, si talē definiant qualem scimus esse debere, ut sic & ante omnia fuisse dicatur. Sed ut sit expositu lo, nec aliud magis in huiusmodi denoto, qđ quod post omnia inueniuntur, qui ante omnia fuisse dicūtur, & quidē nō sua. Sit itaq; Bythios iste infinitis retro ævis, in maxima & altissima quiete, in ocio plurimo, placidæ & (ut ita dixerim) stupentis diuinitatis, qualē iussit Epicurus. Et tamen quē solum uolunt, dant ei secundā in ipso & cū ipso personā & notā, quā & Charin & Sigen insuper nominant. Et fortè accedunt in illa cōmendatissima quiete mo uere eū de proferendo tandem initio rerū à semetipso. Hoc uice seminis in Si gæ suæ uelut in genitalibus uulua locis collocat. Suscipit illa statim & prægnans efficitur, & parit utiq; silentio Sige, & quē parit Nus est, simillimū patri & parē per omnia. Deniq; solus hic capere sufficit immensam illā & invi cōprehensibilem magnitudinē patris. Ita & ipse pater dicit, & initū omniū & propriè Monogenes. Atquin nō propriè, siquidem non solus agnoscitur. Nam cū illo processit & foemina, cui Veritas. Monogenes, quia prior geni tus, quāto cōgruentius Protogenes uocaretur: Ergo Bythios & Sige, Nus & Veritas, prima quadriga defenditur Valentiniānæ factionis, matrix & origo cunctorū. Namq; ibidem Nus simulac cepit prolationis suæ officiū, Sermo emittit & ipse ex semetipso Sermonem & Vitam, quæ si retro nō erat, utiq; Vīta & nec in Bythio. Et quale est ut in deo uita non fuerit: Sed & hæc soboles, ad initium uniuersitatis, & formati Pleromatis totius emissia, facit fructum, Homo minem & Ecclesiam procreat: habes Ogdoadē, tetradem duplē, ex coniugationibus masculorū & foeminarū, cellas ut ita dixerim, primordialiū Æonū: fraterna connubia Valentiniānorū deorū: censu omnes sanctitatis & maiestatis hæreticæ: nescio criminū an numinū turbam, certe fontē reliqua: fœcunditatis. Ecce enim secunda tetras, Sermo & Vita, Homo & Ecclesia.

qđ in

qd; in partis gloriā fruticasset, hinc numerò gestientes & ipsi tale quid patri
 de suo offerre alios ebulliunt fœtus, proinde cōiugaleis, per copulā utriusqz
 naturæ: Hac Sermo & Vita decuriā ætonum simul fundunt: illac Homo &
 Ecclesia duos amplius, æquiparando parentibus, quia & ipsi duo cū illis de-
 cem tot efficiūt, quot ipsi procreauerūt. Reddo nūc nomina quos decuriam
 dixi: Bythios & Mixis: Ageratos & Henonis: Autophyes & Hedone: Aci-
 netos & Syncrasis: Monogenes & Macaria. Cōtra duodenarius numerus
 hi erūt: Paracletus & Pistis: Patricos & Elpis: Metricos & Agape: Ænos &
 Synesis: Ecclesiasticus & Macariotes: Teletus & Sophia. Cogor hic quid
 ista nomina desiderent proferre de pari exemplo. In t̄ isclis Carthaginensi, Forte, scolis
 bus fuit quidam rigidissimus rhetor latinus, Phosphorus nomine: cū virū Phosphorus
 fortē peroraret, Venio, inquit, ad uos optimi ciues de prælio cū uictoria “
 mea, cū felicitate uestra, ampliatus, gloriosus, fortunatus, maximus, trium, “
 phalis. Et scholastici statim, familiæ Phosphori φυ, acclamant. Audisti For φυ
 tunatam, & Hedonen, & Acinetū, & Teletū, acclama, familię Ptolemei φυ.
 Hoc erit Pleroma illud arcanū, diuinitatis tricenariæ plenitudo. Videamus
 quę sint istorum priuilegia numerorum, quaternarij, & octonarij, & duode-
 narij. Interim in tricenario fœcūditas tota deficit, castrata est uis & potestas
 & libido genitalis ætonum, quasi nō & numerorum tanta adhuc coagula su-
 peressent, & nulla alia de pædagogio nomina. Quare enim non & quinqua-
 ginta & centum procreantur: quare non & sterceiæ & Syntrophi nominan-
 tur: Sed & hoc exceptio personarū est, quod solus ille Nus ex omnibus im-
 mensi patris fruitur notione, gaudens & exultās, illis utiqz mōrentibus. Pla-
 ne Nus quantum in ipso fuit, & uoluerat & tentauerat, cæteris quoqz cōmu-
 nicare quę norat, quantus & quam incōprehensibilis pater: sed intercessit
 mater Sige, illa scilicet quę & ipsi hæreticis suis tacere præscribit: & si de pa-
 tri nutu aiūt factum, uolentis omnes in desiderium sui accendi. Itaqz dum
 macerantur intra semetiplos, dum tacita cupidine cognoscendi patrē urun-
 tur, penè scelus factum est. Namqz ex illis duodecim ætonibus quos Homo
 & Ecclesia ædiderunt, nouissima natu Æon, uiderit Solœcismus, Sophia
 em̄ nomen est, incontinentia sui ue coniugis Phileti satietae prorumpit in Teletus
 patrem inquirere, & genus contrahit uitij, quod exorsum quidem fuerat in
 illis alijs qui circa Nun, in hūc autem, id est in Sophiam deriuarat, ut solent
 uitia in corpore alibi connata, in aliud membrum perniciem suam efflare.
 Sed enim sub prætexto dilectionis in patrem, æmulatio superabat in Nun
 solum de patre gaudentem. Ut uero impossibilia contendens Sophia fru-
 strarat, & uincitur difficultate, & extenditur affectione, modico absuit præ
 ui dulcedinis & laboris deuorari, & in reliquam substantiam dissolui: nec
 alijs quam pereundo cessasset, nisi bono fato in Horon incurssasset, (quę, Bono fata
 dam & huic uis est, fundamentum, uniuersitatis illius extrinsecus custos)

P 4 quem

quem & Crucem appellant, & Lytroten, & Carpisten. Ita Sophia per curio
 lo exempta & tardè persuasa, de inclinata investigatione patris conquieuit,
Bathythes & totam Enthymesin, id est animationem cum Passione quæ insuper acci-
 derat, exposuit. Sed quidam exitum Sophiæ, & restitutionē, aliter somnia-
 uerunt. Post irritos conatus & spei deiectionem, deformatam eam pallore
 credo, & macie, & incuria formæ, ut quæ patrem non minus denegatum do-
 lebat quam amissum. Dehinc in illo mōtore ex semetipsa sola, nulla opera
Gallina coniugij concepit, & procreat fœminam. Miraris hæc? Et gallina sortita est
Vultures de suo parere. Sed & uultures fœminas tantum parere aiunt, & tamen sine
 masculo mater. Et metuere postremo ne finis quoq; insisteret, hærere de ra-
 tione casus, curare de occultatione. Remedia nusquam. Vbi enim iam Tra-
 goedie & comoedie à quibus forma mutuaretur exponendi, quod circa pu-
 dorem erat natum? Dum in malis res est, suspicit, conuertit ad patrem: sed
 incassum enisa, & uires deserebant, in preces succidit. Tota etiam propriaqui-
 tas pro ea supplicat, uel maximè Nus. quidni? causa mali tanti. Nullus tar-
 men Sophiæ exitus uacuit: omnes ærumnae eius operantur. Siquidem & il-
 la tunc conflictatio in Materiæ originē peruenit. Ignoratiā, pauor, mōrō,
 substantiæ fiunt. Ibi demum pater aliquando motus, quem suprà diximus
Fœminas Horon, per monogenen Nun, in hæc præmittit in imagine sua fœminama-
 re, quia de patris sexu ita uariant. Adiiciunt autem, Horon etiam Metago-
 gea (id est circunductorem) uocari, & Horotheten. Huius prædicant opera,
 & repressam ab inlicitis, & purgatam à malis, & deinceps confirmatam So-
 phiam & cōiugio restitutam, & ipsam quidē in Pleromatis censura mansi-
 se: Enthymesin uero eius, & illam adpendicem Passionem ab Horo relega-
Malum foras tam & crucifixam, & extra æuum factam, Malum, quod aiunt, foras: spiri-
Proverb. tales tamen substantiam illam, ut naturalem quendam impetum Aeonis,
 sed informem & inspectatam, quatenus nihil adprehendisset: ideoq; fru-
 ctum infirmum, & fœminam pronūciatam. Igitur post Enthymesin extor-
 rem, & matrem eius Sophiam coniugi reducem, ille iterum Monogenes, illi
 se Nus, ociosus planè de patris cura atq; prospectu, solidandis rebus, & Ple-
 tomati muniendo iamq; figendo, ne qua eiusmodi rursus concusso in cute,
Forte, incur- ret, nouam excludit copulationem Christum & Spiritum sanctum: turpis
reret simum putem, duorum masculorum: aut fœmina erit spiritus sanctus: & uul-
 neratur à fœmina masculus. Numen his datur unum, procurare concinna-
 tionem Aeonum. Et ab eius officiū societate, duæ scholæ protinus, duæ cathe-
Christi(eonis) dræ, inauguratio quædam diuidendæ doctrinæ Valentini. Christi erat.
Valentini no- inducere æonas naturā coniugiorum (uides quam rem piam) & innati cou-
men est)offi- iectionem, & idoneos efficere generandi in se agnitionem patris, quod ca-
 pere eum non sit neq; comprehendere, non uisu deniq; non auditu compo-
 tiri eius, nisi per Monogenen. Et tamē tolerabo quod ita discūt patrē nosse
 ne nossent

ne nō possent. Illam magis doctrinæ denotabo peruersitatē, quod docebātur, incomprehensibile quidem patris, causam esse perpetuitatis ipsorum: Comprehensibile uero eius, generationis illorū & formationis esse rationē. Hac enim dispositione illud opinor insinuatur, expedire deum non adprehendi: siquidem inadprehensibile eius, perpetuitatis est causa: adprehensibile autem non perpetuitatis, sed natuitatis & formationis egentium perpetuitatis. Filium autē constituunt adprehensibilem patris. Quomodo tamen adprehendatur, tum prolatus Christus edocuit. Spiritus uero sancti pro spiritus san-
pria, ut de doctrine studio omnes perequati, gratiarum actionem prosequi possent, & ueram inducerentur quietem. Itaq; omnes forma & scientia per-
æquantur, facti omnes quod unusquisq;: nemo aliud, quia alter. Omnes re-
funduntur in Nun, omnes in Homines, t in Philetos. Et quæ foeminæ, in Si-
gas, in Zoas, in Ecclesias, in Fortunatas: ut Ouidius Metamorphoseis suas Ouidius
deleuisset, si hodie maiorem cognouisset. Exinde refecti sunt, & constabiliti
sunt, & in requiem ex ueritate compositi, magno cū gaudij fructu hymnis
patrem concinunt. Diffundebatur & ipse lætitia, utiq; bene cantantibus fi-
lijs & nepotibus. Quidni diffunderetur omni iocunditate, Pleromate libera-
to? Quis nauclerus non etiam cum dédecore lætatur? Videmus quotidie
nauticorum lasciuias gaudiorum. Itaq; ut nautæ ad symbolam semper ex Nautæ
ultant, tale aliquid & Aëones unum iam omnes etiam forma, nedium senten-
tia, conuenientibus ipsis quoq; nouis fratribus & magistris Christo & Spi-
ritu, quod optimum atq; pulcherrimum unusquisq; florebat, conferunt in
medium. Vanè opinor. Si enim unum erant omnes ex supradicta peræqua-
tione, uocabat symbolæ ratio, quæ fermè ex uarietatis gratia cōstat. Vnum symbola
omnes bonum cōferebant, quod omnes erant. De modo forsitan fuerit ra-
tio, aut de forma ipsius iam perequationis. Igitur ex ère+ collocatio, qd aiūt, collatio
in honorem & gloriam patris, pulcherrimum Pleromatis sydus fructumq;
perfectum compingunt, Iesum: Eum cognominant Soterem, & Christū, &
Sermonē, de patribus: & omnia iam, ut ex omniū defloratione constructū,
graculum Aësopi, Pandoram Hesiodi, Acci Patinam, Nestoris Cocetū, Mi- Aësopi graca-
scellaneam Ptolemæi. Quam propius fuit de Atticis historijs Pancarpiam lus 8
uocari, à tam ociosis autoribus nominum. Ut autem tantum sigillarium ex Hesiodi Pan-
trinsecus quoq; inornassent, satellites ei angelos proferunt: par genus, si in- dora
ter se potest fieri. Si uero Soteri consubstantiuos (ambigue enim positū in Acci Patina
ueni) quæ erit eminentia eius inter satellites coequalis? Cōtinet hic igitur or- Nestoris Coc-
do primā processionem, pariter & nascentiū, & nubentiū, & generantiū æo- tū: Ptolemei Mi-
nū: Sophiæ ex desiderio patris, periculosisssimū casum: Hori oportuniissimū scellanea
auxiliū: Enthymeseos & cōiuncte Passionis expiatū: Christi & Spiritus san- Pancarpia
cti paedagogatū: æonum tutelarem reformatū: Soteris pauoninū ornatum:
Angelorū comparaticium antistatum. Quod superest, inquis, Vos ualete
& plau

& plaudite. Imò quod supereft, inquam, uos audite & proīcite. Cæterum hæc intra cœtum pleromatis decucurisse dicuntur, prima tragedia scena. Alia autem trans ſiparium cothurnatio eft, extra pleroma dico: & tamen ſi talis ſub ſinu patris intra ambitum Horis custodis, qualis extra iam in libero

Achamoth no
men ininter-
pretabile ubi deus non erat: Namq; Enthymesis ſive iam Achamoth (quod abhinc scriptum, hoc ſolo ininterpretabili nomine) ut cum uitio indiuide Passio- nis exploſa eft in loca luminis aliena, quod pleromatis res eft, in uacuum atque inane illud Epicuri, miserabilis, etiam de loco eft: Certe nec forma nec facies ulla, defectua ſcilicet & abortiuā genitura. Dum ita rerum habet, fle- ctitur à ſuperioribus Christus, deducitur per Horon, aborſum ut illud in- formet de ſuis uitribus, ſoliq; ſubſtantia nō etiam ſcientia ſorma. Et tamen cum aliquo peculio relinquitur. Iteratur odor incorruptibilitatis quo com- pos caſus ſui potiorum deſiderio ſuppararetur. Hac misericordia functus non ſine Spiritu ſancti ſocietate, recurrit Christus in pleroma. Uſus eft, rerum, ex liberalitatibus quoq; nomina accedere. Enthymesis de actu fuic. Achamoth unde, adhuc quaeritur: Sophia, de matre manat. Spiritus ſan- ctus ex angelo accipit Christum, à quo derelicta ſe statim ſenferat deſide- rium. Itaq; proſiluit & ipſa lumen eius inquirere: quem ſi omnino non no- uerat, ut inuifibiliter operatum, quomodo lumen eius ignotum cum ipſo re- quirebat: Tamen tentauit, & fortalſe adprehendiffet, ſi non idē Horos qui matri eius tam proſperè uenerat, nunc tam importunè filiæ occurriſſet, ut etiam inclamauerit in eam Iao, quafi Porro quiritates, aut Fidem Cæſaris, in- de inuenitur Iao in ſcripturis. Ita depulſa quo minus pergeret, nec habens ſu- fidem Cæſaris peruolare Crucem, id eft Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit ex Catulli Lau- erciata, ut deſtituta paſſionis illi ſuę in tricha multipli atque perplexa, om- reolus ni genere eius coepit adfligi: mœrore, quod non perpetraſſet inceptum: me- tu, ne ſicut luce, ita & uita orbaretur: conſternatione, cum ignorantia. Nec ut mater eius. Illa enim Aeon: at hæc pro cōditione deterius: insurgeſte adhuc & alio fluctu conuerſionis in Christum, à quo uiuificata fuerat, & in hanc

Iaoth
Porro Quiri- tes. Inclamare
Catulli Lau-
reolus Pythagorici ipsam conuerſionem temperata. Age nunc diſcant Pythagorici, agnoscant Stoici Stoici, Plato ipſe, unde materia quam innatam uolunt, & originem & ſu- stantia traxerit in omnē hanc ſtruem mundi, quod nec Mercurius ille Tri- megistus Physici megistus magiſter omnium Phyſicorum recogitauit. Audisti Conuerſio- nem, genus aliud paſſionis. Ex hac omnis anima huiusmodi dicitur conſti- tiffe, etiā ipſius Demiurgi, id eft dei nostri. Audisti mœrore & timorem. Ex his initiaſta ſunt cætera. Nam ex lachrymis eius uniuersa aquarū natura ma- nauit. Hic aeftimandum quē exitū duxerit, quātis lachrymarum generibus inundauerit. Habuit & ſalfas, habuit & amaras, & dulces, & calidas, & frigi- das guttas, & bituminofas, & ferruginantes, & ſulphurātes, utiq; & uenena- Lynceſtis tas, ut & Nonacris inde ſudauerit quæ Alexandrū occidit, & Lynceſtarum inde

Trismegistus Physici Conuerſio Nonacris Lynceſtis inde

Inde defluxerit quæ ebrios efficit, & Salmacis inde se soluerit quæ masculos *salmacis* mollefacit. Cœlestes imbræ pipiauit Achamothe. Nos in cisternis etiam alienos lactus & lachrymas seruare curamus. Proinde ex consternatione & pauore corporalia elementa ducta sunt. Et tamen in tanta circumstantia so-
litudinis, in tanto circumspectu destitutionis, ridebat interdum, quæ conspe-
cti Christi recordans. Eodem gaudio, risu lumen effulgit. Cuius hoc prouid-
entiaz beneficium quæ illam ridere ecebat, idcirco ne semper nos in tener-
bris moraremur. Nec obstupefas, qui lætitia eius tam splendidum elemen-
tum radiauerit mundo, cum mœsticia quoq; eius tam necessariū instrumen-
tum defluxerit seculo. O risum illuminatorem, o fletum rigatorem. Et ta-
men poterat remedio iam agere cum illius loci horrore. Omnem enim ob-
scuritatem eius discussit. Sed quoties ridere uoluisset, uel ne cogeretur deseg-
tores suos supplicare? Conuertitur enim ad preces & ipsa more materia. Sed Christus quem iam pigebat extra Pleroma proficiunt, uicarium praefi-
xit: Paracletum Soterem (hic erit Iesus, largito ei patre uniuersorum æonum
summatam potestatem subiiciendis eis omnibus, ut in ipso secundum Apo-
stolum omnia confoederentur) ad eam emitit: cū officio atq; comitatu eorū
ætaneorum Angelorū, credas & cum duodecim fascibus. Ibi dehinc aduen-
tu pompatico eius concussa Achamoth, protinus uelamentū sibi obduxit,
ex officio primo uenerationis & uerecundiæ. Dehinc cōtemplatur eum fru-
ctiferumq; suggestū. Quibus inde cōceperat viribus occurrit illi, quiriebat, rueret. Hic opinor suscep̄ta ille confirmat, atq; cōfirmat agnitione iam, & ab ey-
tib; omnibus iniurijs passionis expumicat, non eadē negligētia in exterminium expumicare
discretis, quæ acciderat in casibus matris. Sed enim exercitata uicia, & usu ui-
tiosa cōfudit. Atq; ita massiliter solidata, defixit seorsum in materiæ corpor-
alem paraturam, cōmitans ex incorporali passione iudita habilitatem acq-
uaturam, qua peruenire mox posset in æmulas & equiparantias corpulentia-
rum, ut duplex substantiarū conditio ordinaretur: de uicijs, pessima: de con-
uersione, passionalis. Hæc erit materia quæ nos cōmisit cum Hermogène, c. Hermogenes
terisq; qui deum ex materia, non ex nihilo operatum cuncta, prælutiuit. ¹⁰
Abhinc Achamota expedita tandem de malis ordinibus, ecce iam proficit,
& in opera maiora frugescit. Præ gaudio enim, tanti ex in felicitate successus
conciliacta, simulq; contemplatione ipsa angelorum luminū, ut ita di-
xerim, sub fermentata, pudet, sed aliter exprimere nō est, quodāmodo sub-
uit intrā & ipsa in illos. Et conceptu statim intuuit spirituali ad imaginem
ipsam, quam uis lætantis & lætitia prurientis intentionis, imbiberat, & sibi
intimarat. Peperit deniq; & facta est exinde trinitas generum, ex trinitate
canfarum. Vnum materiale, quod ex passione. Aliud animale, quod ex con-
uersione. Tertium spiritale, quod ex imaginatione. Hac autoritate triū scī Anterioris tri-
licet liberorum agendis rebus exercitor facta, formare singula genera co-
stituis

stiterit. Sed spiritale quidem non ita potuit attingere, ut & ipsa spiritualis. Ferre enim paria & consubstantia, ita alterutru talere societas naturae negavit. Eo animo se unum ad animale conuertit, prolatis Soteris disciplinis. Et prius munus (quod cum magno horro blasphemiae & pronunciadum, & legendum est, & audiendum) deum fingit hunc nostrum & omnium praeter heterorum patrem, & Demiurgum & regem uniuersorum quae post illum. Ab illo enim, si tamen ab illo; & non in ipso potius Achamoth, a qua occulito nihil sentiens eius, & uelut sigillario extrinsecus ductu, in omnem operacionem mouebatur. Denique ex hac personarum in operibus ambiguitate, nonne illi Metropatoris miscuerunt, distinctis appellationibus ceteris sedictus Demiurgus, uel quod matris pater ad deuterius comedant, patrem nuncupent: maternum uero quas ad levatorum delegant, Demiurgum nominent: Regem autem communiter in universitate. Sed simul mater necnomini proprietas copedit proprietati operi, de quibus nomina omnia, & pater esset tamen debet illa haec omnia uocari, a qua res agebatur, nisi quod iam nesciat illa. Cum enim dicant Achaeor in honore eorum imagines commemorationis, rursum op in Soterem auctorem detorquent, qui per illam sit operatus: ut ipsam quidem imaginem patris inuisibilis & incogniti daree, incognitam scilicet & inuisibilem Demiurgum: unde autem Demiurgum nam filium effingeret: Achaeor vero Demiurgi opus, reliquias ezonas exprimerent. Cum imagines auctoritatis trium, quero, non uis vanc ut imagines ridea peruersissimi pictoris. Molorum: formam Achamoth, imaginem patris, & ignatum matris Demiurgus, multo magis patris, imaginem Ne*re* ignorantis patrem, & Angelos famulos simulacra dominorum: Hoc est mulum de asino pingere, & Ptolemaeum non pingere. Describere de Valentino. Igitur Demiurgus extra pleromatis limites constitutus; in ignorantia eterni exilio uastitate novam provinciam condidit, hunc mundum: repurgata confusione & distincta diversitate duplicitis substantiis illius destruxit, animalium & materialium: Ex incorporalibus corpora & uerba redificat, grauia, levia: sublimantia, atque uergentia: coelestia atque terrena: Septemplices. cum ipsam celorum septemplice in scenam solio desuper suo finit: Vnde & celorum scena Sabbathum dictum, ab Hebdome sedis finit: & Ogdoada mater Achamoth, ab argumento Ogdoadis primigenialis. Caelos autem noeros deputat, & interdum angelos eos faciunt: sicut & ipsum Demiurgum: sicut & Paradisum, archangelum quartum, quemadmodum & hunc supra celum tertium pangunt, ex eius ultrae sumplerit Adam deuerfatus illic inter nubeculas & arboscum puerilia. Satis meminerat Ptolemaeus pueriliu*m* dicibulorum, in mari pomu*n* nasci, & cibula in arbore putes: sic & in coelestibus nuceta presumptit. Operatur Demiurgus ignorans, & ideo fortasse non scit arbores in sola terra institui oportere. Plane mater sciebat: Quid mihi suggerebat: quae & effectus suu*m* ministrabat. Sed tantum fastigium filio exstruens per ea opera, quae illum & patrem, & deum

deum, & regem, ante Valentianorum ingenia testatur, cur sibi quoq; ista noluit esse nota, postea quæram. Interim tenendum, Sophiam cognomina ri & Terram & Matrem, quasi Matrē terrā, & quod magis rideas etiā Spiri tum sanctum. Ita omnem illi honorē contulerūt fœminæ, puto & barbam, ne dixerim cætera. Alioquin Demiurgus adeo rerū nō erat compos, de animalibus scilicet censu inualitudinis spiritalia accedere, ut se solum ratus, con cionaretur. Ego deus & absq; me nō est: certè tamen non fuisse se retro scie bat. Ergo & factum intelligebat, & factitatorē facti esse quemcunq;. Quo modo ergo solus sibi uidebatur, & si non certus, saltim suspectus de aliquo factitatore? Tolerabilior infamia est apud illos in diabolum, uel quia origo sordidior capit. Ex nequitia enim mœroris illius deputatur, ex qua angelorum & dæmonum, & omnium spiritaliū maliciarum genituras notant. Et tamen diabolum quoq; opus Demiurgi affirmat, & Munditenentem appellant: & superiorū magis gnarū defendant, ut spiritalem natura, q; Demiurgum, ut animalem. Meretur ab illis prælationem, cui omnes hæreses procurantur. Singularium aut potestatū arces his finibus collocant. In summis summitatibus præsidet tricenarius Pleroma, Horo signate linea extremam. Inferius illum metatur medietatem Achamoth, filiū calcans. Subest enim Demiurgus in Hebdomade sua: magis diabolus, in isto nobiscum cōmuni mundo, colementato & concorporificato (ut supra æditum est) ex Sophiæ utilissimis casib; quā nec aerem haberet reciprocandi spiritus spaciū, te A E R teram omnium corporum uestem, colorū omnium indicem, organū tem porum, si non & istum Sophiæ mœstitia colasset, sicut animalia metus, sicut cōuersio eius, ipsum Demiurgum. His omnibus elementis atq; corporibus ignis inflabellatus est, cuius originalem Sophiæ passionem, quia nondum inflabellatus ædiderunt, ego interim argumentabor motiunculis eius excussum. Credas enim illam in tantis uexationib; etiā febricitasse. Cum talia de deo uel de dījs, qualia de homine figmenta? Molitus enim mundum Demiurgus, ad hominem manus confert, & substantiam ei capít non ex ista, inquiunt, arida quā nos unicam nouimus terrā (quasi nō & si arida postmodum, adhuc tamen tunc aquis ante segregatis superstite limo sicauerit) sed ex inuisibili corpore materiæ illius scilicet philosophicæ, de fluxili & fusili eius: quod una Materia phis de fuerit haud queo æstimare, quia nusquam est. Si enim fusile & fluxile lis, philosophica quoris est qualitas, liquor autem omnis de Sophiæ fletibus fluxit, sequitur ut limum ex pituitis & graminis Sophiæ constitisse credamus, quæ lachryma Grana rum proinde sunt feces, sicut aquarū quod desiderat limus est. Figulat ita hominem Demiurgus, & de afflatu suo animat: sic erit & choicus, & animalis, ad imaginē & similitudinē factus: quadruplex res: ut imago quidem, choicus deputetur, materialis scilicet: & si nō ex materia Demiurgus. Similitudo aut, animalis: hoc enim & Demiurgus. Habis duos interim. Carnalem su perficiem

Q perficiem

perficiem postea aiunt choico supertextam, & hanc esse pelliceam tunicam
 obnoxiam sensui. Inerat autem in Achamoth, ex substâlia Sophiæ matris,
Peculum se- peculum quoddam seminis spiritalis: sicut & ipsa Achamotha in filio De,
minis miurgo sequestrauerat, ne hoc quidem gnaro. Accipe industriam clandestinæ
 prouidentiæ huius. Ad hoc enim & deposuerat & occultauerat, ut cum
 Demiurgus animam mox de suo afflatu in Adam cōmunicaret, pariter &
 semen illud spiritale quasi per canalem animâ deriuaretur in choicum: atque
Fœturatum ita fœturatum in corpore materiali, uelut in utero, & adultum illuc, idoneum
 inueniretur suscipiendo quâdoq; sermoni perfecto. Itaq; cum Demiurgus
 ἐλαθεψι traducem animæ suæ cōmittit in Adam, latuit homo spiritalis flatu insertus,
 & pariter corpori inductus, quia non magis semen nouerat matris Demiur
 gus, q; ipsam. Hoc semen Ecclesiâ dicunt, ecclesiæ supernæ speculum, & ho
 minis censum: proinde eū ab Achamoth deputantes, quemadmodū anima
 lem à Demiurgo: choicum, substantia ρχύς: Carnem, materia. Habis no
 num, id est quadruplum Geryonem. Sic & exitum singulis diuidunt. Mate
 riali quidem, id est carnali, quem & sinistrum uocant, indubitatū interitum.
 Animali uero quem & dextrum appellant, dubitatū euentum: utpote inter
 materialem spiritalēq; nutanti, & illac debito quâ plurimū adnuerit. Cete
 rum Spiritalem emitti in Animalis cōparationem, ut erudiri cum eo & exer
 ceri in conuersationibus potuit. Indiguisse enim Animalem etiā sensibilium
Paratura disciplinarum: in hoc & paraturam mundi prospectam: in hoc & Soterem
mundi in mundo repræsentatū, in salutem scilicet Animalis. Alia adhuc composi
 tione monstrosum, uolunt illum prospicientias earū substantiarum induiſ
 se, quarum summā saluti esset redacturus: ut Spiritalem quidem suscepérit
 ab Achamoth: Animalem uero quem mox à Demiurgo induit Christum:
 cæterum Corporalem, ex Animali substantia. Sed miro & inenarrabili ra
 tionis ingenio constructâ, administrationis causam ui contulisse, quo con
 gressui, & cōspectui, & contactui, & defunctui, ingratis subiaceret. Materia
 le autem nihil in illo fuisse, utpote salutis alienum: quasi alijs fuerit necessa
 riū quâm egentibus salute. Et totum hoc, ut carnis nostræ habitū alienatu
 do à Christo, à spe etiā salutis expellant. Nunc reddo de Christo: In quem
 tanta licentia Iesum inserunt quidam, quanta spiritale semen animali cum
Fartilia boni inflatu infulciunt, fartilia nescio quæ cōmenti, & hominum & deorum suo
 num & dœru
Valentiniano rum. Esse etiam Demiurgo suum Christū filium naturalem: deniq; anima
 lem prolatum ab ipso, promulgatum Prophetis: in præpositionum quæſtio
 nibus positum, id est per uirginem, non ex uirgine æditum: quia delatus in
 uirginem transmeatorio potius q; generatorio more processerit, per ipsam,
 non ex ipsa, non matrem eam, sed uiam passus. Super hūc itaq; Christum,
 deuolasle tūc in Baptismatis sacramento Iesum, per effigiē columbæ. Fuisse
 autem & in Christo etiam ex Achamoth spiritalis seminis condimentum,
 ne mar

ne marcesceret scilicet reliqua farsura. Nam in figurā principalis Tetradi, quatuor eum substantijs stipant: spirituali Achamothiana: animali, Demiurga: corporali, Iesuaciana: & illa Soteriana, id est columbina. Et Soter qui dem permanit in Christo, impassibilis, inlaesibilis, inadprehensibilis. Denique cū ad apprehensiones uenitur, discessit ab illo in cognitione Pilati. Pro inde nec matris semen admisit iniurias, & quē insubditiuū, & ne ipsi quidem Demiурgo compertum. Patitur uero Animalis & carneus Christus, in delinationem superioris Christi, qui ad Achamoth formandā substatiuali nō agnitionali forma, Crucis, id est Horo fuerat innexus. Ita omnia in imagines urgent, planè & ipsi imaginarij Christiani. Interea Demiurgus omniū ad, huc nescius, ut si aliquid & ipse per Prophetas concionabitur, ne huius quidem operis sui intelligēs: diuidunt enim & prophetiale patrocinium in Achamoth, in semē, in Demiurgū: ubi aduentū Soteris accepit, propere & ouanter accurrit, cum omnibus uiribus suis, Centurio de Euangeliō. Et de omnibus inluminatus, ab illo etiā spem suam dicit, quod successorus sit in locum matris. Ita exinde securus, dispensationem mundi huius, uel maxime ecclesiæ protegendæ nomine, quanto tēpore oportuerit, insequitur. Colligamus nunc ex disperso, ad concludendum, quæ de totius generis humani dispositione differant. Triformem naturam primordio professi & tamē inunitam in Adam, inde iam diuidunt per singulares generum proprietates, naecti occasiō distiunctionis huiusmodi ex posteritate ipsius Adę, moralibus quoque differentijs tripartitæ. Cain, Abel, & Seth, fontes quodammodo genitris humani in totidem deriuant argumenta, naturæ atq; essentiæ. Choicum saluti degeneratum, ad Cain redigunt: Animale mediæ spei deliberatū, ad Abel componunt: Spiritale certæ salutis præiudicatū, in Seth recondunt. Sic & animas ipsas duplii proprietate discernunt, bonas & malas: secundum choicum statum ex Cain, & animalem ex Abel, spiritalem ex Seth. De obuenientia superducūt iam nō naturam, sed indulgentiā, ut quos Achamoth in superiorib. in animas bonas depluat, id est animali cēsui inscriptas. Choicum enim genus, id est malas animas, nunq; capere salutaria. Inmutabilem enim & irreformabilem naturæ naturā pronūciauerūt. Id ergo granum feminis spiritualis modicū & parvulum iactu, sed eruditū huius fides augetur atq; prouehitur, ceu prædiximus: animæcū hoc ipso ita cæteris præuertunt ut Demiurgus tūc ignorans magni eas fecerit. Ex earū ergo Laterculo, & in reges, & in sacerdotes allegere cōsueuerat: Quæ nunc quoq; si plenam atq; perfectam noticiam adprehenderint istarum nāniarum, naturificatae iam spiritualis cōditionis germanitate, certam obtinebunt salutem, imò omnimo do debitam. Ideoq; nec operationes necessarias sibi existimant, nec ulla disciplinæ munia obseruant: martyrij quoq; eludentes necessitatem qua uolunt interpretatione. Hanc enim regulam Animali semini præstitutā: ut sa-

Q 2 lutem

ludem quam non de priuilegio status possidemus, de suffragio actus elaberemus. Nobis enim inscriptura huius seminis, qui imperfectae essentie sumus, qui a moribus Phileti, & utique abortui deputamur, quod mater illorum. Sed nobis quidem uerum, si excesserimus in aliquo disciplinae iugum: si obtorperimus in operibus sanctitatis atque iustitiae: si confitendum alibi, nescio ubi, & non sub potestatibus istius seculi, apud tribunalia Praesidum optauerimus.

Passim Illi uero & de passimitate uitæ, & diligentia delictorum, generositatem suam vindicent, blandiente suis Achamoth, quoniam & ipsa delinquendo profecit. Nam & honorandorum coniugiorum supernorum gratiae dicitur apud illos meditandum atque celebrandum semper sacramentum, comiti, id est fœminæ adhærendo. Alioquin degenerem nec legitimum ueritatis, qui deuersatus in mundo non amauerit fœminam, nec se ei iuxterit. Et quid facient spadones, quos uidemus apud illos? Superest de consummatione, & dispensatione mercedis. Vbi totam messem Achamoth seminis sui preserit, dein colligere in horreum cœperit, uel cum ad molas delatum, & defatur, in conspersionis aluearia absconderit, donec totum confermentetur, tunc cōsummatio urgetur. Igitur in primis ipsa Achamoth, de regione medietatis, de tabulato secundo in summum transfertur, restituta Pleromati: & statim excipit compactius ille Soter, sponsus: scilicet ambo cōiugium nouum fiet. Hic erit in scripturis sponsus: & sponsalis, Pleroma. Cre

Pro Cainia das enim ubi de loco in locum transmigratur, leges quoque Iulias interuenire sicut & † Cainam. Et Demiurgus tunc de Hebdomade coelesti in superiora mutabit, in uacuum iam coenaculum matris, sciens iam nec uidet illam. Nam si ita erat, semper ignorare malueret. Humana uero gens in hos exitus ibit, choicæ & materialis notæ totū interitū: quia omnis caro fœnum. Et anima mortalis apud illos, nisi quæ salutē fide inuenierit. Lustorum animæ, id est nostræ, ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur. Agimus grātias, contenti erimus cum deo nostro deputari, quā census, nihil Animale sit

Spirituale examen Valentini Pleromatis palantium admittitur, nisi spirituale examen Valentini. Illic itaque primo dispoliantur homines ipsi, id est interiores. Despoliari est autem deponere animas, quibus inediti uidebantur: easque Demiurgo suo reddent, quas ab eo auerterant. Ipsa autem spiritus in totum fient intellectuales, neque detinuit, neque conspectui obnoxij: atque ita inuisibiliter in Pleroma recipientur furtim. Si ita est, quid deinde? Angelis distribuentur satellitibus Soteris. In filios putas? Non. Sed in adparitores? Ne istud quidem. Sed in imagines? Utinam uel hoc. In quid ergo, si non pudet dicere? In sponsas. Tunc illi Sabinas raptas iure matrimonij plaudent. Haec erit Spiritalium merces, hoc premiu credendi. Fabulae tales utiles, ut Marcus, aut Gaius in hanc carnem barbatus, & haec omnia, seuerus maritus, pater, auus, proauus, certè quod sufficit masculus, in symphone Pleromatis ab angelo, tacendo iam dixi, & forsitan

Sabine raptæ binas raptas iure matrimonij plaudent. Haec erit Spiritalium merces, hoc premiu credendi. Fabulae tales utiles, ut Marcus, aut Gaius in hanc carnem barbatus, & haec omnia, seuerus maritus, pater, auus, proauus, certè quod sufficit masculus, in symphone Pleromatis ab angelo, tacendo iam dixi, & forsitan

forsitan parias aliquem t' onesimum æonem. His nuptijs rectè deducendis, ^{Nonissimum}
 pro face & flammæo, tūc credo ille ignis arcanus erumpet, & uniuersam sub
 stantiam depopulatus, ipse quoq; decineratis omnibus in nihilum finietur:
 & nulla iam fabula. Sed ne ego temerarius, qui tantum sacramentum etiam
 inludendo prodiderim. Verendum mihi est, ne Achamoth quæ se nec filio
 agnitam uoluit, insaniat: ne Philetus irascatur: ne Fortuna acerbetur. Et ta-
 men homo sum Demiurgi, illuc habeo deuertere, ubi post excessum omni-
 no non nubitur: ubi superindui potius, quam despoliari: ubi & si despolior,
 sexui meo deputor: angelis non angelus, non angelæ: nemo mihi quicquam
 faciet, quem & tunc masculum inuenient. Producam deniq; uelut epicitha ^{Teletus}
risma post fabulam tantam, etiam illa, quæ ne ordini obstreperent, & lecto-
 ris intentionem interiectione dispargerent, hunc malui in locum distulisse,
 aliter atq; aliter t' commendata ab emendatoribus Ptolemæi. Extiterūt eīm ^{Cōmentata}
 de schola ipsius, discipuli super magistrum, qui duplex coniugium Bythio
 suo ad fingerent, Cogitationem & Voluntatē, Vna enim satis non erat Co-
 gitatio, qua nihil producere potuisset, ex duabus facillimo prolatu. Prīmū ^{Erat}
 coniugium, Monogenem & Veritatem: ad imaginem quidem Cogitatio-
 nis fœminam Veritatem: ad imaginem Voluntatis, marem Monogenem.
 Voluntatis enim uis, uti quæ effectum præstat Cogitationi, maris obtinet
 censum. Pudiciores alij, honorem diuinitatis recordati, ut etiam unius coniu-
 gis dedecus ab eo auellerent, maluerunt nullum Bythio sexum deputare: &
 fortasse Hoc deum, non Hic deus, neutro genere pronunciant. Alij contrà.
 magis & masculū & fœminam dicunt, ne apud solos Lunēses Hermaphro-
 ditum existimet annualium commentator Fenestella. Sunt qui nec principa-
 tum Bythio defendant, sed postumatum, Ogdoadem ante omnia præmit
 tentes ex tetrade quidem & ipsam, sed alij nominibus deriuatam. Primo
 enim constituunt Proarchen, secundo Anenkoeton, tertio Arrheton, quar-
 to Aoraton. Ex Proarche itaq; processisse primo & quinto loco Archen:
 ex Anenkoeto, secundo & sexto loco Acatalepton: ex Arrheto, tertio & se-
 ptimo loco Anonomaston: ex Inuisibili, quarto & octauo loco Agēneton.
 Hoc quæ ratio disponat ut singula binis locis & quidem tam intercisis na-
 scantur, malo ignorare quam discere. Quid enim recti habent, quæ tam
 peruerse proferuntur? Quanto meliores qui totum hoc tædium de medio
 amoliti, nullum æonem uoluerunt alium ex alio per gradus reuera ^{Gemonij}
 nios structum, sed mappa (quod aiunt) missa, semel octoiugem istam ex ^{gradus}
 patre & Enncea eius exclusam. Ex iplo denique eius motu nomina gerunt.
 Cum, inquiunt, cogitauit proferte, hoc pater dictus est. Cum protulit, quia
 uera protulit, hic Veritas appellata est. Cū semetipsum uoluit probari, hoc
 Homo pronunciatus est. Quos autem præcogitauit, cum protulit, tunc Ec-
 clesia nuncupata est. Sonuit Homo Sermonem, & hic est primogenitus fi-
 lius: &

lius: & Sermoni accessit Vita: & Ogdoas prima conclusa est. Sed hoc tēdiū
 17 pusillum. Accipe alia ingenia Circurianiana insignioris apud eos magistri,
 qui ex Pontificali sua autoritate in hunc modum censuit. Est, inquit, ante o-
 mnia Proarche, inexcogitabile, & inenarrabile & innominabile, quod ego
 nō nominō Monoteta. Cū hac erat alia uirtus, quam & ipsam appello Heno-
 teta. Monotes & Henotes, id est solitas & unitas cum unum essent, protule-
 runt nō proferētes initium omniū intellectuale, innascibile, inuisibile, quod
 sermo Monada uocauit. Huic adest consubstantia uirtus, quam appellat
 Vnio. Hæ igitur uirtutes, Solitas, Singularitas, Vnitas, Vnio, cæteras prola-
 tiones æonum propagarunt. 6 differentia. Mutetur Vnio & Vnitas: Singu-
 laritas & suum Solitas, quanq; designaueris, unum est. Humanior iam Se-
 cundus, ut breuior, Ogdoadem in duas tetradas diuidens, in dexterā & sinī
 stram, in lumen & tenebras, tantum quod desultricem & defectricem illam
 uirtutem non uult ab aliquo deducere æonum, sed à fructibus de substan-
 tia uenientibus. De ipso iam domino Iesu, quāta diuersitas scinditur: Hi ex
 omnium æonum flosculis eum construunt, illi ex solis decem constitisse con-
 tendunt, quos Sermo & Vita protulerūt. Inde & in ipsum Sermonis & Vi-
 tæ cōcurrerunt flosculi. Illi ex Duodecim potius, ex Hominis & Ecclesiæ for-
 tu: ideoq; filium hominis autè pronunciatum: aliq; à Christo & Spiritu san-
 cto constabiliendæ uniuersitati prouisit, confictum: & iure, paternæ appel-
 lationis heredē. Sunt qui filiū hominis aliunde cōceperint dicendū: quanq;
 ipsum Patrē pro magno nominis sacramento Hominē appellasse præsum-
 pserint, ut quid amplius spes de eius dei fide cui nūc adæquaris? Talia in-
 genia superfruticant apud illos ex materni seminis redundātia. Atq; ita in-
 Gnosti solescētes doctrinæ Valentinianorū, in sylvas iam exoleuerūt Gnosticorū.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVL/
 LIANI, LIBRI ADVERSVS
 VALENT. FINIS.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS
 PER BEATVM RHENANVM.

RTHODOXAM pietatē tres personas in diuinis cōstituentem hoc
 uolumine propugnat aduersus Praxeam, qui dicebat unicū dominū
 omnipotentem mundi conditorem, nempe patrem ipsum, & natum &
 cruci suffixum: ipsum denique esse IESVM CHRISTVM. Ab illo
 cognominati sunt Praxeiani, huic impietati subscriptentes. Quibus similes sunt
 quos Aurelius Augustinus Noetianos appellat, & Sabellianos. qui omnes com-
 munī uocabulo Patripassiani uocantur. Fuit & Monarchianis inde nomē, quod
 πατριπασχία, hoc est, ut Tertullianus interpretatur, singulare & unicum imperium;

defen-

defendendo, nempe Patris, Filij personā in diuinis nō agnoscerent. Praxeas meminit Tertullianus in Catalogo hæreseon, in fine, cū inquit: Sed post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare cura uit. Hic deum patrem omnipotentem, Iesum Christum esse dicit: hūc crucifixum passumq; contendit, mortuum, præterea seipsum sibi sedere ad dexterā suam cum prophana et sacrilega temeritate proponit. Autor est Aur. Augustinus Praxeam in Africa uixisse. Quo minus tolerabilis fuit Tertulliano uicinam gentem seducens. Cæterum hic monendi sunt Theologi ut quædam commodius interpretentur, quæm sonant, & uetus statu nonnihil condonent: nam ante hunc apud Latinos nemo hoc argumentum tractauit. Scripsit autem hunc librum post medium aetatem, meminit enim nouæ prophetiæ.

ARGUMENTI FINIS.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM

Tulit Romanæ humo.) Intelligit prouincias urbí Romæ uiciniores. Alioqui ipsa etiam Asia partim Romanū agnoscebat imperium. Et mox sequitur, Duo negotia diaboli Praxeas Romæ procurauit, Prophetiam expulit, & hæresim intulit. De factatione Martyrū inflatus.) Vel hinc uides quanti solerent olim fieri martyres. Episcopum Romanū agnoscentē iam Proph.) Attende sum mam Romani Pontificis autoritatem etiam illis temporibus, dum aliquid aut recipit, aut damnat. Hinc illud Am. Marcellini de Constantio Aug. & Liberto pontifice, Tamē, inquit, autoritate, qua potiores æternæ urbis episcopi, firmari desiderio nitebatur ardenti. Lib. xv. Irenæus sanè Romanam ecclesiam maximam & antiquissimam uocat, à glorioſiſſimiſ duobus Apostolis Petro & Paulo fundatam & constitutā, ad quām propter potentiorē principalitatē, necesse sit omnem conuenire ecclesiam, hoc est eos qui sunt undiq; fideles: in qua semper, ab hijs qui sunt undiq;, conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Falsa de ipsis Prophetis & ecclesijs eorum adseuerando. Hic audis Montani fautorem. Quem præcipue defendit operis περὶ ἱερῶν libro septimo. Sanè Apollonius uir disertissimus, scripsit aduersus Montanum, Priscillam & Maximillam insigne & longum uolumen, in quo asserit Montanum & insanias uates perijſſe suspendio, & multa alia, in quibus de Priscilla & Maximilla refert: Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse prophetas qui accipiunt, & mille hoc testibus approbabō. Sed & ex alijs fructibus prophetæ: Dic mihi, crinem fucat prophetes: Stibio oculos linit: Prophetæ uestibus & gemmis ornantur: Prophetes tabula ludit & tesseris: Prophetæ fœnus accipit: Respondeant, utrum hoc fieri liceat, an non: Meum est approbare, quod fecerint. Ex illustribus scriptoribus ecclesiasticis diui Hieronymi. Huc etiam pertinet quod Sacraenta perhibentur funesta habere. Nam de infantis anniculi sanguine, quē de toto eius corpore minutis punctionū vulnēribus extorquent, quasi Eucharistiam suā cōfiscere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemq; inde facientes. Qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre: Si autem uixerit, pro magno sacerdote. Ex Aurelio Augustino.

Et præcessorū eius autoritatem defendendo.) Et hic locus superiorem confirmat, & primam atq; adeo summam autoritatem ecclesiæ Romanæ subindicat.

Reuocare.) Hic considera studia hominū, dum quisq; pro eo cui fauet, nihil nō facit. Rectissime uero agit Rom. Pontifex qui illā conficiā Montani prophetiam damnauit. Emissas.) Emittuntur literæ. Iureconsultorum uerbum est.

Paracletum fugauit.) Mirum est, tam eruditū uirum somnijs Montani fidē ha-

Q 4 buisse

buisse, nec fucum olfecisse. An non erat aperta insanía, dicere, in Apostolis spiritum sanctum fuisse, Paracletum nō fuisse: Et Paracletū plura in Montano dixisse q̄ Christus in Euangeliū protulerit, nec tantū plura sed etiā meliora atq; maiora. Ex Præscriptionib. In quo loco blasphemia ipse uocat. Sed nondū Montano no, mē dederat. Atq; hoc est quod diuus August. scribit, transisse eū ad Cataphrygas quos ante destruxerat. Fructificauerant. Sic aduersus Hermogenem, Fructificet terra herbam foeni. Item in fine aduersum Valentianos, Talia, ingenia superfructificant apud illos. Auenæ Præceanæ.)Iuxta illud Vergilianum, Infelix loliū & steriles dominantur auenæ. Falsam doctrinā auenæ cōparat. Nam ut Plinius scribit, Frumenti uitium est auena. Superseminatae, dormientibus multis in s.d.) Alludit ad locū Matthæi qui est cap. xiii. Traductæ.) Hoc est manifestatæ, confutatæq;. Per quem deus uoluit.) Non nominat eū qui Prae xeam erroris conuicerat. Pristinū.) Pristinū quemadmodū antè plus semel indicauimus solet usurpare pro prius. Sic infra, Transfiguratio aut̄ interemptio est pristini. In De corona militis, Tamen & in nostris hodie usib⁹, & in pristino rum sanctorum. Cauerat pristinū constructio Græca, hoc est secundū pristinum, id est priorē impiam atq; erroneam doctrinā. De emendatione sua.) Attende maiorū nostrorū clementiā in puniendo, qui chirographo resipiscētis & obedientiam ecclesiæ pollicentis cōtentī erant. Sic & Marcion Ponticus ob inquietā curiositatē qui fratres quoq; id est Christianos uiciabat, semel & iterū electus, cōducentis Sestertijs quæ ecclesiæ intulerat nouissimè in perpetuum dissidū relegatus est, ubi uenena doctrinarū suarū disseminauit. Postmodū pœnitentiam cōfessus, quū conditioni date sibi occurrit, ita pacem recepturus si ceteros quoq; quo perditioni erudit̄, ecclesiæ restitueret, morte præuentus est. Ex Præscriptionib. Tertull. Porrò nō dubito quin ea res etiā per syngraphā inter ecclesiam & ipsum Marcionē sit transacta. Apud Psychicos.) In uolumine Paterniacensi quod adhuc penes me habeo legitur Psychicos. At mox, disiunxit à Physicis. Collatio uero Gorziensis utrobiq; Physicorū nomē continet. Itaq; sic scripsi in contextu. Nō possum aut̄ diuinare quos innuat hoc uocabulo, nisi forte orthodoxos nolentes commentitiam Montani Prophetiā recipere sic notat. Nam sequitur, Et nos quidē postea agnitiō Paracleti atq; defensio dissūxit à Physicis. Enimuero coniūcio Montanū in sua cōficta Prophetiā dānasse secūdas nuptias, exegisse ieiuniā, exegisse martyriū. Quorū primū quū cōcedat Apost. Paul. altera uero duo nūlq; præcepta legātur uel à Christo uel ab Apostolis, merito falsum Montani dogma damnauit Ecclesia. At Tertull. nimio studio castitatis, abstinentie, & martyrij, no uam illam prophetiā amplexus est, nec iam ab ecclesia damnaū detestatus: quæ res illi merito odiū cōcītauīt. Vnde fortassis Prophetiā Montanicam respuentes leui cōiūtiolo Physicos uocat, hoc est Naturales: quasi naturā sequētes que castitatem, ieiuniū, tormenta, nō admodū amat, sed fugit magis, atq; abhorret. Tanq; uero nouā prophetiā agnoscentes ipsi sp̄iritales existant scilicet. Hoc quod diximus, ex eo colligimus, quod diuus Hieronymus autor est, Tertullianū specialiter aduersum Ecclesiā texuisse uolumina, De pudicitia, De persecutione, De ieiunijs De monogamia: nempe quū Montani dogma propugnaret. Ceterū si Psychicos legas, idē erit sensus. Verbū est Paulinū pro carnali. Sic etiā ad Corinth. cap. 2. scribit, Ψυχὴς ἡ ἀνθρωπὸς ὁν οὐκ εἰς τὰς Φωτιὰς θεῖται. Hoc est, Animalis aut̄ homo non accipit ea que sunt sp̄iritus dei. Est em̄ Ψυχὴς Paulo, id est Animalis qui Animū, hoc est affectus sequitur humanos. Si uoluerit dominus.)Modus loquendi Christianorū. In isto cōmeatu.) Cōmeatum eleganter uocat sp̄acium temporis quo mūdus hic duraturus est, à deo prescriptū atq; cōcessum. Nam cōmeatus

meatus etiā facultatē siue ueniā significat discedendi, quā princeps p̄fſtare solet.

Et semper, & nūc magis ut inſtructiores per Paracletū.) Nisi fallor, Paracletū Montani significat. Et in cōelo resumptū.) Sic in De carne Christi, Et in cōelo resumpta est, In Præscriptionib. Solam, inquit, animam ipsius in cōelo ereptam.

Hanc regulam.) In Præscriptionib. etiā regulam fidei uocat. Regula est autē, inquit, fidei. Et hic infra, Quoniā, inquit, & ipsa regula fidei, à plurib. dījs seculi, ad unicum & uerum deum transfert. Quām ipsa nouellitas Praxeæ hesterni.) Similia scribit de Hermogene. Hermogenis aut̄, inquit, doctrina tam nouella, deuīq; ad hodiernū homo in ſeculo. &c. Retractatibus.) Retractare Tertulliani uerbū eft protractare siue excutere & perpendere. Vnde retractatus, pro retractatione. Et ita ſoliū iſpsum uocaliter exprimunt.) Sic legitur in manuscriptis uo 3 lūminibus omnibus quæ uiderim. Non arbitror μοναρχίαν ſoliū reddere uoluiffe quod Grāmatici ſic dicitū aiunt nō quod ſolum capiat, ſed quia ſolidū. Proinde ſolum mutauit in ſonū. Nam mox ſequitur, Sed monarchiā ſonare ſtudet Latini. Et infra, Malo te ad ſenſum rei, q̄ ad ſonū uocabuli exerceas. Cum plures.) ſub audi, dīj, uel creatores inferuntur. Secūdum Valentinos.) Variatio numeri.

Et prodigos.) ſcribendū, & Procloſ. Nā ex Philastro recenſet Aurel. Augustinus Proclianitas qui cū Seleucianis ſenſerint creatores animarū angelos eſſe de igne & ſpiritu. Tum ſic diſtinguēda uerba, Tunc male, quū plures, ſecundū Valentinos & Procloſ. Tunc in monarchiē euersionē, quū in creatoris deſtructionē Congrederis rationem.) Secuti Gorziensem collationē ſcripſimus, ratione. 4

Proinde gaudēti in persona illius.) Paulo ante ſcriptum eſt, Ego erā ad quam 5 gaudebat, cottidie autē oblectabar in persona iſpſius. Quare mutauit hic gaudentī in gaudentem, hoc modo, Ad quē deinceps gaudens, proinde gaudentē persona illius, Subaudi, dicit. Nouimus enim eū.) Sic in Paterniacensi codice legitur 6 Sed quia Hirſaugiensis & Gorziensis habent, Non uis enim, rurſum ita ſcripſimus. Et ita capias ſecundus à deo conſtitutus duos efficerē.) Mutauimus ca piás in capiat, ut ſit capiat ſecundus à deo conſtitutus duos efficiat. Sic Gr̄corū cōſuetudinē circa uolum uerbi γράμμα imitari ſolet, quēadmodū ante diximus multis in locis.

Diuersum eius.) Diuerſum eius, pro diuerſum ab eo. Vt Alienum ſalutis, pro alienū à ſalute. Quis enim negabit deum corpus eſſe, & ſi deus ſpiritus eſt?) Aur. Augustinus ad Quod uult deum, Tertullianus ergo, inquit, ſicut ſcripta eius ſindican, animā dicit immortalem quidē, ſed eam effigiatū corpus eſſe contendit, neq; hanc tantū, ſed iſpsum etiā deū corporeū eſſe dicit, licet nō effigiatū. Nectamen hinc haereticus creditur faciū. Posſet enim quoquomodo putari iſpſam na turā ſubſtantiamq; diuinā corpus uocare, non tale corpus cuius partes aliae maiores, aliae minores ualeant uel debeat cogitari, qualia ſunt omnia quæ proprie dicimus corpora: quamuis de anima tale aliquid ſentiat. Sed potuit, ut dixi, propterea putare deum corpus dicere, quia nō eſt nihil, nō eſt inanitas, non eſt corporis uel animæ qualitas, ſed ubiq; totus, & per locorū ſpacia nulla partitus: in ſua tam natura atq; ſubſtantia immutabiliter permanet. Hactenus ille. Si qui,) Pro ſi quis, ut antē pluribus locis. Non ideo non utitur & ueritas uocabulo iſto.) In manuscriptis uoluminib. eſt utatur, hoc eſt uti debet. Et ſic nos ſcripſimus

Et reaccessu eius.) ſcribendū, Et re accessu eius. Nam hoc uocabulo gaudet uti Tertull. Sic in De corona militis, Et ex originis cenu, & ſuperſtitionis uo.

Hic mecum gradum ſige.) Hoc ceu prouerbio etiā in ſuperioribus uoſus eſt.

Vt Aeon patrē neſciat.) Intelligit nouissimū aeronē cui nomē Sophię, quæ Te leto ſiue ut Tertull. aliquoties loquitur, Phileto copulatur. Et que mandatus eſt à patre

est à patre.) Mādatus passiū. Hoc est, quē iussus est, id est quē in mādatis accepit.
 7 siue ad quae emādatus est. Sed nō paratū.) Scripsimus, separatū ex Gorziēsi
 collat. Et sequitur paulo post, Non ideo tamē est separatū. Quēadmodū etiā
 Paracletus docet.) Loquitur, ut puto, de Paracleto nouæ prophetiæ. Plane nī
 s hil deo difficile sensi.) Apparet scribendū, Plane nīhil deo difficile. Sed si tam abru
 9 ptē &c. Ita saluus sim.) Pro hījs uerbīs in Hirsaugensi codicē, quidā a scripse/
 10 rat, Si uoluisset deus. Maxime Paracleti nō hominū discipuli.) Sētit nī fallor,
 de Paracleto nouæ prophetiæ. Iactabāt uero Mōrani sectatores nō hominū disci
 pulos sed Paracleti. Quē inuisibilē deū determinauit.) Nos scripsimus exigen
 11 te sensu, Quæ inuisibilē deū determinauit.) Ostēdit & uisibilem.) Addidimus
 pronomē ipse. Ostendit & ipse uisib. Ex Gorziensi coll. Sine ratione & amē
 tia.) Sine ratiōe, hoc est certa ratiōe & modo id est amētia. ut Et, hic sumamus pro
 id est. Nīl placet legere. Erratione. Nā de ecstasi loquitur fortissima uidelicet ab/
 stractione mētis à corpore, ad diuinitatis cōtemplationē. Quæ alioqui & illis ac/
 cīdere solet qui mēte sunt emota. In sensu scilicet sentientē.) Nos, facientē ex
 manuscriptis codicib. Semper ediscebat.)Sic in de Carne Christi, Et liberare
 inquit, & iudicare humanū genus ediscebat in carnis habitu nō natæ adhuc. Rur
 sum De resur. carnis, Immunitatē carnis ediscūt. Et hīc mox, Ediscebat autē. In li/
 bellō ad martyres. Etiā in pace, inquit, labore & incōmodis bellū pati iam ediscūt.
 12 Qui coronabaēt gloriā & honorē.) Cōstructio Grēca. Sicq̄ cōtinet uolumē Pa
 terniacense. Verū Gorziensis collationis fidē secuti scripsimus, gloria & honore
 Nec refert utro modo legas. Et apud Abrāhā sub quercu refrigerauerit.) Re/
 frigerare, absolute, ceu supra. Cōdicente etiā scriptura.) Cōdicere noue usur/
 13 pat pro similiter dicere siue assentiri. Et qui erat) Hāc clausulam Gorziensis
 collatio tollendā indicabat. Ad idolorū facilitatores.) Ante monuimus nempe
 in scholijs libelli aduersus Hermog. uocabulo facilitatoris Tertullianū intelligere
 14 factorē, ut facilitationis factiōnē. & facilitate esse illi facere. Filio pater procu/
 rabat.) Sic sāpe loquitur. ut lib. i. aduersus Marc. Aemulatio aut, inquit, liberādo
 homini procurat. Qui mundū ab angelis & pot.) Notat Valētinianos & simi
 15 leis alios. Et Procli sectatores ac Seleucianos. Vtīq̄ prāter Sophiā fuit.) Sen
 sus est, quū Paulus dicit, Quis illi consilio fuit, intelligit quis prāter Sophiā con/
 silio fuit, quæ Sophia illi aderat. Quanta prāscribāt tibi.) Quāta pro q̄ multa,
 ut & ante in superiorib. plus semel. Hoc eū Nathanael.) Ex Gorziensi coll.
 scripsimus. Hoc em̄ Nat. Et infra, Quod qui audit sermones meos. Rursum infra,
 Et tamē nō separātur. Adhuc infra, Quò & ipse filius suspiciēs. Quæ in finē
 Euangeliū perseverāt,) Si nō est mendū, respicit ad sensum nō ad prēcedēs uerbū,
 16 Totā substātiā. Sicut ipse de patris.) Defectiua oratio, qualiter in superiorib.
 sāpe locutus est, Subauditū, de eo quod est patris. sic infra, Nō scitis, inquit, quod
 17 in patris mei me esse oportet ubi subauditur, rebus. Qui nec substātiua res
 est quod est sp̄ritus.) Melius, quia nec subst. Et hāc enim substātię nō sunt.)
 Respicit ad sensum. Et hāc id est hā res. Alioqui dīcendū erat, Et hāc em̄ sublit. nō
 18 sunt. Sic alibi sāpenumero loquitur. Vndiq̄ em̄ obducti.) Obducti id est cō/
 uicti. Obducēdi uerbo frequenter utitur. Iam īcipiūt diuidere illos potius q̄
 unare.) Vnare simplex uerbū usurpat, unde nos adunare dīcimūs, & coadunare.
 19 Quē si non capit configurari.) Capit, ḡd̄ēt̄, id est contingit siue usuuenit.
 20 Et caro passiones suas functa sit.) Fungī cū accusatiuo. De quo quid capit dī/
 ci.) Capit, id est cōtingit, ut Grēcis ḡd̄ēt̄, ceu mox dīximus. Ita & sp̄ritis
 21 tūs dei pati possit.) Ex Gorziēsi col. scripsimus, Ita & qui pati possit, Itē, quia hoc
 retractatū. Et mox negatiuā particulā īfūlūmus, Pati pro deo nō possumus, nīli
 sp̄ritis dei sit in nobis. Vbi ante legebatur, Si sp̄ritis.

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTULLIANI AD VER=

SVS PRAXEAN LIBER



A R I E diabolus æmulatus est ueritatem. Adfectauit il-
 lam aliquando defendendo concutere. Vnicum domi-
 num uindicat omnipotentem mundi conditorem, ut &
 de unico hæresim faciat. Ipsum dicit patrem descendisse
 in uirginem, ipsum ex ea natum, ipsum passum. Denique
 ipsum esse I B S V M C H R I S T V M . Excidit sibi coluber,
 quia Iesum Christum post baptisma Ioannis tentans, ut filium dei adgres-
 sus est, certus filium, deum habere, uel ex ipsis scripturis, de quibus tunc ten-
 tationem struebat: Si tu es filius dei, dic ut lapides isti panes fitat. Item: Si tu Tentationem
 es filius dei, deince te hinc. Scriptum est enim, quod mandauit angelis suis struere
 super te, utique Pater, ut te manibus suis tollant, necubi ad lapidem pede tuum
 offendas. Aut nunquid mendaciū Euangelijs exprobrabit, dicens, uiderit
 Matthæus & Lucas. Cæterum ego ad ipsum deum accessi, ipsum omnipower tentem cōminus tentaui. Ideo & accessi, ideo & tentaui. Cæterum si filius dei
 esset, nunquā illū fortasse dignarer. Sed enim ipse potius à primordio men-
 dax est: & si quem hominē de suo subornauerit, ut Praxeans. Nam iste pri-
 mus ex Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanæ humo, & aliâs inquie-
 tus: insuper de iactatione martyrij inflatus, ob solū & simplex & breue car-
 ceris tedium: quando & si corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecis-
 set, dilectionē dei nō habens, cuius charismata quoque expugnauit. Nam idē
 tunc Episcopum Romanū agnoscentem iam Prophetias Montani, Prisci, Episcopus Ro-
 Maximillæ, & ex ea agnitione pacem ecclesijs Asiæ & Phrygiæ inferētem, manus Monta-
 falsa de ipsis prophetis & ecclesijs eorum adseuerando, & præcessorum eius nizat.
 autoritates defendēdo, coegit & literas pacis reuocare iam emissas, & à pro-
 posito recipiendorum charismatū concessare. Ita duo negotia diaboli Pra-
 tificum
 xead Rotm̄e procurauit, prophetiam expulit, & hæresim intulit. Paracletum
 fugauit, & patrem crucifixit. Fructificauerant auenæ Praxeanae, hic quoque
 superseminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ: traductæ de-
 hinc per quem deus uoluit, etiam euulsæ uidebantur. Denique cauerat pristi-
 num doctor de emendatione sua: & manet chirographum apud Physicos, Physici
 apud quos tunc gesta res est, exinde silentium. Et nos quidem postea agni-
 tio paracleti, atque defensio, disiunxit à Physicis. Auenæ uero illæ ubique tunc
 semen excusserat. Ita aliquā diu per hypocrisin subdola uiuacitate latitauit:
 & nūc denuo erupit. Sed & denuo eradicabitur, si uoluerit dominus, in isto
 cōmeatu

2 commeatu: si quo minus, die suo colligentur omnes adulteræ fruges, & cum cæteris scandalis igni inextinguibili cremabuntur. Itaq; post tempus pater natus, & pater passus: ipse deus dominus omnipotens, Iesus Christus prædicitur. Nos uero & semper, & nunc magis ut instructiores per Paracletum

Regula fidei deductorem scilicet omnis ueritatis, unicū quidem deum credimus: sub hac tamen dispensatione quā δικαιομένη dicimus, ut unici dei sit & filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quē omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hunc missum à patre in uirginem, & ex ea natū hominē & deum, filiū hominis & filium dei, & cognominatū Iesum Christum. Hūc passum, hunc mortuū & sepultū secundum scripturas, & resuscitatū à patre, & in cœlo resumptū, sedere ad dexterā patris, uenturū iudicare uiuos & mortuos. Qui exinde miserit secundum promissionē suā à patre spiritū sanctū paracletum, sanctificatorem fidei eorū qui credunt in patrē & filiū & spiritū sanctum. Hāc regulam ab initio Euangeliū decucurrisse, etiā ante priores quos que hæreticos, uedum ante Praxeā hæsternū, probabit tam ipsa posteritas

Nouellitas omniū hæreticorum, q̄ ipsa nouellitas Praxeæ hæsterni. Quo peræquè aduersus uniuersas hæreses iam hinc præiudicatū sit, id esse uerum quodcunq;

Prescriptio primū: id esse adulterū, quodcunq; posterius. Sed salua ista præscriptione, ubiq; tamen propter instructionē & munitionem quotundam, dandus est etiā retractatibus locus: uel ne videatur unaquæc; peruersitas, nō examinata, sed præiudicata damnari, maxime hæc, quæ se existimat merā ueritatem possidere, dum unicum deum non aliâs putat credendum, q̄ si ipsum eundem & patrem & filium & spiritū sanctum dicat: quasi nō sic quoq; unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substatiæ scilicet unitatē: & nihilominus

Hoc est dispensationis, sive dispositionis custodiatur δικαιομένη sacramentū, quæ unitatem in trinitatē disponit, tres dirigens, patrē, & filium, & spiritū sanctum. Tres aut̄ non statu, sed gradu: nec substantia, sed forma: nec potestate, sed specie: unius autē substantiæ, & unius status, & unius potestatis: quia unus deus, ex quo & gradus isti & formæ, & species, in nomine patris & filij & spiritus sancti deputatur. Quomo

Maior credendo numerū sine diuisione patiuntur, procedentes tractatus demonstrabūt. *tū pars, similes, imprudentes, et idiotæ* Simplices enim quiq; ne dixerim imprudentes & idiotæ (quæ maior semper credentium pars est) quoniam & ipsa regula fidei à pluribus dījs seculi,

ad unicum & uerum deum transfert: non intelligentes unicum quidem, sed cum sua δικαιομένη esse credendum, expauescūt ad δικαιομένη. Numerum & dispositionem trinitatis, diuisionem præsumunt unitatis, quando unitas ex semetipsa deriuans trinitatem, non destruatur ab illa, sed administretur. Itaque duos & tres iam iactitant à nobis prædicari, se uero unius dei cultores præsumunt: quasi nō & unitas irrationaliter collecta hæresim faciat, & trinitas rationaliter expensa, ueritatem cōstituat. μονοχρήστοι (inquit) tenemus.

3 Et ita sonum ipsum uocaliter exprimunt etiam Latini, etiam opici, ut putas illos

Nos tam bene intelligere μοναρχίαν quam enunciant. Sed μοναρχίαν sōnare student Latini, δικαιομίαν intelligere nolunt etiā Græci. At ego si quid utriusq; linguae præcerpsi, μοναρχίαν nihil aliud significare scio, quam sī, que lingue gulare & unicum imperium: nō tamen præscribere monarchiam, ideo, quia unius sit eius cuius sit, aut filium non habere, aut ipsum se sibi filium fecisse, aut monarchiam suam non per quos uelit administrare. Atquin nullam dico dominationem ita unius sui esse, ita singularem, ita monarchiam, ut non etiam per alias proximas personas administretur, quas ipsa prospexerit officiales sibi. Si uero & filius fuerit ei, cuius monarchia sit, non statim diuidi eam, & monarchiam esse desinere, si particeps eius adsumatur & filius: sed proinde illius esse principaliter à quo communicatur in filium: & dum illius est, proinde monarchiam esse quæ à duobus tam unicis continetur. Igitur si & monarchia diuina per tot legiones & exercitus angelorum administratur sicut scriptum est: Milies centies centena milia adsistebant ei, & milies centena milia apparebant ei: nec ideo unius esse desinet, ut desinat monarchia esse, quia per tanta milia uirtutum procuratur, quale est ut deus divisionem & dispersionē pati uideatur in filio & in spiritu sancto, secundum & tertium sortitis locum, tam consortibus substantiæ patris, quas nō patitur in tot angelorum numero, & quidem tam à substantia patris: Membra, & pignora, & instrumenta, & ipsam uitam, ac totum censum monarchiæ, euersionem deputas eius: nō recte. Molo te ad sensum rei, quam ad sonum uocabuli exercitū monarchie. Euersio enim monarchiæ illa est tibi intelligenda, cum alia dominatio suæ conditionis & proprij status, ac per hoc æmula superducitur: cum alius deus infertur aduersus creatorem. Tunc male, cum plures, secundum Valentinos & Proculos: tunc in monarchiæ euersionem, cum in creatoris destructionem. Ceterum, qui filium non aliunde deduco, sed de substantia patris, nihil facientem sine patris uoluntate, omnem à patre consecutum potestatem, quomodo possim de fide destruere monarchiam, quam à patre filio traditam, in filio seruo: Hoc mihi & in tertium gradum dictum sit, quia spiritus s. tum non aliunde puto, quam à patre per filium. Vide ergo ne tu potius monarchiam destruas, qui dispositionem & dispensationem eius euertis in tot nominibus constitutam, in quot deus uoluit. Adeo autem manet in suo statu, licet trinitas inferatur, ut etiam restitui habeat patri à filio. Siquidē Apostolus scribit de ultimo fine, cū tradiderit regnum deo & patri. Oportet enim eum regnare usq; dum ponat inimicos eius deus sub pedes ipsius, scilicet secundum psalmum: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Cum autem subiecta erunt illi omnia, absq; eo qui ei subiecit omnia, tunc & ipse subiectur illi, qui ei subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Videlicet igitur non obesse monarchiæ filium, & si hodie apud filium est: quia & in suo statu est apud filium, & cū suo statu

R restitue

restituetur patri à filio: Ita eam nemo hoc nomine destruet, si filium admittat, cui & traditam eam à patre, & à quo quandoq; restituendam patri constat. Hoc uno capitulo epistolæ Apostolicæ potuimus iam & patrem & filium ostendisse duos esse, præterquā ex nominibus patris & filij, etiam ex eo quod qui tradidit regnū, & cui tradidit, itē qui subiecit, & cui subiecit, duo sint necesse est. Sed quia duos unū uolunt esse, ut idem pater & filius habeatur, oportet & totū de filio examinari, an sit, & qui sit, & quomodo sit: & ita res ipsa formā suā scripturis & interpretationibus earū patrocinantibus q̄ina dicabit. A iunt quidē & Genesim in Hebraico ita incipere: In principio deus fecit sibi filium. Hoc ut firmum non sit, alia me argumenta deducūt ab ipsa dei dispositione, qua fuit ante mundi constitutionem, ad usq; filij generationem. Ante omnia enim deus erat solus, ipse sibi & mundus & locus & omnia. Solus autem: quia nihil extrinsecus præter illum. Cæterum ne tunc quidem solus habebat enim secum, quam habebat in semetipso, rationē suam scilicet. Rationalis enim deus, & ratio in ipso prius: & ita ab ipso omnia. Quæ Ratio sensus ipsius est, hanc Græci λόγον dicunt, quo uocabulo etiam sermo λόγος nem appellamus. Ideoq; iam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, Sermonem dicere in primordio apud deum fuisse, cum magis rationem competit antiquorem haberi: quia non sermonalis à principio, sed rationalis deus etiam ante principium: & quia ipse quoq; sermo ratione consistens, priorem eam ut substantiam suam ostendat. Tamen & sic, nihil interest. Nam & si deus nondum sermonem suum miserat, proinde eum cum ipsa & in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacitè cogitando & disponendo secum, quæ per sermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim sua cogitans atq; disponens sermonē eam efficiebat, quam sermone tractabat. Idq; quo facilius intelligas ex teipso, à me recognosce, ut ex imagine & similitudine dei, quo habeas & tu in temetipso rationem, qui es animal rationale, à rationali scilicet artifice non tantum factus, sed etiam ex substantia ipsius animatus. Vide cum tacitus tecum ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra te, occurrente ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum, ad omnem sensus tui pulsū. Quodcunq; cogitaueris, sermo est quodcunq; senseris, ratio est. Loquaris illud in animo, necesse est: & dum loqueris, cōlocutorem pateris sermonem, in quo inest hæc ipsa ratio, qua cum eo cogitans loquaris, per quem loquens cogitas. Ita secundus quodammodo in te est sermo per quem loqueris cogitando, & per quē cogitas loquendo, ipse sermo alias est. Quāto ergo plenius hoc agit in deo, cuius tu quoq; imago & similitudo censeris, quod habeat in se etiā tacendo rationem, & in ratione sermonem? Possum itaq; nō temere præstruxisse, & tūc deum ante universitatis constitutionem solum nō fuisse, habentem in semetipso prius de rationem, & in ratione sermonē, quē secundū à se ficeret agitando intra se. Hæc

Hæc uis & hæc diuini sensus dispositio, apud scripturas etiam in Sophiæ nomine ostenditur. Quid enim sapientius ratione dei, siue sermone? Itaque Sophiam quoq; exaudi, ut secundam personā conditam. Primo dominus creauit me initium uiarum in opera sua, prius quā terram faceret, prius q; montes collocarentur: ante omnes autem colles generauit me: in sensu suo scilicet condens & genetans. dehinc adserentem eam ipsa separatione cognosce: Cum pararet, inquit, cœlum, aderam illi simul. Et quom fortia faciebat super uetus, quæ sursum nubila: & quom tutos ponebat fontes eius quæ sub cœlo, ego eram cum illo compingens, ego eram ad quam gaudebat: cotidie autem oblectabar in persona ipsius. Nam ut primum deus uoluit ea quæ cum Sophiæ ratione & sermone disposuerat intra se, in substantias & species suas ædere, ipsum primum protulit sermonem, habentem in se individuas suas rationes Sophiam, ut per ipsum fierent uniuersa per quem erat cogitata atq; disposita, immo & facta iam, quantum in dei sensu. Hoc enim eis deerat, ut coram quoq; in suis speciebus atque substantijs cognoscerentur & tenerentur. Tūc igitur etiam ipse sermo speciem & ornatum suum sumit, sonum & uocem, cum dicit deus: Fiat lux. Hæc est nativitas perfecta sermonis, dum ex deo procedit: conditus ab eo primum ad cogitatum in nomine Sophiæ: Dominus cōdidit me initium uiarum. Dehinc generatus ad effectum: Cum pararet cœlum, aderam illi. Exinde eū parem sibi faciens, de quo procedendo filius factus est, Primogenitus, ut ante omnia genitus: & *Primogenitus* unigenitus, ut solus ex deo genitus: proprio de uulua cordis ipsius, secūdum *Vnigenitus* quod & pater ipse testatur: Eructauit cor meum sermonem optimum. Ad quem deinceps gaudens, proinde gaudentem persona illius: Filius meus es tu, ego hodie genui te, & ante luciferum genui te. Sic & filius ex sua persona profitetur patrem in nomine Sophiæ: Dominus condidit me initium uiarum in opera sua. Ante omnes autē colles generauit me. Nam si hic quidem Sophia uidetur dicere conditam se à domino in opera & uias eius: alibi autem per sermonem ostenditur omnia facta esse, & sine illo nihil factum, sicut & rursum: Sermonem eius cœli cōfirmati sunt, & spiritu eius omnes vires eorum: utiq; eo spiritu qui sermoni inerat: apparent unam eandemq; uitæ esse hunc in nomine Sophiæ, nunc in appellatione sermonis, quæ initium accepit uiarum in dei opera, & quæ cœlum cōfirmauit: per quam omnia facta sunt, & sine qua nihil factum est. Nec diutius de isto: quasi non ipse sit sermo, & in Sophiæ, & in rationis, & in omnī diuini animi & spiritus nomine, qui filius factus est dei, de quo prodeundo generatus est. Ergo, inquis, das aliquam substantiam esse Sermonem, spiritu & Sophiæ traditione cōstruetam: Planè. Non uis enim eum substantiuum habere in re per substantiæ proprietatem, ut res & persona quedam uideri possit: & ita capiat secundus à deo constitutus duos efficere, patrem & filium, deum & sermonem. Quid

R. 2 est

sermādixta est enim dices sermo, nisi vox & sonus oris, & (sicut Grammatici tradūt) aer
^{definitionem}
 Grammaticorū offendens, intelligibilis auditu, cæterum uacuum nescio quid, & inane, & incor-
 porale? At ego nihil dico de deo inane & uacuum prodire potuisse, ut non de
 inani & uacuo prolatum: nec carere substantia, quod de tanta substantia pro-
 cessit, & tantas substantias fecit: fecit enim & ipse quæ facta sunt per illum.
 Quale est ut nihil sit ipse, sine quo nihil factū est: ut inanis solida, & uacuum
 plena, & incorporalis corporalia sit operatus? Nam & si potest aliquando
 Diversum eius
 pro diversum
 ab eo
 Ironia
 quid fieri diuersum eius per quod fit, nihil tamē potest fieri per id quod ua-
 cuum & inane est. Vacua & inanis res est sermo dei, qui filius dictus est, qui
 ipse deus cognominatus est: Et sermo erat apud deum, & deus erat sermo:
 Scriptum est: Non sumes nomen dei inuanū. Hic certè est, qui in effigie dei
 constitutus, nō rapinati existimauit esse se æqualem deo. In qua effigie dei?
 Corpus uocat
 substantiam
 Quæcunq;
 qualiscunq;
 προβολή
 utiq; in alia, nō tamē in nulla. Quis enim negabit deū corpus esse, & si deus
 spiritus est: spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed & si inuisibilita
 illa quæcunq; sunt, habent apud deum & suum corpus, & suam formā, per
 quæ soli deo uisibilia sunt, quanto magis quod ex ipsius substantia missum
 est, sine substantia non erit: † Quæcunq; ergo substantia sermonis fuit, illata
 dico personam, & illi nomen filij vindico: & dum filium agnosco, secundum
 à patre defendo. Hoc si qui putauerit me ἀρεστὸν aliquam introducere,
 id est prolationem rei alterius ex altera, quod facit Valentinus, aliud atque
 aliud æonem de æone producens: primo quidem dicam tibi, non ideo non
 utatur & ueritas uocabulo isto, & re ac censu eius, quia & hæresis utitur: imò
 hæresis potius ex ueritate accepit, quod ad mendacium suum strueret. Pro-
 latus est sermo dei an non? Hic mecum gradum fige. Si prolatus est, cogno-
 sce probolen ueritatis, & uiderit hæresis si quid de ueritate imitata est. Iam
 nūc quæritur, quis quomodo utatur aliqua re, & uocabulo eius. Valentinus
 probolas suas discernit & separat ab autore: & ita lögè ab eo ponit, ut Æon
 patrem nesciat. Deniq; desiderat nosse, nec potest: imò & penè deuoratur
 & dissoluitur in reliquam substantiam. Apud nos autem solus filius patrem
 nouit, & sūnum patris ipse exposuit, & omnia apud patrem audiuit & uidit:
 Mandatus est,
 id est iussus
 & quæ mandatus est à patre, ea & loquitur. Nec suam, sed patris perfecit vo-
 luntatem: quam de proximo, imò de initio nouerat. Quis enim scit quæ sint
 in deo, nisi spiritus qui in ipso est: sermo autem spiritu structus est, & ut ita
 dixerim, sermonis corpus est spiritus. Sermo ergo & in patre semper, sicut
 dicit: Ego in patre. Et apud deū semper, sicut scriptū est: Et sermo erat apud
 deum. Et nunquam separatus à patre, aut alias à patre: quia Ego & pater
 unum sumus. Hæc erit probola ueritatis, custos unitatis, qua prolatum dici-
 mus filium à patre, sed non separatum. Protulit enim deus sermonē, quem
 admodum etiā paracletus docet: Sicut radix fruticē, & fons fluuiū, & sol ra-
 dium. Nam & istæ species probolæ sunt earū substantiarū, ex quibus pro-
 deunt

dedit. Nec dubitauerim filium dicere, & radicis fruticem, & fontis fluuium & solis radium: quia omnis origo parens est: & omne quod ex origine profertur, progenies est: multo magis sermo dei, qui etiam propriè nomen filij accepit: nec frutex tamen à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à sole discernitur, sicut nec à deo sermo. Igitur secundum horum exemplorum formam, profiteor me duos dicere, deum & sermonem eius, patrem & filium ipsius. Nam & radix & frutex duæ res sunt, sed cōiunctæ. Et fons & flumen duæ species sunt, sed indivisiæ. Et sol & radius duæ formæ sunt, sed coherentes. Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit eius necesse est de quo prodidit, nō ideo tamen est separatum. Secundus autē ubi est, duo sunt. Et tertius ubi est, tres sunt. Tertius enim est spiritus à deo & filio, sicut tertius à radice fructus ex frutice. Et tertius à fonte, riuis ex flumine. Et tertius à sole, apex ex radio. Nihil tamen à matrice alienatur, à qua proprietates suas dicit. Ita trinitas per consertos & connexos gradus à patre decurrent, & monarchiæ nihil obstrebit, & δικονομίας statum protegit. Hāc me regulam professum, qua inseparatos ab alterutro patrem & filium & spiritum testor, tenebriq; & ita quid quomodo dicatur, agnosces. Ecce enim dico alium esse patrem, & alium filium, & alium spiritum. Male accepit idiotes quisque aut peruersus hoc dictum, quasi diuersitatem sonet, & ex diuersitate separationē protendat, patris & filij & spiritus. Necessitate autem hoc dico, cū eundem patrem & filium & spiritum contendunt, aduersus δικονομίαν monarchiæ adulantes, non tamē diuersitate alium filium à patre, sed distributione: nec diuisione alium, sed distinctione: quia nō sit idem pater & filius, uel modulo aliis ab alio. Pater enim tota substantia est, filius uero derivatio totius & pottio, sicut ipse profitetur: Quia pater maior me est. A quo & minoratus canitur in Psalmo, modicum quid, citra angelos. Sic & pater aliis à filio, dum filio maior: dum aliis qui generat, aliis qui generatur: dum aliis qui mittit, aliis qui mittitur: dum aliis qui facit, aliis per quem fit. Bene quod & dominus usus huc uerbo in persona Paracleti, non diuisionem significauit, sed dispositionem: Rogabo enim, inquit, patrem, & alium aduocatum mittet uobis, spiritum ueritatis. Sic alium à se Paracletū, quomodo & nos à patre alium filium, ut tertium gradum ostenderet in Paraclero, sicut nos secundum in filio, propter δικονομίας obseruationē. Ipsum quod pater & filius dicuntur, non ne aliud ab alio est: Vtique enim omnia quod uocantur, hoc erunt: & quod erunt, hoc uocabuntur: & permiscere se diuersitas uocabulorum non potest omnino: quia nec rerum, quarū erunt uocabula. Est est, non non: nam quod amplius est, hoc à malo est. Ita aut pater aut filius est, & neque dies eadem & nox, neque pater idē & filius, ut sint ambo unus & utruncque alter: quod uanis simi isti Monarchiani uolunt, ipse se, inquiunt, filium sibi fecit. Atquin pater Monarchianus filiu facit, & patrē filius. Et qui ex alterutro siunt, à semetipsis, sibi fieri nullο heretici

R 3 modo

modo possunt, ut pater se sibi filium faciat, & filius se sibi patrem præstet. Quæ instituit deus, etiā ipse custodit. Habeat necesse est pater filium, ut pater sit: & filius patrem, ut filius sit. Aliud est autē habere, aliud esse. Verbi gratia, ut maritus sim, habeam oportet uxorē, nō ipse mihi ero uxor. Sic etiam, ut pater sim, filium habeo, non ipse mihi ero filius. Et ut filius sim, patrem habeo, non ipse mihi ero pater. Quæ enim me faciunt, si habuero: tunc ero pater, si filium habeam: Filius ero, si patrem: porrò si ipse ero quid eorum, iam non habeo quod ipse ero: nec patrem, quia ipse ero pater: nec filium, quia ipse ero filius. In quātum autē alterum ex his habere me oportet, alterū esse: in tantum si utrumq; fuero, alterum non ero, dum alterum non habeo. Si enim ipse ero filius qui & pater, iam nō habeo filium, sed ipse sum filius. Nō habendo autem filium, dum ipse sum filius, quomodo pater ero? Habere enim filium debeo, ut pater sim. Non sum ergo filius, quia patrem non habeo qui facit filium. Aequè si ipse sum pater qui & filius, iam non habeo patrem, sed ipse sum pater. Non habendo autem patrem, dum ipse sum pater, quomodo filius ero? Habere enim patrem debeo, ut filius sim. Non ergo ero pater, quia filium non habeo, qui facit patrem. Hoc erit totum ingens nūm diaboli, alterum ex altero excludere, dum utrumq; in unum sub monarchiæ fauore concludens, neutrum haberet facit. Ut & pater non sit, qui scilicet filium non habet. Et filius non sit, qui aequè patrem non habet. Dum enim pater est, filius non erit. Sic monarchiam tenent, qui nec patrem nec filium continent. Sed nihil deo difficile. Quis hoc nesciat? & impossibilia apud seculum, possibilia apud deum quis ignoret? & stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientia. Legimus omnia. Ergo, inquit, difficile non fuit deo, ipsum se & patrem & filium facere, aduersus traditam formā rebus humanais. Nam & sterilem parere cōtra naturam difficile deo nō fuit, sicut nec virginem. Planè nihil deo difficile. Sed si tam abrupte in præsumptionibus nostris hac sententia utamur, quiduis deo confingere poterit, quasi fecerit, quia facere potuerit. Non autē quia omnia potest facere, ideoq; credendum est illum fecisse, etiā quod non fecerit. Sed an fecerit requirendum. Potuit, ita saluus sim, deus pennis hominē ad uolandum instruxisse, quod & miluis præsticit: non tamen quia potuit, statim & fecit. Potuit & Praxean, & omnes pariter hæreticos statim extinxisse, non tamen quia potuit, extinxit. Oportebat enim & miluos esse, & hæreticos: oportebat & patrem crucifigi. Hac ratione erit aliquid & difficile deo, id scilicet quodcunq; nō fecerit, non quia non potuerit, sed quia noluerit. Dei enim posse, uelle est: & non posse, nolle, quod autē uoluit, & potuit, & ostendit. Ergo quia si uoluit semetipsum sibi filium facere, potuit: & quia si potuit, fecit: tunc probabis illum & potuisse & uoluisse, si probaueris illum fecisse. Probare autem tam apertè debebis ex scripturis, quam nos probamus illum sibi filium fecisse sermonē suum.

Si enim

Si enim filium nominat, filius autem nō alius erit quām qui ex ipso prodīt,
 Sermo aut̄ prodīt ex ipso, hic erit filius, non ipse de quo prodīt. Non enim
 ipse prodīt ex semetipso. Porr̄o qui eundem patrem dicis & filium, eundē
 & protulisse ex semetipso facis, & prodīsse quod deus est. Si potuit fecisse,
 non tamen fecit. Aut exhibe probationem quā expostulo meæ similem, id
 est sic scripturas eundē filiū & patrē ostendere, quemadmodū apud nos di-
 stinctē pater & filius demonstrantur, distinctē, inquam, nō diuīse, sicut ego
 profero dictum à deo: Eructuavit cor meū sermonem optimū. Hæc tu con-
 tra opponas, alicubi dixisse deum: Eructuavit me cor meū sermonem opti-
 mum: ut ipse sit, qui & eructuavit, & quod eructuavit: & ipse, qui protulerit,
 & qui prolatus sit, si ipse est & sermo & deus. Ecce ego prōpono. patrē filio
 dixisse, Filius meus es tu, ego hodie generauī te. Si uelis ut credam ipsum es-
 se patrem & filium, ostende sic pronunciatum alibi: Dominus dixit ad se fi-
 lius meus sum ego, ego hodie generauī me: proinde, & ante luciferum gene-
 rauī me. Et dominus condidi me initium uiarum in opera mea, ante omnes
 autem colles generauī me, & si qua alia in hunc modum sunt. Quem autem
 uerebatur deus dominus uniuersitatis, ita pronunciare, si ita res erat: an uere-
 batur ne non crederetur si simpliciter se & patrem & filium pronunciaffet?
 Vnum tamen ueritus est, mentiri. Veritus autem semetipsum & suam ueri-
 tam. Et ideo ueracem deum credens, scio illum non aliter quām disposuit
 pronunciaſſe, nec aliter disposuiffse quām pronunciauit. Tu porr̄o eu men-
 dacem efficias & fallacem & deceptorem fidei huius, si cum ipse esset sibi fi-
 lius, alij dabant filij personam: quando scripture omnes & demonstrationem
 & distinctionem trinitatis ostendant. A quibus & præscriptio nostra dedu-
 citur, non posse unum atq; eundem uideri qui loquitur, & de quo loquitur,
 & ad quē loquitur: quia neq; peruersitas, neq; fallacia deo congruat, ut cum
 ipse esset ad quem loquebatur, ad alium potius & non ad semetipsum lo-
 quatur. Accipe igitur & alias uoces patris de filio per Esaiā: Ecce filius meus
 quem elegi, dilectus meus in quem bene sensi. Ponam spiritum meū super ḡnū ȝvñ
 ipsum, & iudicium Nationibus annunciat. Accipe & ad ipsum: Magnū ti- ^{190a}
 bi est ut uoceris filius meus ad statuendas tribus Iacob, & ad cōuertendam
 dispersionem Israelis. Posuite in lucem Nationum, ut sis salus in extremum
 terræ. Accipe nunc & filij uoces de patre: Spiritus domini super me, quapro-
 pter unxit me ad euangelizādum hominibus. Item in psalmo ad patrem de
 eodem. Ne dereliqueris me, donec annuciem brachiū tuum nativitatī uni-
 versæ uenturæ. Item in alio. Domine quid multiplicati sunt, qui comprimūt
 me. Sed & omnes penè psalmi, Christi persona sustinēt: filium ad patrem, ^{psalmi}
 id est Christum ad deum uerba faciente repræsentant. Animaduerte etiam
 spiritum loquentem ex tertia persona de patre & filio: Dixit dominus do-
 mino meo, sede ad dexteram meā, donec ponam inimicos tuos scabellum

R 4 pedum

pedum tuorū. Item per Esaiam: Hæc dicit dominus domino meo Christo: Item per eundem ad patrem de filio: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est: Annunciauimus de illo, sicut puerulus, sicut radix in terra stienti, & non erat forma eius, nec gloria. Hæc pauca de multis. Nec enim affectamus uniuersas scripturas euoluere, cum & in singularis capitulis plenam maiestatem & autoritatem contestantes, maiorē cōgressum in retractatibus habeamus. His itaq; paucis, tam manifeste distinctio trinitatis exponitur. Est enim ipse qui pronunciat, spiritus, & pater ad quem pronunciat, & filius de quo pronunciat. Sic & cætera quæ nunc ad patrem de filio, uel ad filium, nūc ad filium de patre, uel ad patrem, nūc ad spiritum pronunciantur, unamquæ personā in sua proprietate constituunt.

Faciamus. Ad imaginē & similitudinē nostram. Ex nos, Si te adhuc numerus scandalizat trinitatis quasi non cōnexæ in unitate simplici, interrogo quomodo unicus & singularis pluraliter loquitur: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostrā, cū debuerit dixisse, Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem meam, utpote unicus & singularis:

bis sed & in sequentibus: Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis, Fallit aut ludit, ut cum unus, & solus, & singularis esset, numero se loqueretur: aut nunquid angelis loquebatur ut Iudæi interpretatur, quia nec ipsi filiū agnoscunt: an quia ipse erat pater, filius, spiritus, ideo pluralem se præstans, plurā liter sibi loquebatur: imo quia iam adhærebat illi filius secunda persona sermo ipsius: & tertia, spiritus in sermone, ideo pluraliter pronunciauit, Faciamus, & Nostram, & Nobis. Cū quibus enim faciebat hominē, & quibus faciebat similē, filio quidem qui erat induitus hominē, spiritu vero qui erat sanctificatus hominem, quasi cū ministris & arbitris ex unitate trinitatis loquebatur. Deniq; sequens scriptura distinguit inter personas. Deus hominem, ad imaginē dei fecit illum. Cur non suam, si unus qui faciebat, & non erat ad cuius faciebat. Erat autem ad cuius imaginē faciebat: ad filij scilicet, qui homo futurus certior & uerior, imaginem suam fecerat dici hominē qui tunc de limo formari habebat, imago uero & similitudo. Sed & in antecedentibus operibus mundi quomodo scriptū est: Primum quidem nondum filio apparente, & dixit deus: Fiat lux, & facta est, ipse statim sermo lux uera quæ illuminat hominem uenientem in hunc mundum, & per illum mundialis lux quoq; lux. Exinde aut in sermone Christo assistente & amministrante deus uoluit fieri, & deus fecit, & dixit deus, Fiat firmamentū, & fecit deus firmamentū, & dixit deus: Fiant luminaria, & fecit deus luminare maius & minus. Sed & cætera utiq; idē fecit qui & priora, id est sermo dei, per quem omnia facta sunt, & sine quo factū est nihil. Qui si ipse deus est, secundum Ioannem, deus erat sermo, habes duos: alium dicentem ut fiat, alium facientem. Alium autem quomodo accipere debeas iam professus sum, personæ, non substantiæ nomine, ad distinctionem, nō ad divisionem. Cæterū ubiq; teneo

Mundialis lux

Alius

te heo utam substantiam in tribus cohærentibus. Tamen alium dicam oportet ex necessitate sensus, eum qui iubet, & eum qui facit. Nam nec iuberet si ipse faceret, dum iuberet fieri per eum. Tamen iubebat, haud sibi iussurus si unus esset: aut sine iussu facturus, quia non expectasset ut sibi iuberet. Ergo, inquis, si deus dixit, & deus fecit, si alius deus dixit, & alius fecit, duo dicitur praedicantur. Si tam durus es, puta interim: & ut adhuc amplius hoc putes, accipe & in psalmo duos deos dictos: Thronus tuus deus in ænum, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus. Si ad deum loquitur, & unctu deum à deo affirmat, sed hic duos deos Forte, cedat
duos pro uirga regni tui. Inde & Esaias ad personam Christi, & Seboin, inquit, uiri elati ad te transibunt, & post te sequentur uincti manibus, & te adorabunt, quia in te deus est. Tu enim es deus noster, & nesciebamus, deus Israe lis. Et hic enim dicendo deus in te & tu deus, duos proponit qui erant in Christum & spiritu. Ipsum plus est quod in Euangelio totidem inuenies: In principio erat sermo, & sermo erat apud deum, & deus erat sermo. Vnus qui erat, & alius penes quem erat. Sed & nomen domini in duobus lego. Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam. Et Esaias hæc dicit: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est: Brachium enim suum non dixisset, si non dominum patrem, & dominum filium intelligi uellet. Etiam adhuc antiquior Genesis: Et pluit dominus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem de cœlo à domino. Hęc aut nega scripta, aut quis es, ut non putas accipienda quemadmodum scripta sunt, maxime quæ non in allegorijs & parabolis, sed in definitionibus certis, & simplicibus habent sensum: Quod si ex illis es qui tunc dominum non sustinebant dei se filium ostendentem, ne eum dominum crederent, recordare tu cum illis scriptū esse: Ego dixi, uos dicitur estis, & filii altissimi. Et stetit deus in ecclesia deorum, ut si homines per fidem filios dei factos, deos scriptura pronunciare non timuit, scias illam multo magis uero & unico dei filio domini nomen iure cōtulisse. Ergo, inquis, prouocabo te ut hodie quoque ex autoritate istarum scripturarum constanter duos deos & duos dominos praedices. Absit. Nos enim qui & tempora & causas scripturarum per dei gratiam inspicimus, maxime Paracleti non hominum discipuli, duos quidem definimus Patrem & Filium, & iam tres cum Spiritu sancto, secundum rationē cœdonimæ, quæ facit numerum: ne (ut uestra peruersitas infert) pater ipse creditur natus & passus: quod non licet credi, quoniam non ita traditum est. Duostamen deos & duos dominos nunquam ex ore nostro proferimus, non quasi non & pater deus, & filius deus, & spiritus deus, & deus unusquisque: sed quoniam retro & duo dicitur & duo domini prædicabantur, ut, ubi uenisset Christus, & deus agnoscetur, & dominus uocaretur, quia filius dei & domini. Si enim una persona & dei & domini in scripturis inueniretur, merito Christus non esset

esset admissus ad nomen dei, & ad domini. Nemo enim alius præter unus deus & unus dominus prædicabatur, & futurum erat ut ipse pater descendisse uideretur, quia unus deus & unus dominus legebatur: & tota œconomia eius obumbraretur, quæ in materiâ fidelis prospecta atq; dispensata est. At ubi uenit Christus & cognitus est à nobis, quod ipse qui numerum retro fecerat factus secundus à patre, & cū spiritu tertius, & iam pater per ipsum plenius manifestatus, redactum est iam nomen dei & domini in unione. Et quia Nationes à multitudine idolorum transirent ad unicum deū, ut differentia cultores plurimi diuinitatis Gentiles, Christiani, filii lucis, et ceteri, ex conscientia qua scimus dei nomen & domini, & patri & filio & spiritui conuenire, deos & dominos nominaremus, extinxissetemus faces nostras etiam ad martyria timidiiores, quibus euadendi quâq; patet occasio iurâtibus statim per Deos & Dominos, ut quidam hæretici, quorum dij plures. Itaq; deos omnino non dicam, nec dominos, sed Apostolū sequar, ut si pariter nominandi fuerint pater & filius, deū patrem appelle, & Iesum Christum dominum nominem. Solum autem Christum potero deū dicere sicut idem Apostolus. Ex quibus Christus, qui est, inquit, deus super omnia benedictus in æuū omne. Nam & radium solis seorsum solem uocabo, solem autem nominans cuius est radius, nō statim & radium solem appellabo. Nam & si soles duos faciam, tam & solem & radium eius tam duas res & duas species unius & indiuise substantiæ numerabo, quam deū & sermonē eius, quam patrem & filium. Adhuc & illa nobis regula adsistit duos uindicantibus patrē & filiū, quæ ita uisibilem deū determinauit. Cū enim Moyses in Ægypto desiderasset dominū conspectū dicens: Si ergo inueni gratiā coram te, manifesta mihi te, ut cognoscenter uideam te: non potes uidete, inquit, faciem meā. Non enim uidebit homo faciē meā & uiuet, id est morietur qui uiderit. Inuenimus enim & à multis deū uisum, & neminē tamen eorum qui eum uiderat mortuum. Uisum quidē deū secundū hominū capacitates, nō secundū plenitudinem diuinitatis. Nam Patriarchæ deū uidisse referuntur, ut Abraham & Jacob. Et prophetæ ut Esaias, ut Ezechiel, & tamē mortui nō sunt. Igitur aut mori debuerat si eū uiderant, Deū enim nemo uidebit & uiuet: aut si deū uiderat & mortui nō sunt, scriptura mentitur, deū dixisse, faciem meā homo si uidebit, nō uiuet. Aut scriptura mentitur cū inuisum aut cū uisum deum profert. Iam ergo aliis erit qui uidebatur, quia nō potest idē inuisibilis definiri qui uidebatur: & consequens erit ut inuisibilem patrē intelligamus pro plenitudine maiestatis, uisibile uero filium agnoscamus pro modulo deriuacionis: sicut nec solem nobis contemplari licet quantum ad ipsam substantiæ sumam quæ est in cœlis, radium autē eius toleramus oculis pro temperatura portionis

Cultores plurimi diuinitatis Gentiles, Christiani, filii lucis, et ceteri,

yrusas

Inuisibilis Pater

Visibilis filius

Simile

portionis quæ in terram inde porrigitur. Hic ex diverso uollet aliquis etiam filium inuisibilem contendere, ut sermonē, ut spiritum: & dum unā conditio nem patris & filij uindicat, unū potius atq; eundem cōfirmare patrē & filiū. Sed diximus scripturā differētiae patrocinari, per uisibilis & inuisibilis distinctionem. Nam & illud adiiciunt ad argumentationē. Quod si filius tunc ad Moysen loquebatur ipse faciē suam nemini uisibilem pronūciaret, quia sc̄i dicet ipse inuisibilis pater fuerit in filij nomine. Ac per hoc sic eundem uolūt accipi & uisibilem & inuisibilem, quomodo eundem patrē & filiū: quoniam & paulo supra, antequam faciem Moysi negasset, scriptū sit, dominum ad Moysen locutum corām, uelut si quis loquatur ad amicū suū, nō minus q̄ & Iacob: Ego uidi, inquit, dominū facie ad faciem. Ergo uisibilis & inuisibilis idem. Et quia idem utrūq; ideo & ipse pater inuisibilis, quia & filius uisibilis. Quasi non expositio scripturæ quæ fit à nobis, filio cōpetat patre seposito in sua uisibilitate. Dicimus enim & filiū suo nomine eatenus inuisibilem quā sermo & spiritus dei ex substantiæ conditione iam nūc, & quia deus & sermo & spiritus dei: uisibilem aut̄ fuisse ante carnem eo modo quo dicit ad Aaron, & Mariam: Et si fuerit prophetes in uobis in uisione cognoscet illi, & in somnio loquar illi, nō quomodo Moysi, os ad os loquar illis in specie, id est in ueritate & non in ænigmate, id est nō imagine sicut & Apostolus: Nūc uidemus tanq; per speculum in ænigmate, tunc aut̄ facie ad faciem. Igī tur cū Moysi seruat conspectū suū, & colloquium facie ad faciē, in futurum: nam hoc postea adimpletū est, in montis secessu sicut legimus in Euangeliō uisum cum illo Moysen colloquenter, apparet retro semper in speculo, & ænigmate, & uisione, & somnio deum, id est filium dei, uisum, tam propheticis & Patriarchis, quam & ipsi adhuc Moysi. Et ipse quidem dominus si forte corām ad faciem loquebatur, nō tamen, ut est, homo faciem eius uideret, nisi forte in speculo & in ænigmate. Deniq; si sic Moysi locutus est dominus ut & Moyses faciem eius cōminus sciret, quomodo statim atq; ibidem desiderat faciem eius uidere, quam si uideret non desideraret? Quomodo èquè & dominus negat uideri faciem suā posse quam ostenderat, si tamen ostenderat? Aut quæ est facies dei, cuius conspectus negatur, si erat quæ uisa est? Vidi, inquit Iacob, deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Alia debet esse facies, quæ si uideatur occidit. Aut nunquid filius quidem videbatur, & si facies, sed ipsum hoc in uisione, & somno, & speculo, & ænigmate; quia sermo, spiritus, nūc imaginaria forma uideri non potest. Faciem autem suam, dicit inuisibilem patrem. Quis enim pater: num facies erit filij, nomi, ^{Imaginaria} forma ne autoritatis, quā genitus à patre cōsequitur? Non enim & de aliqua maiore persona congruit dicere, facies mea est ille homo: & faciem mihi præstat. Pater, inquit, maior me est. Ergo facies erit filij pater. Nam & scriptura quid dicit: Spiritus personæ eius, Christus dominus. Ergo si Christus personæ paternæ

paternæ spiritus est, merito spiritus cuius persona erat, id est patris eius ſāciem suam ex unitate ſcilicet pronūciauit. Mirarer planè an facies filij pater accipi poſſit qui eſt caput eius. Caput enim Christi deus. Si hunc articulum quæſtionibus ſcripturę ueteris non expediā, de nouo testamento ſuſtam confirmationem noſtræ interpretationis: ne quodcunq; in filium reputo, in patrem proinde defendas. Ecce enim & in Euangelijs & in Apostolis uisibilem & inuiſibilem deum deprehendo, ſub maniſta & personali diſtinctiōne conditionis utriuſq;. Exclamat quodammodo Iohānes: Deum nemo uidit unquam. Vtiq; nec retro. Ademit enim temporis quæſtionem, dicenda dominū nunquam uifum. Cōfirmat & Apostolus de deo: Quem nemo uidit hominū, ſed nec uideri poſteſt, ſcilicet quia morietur qui uidebit. Idem *Vifus* ipſi Apostoli & uidiffe ſe Chriſtum, & contrectasse teſtantur. Porro ſi ipſe *Inuiſus* eſt Chriſtus pater & filius, quomodo uifus eſt, & inuiſus? Ad hanc diuersitatem uifi & inuiſi in unū cōferendam, quiſ ex diuerſo nō argumentabitur, recte utrūq; dictum, uifibilem quidem in carne, inuiſibilem uero ante carnem: ut idem ſit pater inuiſibilis ante carnē, qui & filius uifibilis in carne? At quin ſi idem ante carnem inuiſibilis, quomodo uifus etiam retro inuenitur ante carnem? Aequē ſi idem poſt carnem uifibilis, quomodo & nunc inuiſibilis pronunciatur ab Apostolis, niſi quia aliud qui & retro uifus in ænigmatē. Plenius uifibile caro effecit, ſermo ſcilicet qui & caro factus, eſt aliud: que nūquā quisquam uidit niſi pater, ſcilicet cuius eſt ſermo. Deniq; inſpicia muſ quem Apostoli uiderint. Quod uidimus, inquit Iohannes, quod audī uitus, oculis noſtris uidimus, & manus noſtræ contrectauerunt, de ſermonē uitæ. ſermo enim uitæ, caro factus, & auditus, & uifus, & contrectatus, quia caro, qui ante carnem ſermo tantum in primordio apud deū patrem, non pater apud ſermonem. Nam & ſi deus ſermo, ſed apud deum, quia ex deo deus, quia cum patre apud patrem. Et uidimus gloriā eius tanq; unigeniti à patre, utiq; filij: ſcilicet uifibilis, glorificati à patre inuiſibili. Et ideo quoniam sermonē dei, deū dixerat, ne adiuuaret aduersariorū preſumptionem, quaſi patrem iſum uidiffet, ad diſtinguendum inter inuiſibilem patrem & filium uifibilem, ſuperdicit ex abundantia: Deum nemo uidit unquā. Quem deum: Sermonem? Atquin uidimus, & audiuimus, & cōtrectauimus, de ſermonē uitæ prædictum eſt. Sed quem deū: ſcilicet patrem, apud quem deus erat ſermo, unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris ipſe diſſeruit. Ipſe & auditus, & uifus, & ne phantasma crederetur, etiā cōtrectatus. Hūc & Paulus cōſpexit, nec tamen patrem uidit. Nonne, inquit, uidi Iesum? Chriſtum aut & iſum dominū cognominauit, Quorū patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnēm, qui eſt per omnia deus benedictus in æuum. Ostendit & ipſe uifibile domini filii, id eſt sermonē dei, quia qui caro factus eſt, Chriſtus dictus eſt. De patre aut ad Timotheum: Quem nemo uidit hominū, ſed nec

Nec videre potest. Exaggeras amplius: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. De quo & supra dixerat: Regi autem seculorum, immortali, inuisibili, soli deo: Ut & contraria ipsi filio adscriberemus mortali-
tatem, accessibilitatem, quem mortuum contestatur secundum scripturas, &
a se nouissime uisum, per accessibilem utiq; lucem: quanquam & illam neque
ipse sine periculo luminis expertus est, neq; Petrus & Ioannes & Iacobus si-
ne rationis, & amentia: qui si non passuri filij gloriam, sed patre uidissent, cre-
do morituri ibidem. Deum enim nemo videbit, & uiuet. Si haec ita sunt, con-
stat eum semper uisum ab initio: qui uisus fuerit in fine. Et eum nec in fine ui-
sum, qui nec ab initio fuit uisus: & ita duos esse, uisum & inuisum. Filius ergo uisus
uisus est semper, & filius conuersatus est semper, & filius operatus est sem-
per, ex autoritate patris & uoluntate: quia filius nihil a semetipso potest fa-
cere, nisi uiderit patrem facientem, in sensu scilicet facientem. Pater enim sensu agit.
Filius uero qui in patris sensu est, uidentis perficit. Sic omnia per filium facta
sunt, & sine illo factum est nihil. Nec putes sola opera mundi per filium fa-
cta, sed & quae a deo exinde gesta sunt. Pater enim qui diligit filium & om-
nia tradidit in suu eius, utiq; a primordio diligat, & a primordio tradidit. Ex
quo, a primordio sermo erat apud deum, & deus erat sermo, cui data est om-
nis potestas a patre in celis & in terra. Non iudicat pater quenq;, sed omne
iudicium tradidit filio, a primordio tamen. Omne enim dicens potestatem,
& omne iudicium, & omnia per eum facta, & omnia tradita in manu eius, nul-
lam exceptionem temporis permittit: quia omnia non erunt, si non omnis tem-
poris fuerint. Filius itaque est qui ab initio iudicauit turrim superbissimam eli-
dens, linguasq; disperdens, orbem totum aquarum uiolentia punies, pluens su-
per Sodomam & Gomorram ignem & sulphurem, deus a deo. Ipse enim &
ad humana semper colloquia descendit: ab Adā usq; ad Patriarchas & Pro-
phetas, in uisione, in somno, in speculo, in ænigmate, ordinē suū præstruens
ab initio semper. Quae erat persecuturus infinita, semper edisciebat, & deus
in terris cum hominibus conuersari, non aliud q; sermo qui caro erat futurus.
Edisciebat autem ut nobis fidem sterneret, ut facilius crederemus filium dei
descendisse in seculū, si & retro tale quid gestū cognosceremus. Propter nos
enim sicut scripta sunt, ita & gesta sunt, in quos æuorum fines decucurserūt. *is quos enor-
rum fines dec-
cucurrerunt*
Sic etiam affectus humanos sciebat iam tunc, suscepiturus etiam ipsas sub-
stantias hominis, carnem & animam: interrogans Adam quasi nesciens, Vbi
es Adam? Pœnitens quod hominem fecisset, quasi non præsciens: Tentans
Abrahā, quasi ignorans quid sit in homine: Offensus, reconciliatus eidem:
Et si qua heretici adprehendunt quasi deo indigna, ad destructionem crea-
toris, ignorantes haec in filium competit, qui etiam passiones humanas, &
fiam, & esuriem, & lachrymas, & ipsam natuitatem, ipsamq; mortem erat
subiturus: Propter hoc minoratus a patre modicum circa angelos. Sed her-
etici

retici quidem nec filio dei deputabunt conuenire, quæ tu ipsi patri introducis.
Deminorare quasi ipse se deminorauerit propter nos, cū scriptura alium dicat ab alio miroratum, non ipsum à semetipso. Quid si & alius qui coronabatur gloria &
 12 honore, alius qui coronabat, utique filium pater? Cæterum quale est, ut
 deus omnipotens ille inuisibilis quem nemo uidit hominum, nec uidere potest, ille qui inaccessibilem lucem habitat, ille qui nō habitat in manu factis,
 à cuius conspectu terra contremiscit, montes liquefcunt ut cera, qui totū oram
 manu adprehendit uelut nidum, cui cœlū thronus, & terra scabellum,
 in quo omnis locus, non ipse in loco, qui uniuersitatis extrema linea est, ille
 altissimus, in paradiſo ad uesperam deambulauerit, quærens Adam, & Ara-
 cam post introitū Noe clauserit, & apud Abraham sub queru refrigerauer-
 rit, & Moysen de rubo ardenti uocarit, & in fornace Babylonij regis quar-
 tus apparuerit (quariquā filius hominis est dictus) ni hæc in imagine, & spe-
 culo, & ænigmate fuissent? Scilicet & hæc nec de filio dei credenda fuisse, si
 scripta nō essent, fortasse nō credenda de patre, licet scripta, quem isti in qua-
 uam Mariæ deducunt, & in Pilati tribunal imponunt, & in monumentis Lo-
Reconcludere seph reconcludunt. Hinc igitur apparet error illorū. Ignorantes enim à pri-
Oeconomia mordio, omnē ordinem diuinæ dispositionis per filium decucurrisse, ipsum
 credunt patrem & uisum, & congressum, & operatum, & sitim & esuriē pa-
 sum, aduersus Prophetā dicentem: Deus æternus non sitiens, nec esuriet omni-
 no, quanto magis nec morietur, nec sepelietur. Et ita unum deum semp-
 egisse, id est patrem. Quæ per filium gesta sunt, facilius existimauerunt, pa-
 trem in filij nomine egisse, quam filium in patris, dicente ipso domino: Ego
Condicente, ueni in patris mei nomine: Item ad ipsum patrem: Nomen tuum manifesta
astipulante ui hominibus, condicente etiam scriptura: Benedictus qui uenit in nomine
P A T E R domini, utiq̄ filius in patris nomine. Et nomē patris, deus omnipotēs, altis-
Deus omnipo- simus, dominus uirtutū, rex Israelis, qui est, quatenus ita scripturæ docent.
tens
Altissimus Hæc dicimus & in filium cōpetisse, & in his filium uenisse, & in his semp-
Dominus uiri egisse, & sic ea in se hominibus manifestasse. Omnia, inquit, patris, mea sunt.
tutum Cur nō & nomina? Cum ergo legis deū omnipotentē, & altissimū, & deum
Rex Israelis uirtutum, & regem Israelis, & qui est: uide ne per hæc filius etiā demonstrer-
Qui est tur: suo iure Deus omnipotens, quā sermo dei omnipotentis, quāq̄ omniū
F I L I V S Deus omnip. accepit potestatem: Altissimus, quā dextera dei exaltatus, sicut Petrus in
Deus omnip. Actis concionatur: Dominus uirtutum, quia omnia subiecta sunt illi à pa-
Altissimus tre: Rex Israelis, quia illi proprie excidit sors gentis istius. Itē, Qui est: quo-
Dom. uirtutū niam multi filij dicuntur & non sunt. Si autem uolunt & Christi nomen pa-
Rex Israelis tris esse, audient suo loco. Interim hic mihi promotum sit responsum aduer-
Qui est sus id, quod & de Apocalypsi Ioannis proferunt: Ego dominus qui est, &
 13 qui fuit, & uenit omnipotens, & sicuti alibi dei omnipotentis appellationē
 non putant etiam filio conuenire, quasi qui uenturus sit omnipotens, cum
 & filius

¶ filius omnipotentis tam omnipotens sit dei filius, & deus dei filius. Sed hanc societatem nominum paternorum in filio, ne facile perspiciant, perturbat illos scriptura, si quando unicum deum statuit: quasi non eadem, & deos, & dominos duos proposuerit, ut supra ostendimus. Ergo quia duos, & unum, inquiunt, inuenimus, ideo ambo unus atque idem, & filius & pater. Porro non pericitatur scriptura, ut illi de tua argumentatione succurras, ne sibi contra via videatur. Habet rationem, & cum unicum deum statuit, & cum duos patrem & filium ostendit, & sufficit sibi. Filium nominari ab ea constat. Saluo enim filio recte unicum deum potest determinasse, cuius est filius. Non enim desinit esse qui habet filium ipse unicus, suo scilicet nomine, quotiens sine filio nominatur. Sine filio autem nominatur, cum principaliter determinatur ut prima persona quae ante filij nomen erat proponenda: quia pater antea cognoscitur, & post patrem filius nominatur. Igitur unus deus pater, & absque eo alius non est. Quod ipse inferens, non filium negat, sed aliud deum. Ceterum alius a patre filius non est. Denique inspice sequentia huiusmodi pronunciationum, & inuenies ferè ad idolorum factitatores atque cultores definitionem eorum pertinere, ut multitudinem falsorum deorum unio diuinatis expellat, habens tamen filium quanto individuum & inseparatum a patre, tanto in patre reputandum, & si non nominatum. Atquin si nominasset illum, separasset, ita dicens: Alius praeter me non est, nisi filius meus. Alium enim etiam filium fecisset, quem de alijs excepisset. Puta solem dicere: Ego sol, & alijs praeter me non est, nisi radius meus, nonne denotasset uanitatem, simile quasi non & radius in sole deputetur. Itaque praeter semetipsum non esse aliud deum, hoc propter idolatriam tam Nationum quam Israelis: Etiam propter haereticos, qui sicut Nationes manibus, ita & ipsi uerbis idola fabricantur, id est aliud deum & aliud Christum. Igitur & cum se unum pronunciat, filio pater procurabat, ne ab alio deo Christus uenisse credatur, sed ab illo qui prædixerat: Ego deus, & alijs absque me non est, qui se unicū, sed cum filio ostendit, cum quo cœlum solus extendit. Quin & hoc dictum eius, in argumentum singularitatis arripiens: Extendit, inquit, cœlum solus. Quantum ad ceteras uirtutes solus, præstruens aduersus coniecturas Haereticorum, qui mundū ab angelis & potestatibus diuersis uolunt structū, qui & ipsum creatorē, aut angelum faciunt, aut ad alia quae extrinsecus, ut opera mundi, ignoranter quoque subornatum. Aut si sic solus cœlum extendit, quomodo gōsuo Valētis isti præsumunt in peruersum haeretici, quasi singularis, non admittatur Sophia illa dicens, cum pararet cœlum, ego aderam illi. Et si dixit, quis cognovit sensum domini, & quis illi consilio fuit: utique praeter Sophiam fuit, quae illi aderat. In ipso tamen & cum illo universa compingebat, non ignorantे quid ficeret. Praeter Sophiam autem, praeter filium dicit, qui est Christus, Sophia, & uirtus dei, secundū Apostolum, solus sciens sensum patris. Quis

S 2 enim

enim sicut quæ sunt in deo, nisi spiritus qui in ipso est: nō qui extra ipsum erat. Ergo qui non solum deum faceret, nisi à cæteris solum. Sed & Euangelium recusetur, quod dicat omnia per sermonem à deo facta esse, & sine eo nihil factum. Nisi enim fallor & alibi scriptū est: Sermone eius cœli firmati sunt, & spiritu eius omnis virtus eorum. Et sermo autem Virtus & Sophia, ipse erit dei filius. Ita si per filium omnia, cœlum quoq; per filium extendens, nō solus extendit, nisi illa ratione qua cæteris solus. Atq; adeo statim de filio loquitur. Quis aliis deiecit signa uentiloquorū & diuinationes à corde, auer tens sapientes retrorsum, & consilium eorum infatuans? sistens uerba filij sui, dicendo scilicet, Hic est filius meus dilectus, hunc audite. Ita filiū subiungens, ipse interpretator est, quomodo cœlum solus extenderit, scilicet cū filio solus, sicut cū filio unum. Proinde & filij erit vox, extendi cœlum solus, quia Sermone cœli confirmati sunt. Quia Sophia in Sermone adstante paratum est cœlum, & omnia per Sermonem sunt facta, competit & filium solum extendisse cœlum, quia solus operationi patris ministravit. Idem erit dicens: Ego primus, & in superuentura ego sum. Primum scilicet omnium, Sermo. In principio erat Sermo, in quo principio prolatus à patre est. Cæterum pater non habens initium, ut à nullo prolatus, ut innatus, non potest uideri. Qui solus fuit semper, ordinem habere non potuit. Igitur si propterea eundem & patrem & filium credendum putauerunt ut unum deum vident, salua est unio eius, qui cum sit unus, habeat & filium, æquè & ipsum eisdem scripturis comprehensum. Si filium nolunt secundum à patre repudari, ne secundus duos faciat deos dici, ostendimus etiam duos deos in scriptura relatos & duos dominos: & tamē ne de isto scandalizentur, rationem reddimus, quā dei non duo dicātur nec domini, sed quā pater & filius duos: & hoc non ex separatione substantiæ, sed ex dispositione, cum individuum & inseparatum filium à patre pronunciamus, nec statu, sed gradu alium, qui & si deus dicatur, quando nominatur singularis, non ideo duos deos faciat sed unum, hoc ipso quod & deus ex unitate patris uocari habeat. Sed argumentationibus eorum adhuc retundendis, opera præbenda est, si quid de scripturis ad sententiam suā excerpta, cætera nolentes intueri, quæ & ipsa regulam scruant, & quidem salua unione diuinitatis, & monarchiæ sonitu. Nam sicut in veteribus nihil aliud tenent, quam, Ego deus & alius præter me non est: Ita in Euangelio responsionem domini ad Philippum tacentur, Ego & pater unum sumus, & Qui me uiderit, uidet & patrem, & Ego in patre, & pater in me. His tribus capitulis totum instrumentū utriusq; testamenti uolunt cedere, cum oporteat secundum plura intelligi pauciora. Sed prius hoc est omnium hæreticorū. Nam quia pauca sunt quæ in sylua inueniri possunt, pauca aduersus plura defendant, & posteriora aduersus priora suscipiunt. Regula autem omni rei ab initio constituta in prioribus, & in posterio

*Totum instru
mētū utriusq;
testamenti*

15

posteriora præscribit, utiq; & in paucioribus. Aspice itaq; quanta præscribat tibi, etiam in Euangeliō ante Philippi consultationem, & ante omnem argumentationem tuam, & in primis ipsa statim præfatio Ioannis euangelizatoris demonstrat, quod retro fuerit qui caro fieri habebat: In principio erat sermo, & sermo erat apud deū, & deus erat sermo. Hic erat in principio apud deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Nam si hæc non aliter accipi licet, quām quomodo scripta sunt, indubitanter aliis ostenditur, qui fuerit à principio, alius apud quem fuit: Alium sermonē dei, aliud dominum: licet & deus sermo, sed quā dei filius, non quā pater: Alium per quem omnia, aliud à quo omnia. Alium autem quomodo prædicamus, sæpe iam ædidiimus, quo alium dicamus necesse est, non eundem autem, non quasi separatum, dispositione alium nō divisione. Hic ergo factus est caro, non ipse cuius erat sermo. Huius gloria uisa est tanquam unici à patre, non tanquam patris. Hic unius sinum patris differuit, non sinum suū pater. Præcedit enim: Deum nemo uidit unquam. Inde & si agnus dei ab Iohanne designatur, non ipse cuius est dilectus. Certe filius dei semper, sed non ipse cuius est filius. Hoc enim Nathanael statim sensit, sicut & alibi Petrus: Tu es filius dei. Hoc & ipse recte sensisse illos confirmat: Nathanael quidem respondens, quia dixi, uidi te sub ficu, ideo credis: Petrum uero beatum adficiens, cui non caro, neq; sanguis reuelasset, quod & patrem senserat, sed pater qui in cœlis est. Quo dicto utriusq; personæ constituit distinctionem, & filij in terris, quem Petrus agnouerat dei filium, & patris qui in cœlis, qui Petru reuelauerat quod Petrus agnouerat dei filium Christum. Cum in tempore introiit, ædem patris appellat, ut filius. Cum ad Nicodemum dicit, Ita, inquit, dilexit deus mundum, ut filium suum unicum dederit in quem omnis qui crediderit non pereat, sed habeat uitam sempiternam. Et rursus. Non enim misit deus filium suū in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluus sit mundus per eum. Qui crediderit in illum non iudicatur. Qui non crediderit in illum, iam iudicatus est, quia nō credidit in nomine unici filij dei. Iohannes autem cum interrogaretur quid de Iesu contingeret, Pater, inquit, Quid de Iesu dilexit filium, & omnia tradidit in manu eius. Qui credidit in filium, habet continget utam æternam. Qui non credidit in filio dei, non uidebit deum, sed ira dei manebit super eum. Quem uero Samaritidi ostendit? Si messiam qui dicitur Christus, filium utique se, non patrem demonstrauit. Qui & alibi Christus dei filius non pater dictus est. Exinde discipulis, Meum est, inquit, ut faciam uoluntatem eius qui me misit, ut consummum opus eius. Et ad Iudeos de paralytici sanitate, Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Pater & ego, filius dicit. Deniq; propter hoc magis Iudæi illum interficere uolebant. Non tantū quod solueret sabbatum, sed quod patrem suum deum diceret, æquans se deo. Tunc ergo dicebat ad eos: Nihil filius facere potest.

Distinctio
personæ
Aedes patris

S 5 à semet

à semetipso, nisi uideat patrem facientem. Quæ enim ille facit, eadem & filius facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrauit illi quæ ille fecit, & maiora ista opera demonstrauit illi, ut uos mirermini. Quomodo enim suscitat mortuos & uiuiscitat, ita & filius quos uult uiuiscitat. Neque enim pater iudicat, sed omne iudicium dedit filio, uti omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem, qui filium misit. Amen amen dico uobis, quod qui audit sermones meos & credit ei qui me misit, habet uitam æternam, & in iudicium nō ueniet, sed transit de morte in uitam. Amen dico uobis quod ueniet hora qua mortui audient uocem filij dei, & cum audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitam æternam à semetipso, ita & filio dedit uitam æternam habere in semetipso, & iudicium dedit illi facere in potestate, quia filius hominis est: Per carnem scilicet, sicut & filius dei per spiritum eius. Adhuc adiicit: Ego autem habeo maius quam Ioannis testimonium. Opera enim quæ pater mihi dedit consummare, illa ipsa de me testimonium perhibent, quod me pater miserit. Et qui me misit pater, ipse testimonium dixit de me. Subiungens autem, neq; uocem eius audistis unquam, neq; formam eius uidistis, confirmat retro nō patrem, sed filium fuisse, qui uidebatur, & audiebatur. Deniq; dicit: Ego ueni in patris mei nomine, & non me receperitis. Adeo semper filius erat in dei, & Regis, & Domini omnipotentis, & Altissimi nomine. Interrogantibus autem quid facere de Panis, Christi, beant, respondit, ut credatis in eum quem deus misit. Panem quoq; se adfertus mat quem pater præstaret de cœlo. Ergo omne quod ei daret pater ad se uenire, nec reiecturū se, quia de cœlo descendisset, non ut suā, sed ut patris faceret uoluntatem. Voluntatem autem patris esse, uti qui uiderit filium & creditur in eum, uitam & resurrectionem consequatur. Neminem porrò ad se uenire posse, nisi quem pater adducat. Omnem qui à patre audisset, & didicisset, uenire ad se: non quasi patrem aliquis uiderit adiiciens & hic, ut ostenderet patris esse sermonem, per quem docti fiant. At cum discedunt ab eo multi, & Apostolis suis offert, si uelint discedere & ipsi: quid respondit Simon Petrus: quò discedimus: uerba uitæ habes, & nos credimus q; tu sis Christus. Patrem illum esse, an patris Christum: Cuius autem doctrinam dicit, ad quā mirabantur, suam an patris: & quæ ambigentibus inter se, ne ipse esset Christus, utiq; nō pater, sed filius: Neq; me scitis, inquit, unde sum, & nō ueni à meipso, sed est uerus qui me misit, quem uos non nostis. Ego noui illum, quia apud illum sum. Non dixit, quia ipse sum, & ipse me misi, sed ille me misit. Item cum misissent ad inuadendum eum pharisei, Modicum adhuc temporis, ait, uobiscum sum, & uado ad eum qui me misit. At ubi se negat esse solū: sed ego, inquit, & qui me misit pater, nōne duos demonstrat, tam duos quam inseparatos: imò totum erat hoc quod docebat, inseparatos duos esse. Siquidem & legem proponens duorum hominum testimoniū

illum confirmantem, subiungit: Ego testimonium dico de me: & testimonium dicit de me, qui me misit, pater. Quod si unus esset, dum id est & filius & pater, non uteretur legis patrocinio fidem imponentis non unius testimonio, sed duorum. Item interrogatus ubi esset pater: neque se, neque patrem notum esse illis respondens, duos dixit ignotos. Quod si ipsum noscent, patre noscent: non quidem quasi ipse esset pater & filius, sed quia per individualitatem neque agnoscit neque ignorari alter sine altero potest. Qui me, ait, misit, uerax est: & ego quae ab eo audiui, ea & loquor in mundum. Interpretante extrinsecus scriptura, non cognouisse illos quod de patre dixisset, cum scilicet cognoscere debuissent sermones patris in filio esse, legendo apud Hieremiam: Et dixit mihi dominus: Ecce dedi sermones meos in os tuum. Et apud Esaiam: Dominus dat mihi linguam disciplinæ ad cognoscendum quando oporteat dicere sermonem. Sicut ipse rursus: Tunc, inquit, cognoscetis quod ego sim, & a me metipso nihil loquar: sed sicut me docuit, ita & loquor, quia & qui me misit, mecum est. Et hoc ad testimonium individualium duorum. Item in altercatione Iudeorum exprobrans quod occidere eum uellent: Ego, inquit, quae uidi penes patrem meum loquor: & uos quod uidistis penes patrem uestrum id facitis: & nunc uultis occidere hominem ueritatem uobis locutum, quam audiuit a deo. Et si deus esset pater uestrus, dilexissetis me. Ego enim ex deo exiui & ueni: & tamē non separantur, licet exisse dixerit, ut quidam arripiunt huius dicti occasionem. Exiuit autem a patre, ut radius ex sole, ut riuus ex fonte, ut frutex ex semine. Ego daemonium non habeo, sed honoro patrem meum. Et si ego me ipse glorificem, nihil est gloria mea. Est qui me glorificet, pater, quem uos dicitis deum esse uestrum. Nec nostis illum, at ego noui eum. Et si dicam non noui, ero similis uestri mendax. Sed noui illum, & sermonem eius seruo. At cum subiungit: Abrahā diem meum uidit, & latus est: nempe demonstrat filium Abrahæ retro uisum, non patrem. Item super cæcum illum patris opera dicit se facere oportere, cui post restitutionem luminum: Tu, inquit, credis in filium dei? & interroganti quis esset iste, ipse se demonstrans, utique filium demonstrauit, quem credendum esse dixerat. Dehinc cognosci se profitetur a patre, & patrem a se. Et ideo se diligi a patre, quod animam suam ponat: quia hoc præceptum accepisset a patre. Et interrogatus a Iudeis, si ipse esset Christus utique dei: nam usque in hodiernum Iudei Christum dei, non ipsum patrem sperant: quia nunquam Christus pater scriptus est uenturus: Loquor, inquit, uobis, & non creditis. Opera quae ego facio in nomine patris, ipsa de me testimonium dicunt. Quod testimonium ipsum scilicet esse, de quo interrogabant, id est Christum dei. De ouibus etiam suis, quod nemo illas de manu eius eriperet. Pater enim quod mihi dedit, maius est omnibus. Et ego & pater unum sumus. Hic ergo iam gradum uolunt figere stulti, immo cæci qui non uideant: primò ego

Patrociniū
legis

Individualitas

ego & pater, duorum esse significationem: dehinc in nouissimo, sumus, non ex unius esse persona, quod pluraliter dictum est: tum quod unum sumus, non unus sumus. Si enim dixisset quod unus sumus, potuisset adiuuare sententiam illorum. Vnus enim singularis numeri significatio uidetur. Ad huc cum duo, masculini generis, Vnum dicit neutrali uerbo: quod non pertinet ad singularitatem, sed ad unitatem, ad similitudinem, ad coniunctionem, ad dilectionem patris, qui filium diligit, & ad obsequium filij, qui uoluntati patris obsequitur. Vnum sumus, dicens, ego & pater: ostendit duos esse, quos æquat & iungit. Adeo addit etiam multa se opera à patre ostendit, quorum nihil lapidari mereretur. Et ne putarent ideo se illum lapidare debere, quasi se deum ipsum, id est patrem voluisse intelligi, quia dixerat: Ego & pater unum sumus: quâ filium dei deum ostendens, non quâ ipsum deum: Si in lege, inquit, scriptum est: Ego dixi uos dij estis, & non potest sol ui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos eum blasphemare dicitis: quia dixerat, filius dei sum: Si non facio opera patris mei, nolite credere: si uero facio & mihi credere non uultis, uel propter opera credite. Et scitote quod ego in patre sum, & pater in me. Per opera ergo erit pater in filio, & filius in patre: & ita per opera intelligimus unum esse patrem. Adeo totum hoc perseverabat inducere, ut duo tamen crederentur in una virtutes
Maria magdalena quia aliter filius credi non posset, nisi duo crederentur. Post haec autem Maria magdalena filium dei eum confessa, non magis errauit, quam Petrus & Nathanael: quanquam & si errasset, statim didicisset. Ecce enim ad suscitandum fratre eius à mortuis, ad cœlum & ad patrem dominus suspiciens, Pater, inquit, utique filius, gratias ago tibi, quod me semper exaudias. Propter istas turbas circumstantes dixi, ut credant quod tu me miseris. Sed & in contemplatione animæ: Et quid dicam? Pater, saluum me fac de ista hora. Atquin Nomen propter hoc ueni in istam horam. Verum pater glorifica nomen tuum, in quo erat filius. Ego, inquit, ueni in patris mei nomine. Inde scilicet sufficerat filij ad patrem uox. Ecce ex abundantia responderet de cœlo pater, filio contestatur: Hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi, audite illum. Ita & isto: Glorificaui, & glorificabo: rursus quot personæ tibi uidentur peruerissime Præixa, nisi quot & uoces? Habes filium in terris, habes patrem in cœlis. Non est separatio ista, sed dispositio diuina. Cæterum scimus deum etiam intra abyssos esse, & ubique consistere, sed uia & potestate. Filium quoque ut individuum cum ipso ubique. Tamen in ipsa οἰκουμένᾳ pater uoluit filium in terris haberi, se uero in cœlis, quod & ipse filius suspiciens, & orabat & postulabat à patre, quod & nos erectos docebat orare: Pater noster, qui es in cœlis: cum sit & ubique. Hanc sedem suam uoluit pater: minorauit filium modico citra angelos, ad terram dimittendo: gloria tamen & honore coronatus illum, in cœlos resumendo. Hæc iam præstabant illi, dicens:
Nathanael Et glori

Et glorificaui, & glorificabo. Postulat filius de terris, pater promittit à cœlis. Quid mendacem facis & patrem & filium, si aut pater de cœlis loquebatur ad filium, cum ipse esset filius apud terras: aut filius ad patrem precabatur, cum ipse esset pater apud cœlos? Quale est ut filius item postulet à se, metipso, postulando à patre, si filius erat pater? aut iterū pater sibi ipse promitteret, promittendo filio, si pater erat. Ut sic duos diuisos diceremus, quomodo iactitatis, tolerabilius erat duos diuisos, quam unum deum uersipellem prædicare. Itaque ad istos nunc dominus pronunciauit: Non propter me ista uox uenit, sed propter uos, ut credant & hi, & patrem, & filium, in suis quemque nominibus, & personis & locis. Sed adhuc exclamat Iesus & dicit: Qui credit in me, non in me credit: sed in eum credit, qui me misit: quia per filium in patrem creditur: & autoritas credendi filio, pater est. Et qui conspicit me, conspicit eum qui me misit. Quomodo? quoniam scilicet à memet ipso non sum locutus, sed qui me misit pater, ipse mihi mandatū dedit, quid dicam, & quid loquar. Dominus enim dat mihi linguam disciplinæ, ad cognoscendum quando oporteat dicere sermonem, quem ego loquor. Sicut mihi pater dixit, ita & loquor. Hæc quomodo dicta sint, Euangelizator & utique tam charus discipulus Iohannes, magis quam Praxeas nouerat, ideoque ipse de suo sensu: Ante autem solennitatem paschæ, inquit, sciens Iesus omnina sibi tradita à patre esse, & se ex deo esse, & ad deum uadere. Sed Praxeas ipsum uult patrem de semetipso exisse, & ad semetipsum abiisse, ut diabolus in cor Iudeæ, non filij traditionem, sed patris ipsius immiserit. Nec diabolo bene, nec hæretico: quia nec in filio, bono suo, diabolus operatus est traditionem. Filius enim traditus est dei, qui erat in filio hominis: sicut scriptura subiungit: Nunc glorificatus est filius hominis, & deus glorificatus est in illo. Quis deus? utique non pater, sed sermo patris, qui erat in filio hominis: id est in carne in qua & glorificatus iam: uirtute uero & sermone, & ante Iesum: & deus, inquit, glorificauit illum in semetipso: id est pater filium in semetipso habens, & si porrectum ad terram. Mox per resurrectionem morte deuicta, erant plane qui & tunc non intelligerent. Quoniam & Thomas aliquandiu incredulus, domino enim inquit: Non scimus quod eas, & quomodo uiam nouimus? Et Iesus: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, cognouissetis & patrem: sed & abhinc nostis illum, & uidistis illum. Et peruenimus iam ad Philippum, quem spes excitatus uidendi patris: nec intelligens quomodo uisum patrem audisset: Ostende, inquit, nobis patrem, & sufficit nobis. Et dominus: Philippe, tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me? Quem dicit cognosci a illis debuisse (hoc enim solum discuti oportet) quasi patrem, an quasi filium? Si quasi patrem, doceat Praxeas, tanto tempore Christum cū eis conuersatum, patrem aliquando né dico intelligi, uerum vel aestimari potuisse. Nobis omnes

*Verisipellis,
deus Monarc
chiunorum*

christus dei omnes scripture, & ueteres Christū dei, & nouæ filium dei præfiniunt. *Filius dei* Hoc & retro prædicabatur: hoc & ab ipso Christo pronunciabatur: imò iam & ab ipso patre corām de cœlis filium profitente, & filiū glorificante: Hic est filius meus. Et glorificaui, & glorificabo. Hoc & à discipulis credebatur: hoc & à Iudæis non credebatur: hoc se uolens credi ab illis, omni hora patrem nominabat, & patrem præferebat, & patrem honorabat. Si ita est, ergo nō patrem tanto tempore secum conuersatū ignorauerat, sed filium. Et dominus eum se ignorari exprobrans, quem ignorauerat, eum utiqz agnoscī uolebat, quem tanto nō agnoscī tempore exprobrauerat, id est filium. Et apparere iam potest quomodo dictū sit: Qui me uidet, uidet & patrem. Scilicet quo & supra. Ego & pater unum sumus. Quare? quia ego ex deo exiui & ueni: & ego sum uia. Nemo ad patrem uenit, nisi per me: & nemo ad me uenit, nisi pater eum adduxerit: & omnia mihi pater tradidit: & sicut pater uiuificat, ita & filius: & si me cognouisti, & patrem cognouisti. Secundum hæc enim uicarius carium se patris ostenderat, per quem pater & uideretur in factis, & audiretur in uerbis, & cognosceretur in filio, facta & uerba patris administrante: quia inuisibilis pater, quod & Philippus didicerat in lege & meminisse debuerat: Deū nemo videbit, & uiuet. Et ideo suggillatur patrem uidere desiderans quasi uisibile, & instruitur uisibilem eū in filio fieri ex uirtutibus, non ex personæ repræsentatione. Deniqz si patrem eundem filium ueller intelligi, dicendo: Qui me uidet, patrem uidet: quomodo subiçcit, Nō credis quia ego in patre, & pater in me? Debuerat em̄ subiunxisse, Non credis quia ego sum pater? Aut quò exaggerauit, si non illud manifestauit quod uoluerat intelligi, se scilicet filium esse? Porrò dicendo, Non credis quia ego in patre, & pater in me: propterea potius exaggerauit, ne, quia dixerat: Qui me uidet, & patrem uidet, pater existimaretur: quod nunquā existimari se uoluit, qui semper se filium, & à patre uenisse profitebatur. Igitur & manifestam fecit duarum personarum coniunctionem, ne pater seorsum quasi uisibilis in cōspectu desideraretur: & ut filius representator patris haberetur. Et nihilominus hoc quoqz interpretatus est, quomodo pater esset in filio, & filius in patre. Verba, inquit, quæ ego loquor uobis, non sunt mea, utiqz quia patris. Pater autem manens in me, facit opera. Per opera ergo uirtutum, & uerba doctrinæ manens in filio pater, per ea uidetur, per quæ manet, & per eum in quo manet: ex hoc ipso apparente proprietate utriusqz personæ dum dicit: Ego sum in patre, & pater in me. Atqz adeo credite ait: Quid? Me patrē esse? Non puto scriptum esse: Sed quia ego in patre, & pater in me. Si quo minus, uel propter opera credite. Ea utiqz opera, per quæ pater in filio non uisu, sed sensu videbatur. Post Philippum & totam substantiam quæstionis istius, quæ in finem Euangelijs perseverant in eodem genere sermonis, quo pater & filius in sua proprietate distinguitur: Paracletū quoqz à patre se postu

Vicarius patris

representator patris

se postulaturum, cum ascendisset ad patrem, & missum reponeret & qui
 dem alium, sed iam præmissus quomodo alium: cæterum de meo sumet, ¹⁶
 inquit, sicut ipse de patris: ita connexus patris in filio, & filij in paracleto, tres ^{Connexus}
 efficit cohærentes, alterū ex altero. Qui tres unum sunt, non unus: quomo-
 do dictum est, Ego & pater unū sumus: ad substantiæ unitatem, non ad nu- ^{Substantia}
 meri singularitatem. Percurre adhuc, & inuenies quē patrem credis, uice pa-
 tri dictum. Et patrem agricolam, utiq; in terra, tu putas fuisse: hunc rursus
 in cœlis à filio agnoscī, cū illuc respiciens, discipulos suos patri tradidit. Sed
 & si in isto Euangelio non est reuelatum, Deus meus ad quid me dereliqui-
 sti: & Pater in tuis manibus depono spiritum meū: tamen post resurrectio-
 nem & deuictæ gloriā mortis, exposita necessitate om̄is humilitatis, cum
 iam patrem se posset ostendere, tam fideli fœminæ, ex dilectione, nō ex cu-
 riositate, nec ex incredulitate Thomæ, tangere eū adgressæ: Ne, inquit, con-
 tigeris me, nondum ascendi ad patrem meū. Vade autem ad fratres meos:
 quia & in hoc filium ostendit. Filios enim appellasset illos, si pater fuisset, &
 dices eis: Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, deū meum & deū
 uestrum: pater ad patrē, & deus ad deum: an filius ad patrem, & sermo ad
 deum: Ipsa quoq; clausula Euangeli, propter quid consignat hæc scripta:
 Nisi ut credatis, inquit, Iesum Christum filium dei. Igitur quæcunq; ex his
 putaueris ad demonstrationem eiusdem patris & filij proficere tibi posse,
 aduersus definitiū Euangeli sententiam niteris. Non ideo enim scripta ^{Definitiū}
 sunt, ut patrem credas Iesum Christum, sed ut filium. Propter unum Philip- ^{Euangeli}
 pi sermonem & dominī responsionem ad eum: uidetur Ioānis Euangeliū ^{Sententia}
 decucurisse, ne tot manifestè pronūciata, & ante & postea unus sermo sub-
 vertat, secundum omnia potius quam aduersus omnia, etiā aduersus suos
 sensus interpretandus. Cæterum ut alia Euangelia nō interponam, quæ na-
 tuitate dominica fidem confirmant: sufficit eum qui nasci habebat ex vir-
 gine, ab ipso annūciari angelo, filium dei determinatum: Spiritus dei super-
 ueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Propterea quod nascetur ex
 te sanctum, uocabitur filius dei. Volent quidem & hic argumentari, sed ue-
 ritas præualebit. Nempe, inquiunt, filius dei deus est, & virtus altissimi altissimus est. Nec pudet illos inūcere, quod si esset, scriptū fuisset. Quem enim
 uerebatur, ut nō aperte pronunciaret, deus superueniet, & altissimus obum-
 brabit te? Dicens autem spiritus dei, & si spiritus dei, tamen non directo-
 deū nominans, portionem totius intelligi uoluit, quæ cæsura erat in filij no-
 men. Hic spiritus dei, idem erit sermo. Sic enim Ioanne dicente, Sermo caro
 factus est, spiritus quoq; intelligimus in mentione sermonis: ita & hic sermo
 nem quoq; agnoscimus in nomine spiritus. Nam & spiritus substantia est
 sermonis, & sermo operatio spiritus, & duo unū sunt. Cæterū aliū Ioannes
 profitebitur carnem factū, aliū angelus carnem futurū: si non & spiritus
 sermo

sermo est, & sermo spiritus. Sicut ergo sermo dei, non est ipse cuius est, ita nec spiritus: & si deus dictus est, non tamen ipse est cuius est dictus. Nulla res alicuius, ipsa est cuius est. Planè cum quid ex ipso est, & sic eius est dum ex ipso sit, potest tale quid esse, quale & ipse ex quo est, & cuius est. Et ideo Spiritus deus, & Sermo deus, quia ex deo: nō tamen ipse ex quo est. Quod deus dei, tanque substantia res, non erit ipse deus, sed hactenus deus, quia ex ipsis dei substantia, quæ & substantia res est, & ut portio aliqua totius.

17 Multo magis uirtus altissimi, nō erit ipse altissimus, quia nec substantia res est quod est spiritus, sicut nec sapientia, nec prouidetia: & hæc enim substantiae non sunt, sed accidentia uniuscuiusque substantiarum. Virtus spiritui accidit, nec ipsa erit spiritus. His itaque rebus quotcunque sunt, spiritu dei & sermone & uirtute conlatis in uirginem, quod de ea nascitur filius dei est. Hoc se & in istis Euâgelijs ipse testatur statim à pueru: Non scitis, inquit, quod in patris mei me esse oportet: Hoc & satanas eū in temptationibus nouit: Si filius dei es. Hoc & exinde dæmonia confitentur: Scimus qui sis, filius dei. Patrem & ipse adorat. Christum se dei à Petro agnitus non negat, insultans in spiritu ad patrem: Confiteor, inquit, tibi pater, quod absconderis hæc à sapientibus. Hic quoque patrem nemini notum nisi filio affirmat: & patris filium confessurū confessores, & negaturū negatores suos apud patrem: inducens parabolā filij, nō patris, in uineā mis̄i post aliquot seruos, & occisi à malis rusticis & à patre defensi: ignorans & ipse diem & horā ultimā soli patri notam: disponens regnum discipulis quomodo & sibi dispositum dicit à patre: habens potestatem legiones angelorum postulandi ad auxilium à patre si uellet: exclamans quod se deus reliquisset, in patris manibus spiritum ponens: & post resurrectionem spondens missum se discipulis promissionem pa-

vt tingerent tris: & nouissime mandans ut tinguerent in patrem & filium, & spiritum sanctum, & filium, & spiritum, non in unum: nam nec semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tinguimur. Et quid ego in tam manifestis moror, cum ea aggredi

18 ritu sanctum debeam, de quibus manifesta obumbrare quærunt. Vndeque enim obducti distinctione patris & filij, quam manente coniunctione disponimus ut solis & radij, & fontis & fluuij, per individuum tamē numerum duorum & trium: aliter eam ad suam nihilominus sententiam interpretari conantur: ut æque in una persona utruncque distinguant, patrem & filium, dicentes filium carnem esse, id est hominem, id est Iesum: patrem autem spiritum, id est deum, id est Christum. Et qui unum eundemque contendunt patrem & filium, iam inci-

vare, unire piunt diuidere illos potius quam unare. Si enim aliis est Iesus, aliis Christus, aliis erit filius, aliis pater, quia filius Iesus, & pater Christus. Talē monachiam apud Valentinum fortasse didicerūt, duos facere, Iesum, & Christum. Sed & hæc inieccio eorum, ex retractatis iam retusa est, quod sermo dei, uel spiritus dei, & uirtus altissimi dictus sit, quem patrem faciunt. Non enim

enim ipsæ sunt cuius dicuntur, sed ex ipso & ipsis. Et aliter tamen in isto capitulo reuincentur. Ecce, inquiunt, ab angelo prædicatū est, Propterea quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Caro itaq; nata est, Caro itaq; erit filius dei. Imò de spiritu dei dictū est. Certè enim de spiritu sancto uirgo concepit: & quod cōcepit, id peperit: id ergo nasci habebat quod erat conceptū, & pariundum: id est spiritus: cuius & uocabitur nomen Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Caro autem deus nō est, ut de illa dictum sit, uocabitur sanctum, filius dei: sed ille qui in ea natus est, deus: de quo & psalmus: Quoniam deus homo natus est in illa, & ædificauit eam uoluntate patris. Quis deus in ea natus: sermo & spiritus, qui cum sermone de patris uoluntate natus est. Igitur sermo in carne, dum & de hoc quærendum, quomodo sermo caro sit factus, utrum ne quasi transfiguratus in carne, an indu tus carnem: Imò indutus. Cæterum deum immutabilem & informabilem credi necesse est, ut æternum. Transfiguratio autem interemptio est pristini. Omne enim quodcunq; transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat, & incipit esse quod nō erat. Deus autem neq; desinit esse, neq; aliud potest esse. Sermo autem deus, & sermo domini manet in æuum, persecuerando sci-
hct in sua forma. Quem si non capit configurari, consequens est, ut sic caro factus intelligatur, dum sit in carne, & manifestatur, & uidetur, & contrecta-
tur per carnem: quia & cætera sic accipi exigunt. Si enim sermo ex transfigu-
ratione & demutatione substantiæ caro factus est, una iam erat substantia
Iesu ex duabus, ex carne & spiritu mixtura quædam, ut electrum ex auro & argento: & incipit nec aurum esse, id est spiritus: neq; argentum, id est ca-
ro: dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur: neq; ergo deus erit,
Iesus. Sermo enim desinit esse, qui caro factus est. Neque homo, caro. Caro
enim nō proprie est, quia sermo fuit. Ita ex utroq; neutrū est: aliud longe
tertium est, quam utrumq;. Sed enim inuenimus illum directò, & deum &
hominem expositum, ipso hoc psalmo suggestente: Quoniam deus homo
natus est in illa, ædificauit eam uoluntate patris: Certè usquequaq; filiū dei
& filium hominis, cū deum & hominem, sine dubio secundum utrancq; sub-
stantiam in sua proprietate distantem: quia neq; sermo aliud q̄ deus, neq;
caro aliud q̄ homo. Sic & Apostolus de utraq; eius substantia docet: Qui
factus est, inquit, ex semine Dauid, Hic erit homo, & filius hominis: qui desi-
nitus est filius dei secundum spiritū, Hic erit deus, & sermo dei filius. Vide-
mus duplē statum, nō confusum, sed coniunctum in una persona, deum
& hominem Iesum. De Christo aut̄ dissero. Et adeo salua est utriusq; pro-
prietas substantiæ, ut & spiritus res suas egerit in illo: id est uirtutes & ope-
ra, & signa: & caro passiones suas functa sit, esuriens sub diabolo, sitiens sub
Samaritide, flens Lazarum, anxia usq; ad mortem: denique & mortua est.
Quod si tertium quid esset ex utroq; cōfusum ut electrum, nō tam distincta-

T docu

parerent, ap/ documenta parerent utriusq; substantiae. Sed & spiritus carnalia, & caro sp̄ia
 parerent ritalia egisset, ex translatione, ut neq; carnalia neq; spiritualia, sed tertiae alicu
 ius formae confusione: imò aut sermo mortuus esset, aut caro mortua nō es-
 set, si sermo conuersus esset in carnem: aut caro enim immortalis fuisset, aut
 sermo mortalit. Sed quia substantiae ambæ in statu suo quæque distinctæ
 agebant, ideo illis & operæ & exitus sui occurrerunt. Disce igitur cum Nico-
 demo, Quia quod in carne natū est, caro est: & quod de spiritu, spiritus est.
 Neq; caro spiritus fit, neq; spiritus caro. In uno planè esse possunt. Ex his Ie-
 sus constitit, ex carne homo, ex spiritu deus: quem tunc angelus ex ea parte
 qua spiritus erat, dei filium pronunciauit, seruans carni filium hominis dici:
 μεταπτάς θεοῦ Sic & Apostolus etiam dei & hominum appellans sequestrem, utriusq; sub-
 τηντιæ confirmauit. Nouissimè qui filium dei carnem interpretaris, exhibe-
 παυ qui sit filius hominis. Aut nunquid spiritus erit: sed spiritum patrem ipsum
 uis haberi, quia deus spiritus, quasi non & dei spiritus: sicut & sermo deus &
 dei sermo. Itaque Christum facis patrem, stultissime, qui nec ipsam uitam in-
 Christus spicias nominis huius, si tamen nomen est Christus & non appellatio por-
 tius: unctus enim significatur. Vinctus autem non magis nomen est, quām
 uestitus, quām calceatus, accidens nomini res. At tu, si ex aliquo argumento
 uestitus quoq; uocaretur Iesum quomodo Christus ab unctionis sacramen-
 to, æquè Iesum filium dei dices, uestitum uero patrem crederes. Nunc de
 Christo. Si pater Christus est, pater unctus est, & utiq; ab alio. Aut si à se
 metipso, proba. Sed non ita docent Acta Apostolorum in illa exclamatio:
 Alias, excla/ ne ad deum: Conuenerunt enim uniuersi in ista ciuitate aduersus sanctum
 inatione ecclē filium tuum, quem unxiisti: Herodes & Pilatus cū Nationibus: ita & filium
 sie ad deum, dei Iesum contestati sunt, & filium à patre unctum. Ergo dominus idē erit
 Alias, Ergo Christus, qui à patre unctus est: nō pater, qui filium unxit. Sic & Petrus, Fir-
 missimè itaq; cognoscat omnis domus Israhel, quod & dominum & Chri-
 stum, id est unctum fecerit eum deus hunc Iesum quem uos crucifixistis. Io-
 hannes autem etiam mendacem notat eum, qui negauerit Iesum esse Chri-
 stum, Contra deo natum omnem, qui crediderit Iesum esse Christum.
 Propter quod & hortatur ut credamus nomini filij eius Iesu Christi, ut scili-
 cet cōmunio sit nobis cū patre, & filio eius Iesu Christo. Sic & Paulus ubiq; deum patrem ponit, & dominum nostrum Iesum Christum. Cum ad Ro-
 manos scribit, Gratias agit deo per dominum nostrum Iesum Christum.
 Cum ad Galatas, Non ab hominibus se Apostolum præfert, nec per homi-
 nem, sed per Iesum Christum, & deum patrem. Et habes tota instrumenta
 eius, quæ in hunc modum pronunciant, & duos proponunt, deum patrem,
 & dominum nostrum Iesum Christum filium patris, & Iesum ipsum esse
 Christū, in altero quoq; nomine dei filiū. Nam exinde eo iure quo utrumq;
 nomen unius est, id est dei filius, etiam alterū sine altero eiusdem est. Et siue
 Iesus

Iesus tantummodo positū est, intelligitur & Christus: quia Iesus unctus est. Siue solūmodo Christus, idē est & Iesus, quia unctus est Iesus. Quorū nominū alterū est propriū, qđ ab angelo impositū est: Alterū accidens, quod ab unctione cōuenit: dum tamē Christus filius sit, nō pater. Postremo qđ cæsus est, qui nec in Christi nomine intelligit aliū deū portendi, si Christi nomen patri adscribat: Si enim Christus pater deus est, qui dicit: Ascēdo ad patrem meum & patrē uestrum, & deum meū & deum uestrū, utique alium patrem super se & deum ostēdit. Si item pater Christus est, alius est qui solidat tonitruum, & condit spiritū, & adnūciat in homines Christum suum. Et si adstiterunt reges terrę, & ἀρχῶτες congregati sunt in unum, aduersus Christum ipsius, alius erit dominus, contra cuius Christum congregati sunt reges & ἀρχῶτες. Et si hæc dicit dominus domino meo Christo: alius erit dominus qui loquitur ad patrem Christi. Et cū Apostolus scribit, uti deus domini nostri Iesu Christi, det uobis spiritum sapientiae, & agnitionis: alius erit deus Christi Iesu charismatum spiritualium largitor. Certe ne per omnia euagemur, qui suscitauit Christum, suscitaturus est & mortalia corpora nostra: Ad Rom. 8

stra: iamqđ alius erit suscitator qđ pater mortuus, & pater suscitatus, si Christus qui est mortuus, pater est. Obmutescat obmutescat ista blasphemia, sufficiat Christum filium dei mortuū dici: & hoc, quia ita scriptū est. Nam & Apostolus non sine onere pronuncians Christum mortuū, adiecit, secundum scripturas, ut duriciam pronunciationis scripturarum autoritate mollieret, & scandalum auditori euerteret. Quanqđ cum duæ substantiæ censeantur in Christo Iesu diuina & humana, cōstet aut̄ immortalem esse diuinam cū mortalem quæ humana sit, apparet quatenus eum mortuū dicat: id est quā carnem & hominem & filiū hominis, non quā spiritum & sermonem & dei filium. Dicendo deniqđ Christus mortuus est, id est unctus: id quod unicū Christus habet. Etum est, mortuū ostendit: id est carnem. Ergo, inquis, & nos eadem ratione dicentes, qua uos filiū, non blasphemamus in dominū deum: nō enim ex diuina sed ex humana substantia mortuū dicimus. Atquin blasphematis, non tantū quia mortuū dicitis patrem, sed & quia crucifixum. Maledictione enim crucifixi, quæ ex lege in filium cōpetit, quia Christus pro nobis maledictio factus est non pater, Christum in patrem conuertentes, in patrem blasphematis. Nos aut̄ dicentes Christum crucifixum, non maledicimus illum, sed maledictum legis referimus, quia nec Apostolus hoc dicens blasphemauit. Sicut aut̄, de quo quid capit dici, sine blasphemia dicit: ita quod nō capit, blasphemia est si dicatur. Ergo nec cōpassus est pater filio, sicut directam blasphemiam in patrem ueriti, dīminui eam hoc modo sperant, concedentes iam patrē & filiū duos esse: filius siquidem patitur, pater uero compatitur. Stulti & in hoc. Quid est enim compati, quām cum alio pati? Porro si impassibilis pater, utiqđ & incōpassibilis. Aut si compassibilis, utiqđ passibi

Nō sine onere
Secundum scripturas
Christus habet
mane naturae
vocabulum
Capit, evdē
χεταύ, con-
tingit
20

lis. Nihil ei ueluti mortuo præstas. Times dicere passibilem, quæ dicas totum passibilem. Tam autem incompassibilis pater est, quam impassibilis etiam filius ex ea conditione qua deus est. Sed quomodo filius passus est, si non compassus est & pater? Separatur a filio, non a deo. Nam & fluuius si aliqua turbulentia contaminatur, quamquam una substantia de fonte decurrat, nec secernatur a fonte, tamen fluuij iniuria non pertinebit ad fontem. Et licet aqua fontis sitiue patiatur in fluuio, dum non in fonte patitur, sed in fluuio, non fons patitur, sed fluuius qui ex fonte est: Ita & qui pati possit in filio, quia non in patre pateretur sed in filio, pater passus non uideretur. Sed sufficit nihil spiritum dei passum suo nomine (quia si quid passus est, in filio quidem erat, ut pater cum filio pateretur in carne) quia hoc retractatum. Nec quisquam negabit, quando & nos pati pro deo non possumus, nisi spiritus dei sit in nobis, qui & loquitur de nobis, quæ sunt confessionis: non ipse tamen patiens, minis Christia sed pati posse præstans. Alioquin si ultra pergas, potero tibi durius respondere, & te cum ipius domini pronuntiatione committere, uti dicam quid de isto queris: habes ipsum exclamantem in passione: Deus meus deus meus ut quid me dereliquisti? Ergo aut filius patiebatur a patre derelictus, & pater passus non est, qui filium dereliquit: aut si pater erat qui patiebatur, ad quem deum exclamabat: Sed haec uox carnis & animæ, id est hominis, non sermo nis nec spiritus, id est non dei, propterea emissæ est, ut impassibilem deum ostenderet, qui sic filium dereliquit, dum hominem eius tradidit in mortem. Hoc & Apostolus sensit, scribens: si pater filio non pepercit. Hoc & Esaias prior pronuntiavit, & dominus eum tradidit pro delictis nostris. Sic reliquit, dum non parcit: sic reliquit, dum tradit. Cæterū non reliquit pater filium, in cuius manibus filius spiritum suum posuit. Denique posuit, & statim obiit: Spiritu enim manente in carne, caro omnino mori non potest. Ita relinqui a patre, morti fuit filio. Filius igitur & moritur, & resuscitatur a patre, secundum scripturas. Filius ascendit in superiora cœlorū, qui & descendit in interiora terræ: hic sedet ad dexteram patris, non pater ad suam. Hunc uidet Stephanus cum lapidaretur adhuc stantem ad dexteram dei, ut exinde sessurū, donec ponat illi pater omnes inimicos sub pedibus suis. Hic & uenturus est rursus super nubes cœli, talis, qualis & ascendit. Hic interim acceptū a patre munus effudit spiritum sanctum, tertium numen diuinitatis & tertium nomen maiestatis, unius prædicatorem monarchiæ, sed & economiæ interpretatorem, si quis sermones nouę prophetię eius admiserit, & deductoris omnis ueritatis, quæ Christianum est in patre, & filio, & spiritu sancto secundum Christianū sacramentū. Cœterum Iudaicæ fidei ista res, sic unum deum credere ut Filium adnumerare ei non lis, & post filium, Spiritum. Quid enim erit inter nos & illos, nisi differentia ista? Quod opus Euangeliū, quæ est substantia noui testamenti, statuens legem & prophetas usque ad Iohannem, si non exinde pater & filius & spiritus tres crediti

*Prophetia
Montani*

crediti unū deū sīstunt: Sic deus uoluit nouare sacramentum, ut nouē unus crederetur per Filiū & Spiritū, ut corām iam deus in suis proprijs nomini bus & personis cognoscere tur, qui & retro per Filiū & Spiritū p̄dicatorus nō intelligebatur. Viderint igitur antichristi, qui negāt patrē & filium. Negant enim patrē, dum eundem filiū dicūt, & negant filiū dum eundem patrē credunt, dando illis quæ nō sunt, auferendo quæ sunt. Qui uero cōfessus fuerit Christum filiū dei, non patrem, deus in illo manet, & ipse in deo. Nos credimus testimonium dei, quo testatus est de filio suo: Qui filiū non habet, nec uitam habet. Non habet autem filium, qui eum alium quām filium credit.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVL/

LIANI, LIBRI ADVERSVS

PRAXEAN FINIS.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS

PER BEATVM RHENANVM.



N IPSIS Christianæ fidei initij, quia paulatim se ethnici nostris adiungebant, omnino opus fuit, ut à prophanis gentilium ceremonijs carent qui Christo nomen dedissent. Itaq; non solum ab his temperantibus dum fuit, quæ manifestam præ se ferrent impletatem: sed etiam ab illis, quæ possint indifferentia uocari, hoc est neḡ bona neḡ mala: partim ne quisquam infirmior ex Christianis offenderetur, partim ne ethnici in suis cōfirmarentur erroribus dum rectius putant quod etiam Christianos obseruare uident. Nam coronam frondeam in capite ferre aut non ferre, parum sanè retulerit. Cæterū quia gentiles ex sacrorum suorum consuetudine sic incedebant, curandum fuit Christianis, ne prophanis illorum ritibus subscribere uiderentur. Proinde cum Impp. Cæs. L. Sept. Seuerus pater, & M. Aur. Antoninus Caracalla, filius, donatiuum militibus dari iussissent, & Tribunus id iam erogaret singulis ex ordine uocatis (hunc enim morem fuisse, Seuerus Sulpitius innuit in uita diui Martini) quidam accessit in manu lauream castrensem tenens, quam cæteri in capite gestabant ob solennia Cæfarum quorum Natalis fuisse uidetur, aut certe Imperij Natalis. Admiratus hoc Tribunus, quanquā ex militum murmure suspicabatur id quod res erat, querit tamen quid sibi hoc uelit. Respondet miles se Christianum esse. Proinde non sibi licere laureatum incedere. Id quod habita huius rei cognitione postea compertum est. Rapitur itaq; statim in carcerem, poenam desertæ idolatriæ luiturus. Hoc factum cum quidam etiam ex Christianis improbarent, quod uidelicet ambitiosius paulo, nec in tempore, nimisrum cum nihil esset necesse, Christianum fuisset professus, Tertullianus consuetudinem Christianorum qua non coronabantur, hoc libro defendendam duxit. Et in hoc quidem arguento multum laborat, undique corradens quod pro suo faciat instituto. Non aliud sentit in Apologetico, cum inquit, Non emo capiti coronā, quid tua interest emptis nū hilominus floribus quomodo utar? puto gratius esse liberis, & solutis, & undiq; uagis. Sed & si in coronam coactis, coronam naribus admouemus, uiderint qui per capillum odorātur. Porrò quoniam in hoc libro ceremoniarum quarundam

T 3 meminit

meminit, quibus maiores nostri sub Apostolorum tempora sunt usi, libet libe annotationes premittere quo studiosis antiquitatis Christianæ gratificer, adieciis etiam quæ cum apud alios scriptores, tum apud hunc nostrum de ijsdem rebus cōperi. Quæ res etiam occasionē nobis dedit obiter explicitandi loca aliquor obsecriora, potissimum in hoc libello quum primā æditionē adornaremus. Ceterū eo excepto quod nouę prophetiæ meminit, bone deus q̄ ardet in hijs quæ sunt Christianæ religionis: Quām pugnat aduersum ea quæ professionē hanc non decent: Quā cupit ut instituto sulcepto sine tergiuersatione satisfaciamus: Proinde quis nō miseretur tanti uiri lapsum, & eius uicem ex animo doleat: Sed sic deo uisum,

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM
DE CORONA MILITIS

Proximè factū est liberalitate præst. Impp. expung. in c. m. l.) Nec hæc lectione mala. Sed quia Gorziensis codex habet, Proximè facta est liberalitas præst. Impp. quemadmodum ad me missæ collationis index testatur, & sic scribere uisum est. Præstantissimorum Imperatorum.) uidelicet L. Sept. Seueripatris, & M. Aurel. Antonini Caracallæ filij, Sub quibus Tertullianum floruisse diuus Hieronymus autor est in illustrib. ecclesiæ uiris. Porro ornat eos honorifice epitheto quū dicit Præstatiſſimorū. Sanè etiā dum angustioribus rebus Christianis honorificentissimè locuti sunt de Imperatoribus ueteres scriptores, ut quum ad Scapulam præsidē scribens Tertullianus, Colimus ergo, inquit, & Imperatorem sic quomodo & nobis licet, & ipsi expedīt, ut hominem à deo secundum, & quicquid est à deo consecutū, solo deo minorē. At tā prouectioribus parcū locutus Hieronymus, Ambrosius, Augustinus. alij. Expungebātur.) subaudi donatio. Nam liberalitatis facta est mentio. Hoc est donatiū promissum militibus solenniter exolutebatur siue præstabatur. Indicauimus in scholijs librorum præcedentium huius usum uerbi declarantes, metaphorā hinc deductam uideri, quod in perscriptionibus siue libellis debita continentibus, eorum nomina quibus satisfactū est, puncto notentur. Vnde & simpliciter accipit pro absoluere siue præstatre. Sic in fine quinti libri aduersus Marcionem, Memento, inquit, inspecto, quod ea quæ retractata sunt retrò, de Apostolo quoq; probauerimus, & si qua in hoc opus dilata erant, expunxerimus. Libro tertio, Si, inquit, omni modo natus credi habebat qui homo uidebatur, uane nativitatis fidem consilio imaginariæ carnis expungendam putauit. Libro quarto, Et si commemoremur promissionis Moysi, hic inueniatur expuncta. In libello ad Martyres, Torti, inquit, prius, imo & omni contumelia expuncti. Cæteris constantior fratrib.) Hoc est Christianis, Ut in primo aduersus Marcionē, Fraude, inquit, tunc fratri debinc apostatae amisi. & alibi sæpè. Et hic mox, Inter tot fratres commilitones solus Christianus. Qui se duobus dominis seruire posse præsumperat.) Contra dicitur Dominicum. Vulgata iam.) Quemadmodū refert Tertullianus in Apologeticō, Non emo capiti coronā &c. Et nos in argumento retulimus. Deniq; singuli designare, eludere eminus, infrendere cominus. Murmur Tribuno defertur.) Admonente collatione Gorziensi pro cominus scriptissimus continuo. Sed aliter distinximus nempe sic, Continuo murmur. Tribuno defertur. Ut sit sensus Continuo murmur, subaudi, sit. Tribuno defertur, subaudi, miles ille non gestas in capite coronam. Et est hic defertur pro accusatur. Infinitiuā autem uerba desigicare, eludere, infrendere exponi debent pro præteritis imperfectis indicatiū, id est, def.

est designabant, eludebant eminus, infrendebant eminus. Aut certe uerbum coe-
perunt subaudiendum. O militem in deum gloriosum.) Nos, in deo glor. Ex
Gorziensi. Alludit ad illud Apostolic. Qui gloriatur, in domino gloriatur.

Suffragia exinde.) Nā res in consultationē uenerat, quid esset de eo faciendū.

Apud acta.) Acta commentarij sunt quos conficit respublica. Hoc declarat Tertullianus libro in Marcionem quinto sic scribens, Planè profiteri potest se metipsum quis. Verum professio eius alterius autoritate conficitur: alius scribit. alius subscribit. alius obsignat. alius Actis refert. Ergo significat hic etiā rem istam in Acta relata. Ibidem grauissimas penulas posuit.) Penula quæ & lacer-
na, uestimenti genus itinerarium & arcendæ pluviæ accommodatum, apud uete-
res, teste Aelio Lampridio. Releuari auspicatus.) Auspicari usurpat pro sim-
pliciter incipere, quoq; & in precedentibus librīs facit. Speculatoriam mo-
rosissimam pedib; absoluīt.) Speculatoriam, subaudi caligam. Terræ sanctæ
insistere incipiens.) Exuta uidelicet caliga. Alludit ad diuinam uisionē, quæ Mosi
apparuit. Gladium nec dominicę defensioni necessarium red.) Alludit ad lo-
cum Euangeliū qui est Matthæi XXVI. Laurea & de manu claruīt.) Nam
coronam in manu gerebat, idcirco laurea de manu claruīt, id est clare uisa est siue
apparuit, & non de capite, quod liberum erat. De Euangeliū paratura.) Para-
tura substantiæ, ceu supra multis in locis. Hoc est gladio qualē solet Euangeliū
apparare, nempe spiritualē. Et de martyrii candida melius coronatus.) In Gor-
ziensi legitur. Et de martyrii candida, laurea melius coronatus, ut laurea ablati-
uus sit. Nomini negocium fecerit.) Sentit professioni Christianæ negocium
exhibitum. Sic in De resurrectione carnis. Sed quam, inquit, in istius uitæ spacio
ante mortem & usq; ad mortem uexationibus & pressuris, tormentis atq; suppliciis,
nomini causa experietur. Inter tot fratres cōmilitones.) Ergo & Chri-
stiani militabant. Hoc non mirū, nam ex militibus multi conuertebantur ad Chri-
stum, ceu de diuino Martino legimus. Ut etiam martyria recusare mediten-
tur.) Notat orthodoxos ut uidetur, à quibus damnatus Montanus pseudopro-
pheta. Periclitari.) Periclitari, id est in periculum uocari, tanquam ea bona
ac longa pace non sint usuri diutius. De qua re occulte queruntur, hoc em̄ intelli-
git, quū dicit, mussitant. Hieronymus ad Ruffinū. Tu qui in Latinis mussitas, &
testudineo gradu moueris potius, quam incedis. Et ad Hedibiam. Et taciti me ius-
re reprehendunt, quod audeam ad stirpem generis sui quippiam mussitare.

Noui & pastores eorum in pace leones, in prælio ceruos.) Notat episcopos or-
thodoxi populi qui damnationi pseudoprophetæ Montani subscriperant, ceu
molliculos & qui persecutionis tempore primi fugiant quum plebem ad marty-
rium animare deberet. Pseudoprophetia Montani uidetur præcepisse exegisseq;
martyrium, ceu antè diximus. Valde aut fauit martyrio Tertull. Porro prouer-
bialem figuram sapit. In pace leones, in prælio cerui, natū ut appetet, ex illo Chas-
træ apophthegmate, qui dixit, Formidabiliorē esse ceruorū exercitum duce
leone, quam leonum duce ceruo. Eius meminit Plutarchus. Sed de questio-
nibus confessionum.) Loquitur de confessionibus nominis Christiani. Sic adver-
sus Praxean. Nisi sp̄ritus dei sit in nobis, qui & loquitur de nobis, quæ surūt con-
fessionis. At nunc quatenus & illud opponunt.) Nos ex Gorziensi collatio-
ne. At nunc quia maxime illud opponunt. Ipsius uel maximè Christiani lau-
reati.) Hic deerat ablatius exemplo, quem nos ex collatione Gorziensi infulsi-
mus. Ipsius uel maximè exemplo, Subaudi militis, qui maluit exautorari & sup-
plicio addici quam coronam in capite gestare. Sensus istorum uerborum est &
ordo, Ut & Christiani laureati, id est quos lauream in capite ferre non pudet,

& quibus in solatium quaestio ista est, qui in defensione delicti contendunt, reuincantur, ipsius uel maxime exemplo, hoc est ipsius militis de quo nunc loquimur. De qua cum maxime.) Hoc aduerbio frequenter utitur, tametsi collatio docet Gorziensem codicem hic habere quam maxime. Quum committitur in obseruationem.) Duorum exemplarii fidem secuti pro quum reposimus quod. Et est committitur pro peccatur. Et satis autoratam.) Obseruationem autoratam uocat autoritate præditam & confirmatam siue authenticam. Alioqui Autorare est ære dato obligare. Tertullianus in libello ad Martyres, Iam, inquit, & ad ignes quidam se autorauerunt, ut certum spaciū in tunica ardente conficerent. Autorauerunt id est obstrinxerunt accepta mercede. Cuius oppositum exautorare. Vnde Autorati & exautorati milites & auro ramentū pro obligatione siue stipendio. Plane ut ratio quærenda sit.) Nos. Plane, sic tamen ut ratio quærenda sit. Ex Gorzensi collatione. Et laudo fidem quæ antecedit. Obseruandum esse quam didicit. Castigauimus locum ex eadem collatione. Et laudo fidem quæ ante credit obseruandū esse quam didicit.

Et quamdiu per hanc lineam serram reciprocabimus.) Legendum serram reciprocabimus. Et habet prouerbij speciem, Per eandem lineam serram semper reciprocare. De inutili & uano labore. Metaphora sumpta à sectoribus lignorum qui si sic ducant serram ut aut non demittant, aut in eadem tantum linea perseverent, nihil agent uel certe non multum agent. Mutuantur autem sua prouerbia plerumq[ue] à uulgo Tertullianus. Ergo quæramus an & traditionis scripta non debeat recipi.) Scripsimus ex Gorzensi collatione, An & traditio non scripta non debeat recipi. Nec autem inepta foret lectio, si quis legeret, An & traditio nisi scripta n.d.r. Aquam adituri.) Baptizandi ritum ostendit qui in usu ueterum fuit, de quo consuetudo quedam mutauit. nam tum adulti ferè regenerationis lauacrum tingeabantur, cortidie externis è paganismo ad nostram religionem confluētibus. Siquidem id temporis ubiq[ue] reperiē erat ethnicos Christianis admixtos. Postea statim temporibus nempe bis in anno celebrari baptismus coepit, eius enim res nullam hic facit mentionem, alioqui non omissurus. Qui mos antiquus etiam per tempora Charoli Magni & Ludouici Augusti seruatus est. Indicant hoc leges ab illis sancitæ, quibus cauetur ne quenquam sacerdotes baptizent, excepto mortis articulo, præterquam in Pascha & Pentecoste. Eas sanctiones complectitur uolumen Legū Pipini, Charoli Magni, Ludouici Pij, & Lotharij, quas Ansegisus abbas collegit, & extant adhuc in multis bibliothecis, Seletistadij sane habetur apud Fidei, & Argentorati in libraria templi maioris. Hoc sic accipiendo ut sciamus infantes post Pascha natos ad baptismum Pentecostes reseruatos, & natos post Pentecostē ad Paschalem festum diem baptismo offerri solitos, excepta, ceu dixi, necessitate, unacum adultis catechumenis qui de externis nationibus Danorum Normannorum, Sclavonorum, & similiū populorum, Christianę religioni intabantur. Ex his enim gentibus propter continua Germanorum bella nunquam non in has regiones mancipia afferebantur. Quin ipsi maiores nostri propter Hunorum, Auarum, Vgrorum, assiduas & exitiabilis deuastationes suis interdum sacrī priuabantur ad tempus. Sane quod de infantibus dixi, libri rituales, Agentias uulgo uocant, aperte testantur, dum indicant quo ordine puellorum & puerarum baſuli unacum susceptoribus suis stare debeant. Quid quod infantes non modo baptizabantur statim uerum etiam sacrosanctæ communionis participes efficiebantur. Sic enim illic legitur, Si episcopus adest, statim confirmari oportet, postea communicari. Episcopus si praesens non fuerit, antequam lactetur infans aut aliquid gustauerit, cōmunicet eum sacerdos de corpore & sanguine domini,

ante

ante missam etiam si necessitas ingruit. Sed hoc postea mutatus est, non sine causa. Et suas consuetudines habuit Oriens quemadmodum liquet ex Dionysio Greco auctore quem Ariopagitam vocat, suas habuit & occidens. Nam ceremonie secundum ecclesiarum & regionum diversitate variant. Ceterum quod ad baptismum parvorum attinet, sufficiente nobis que sanctissimus martyr Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Ioannes Chrysostomus. Dionysius Graecus, quicunque sit ille, certe uetus, & ceteri de ea re scripsere. Sufficiat autoritas Ecclesie, nec nouatione ullae aut hic aut alibi que ramus que dissidij mater solet esse. Ergo tingebantur olim eodem lauacro, pueri, fenes, diuites, pauperes, serui, liberi, uiri & mulieres, unde Gr. Nazianzenus in oratione de baptismo, obiurgat opulentos quos pudebat cum tenuibus simul tingi. Hec res animaduersa lucem affert ad intelligendas ceremonias & cantica quibus adhuc in Paschalibus ferijs solenniter utimur (nam ipse Paschae dies peculiariter resurrectioni dicatus est) Qualia sunt, Hymnus, Rex sanctorum, Responsorium, Vidi aquam, Hymnus, Ad coenam agni prouidi. Introitus feriae secundae, Introduxit uos dominus in terram fluentem lac & mel. Introitus feriae tertiae, Aqua sapientiae potauit eos. Et huius oratio, Deus qui ecclesiam tuam nouo semper foetum multiplicas. Introitus feriae quartae, Venite benedicti patris mei. Introitus feriae quintae, Victricem manum tuam domine laudauerunt. Et oratio, Deus qui diuerositatem gentium in confessione tui nominis adunasti, da ut renatis fonte baptismati una sit fides mentium & pietas actionum. Secreta. Suscipe quæsumus domine munera populorum tuorum propitiis, ut in confessione tui nominis & baptismate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Introitus feriae sextae, Eduxit eos dominus in spe. Secreta. Hostias quæsumus domine placatus assume quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione coelestis auxilij. Introitus Sabbati. Eduxit dominus populum suum. Introitus denique dominicae diei, Quasi modo geniti. Quæ propterea pluribus indicaui, quo res apertius cognosceretur. Simul ut ostenderem totam Paschalem hebdomadam a ueteribus fuisse feriendo transactam. Quod etiam præcipiunt Impp. Carolus Magnus, Ludouicus, & Lotharius in legibus suis quas modo citauit, capite de feiarum observatione, quarum erat mira paucitas, uix tribus Apostolis hunc honorem sortitis. Idem in decretis habes de baptismi temporibus de consec. dis. 4.c. Non ratione. Et in sequentibus. Sed & nomen suum dabat, ad fontem sacrum accessurus. 2. q. i. c. legum. In Oriente etiam suscepitor, ut ex Dionysio illo quem Areopagita appellant, liquet. De baptismo sic meminit Tertullianus contra Praxean, ubi de Christo loquitur, Et post resurrectionem, inquit, spondens missurum se discipulis promissionem patris, & nouissime mandans ut tingerent in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, non in unum. Nam nec semel sed ter, ad singula nomina, in personas singulas tingimur. Et rursum in primo libro aduersus Marcionem hijs uerbis. Sed ille quidem, inquit, usque nunc, nec aqua reprobauit creatoris quos suos abluit, nec oleum quo suos unguit, nec mellis & lactis societatem quos suos infantat. Quorum hoc postremum ex ueteri instrumento desumptum est, in quo subinde mentio sit terræ fluentis lacte & melle. Porrò lac infantibus conuenit, quibus assimilantur, modo baptizati. Diuus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Venite emite absque argento & absque ulla commutatione uinum & lac, Prouocat nos Esaias, inquit, non solum ut uinum emamus, sed & lac: quod significat innocentiam parvorum, qui mos ac typus in Occidentis ecclesijs hodie usque seruat, ut renatis in Christo uinum lacque tribuatur. Eodem autore, de baptismatis fonte surgentes dicere solebant in prima statim dominici corporis communione, Et dimitte nobis debita nostra. Porrò Pontius Paulinus baptismum & Eucharistiam his carminibus describit.

Cantica ecclesiastica Parochialis hebdomados

Baptizandus nomē dabat

Ldc et al.

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos
 Infantes niveos corpore, corde, habitu,
 Circundatq; rudes festis altaribus agnos.
 Pura salutiferis imbuit ora cibis.
 Hinc senior sociæ congaudet turba cateruæ,
 Alleluia nouis balat ouile choris.

Baptizati uer. Vnde etiā cognoscere licet baptizatos albam uestem induere solitos, & cecis
 fibus albis in nisse alleluia. Quam rem Venant. Honor. Fortunatus etiam docet in carmine, cu
 ducuntur ius initium, Salve festa dies, cum sic canit,

Rex sacer ecce tuī radiat pars magna trophae,
 Cum puras animas sacra lauaca beant.
 Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
 Atq; uetus uitium purgat in amne nouo.
 Fulgentes animas uestis quoq; candida signat,
 Et grege de niveo gaudia pastor habet.

Ab albis baptizatorū uestibus, septimanam in albis appellari ueteres eam
 quæ Paschalem proximè sequitur. Hanc autem ob causam albis uestibus induen
 bantur baptizati, quo meminissent se iam manumissos, & è seruis ac mancipijs
 diaboli, libertos factos I E S V C H R I S T I. Nam Tertullianus libro qui inscribi
 tur De resurrectione carnis, ordine recensens manumissionis insignia, albā quo
 que uestem adnumerat. Si famulum tuum, inquit, libertate mutaueris, & uestis
 albæ nitore, & anuli aurei honore, & patroni nomine ac tribu mensaq; honoras
 tur. Hactenus ille. Porro color albus innocentiae præcipue conuenit. Sed
 quando consuetudinum hoc loco meminit Tertullianus quæ ante baptismum
 & post baptismum suo tempore fiebant, libet Baptismalium ceremoniarū catalo
 gum, quarum nonnullæ post Tertullianum fortassis institutæ sunt, ex sexto libro
 Burchardī Vuormaciensis qui de sacramentis ecclesiæ tractat, totum huc adscri
 bere. Sic autē illuc legitur. In illo officio primum Paganus catechumenus fit, acce
 dens ad baptismū ut renuntiet maligno spiritui & omnibus damnosis eius pom
 pis. Exufflatur etiā ut fugato diabolo, Christo domino nostro paretur introitus.
 Exorcizatur idest cōjuratur malignus spiritus ut exeat & recedat dans locū deo
 uero. Accipit Catechumenus sal, ut putrida & fluxa eius peccata sapietiae sale
 diuino munere mundetur. Deinde symboli Apostolici traditur ei fides, ut uacua
 domus & à prisco habitatore derelicta, fide ornetur, & ut præparetur habitatio
 deo. Tum fiunt Scrutinia, ut exploretur certius an post renunciationē Satanæ
 sacra uerba datæ fidei radicitus corde defixerit. Tanguntur & nares, ut quām
 diu spiritum naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoq; eodem per
 ungitur oleo, ut signo sanctæ crucis diabolo claudatur ingressus. Signantur & sca
 pulæ, ut undiq; muniatur. Item in pectoris & scapulæ unctione signatur fidei
 firmitas & operum bonorum perseverantia. Et sic in nomine sanctæ Trinitatis,
 triuia submersione baptizatur. Et certè homo qui ad imaginem sanctæ Trinitatis
 creatus est, ad eādem renouatur imaginem, & qui tertio gradu peccati, id est con
 sensu cecidit in mortem, tertio eleuatur à fonte, per gratiam surgit ad uitam.

Tum albis induitur uestimentis propter gaudiū regenerationis, ad castitatem
 uitæ & angelici splendoris decorum. Tum sacro chrismate caput perungitur,
 & mystico tegitur uelamine, ut intelligat se diadema regni, sacerdotij dignitatem
 portare, iuxta Apostolum, Vos estis genus regale & sacerdotale, offerentes uos
 metipso deo uiuo hostiam sanctā & deo placentem. Sic Corpore & Sanguine
 Domini confirmatur, ut illius sit capitū membrum, qui pro nobis passus est
 & resur

& resurrexit. Nouissimè per impositionē manus à summo facerdote septiformis gratiæ spiritum accipit, ut roboretur per Spiritum sanctum, ad prædicandum alijs qui fuit in baptismo per gratiā uitæ donatus æternæ. Contestamur nos renunciare diabolo.) Hoc siebat ad Occidētem teste Hieronymo. Interpres Dionysij de Ecclesiast. Hierarchia, Deinde, inquit, Occidentem uersus illum statuens intendentem manusq; impingentem ad eandem regionem conuersas, insufflare illum ter Satanam iubet ac præterea abrenunciationem profiteri. Id sequenti capite exponens, docet impulsione manuum baptizandum obscuræ militiæ confortia renuere & exuflare. Amplius non aliquid respondentes quam Dominus in Euangelio determinauit.) Ex Gorziensi collatione deprehendimus hunc loci depravationem, nam ostendit negatiā particulam Non, in eo exemplari deesse. Sicq; nos castigauimus. Et certe debet abesse. Hoc enim agit Tertullianus ut indicet multa esse etiam suo tempore recepta fieriq; solita quæ tamen nō essent expresse scripta aut in Euangelio aut in epistolis Apostolicis. Vel hic locus, ut de ipso argumento libelli sileam, admonere deberet eos qui nihil recipiunt nisi quod clare est in sacris literis expressum, haud nescios eius quod olim mysteria nō scripto sed uiva potius uoce tradebantur, nam id propriè significat χετηχέν. unde Caechumeni dicti. Enimuero probabile est ipsos Apostolos & horum successores uiros Apostolicos ac ipsum in primis Ioannē Apostolum qui diutissime in Epheso uixit, & huius discipulum Polycarpū quem Irenæus senem iuuenis uidit, quemdam instituisse quibus populi fidès aleretur augereturq;, & ipse incitaretur ad reverentiam & obedientiam ac melius in officio contineretur, quæ postea per manus tradita ad nos usq; deuenerint. Quis ferat populum in templum irruentem, ceu in haram sues? Certè non obsunt populo ceremonię sed prosunt si modus in eis seruetur, & caueamus ne πάρεργα τὸν ἔργον loco habeantur, hoc est ne præcipuum pietatem in illis collocemus. Inde suscepit. Hinc susceptorū nomen.

Lactis & mellis concordiam prægustamus.) Et huius apud ueteres ceremoniæ meminit Hieronymus aduersum Luciferianos. Item alterius in occidentis ecclesijs qua recens baptizatis uinum & lac dabatur, explicans Esaiæ locum illum, Venite emite absq; argento & ulla commutatione uinum & lac, nempe hijs uerbis de Christo loquens, Quod, inquit, uinum miscuit & sapientia in craterè suo, omnes stultos seculi mundiq; sapientiam non habentes, prouocans ad bibendum: & ut non solum uinum emamus, sed & lac, quod significat innocentiam parvulum, qui mos ac typus in occidētis ecclesijs hodie usq; seruatur, ut renatis in Christo, uinum lacq; tribuatur. Exque ea die l.) Apud ueteres frequens erat laudi consuetudo, uerum recens baptizati per hebdomadam abstinebant. Docet in Apologetico suo Tertullianus Christianos etiam usos lauacris, sed tamen cauisse ne ethnicorum ceremonias obseruare uiderentur: Non lauor, inquit, diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam. Attamen lauor honesta hora & salubri, quæ mihi & calorem & sanguinem seruēt. Eucharistiæ sacramentum.) Mirum est quod hic dicit de Eucharistia, sed meminerimus eum antiquum esse & vicinum Apostolorum temporibus. Huc facit quod libro secundo Ad uxorem, de muliere loquens quæ gentili nupta sit, Non sciet, inquit, maritus quid secreto ante omnem cibum gustes: Et si scierit, panem non illum credit esse qui dicitur. Et fortassis quod in libro De Monogamia scribit, de presbyteris & diaconis loquens, Et illi planè sic dabunt uiros & uxores, quomodo buccellas. Diuus Hieronymus indicat ueteres etiam domi sua solitos accipere Eucharistiam, cum aduersus Iouinianum, inquit, Quare non ingrediuntur ecclesias: Quod in ecclesia nō licet, nec domi licet. Ut idcirco Paulus dixisse uideatur, An domos nō habetis ad man

Baptizati nō
lauabant ea
hebdomada

In eucharistia
sumenda mira
ueterum dis
uersitas

ad manducandum. Verisimile tamen est, Christianos in die Coenæ domini, cohæ-
uium simul in templo celebrasse, cuius rei sunt adhuc certa apud nos uestigia.
Nam Tertullianus in libro quem modo citauimus Aduxorem, de ethnico uer-
ba faciens cuius uxoris sit Christiana, Quis deniq; inquit, solennibus Paschæ ab-
noctantem uxorem securus sustinebit? Quis ad cœuium dominicū illud, quod
infamant (scilicet ethnici) sine sua suspitione dimitter? Idem docet in Apologetis
Christiani si, co frequentet Christianos simul cœnitare consuesse, quod cœnæ genus ἐκτελο-
mul cœnabant uocatum tradit; à dilectione mutuato uocabulo, quod ibi ditorum epulis paupe-
res reficerentur. Quid autem illuc fieret, ibidem tradit. Sribit Plinius ad Traias

Agape num, Christianis morem fuisse conueniendi ad capiendum cibum, promiscuum
Mensa in eccl tamen & innoxium. Et Pontius Paulinus in libello de Gazophylacio docet men-
sia pro pau-
peribus mensam in ecclesia ponit solitam pro pauperibus cibo reficiendis, quam etiam dominus
mensam uocat, & à domino positam, adbortans dittiores, ut egentibus de suo li-

Eucharistie benter impertiant. Eucharistiam quam pleriq; hodie bonam gratiā interpretantur, uideatur Tertullianus à gratiarū actione dictam putasse, quod discat libro pri-
tariū actione, mo aduersus Marcionem, Super alienū panem alij deo gratiarū actionibus fun-
gitur. Vnde & sacerdos cōsecraturus Christum imitando dicit, *Gratias agamus*
hoc est gra- domino deo nostro, & mox, *Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, nos*
tias agamus, tibi semper & ubiq; gratias agere. Quibus uerbis quidam putant Apostolos &
uox sacerdo- antiquos λετραγιαν auspicari consuesse, quam nos missam uocamus, quasi p̄r-
tis monito populo per præcedentem exhortationē, Surlum corda. Quale illud olim
in Romanorum sacrificijs solenne, Hoc age, si modo licet sacrī prophana com-
parare. Sed quoniam in missæ mentionem incidimus, quod uocabulum in Schor-
lijs quarti libri in Marcionē ubi de remissa disputauimus, à missa, hoc est missio-
ne quum alta uoce diaconi Missam esse dicentis, catechumeni, energumeni, des-
sertores, & pœnitentes, quem ordinem Magnus ille Dionysius tradit, post psal-
mos decantatos & sacram aut alicuius Prophetæ aut Pauli & Euangelij lectio-
nem acq; enarrationem priusquam cōsecrationis mysterium ordiretur sacerdos,
foras agerentur, sacro sancto eucharistiæ sacrificio quod tum incipiebat, à uulgo
tributum diximus, ab unico actu præcedente si ita uelis, uel certè intermedio, to-
tis solennibus denominatis: quia inquam missæ facta est mentio, operæ precium
uidetur hic studiosis aperire quid de hac compertum habeant, qui uetus sacra-
rum literarum interpretes uidelicet Origenem & similes cum iudicio diligenter

MISSA excusserunt. Et arbitrantur quidem illi missam incepisse, dicente sacerdote, Domi-
nus uobiscum, & mox, Surlum corda, deinde, Gratias agamus domino deo no-
stro: & iterum, Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper &
ubiq; gratias agere domine sancte pater omnipotens æterne deus, per Christum

dominum nostrum. Post que uerba putant illum statim subdidisse, Qui pridie q; pateretur, & cæt. Nam Canonem, Te igitur cl. à quodam conscriptum aiunt, cui
Autor canonis Missalis Scholastico nomen fuerit, & indicat hoc diuus Gregorius paulo ante suam æta-
tem factum. Et alium habet Ambrosius. Id quod uerum arbitror quo ad priorem
illius partem. Nam posteriores inuocationis & benedictionis preces ipsissimam
antiquitatem præ se ferunt, & admirabilem spirant sanctitatem. Evidem inuoca-
tionis in Gratiarum actione, sic enim Eucharistiæ consecrationem uocat, oblis-
ter meminit Irenæus, & Aeonas ætonum, id est secula seculorum in eū qui in Gra-
tiarum actionibus est panem & calicem ab orthodoxis dici tradit, id quod adhuc
obseruat Ecclesia. Quoniam uero pontifex quidam Romanus instituit ante con-
secrationem Sanctus à populo cantari, fuit opus aliquid præfationi, quam uocat,
addere quod quasi uia pararet, & ad quod responderet Canticū Sanctus, sanctus.

In hoc

In hoc itaq; post illa uerba, per Christum dominum nostrum, adiectum uolunt: Per quem malestatem tuam, & quæ sequuntur. Post cōsolationē dicebatur oratio dominica, quam Christus Apostolos (autore Hieronymo) docuit ut ea in corporis illius sacrificio cottidiē uerentur. Deinde populus communicabat. Vnde adhuc in bunc usq; diem ultimo cantico Communionis nomen mansit. Ceterum *Communio* dum conueniret populus, uersus aliquot ē Psalmis Davidicis interī catitari coe perunt, tempori congruentes: Nos Introitū uocamus. Deinde legebatur aliquid *Introitus* ex instrumento Prophetico, uel epistolis Apostolorum accommodatum tempore, *Lectio pro-* ri, mox graduale succinebatur dum minister ascendit in locum editiōrem ad propheetica uel nunciandum Euangeliū. Post cuius lectiōniem *catechumenis foras missis* (unde *Apostolica missae nomen*, symbolum cantabatur, & mox siebat uariarum rerū oblatio, quas *Graduale* sacerdos benedicebat, non tam in priuatum cuiusq; usum quām in communium *Lectio Evan-* pauperum refocillationē. Vnde & mos aquam & salem benedicēdi nobis etiam, gelicium durat, sed extra sacrificium. Quæ omnia uideri queant ipsam λετρόγραφη artū *Oblatio* recessisse. Quando Rabanus etiam ipse, siue Isidorus est, missam à sacrificio dī stinguit. Quanquam hæc apud uetusissimos quoq; nostræ religionis in usu fuisse constat. Nam oblationem antiquam esse docet Tertullianus in libro De cultu fœminarum, cum inquit, Aut sacrificium offertur. Atq; hæc & hijs similia ex conlecturis colligere facile est, uerum certis argumentis astruere difficultimum, in tanta rerum obscuritate & cōsuetudinum diuersitate, quum desit unus & certus auitor quem sequi possimus. Kyrie eleison & Glòria in excelsis addiderunt Græci. Siquidem hi sacra sua solebant olim à Kyrie eleison auspicari, qui mos adhuc obseruatur in ferijs Paschalibus. Alleluia ab ecclesia Hierosolymitana mutuati sumus. Quæ omnia sigillatim referre, longum esset. Tertullianus in Apologetico tametsi non describit missam, quod tum subinde communicarent priuatim & publice, nihilominus ostendit quid facerent Christiani, cum inquit, Coimus in cœtum & aggregationem, ut ad deum quasi manu facta precationibus ambiemus orantes. Hæc uis deo grata est. Ecce, hæc erat ecclesia. Quid agebant autem sic cōgregati: Oramus, inquit, etiam pro imperatoribus, pro ministris eorum & portestatis, pro statu seculi, pro rerum quiete, & mora finis. Hoc adhuc indicant precatiōnes ex uetusitate relictæ, quas uulgo collectas uocant. Legebatur ne aliqd ex sacris literis in cōgregatione Christianorum, etiam. Siquidem pergens, Audiebant le Coimus, inquit, ad literarum diuinarum commemorationem, si quid presentium Aionē uel pro temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem faticis pheeticam, uel uocibus pascimus, spem erigimus, fiduciā figimus, disciplinam præceptorum Euangelicam, nihilominus inculcationibus densamus, ibidem etiam exhortationes, castigationes, uel apostolicæ censura diuina. Nam & iudicatur magno cum pondere, ut apud certos dei conspectu. Hactenus ille. Vides igitur aliquid legi solitum, uel ex ueteri instru- mento, uel ex nouo, uidelicet Euangelijs & epistolis Apostolorum. O sanctum conuentum. Utinam redeat ad nos ista consuetudo, Christi præcepta frequenter mentibus hominum inculcandi. Idem ostendit Christianos super cœnam cōmunitatem cantillasse uel de piorum felicitate, uel de impiorum cruciatibus, cum inquit libro secundo Ad uxorem, Quid maritus suus illi, de marito quid illa cantabit: audiat sanè, audiat aliquid dei cœna de taberna, de gehenna. Porrò non possum cœlare studiosos antiquitatis Christianæ, laicos olim canna solitos haurire domini, Laci domini cū sanguinem ē calice: quod pridem mihi indicauit Paulus Volzius Abbas Hugoniani cœnobij, quod uulgs Hugonis curiam, & lingua vernacula Hugesho, fistulis haurientium appellat in ualle Albertina, uir pius & literatus, erutum ex libro signorum, qui frequens extat apud Benedictinos. Idem nuper reperit in primis Cartusio-

rum constitutionibus Chonradus Pellicanus homo mirae sanctitatis ac eruditio-
nis, ubi prohibetur ne quicquam preciosorum vasorum possideant, præter cali-
cem argenteum & fistulam qua laici dominicum exorbeant sanguinem. Præter
real libellus de veteribus thesauris ecclesiæ Magontiacensis, abhinc annos qua-
dringentos & eo amplius conscriptus, qui nunc non est ad manum, inter aureos
calices ingentis ponderis ansatos, cruces aureas, grues argenteas odorem impo-
sitorum in cauo uentre thymiamatum per rostra ac collum mira arte exhalantes
iuxta aram maximam, uestes sacras intexto auro rigentes, gemmas incomparabiles,
Argenteæ fi-
stule & reliqua ædificia ac donaria Archiepiscopalis templi, fistulas quoq[ue] recen-
tas, quibus arbitror archiepiscopum olim uti solitum. Siquidem etiamnum Ro-
manus Pontifex quoties publice sacrificat, aureo calamo fugit sanguinem domi-
nicum e calice cum Diacono & Subdiacono. Sed de his iam plus satis, quāquam
meo iudicio pulchrum est in Christianismo pie & prudenter curiosum esse, cum
alios uideamus in ethnicon rebus ad unguem inuestigandis tam præpostere
diligentes, ut de Christo uix illis semel per omnem uitam cogitare uacet.

Etiam antelucanis cœtibus.)Significat non modo uictus tempore solitos ac-
cipere Eucharistiam, sed etiam in congregationibus que nonnunquam ante exor-
tum diem fiebant. Quod non à Christo, nec fortassis ab Apostolis, sed ab Apos-
tolorū successoribus institutū innuit. Porro quemadmodū hic uariatū ostendit.
Tertullianus circa sumptionis tempus, sic postea mira diuersitas nata est circa ipsi-
am Eucharistiam, dum alij lacuini loco offerunt, alij uas tantum, & hijs plebem
communicant, alij pannum lineum musto intinctum per totum annum reseruant,
& in tempore sacrificij cum aliqua parte eius lauant, & sic offerunt. Quidam uero
intinctam Eucharistiam populo dabant, fortassis propter intinctam illam buccel-
lam quam Iudeæ Christus tradidit. Nam extat apud Berhardum Borbetomagen-
sem episcopum eiusmodi Canon cōcilij Turonensis, Ut omnis presbyter habeat
pyxidem aut uas tanto sacramento dignum, ubi corpus dominicum diligenter
recondatur ad uaticum recendentibus a seculo. Quæ tantum sacra oblatio intin-
cta debet esse in sanguine Christi, ut ueraciter possit dicere infirmo, Corpus &
sanguis domini proficiat tibi &c. Idem canon docet Eucharistiam sub altari soli-
tam asseruari, non proprijs facellis ut apud nos hodie. Nam sequitur, Semperq[ue]
sit obserata sub altari propter mures & nefarios homines. Nec uero tamdiu serua-
batur ut nunc fieri solet. Nam sequitur in eodem canone, Et de septimo in septi-
mum diem semper mutetur, id est, à presbytero illa sumatur, & alia quæ eodem
die consecrata est in locum eius subrogetur, ne forte diutius obserata, muscida,
quod absit, fiat. At uetusissimus canon Clementis Pontificis apud eundem Bur-
hardum uetat Eucharistiā asseruari. Nam sic sonat, Cum timore clericū reliquias
corporis dominici debent custodire fragmentorū, ne qua putredo in sacrario in-
ueniatur. Et si negligēter agendo pro Portione corporis domini nostri Iesu Chri-
sti, Presbyter minora non curat admonere officia, graui anathemate percussus di-
gna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocausta offerentur,
quanta populo sufficere debeant, Quod si remanserint, in crastina non reseruen-
tur, sed cum timore & tremore clericorum & diligentia, consumantur. Qui autē
residua corporis domini quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, nō statim ad cō-
munes accipiendos cibos conueniant, ne putent sanctæ Portioni commiscere ci-
bum qui per aqua lulos digestus in secessum funditur. Si igitur mane Dominica
Portio editur, usq[ue] ad sextam ieiunent ministri qui eam consumpserūt. Et si tertia
uel quarta hora acceperint, ieiunent usq[ue] ad uesperum. Sic secreta sanctificatione
æterna

æterna custodienda sunt sacramenta. Præcipimus etiam ne cum extero ecclesiæ siue laico de fragmentis Oblationum domini ponatur ad mensam. Vnde scis tu qui passim sacrarij panes indignis impeditis, unde nosti si à mulieribus mudi sunt? Hactenus Canonis Clementini uerba retulimus. At hodie relictorum hostiarum absumentores sacerdotes ne momentum quidem unum abstinent ab epulis, dum taxat eis rei gratia. Adde quod putrescentes particulas (sic enim uocant) aut receptaculi uitio iam muscidas sumere coguntur, quas igni uetustas consumebat. Id quod hoc tempore piaculi loco haberetur. Tum ex clericis nemo offendebatur.

Jam quidam eibis ante refecti sumebant Eucharistiam, quod faciendum negat Aphricani Concilij caput VIII. excepto uno die anniversario quo Cæna domini celebratur. Verū & hoc apud Christianos sublatum. Quin mortuis quoq; inserebant in os Eucharistia ueteres, sicut & baptismū alicubi conferebant, quā rē uetat Carthaginensis synodī caput VI. Satis autem liquet ex antiquorum lectione Eucharistiam manibus laicorum olim attractam. At hoc prohibet Rotomagensis cōcilij canon II. Nulli laico aut foeminæ docens Eucharistiam in manus ponendā, sed tantum in os eis. Id quod & hodie fieri uidemus. Nec minus de Missarū cotidianarum numero apud posteriores discrepasse satis declarat Triburensis synodus hijs verbis. Statuimus & iudicamus, inquit, nulli sacerdotum esse licitum una die uno altari plus quam tres superponere missas. Leo Papa sicut ipse fatebatur una die septies uel octies missarum solennia saepius celebrasse legitur. Bonifacius uero Archiepiscopus & martyr semel tantum per diem missas lectissime dicitur. Sed ambo & scientia tam gradu præcipui. Itaque unusquisq; in suo sensu abundet, dum fides concordet. Ideo sacerdotibus missarum numerū non imponimus, sed quantas celebrari in uno conueniat altari præcipimus. Hæc synodus Triburensis. Sed & uasorum quibus in sacrificando utimur magnam reperio fuisse diuersitatem, dum primum ligneis mox uitreis tandem argenteis & aureis locus factus est. Rogatus olim Bonifacius Archiepiscopus & martyr an liceret in uascalis ligneis sacramenta confidere, respondit, Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur. Nunc è contrario lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus.

Obiter castigandus est locus apud Gratianum de consec. dist. I. cap. Vasa in quibus, cuius prima periodus sic legi debet, Vasa quibus sacrosancta cōficiuntur mysteria, calices sunt & patenæ. De quibus Bonifacius martyr & episcopus interrogatus si liceret in uascalis ligneis sacramenta confidere, respondit, Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, Nunc è contrario lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus. Sic enim in Decretis Burchardii Vuormatiensis episcopi legitur quem secutus est Gratianus. Cuius excusum typis uolumē Dij boni quam mendosum reperietur si quis cum manuscriptis antiquarū sanctionum libris cōferat. Opinor autem in gratiam sacerdotum elegantissimam istam uerissimamq; diuī Bonifacij sententiam Antitheti schema referentē, ab aliquo castigatore fuisse truncatam. O lignum emendatorem & uerè ligneis gratificantem. Cæterum hæc & alia pijs ac prudētibus scribimus, occasionem nacti ex Tertulliani uerbis quæ ueniebant explicanda, certè nō ob aliud nisi ut mutationes inumeras post illud tempus factas antiquitatis ecclesiasticae studiosus contempletur, & cogite magno sanctissimis pontificibus constitisse istam ecclesiæ concordiam, rebus in melius prouectis. Sed ut unde digressi sumus, reuertamur, de antelucano Christi norum conuentu sic Plinius ad Traianum, Adfirmabant autem, inquit, quod esent soliti statu die ante lucem conuenire, carmenq; Christo, quasi deo dicere, seq; inuicem sacramento nō in sceles aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria cōmitterent, ne fidem falleret, ne depositum appellati abnegarent.

V 2 Itaq;

Christianorū Itaq; uocat antelucanos coetus, quod Plinius dixit ante lucem cōuenire. Inuenio autem apud Tertullianum, in Christianorum studijs & officijs fuisse, Stationem, Ieiunia, Processionem, Visitationem fratrum, hoc est Christianorū ægrotantij, officia, ac exercititia Conuocationem nonnunquam nocturnam, Solennia Paschæ, Dominicum coniuvium, Consolationem martyrum in vinculis detentorum, Exosulationem fratribus, hoc est Christianorum, Abluere pedes sanctorum, Egentibus Christianis cibum potumq; elargiri, Peregrè eosdem aduenientes hospitio suscipere, Se levulosq; suos cruce signare, Quod immundum esset per flatum expuere, Panem illum ante omnem cibum gultare. De quibus nonnihil reperies in libro secundo Ad uxorem, unde nos sumplimus. Et quod de cultu sc̄minarum scribit, Vobis, inquit, nulla procedendi causa non tetrica, Aut imbecillis aliquis ex fratribus uisitandus, aut sacrificium offertur, aut dei uerbum administratur. Nec de aliōrum manu quam præsidentium.) Præsidentes uocat presbyteros, etiam alibi. Sed & in Apologetico, sic scribit. Siquis, inquit, ita deliquerit, ut à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegateur, præsident probati quiq; seniores, honorem istum non pretio sed testimonio adepti. Neque enim pretio uila res dei constat. Idem in libro de castitate tradit, ecclesiæ autoritatē constituisse differentiam inter ordinem & plebē, & honore per ordinis cōfessum sanctificatū.

Ordo**Plebs****Oblationes**

Oblations pro defunctis.) Hinc illud in libro de Monogamia. Enim uero pro anima eius orat, & refrigerium interim postulat, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis eius, unde Anniversariorum sacerorum cum eleemosynis origo, quæ apud nos perpetua instituuntur. Sed & in conciliatione matrimonij fiebat oblatio. Nam sic scribit in calce secundi libri ad uxorem suam. Vide sufficiam, inquit, ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli renunciant, Pater rato habet. Pro natalitijs.) Hoc tametsi ethnicum aliquandiu tolerauit ecclesia. Concilium Nicenum & sequentia aperte damnant, ut primorum consiliorum canones ostendunt, qui in compluribus adhuc bibliothecis extant digni quæ in lucem emittantur. Autor est Pontius Paulinus, populum qui ad Natalem diui Felicis Nolam confluens, epulari solitum in æde sacra. Proinde ipse parientes templi picturis ex ueteri instrumento desumptis ornando curauit, ut accumbentes in communī mensa spectandis illis occupati, temperantius conuiuiū exigerent. Id quod propterea duxi referendum, ut mos comedandi in dedicationibus templorum & Natalibus diuorum diebus antiquus esse cognoscatur. Opus autem erat olim multa Christianis indulgere, qui plerumq; iam sene de paganismo ad nostram religionē conuertebantur, difficulter ea relinquentes quibus per omnem uitam assueuerant. Secus est hodie. Porro in celebrando natali die generalis ethnicorum lætitia, de quo Macrinum suum Persius admonet, Funde meum genio, à præsulibus Christianis recte in Oblationes quæ in eleemosynā pauperum conferebantur, mutata est, quum ad nostram illi religionem transissent.

De geniculis adorare**Geniculari**

Annua die.) Nō dixit annua die ceu Iureconsulti solent, Annua die, Bima die, Trima die, pro anno, biennio & triennio. Hoc exponit in De Monogamia quum dicit, annuis diebus dormitionis eius, Id est annue recurrentibus. Die dominico.) Hoc etiamnum obseruatur. De geniculis adorare.) Sic enim scripsimus ex Gorziensi collatione. Et ita legitur apud diuum Hieronymū. At hoc hodie tantum fit ad lectionē sacrosancti Euangelijs, item in uestertino sacro Paschalis Hebdomadæ, ex uestestate relicum. Geniculari in adorando, uelut poenitentis est. Qui stans adorat, tanquam iam ueniam consecutus gratias agit. Quidam propterea nos stare putant dum pronuntiatur Euangelium, ut meminerimus id nobis

Nobis etiā gladio defendendum, cui quibusdam in locis aīunt tum admoueri ma-
num à laicis. Quasi uero Christus iusserrit doctrinam suam artis vindicari.

Eadem immunitate à die Paschæ.) A Pascha usque in Pentecosten non geni-
culando precabantur, sed stantes, ut qui deo pro peccatorum remissione & ba-
ptismatis dono gratias agerent. Testatur hoc & Hieronymus aduersus Mon-
tanum scribens, Non quo & per totum, inquit, annum excepta Pentecoste ie-
stunare non liceat. Accipit autem Hieronymus Pentecosten pro diebus intersti-
tibus inter Pascha & Pentecosten, Sicut & aduersus Luciferianos, ubi totum Pentecoste
hunc Tertulliani locū uidetur æmulatus, his quidem uerbis. Nam & multa alia
quæ per traditionem, inquit, in ecclesijs obseruantur, autoritatem sibi scriptæ le-
gis usurpauerunt, uelut in lauacro ter caput mergitare: deinde egressos, lactis &
mellis prægustare concordiam, ad infantia significationem: die dominico & per
omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & ieiunium soluere: multaq; alia
quæ scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit. Calicis aut pa-
rtis etiam nostri.) Propter crebram sacramentorum tractationē inolita fuit illis
religio quedam, etiam uulgarē panem & uulgare poculum reuerenter tractandi.

Atq; promotum.) Promotus iuxta quartam inflexionem, ceu mox Calceatus
pro calceatione. Frontem signaculo terimus.) Adieciimus genitiū Crucis
ex Gorziensi collatione. Frontem crucis signaculo terimus. Harum & al.
eiūsm. d. si legem exp.) In uolumine decretorum quod Burghardus Vuormatiensis
episcopus ante Gratianum congesit, repperi caput quoddam sub Bassiliū no-
mine cum hoc Tertulliani loco consentiens. Id est quinti libri qui De universalis
ecclesia inscribitur c c XXIII. Sic autem habet. Ecclesiasticarum, inquit, institu-
tionum quasdam scripturis, quasda uero Apostolica autoritate traditiones, per
successiones, in ministerio confirmatas accepimus. Quibus par uirtus & idei
utrisq; pietatis affectus quin sit, quotus quisq; uel aliquātum sacrarum expertus
scripturarū hæsitauerit. Si enim attenterit consuetudines ecclesiæ non scriptu-
ras (opinor legendum non scriptas) à patribus traditas nibil estimare, quantum
religio detrimenti latura sit, dis̄p̄cientibus liquido constabit. Quæ enim, ut iam
ſnde ordiamur, scripture salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? Quæ Crucis in si-
multifariam digesta super panem & calicem prolixæ orationis & consecrationis grande apud
perba commendauit? Nam non modo quod in Euangeliō continetur uel Apo- Christianos
ſtolo, in Secretis dicimus, sed et alia complura adiçimus magnam quasi uitam con- uſus
ſummandis accommodantia mysterijs. Quæ Orientem uersus nos orare literatū Consecratio
forma præstituit? Benedictimus fontem baptismatis, Oleum unctionis. Huc acce nis preces
dit quod ter immergimus quos baptizamus, oleo ungimus, uerbis abrenunciare Orientis re-
Satanæ & angelis eius informamur. Vnde & hec & alia in hunc modū non pau fpectus
ca, niſi quia tacita ac mystica traditione à patribus Ecclesiastico more, reuerētori. Benedictio b
diligentia, ſunt in mysterijs obſeruata silentio quātū publicata scripto: Hactenus priſmi, ocl
ille. Porro non me fugit idem caput à Gratiano repetitum eſſe Dist. XI. Verum
quā mendosissimè legitur in uulgatis Decretorum codicibus indubie studio de-
prauatum & mutatum, uolui synceram lectionem hic proponere. Itaq; per Chri-
ſtum te rogo Lector ut cū excusis libris conſeras. Videbis quāt corrupte multa
apud Gratianum legantur. Quasi enim parum fuſſet pr̄ter innumerā clausulas
uſtiatas pr̄o attenteris, ſcribere attenderimus, pro multifariam, trifariam, pro
accommodantia, commandantia, ausus eſt tādem deprauator, quicunq; ille fuit,
quod erat. Huc accedit quod ter immergimus quos baptizamus, oleo ungimus,
ſic immutare, Huic accedit quod ter oleo inungimus quos baptizamus, propte-
rea quod pro trīna illa ueterum mēſiōne cuius Tertullianus quoq; meminit, Ec-

clesia simplam induxit, & recte quidem, ne uideamus apud nos, qui tertio mecen-
gunt haereticorum probare assertionem dum sequimur morem, quemadmodum
ad Leandrum episcopum scribit Gregorius Pontifex. Attende quantum sibi qui-
dam permittant in inuertendis ueterum scriptis, quum tamen unusquisque liber,
non aliter sit legendus quam ab ipso autore est suo seculo proditus. Quis uero
non rideat Gratiani glossematarium depravatas hoc loco dictiones & sententias
insulse exponentem? De ceremonijs & ecclesiasticis quibusdam ordinationibus
post primordia nascentis Christianismi institutis absq; scriptura haud dubie, me-
minit & Rabanus Maurus in epistola quadam ad Regenbaldum, quemadmodum
citat idem Burchardus sexto libro qui est de Sacramentis in hac uerba. Igitur ut
beatus Ambrosius testatur, postquam omnibus locis ecclesiarum sunt constitutae &
officia ordinata, est aliter composita res quam coepera. Primum enim omnes do-
cebant, & omnes baptizabant, quibuscumque diebus & temporibus fuisset occasio.
Nec enim Philippus tempus quesuit aut diem quo Eunuchum baptizaret, neq;
ieiunium interposuit. Neq; Paulus & Silas tempus distulerunt quo optione car-
ceris baptizarent cum omnibus eius. Neq; Petrus clericos habuit, aut diem que
suius quando Cornelium cum omni domo sua baptizauit, Nec ipse, sed iussit fra-
tribus qui cum illo erant apud Cornelium in Ioppe. Adhuc enim præter septem
Diaconos nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret plebs & multiplicaretur,
omnibus inter initia concessum est, & Evangelizare, & Baptizare, & scripturas
in ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa est ecclesia, Conuenticula
constituta sunt & Rectores & cætera officia in ecclesijs sunt ordinata, ut nullus
de Clero auderet qui ordinatus non esset, quod sciret non sibi creditum uel con-
cessum. Et coepit alio ordine & prouidentia gubernari ecclesia, in qua si omnes ea
dem possent, irrationabile esset, & vulgaris res & uilissima uideretur. Hinc est er-
go unde nunc neq; Diaconi in populo predicant neq; cæteri, uel Laici baptizat.
neq; quotunque dic credentes tinguntur nisi egri. Ideo non per omnia conueniunt scri-
pta Apostoli, ordinationi que nunc in ecclesia est. quia hac inter ipsa initia sunt
scripta. Nam & Timotheum Apostolum a se creatum, episcopum uocat, quia primi
presbyteri episcopi appellabant, ut recedente eo sequens ei succederet. Denique apud
Aegyptum Presbyteri consignati si praesens non sit episcopus. Sed quia coepit se-
quentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenetos, immutata est ratio, pro-
spicientis consilio, ut non ordo sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum ius-
dicio constitutum, ne indignus temere usurparet & esset multis scandalum. Hæc Rab.
Apostolum differo.) Significat caput undecimum epistolæ prioris ad Corinth.
Si Rebecca conspectio procul sponso suo.) Habetur Geneleos cap. xxiiii. A.
illa tollens cito pallium suum, operuit se. Si & Susanna.) Danielis xiii.

In stadio mariti.) Intelligit stadij nomine hypetram, hoc est subdiualem ambu-
lationem quam & Xystum appellamus, quæ etiam arboribus cōsita esse solebat,
umbræ gratia. Vnde opaca stadia dixit in libello ad Martyres, Vagare, inquit,
spiritu, spaciare spiritu, sed non stadia opaca aut porticus longas preponens tibi,
sed illam viam que ad deum dicit. Porro pro uiridario sumitur quod huic soleret
esse coniunctum apud ueteres. Erant autem stadia quædam tecta, ceu liquet ex Vi-
truum uerbis libro quinto dum sic scribit. Hæc autem porticus Xystos apud Gre-
cos uocatur, quod athletæ per hyberna tempora tectis stadijs exercebantur. Vnde
de quædam non fuisse tecta apparet quæ erant aperta ac sub diu o cōstituta, quæ
le illud extitisse crediderim in quo Susanna deambulauit. A stadio nomen porti-
cibus stadiatis apud M. Vitruvium. In ipsa quoque lege habitum requiro.)
Nos, legem habitus, Ex Gorziensi collatione. Posse etiam non scriptam tra-
ditionem

ditionem in obseruatione defendi.) Cum Tertulliano mirè faciunt ea quæ diuus Hierony ad Lucinium scribit, qui quæsicerat de sabbato, utrum ieiunandum esset, & de Eucharistia, an accipienda cottidie. Nec uero solū Tertulliano cōsentunt, uerum etiam ad sedandos horum temporum tumultus nonnihil conducunt. Sic autem eius uerba habent, Sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditio- nes ecclesiasticas (præfertim quæ fidei non officiant) ita obseruandas, ut à maiori- bus traditæ sunt. Nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subuersi. Atque utinam omni tempore ieiunare possimus, quod in Actibus Apostolo- rum diebus Pentecostes & die dominico Apostolum Paulum, & cum eo creden- tes fecisse legimus, nec tamen Manichææ hæreseos accusandi sunt, quum carna- lis cibis præferri non debuerit spirituali: Eucharistiam quoq; absq; cōdemnatio- ne nostri, & pungente conscientia, semper accipere, & Psalmistam audire dicen- tem: Gustate & uidete, quoniam suavis est dominus: & cum eo canere: Eructauit cor meum uerbum bonū, Nec hoc dico, quod dominicis diebus ieiunandum pu- tem, & cōtextas sexaginta diebus ferias auferam, sed unaquæq; prouincia abun- det in sensu suo, & præcepta maiorum leges Apoloticas arbitretur.

Et dictum eius.) Lego edictū eius, nam præcepsit, Et quedā edicere à semetipso. ¶

Si tanta innocentia est.) Hoc est, si flores tam innoxij sunt & salubres,

Nec teneritas commendatur.) Hoc est quod ante dixit mollitia. Elogium, & sacrilegij.) Elogium in malam partem, ut & supra. Nec natura uos, inquit, docet.) Locus est epistolæ prioris ad Corinθios cap. xi. Sed & in priore epistola.) Reposuimus, In primore epistola ad Romanos. Sed deum.) Par- ticula, Sed superabundat. An conditioni eius fr.) Conditio hic & alibi pro- rebus creatis sumi debet. Ut quum mox dicit, Infamata conditio est. Vanis- tati succidisse.) Succidisse pro succubuisse. Ut in præcedentib. libris sēpenumero Plurimum.) Et hoc aduerbio alibi plus semel usus est. Qui natura quidem omnia dei sentiunt.) Genituū Dei, securi fidē Gorziensis collationis sustulimus.

Sua uiludios nostros.) Sic uocat qui ex Christianis adhuc spectaculorum oble- c̄tamentis teneretur. Intelligit autem duos libros de spectaculis. Non credan- tur admittere sectæ interdictionem.) Sectam uocat religionem Christum sectan- tium. Id quod & alibi facit. Vnde Pandora.) Nam uerū ab omnibus omnium deorum donis nomen habet. Nobis uero Moyses Propheticus non poeticus pastor.) Mosen fuisse pastorem indicant Exodi uerba cap. quarto, Moyses autem pascebatur oves Ietro socii sui sacerdotis Madian. Cumq; minas- ser gregem ad interiora deserti uenit ad montem dei Oreb. Porro per Poeticum pastorem intelligit Hesiodum qui ad Heliōnem paternarum ouium custodem agens quum Musas conspexisset & ab hijs ad Hippocrenen, id est caballinū fon- tem deductus fuisset, statim excellentissimus poeta factus est. Vnde illud Quid,

Non mihi sunt uiræ Clio Clivisq; sorores

Servanti pecudes uallibus Ascra tuis.

Pudenda folijs incinctam.) Synecdoche. Cæteros.) Gentileis uidelicet Dat & Priapo tænit idem.) Tænitæ, uitæ sunt & ligamenta capitis. Græcum uocabulū. Vulcani opus, Liberi munus.) Appositio est. Liberi, id est Bacchi Post Thesei.) Cum Hirsaugensi codice consentiens & Gorziensis querendū modum docet collatio, habet Thesidus. Pro quo corrupto uocabulo meum secu- tus iudicium reposui in cōtextu, Post & sidus. Nam qui de signis coelestib. apud nos scripsere, Iul. Hyginus & Innominatus int̄p̄res fragmenti Phænomena Arati, citant autorem qui Cretica prædiderit, referentem, quū Liber ad Minoem regem uenisset, ut Ariadnen filiam eius duceret luxarem, coronā dono Ariadnæ.

V 4 dedisse

dedisse Vulcani opere factam ex auro & gemmis pretiosis. Ea talis fulgoris fuit, ut Thesea ex labyrintho liberaret. quæ post mortem Ariadnes astris à Libero est affixa. Commemoratur id & ab Arato in Phænomenis hijs carminibus.

Δύναται τοιούτος σίφων Θ. τὸν ἀγράνδειον

Σᾶπε τηρει τούρβας, ἐποιχειδίνες αριάδνης.

quæ Germanicus Cæsar, nisi fallit titulus, sic uertit,

Clara Ariadnæ proprius stant signa corona.

Hunc illi Bacchus thalamí memor addit honorem.

Rufus Fest. Auentus sic,

Aspice ceu rutilis usbret lax Gnosia flammis,

Hæc quondam Bacchi monumentum fulget amoris.

Hæc Ariadnæ capitis testatur honorem.

Cæterum quia corrupta lectio Thesidus habet, & tradunt eius corone beneficio quæ propter gemmas usq; adeo fulserit, à labyrintho Theseum liberatum, putauit aliquando legendum. Post Thesei dux, quod uidelicet illud sertum sua luce eduxerit Theseum. Verum enim uero maius corona Ariadnæ præconiū est quod in cœlum inter astra fuerit translata, quam quod Theseo è labyrinthi tenebris educendo dux fuit. Idcirco maluimus in contextu scribere, Post & sidus.

Hederatum argumentatur.) Plinius libro XVI. cap. IIII. Feruntq; primum omnium Liberum patrem imposuisse capití suo ex hedera. Item cap. XXXIIII. Alexandrum uero ob raritatem ita coronato exercitu, uictorem ex india rediisse, exemplo Liberi patris: cuius dei & nunc adornat thyrsos galeasq; etiam & scuta, in Thraciæ populis in solennibus sacrís. Ab heluco defensare.) Significat helucus autore Sexto Pompeio, languidum & semisomnum, & hesterno uino languentem, sic dictum ab hiatu oris & oscitatione. Quāquam Tertullianus pro ipsa potius affectione capití uidetur usurpare, qua proclives in somnum reddimur, quā Græci καρπελαγον appellant. De hederæ ui frigorifica, multa sunt apud autores. Porrò tradit Athenæus eos qui profusius biberent apud ueteres, fascijs primum circumligare caput solitos. Deinde ut aliquid ornatus accederet alios postea corollas excogitasse. Sed & pectora cinxisse coronis unguentatis quosdam.

Rem magis uentris.) Quām capití. Nam ad esum & panis usum natura produxit.

Et in eorum deinceps honorem dispensatam.) Plinius libro XVI. cap. IIII. Antiquitus quidem nulla nisi deo dabatur. Et libro XXI. cap. III. Et iam tunc, inquit, corone deorū honos erant, & Larium publicorū priuatorumq;, & sepulchrorum & Manium.

Quæ idolis alijs fiunt.) Sensus est, quæ in idolis alijs fiunt. Subaudi, in honorem.

Porrò si quæ alijs idolis faciunt.) Videtur esse sensus, Porrò si ea quæ gentiles faciunt in idolis suis, alijs, pura Mercurio uel Ioui. Loquitur autem de sacrificijs & immolatione.

Ipsi scilicet sibi procuraverunt dæmones.) Procurare cum dativo, ut libro primo aduersus Marcionem.

Aemulatio autem liberando homini procurat, & multis alijs in locis.

Per eos in quibus esurierant.) Hoc est in quibus esuriem & famem passi fuerant. Si

gnificat idolothytorū deuoratores.

Pristinorum sanctorum.) Pristinus pro priori & antiquo.

Et nostris erga deum studijs.) Magna sane literarū laus,

dum Christo etiam inseruunt. Attendant hoc qui contra literas & disciplinarū cognitionem oblatrant.

Cum sanctis fecisset & deo ministrasset.) Nos, cum sanctis fecisse & deo ministrasse.

Quemadmodum uero perquam eleganter dicimus Chrysostomum facere cum Hieronymo significare uolentes eum consentire cum illo, sic Tertullianus dicit, cum sanctis fecisse, quod sanctos adiuuit, sive sanctis in usu fuit. Hoc loquendi modo & in præcedentibus librīs usus est.

Memini

Memini & Esaiam.) Locus est Esiae XXXVIII. Et iussit Esaias ut tollerent massam de fiscis, & cataplasmarent super uulnus eius, & sanaretur. Scit & Paulus.) Habes priore ad Timotheum capite quinto. Modico uino utere.

Videbo nauigantem Ionam & Apostolos.) Illud legis Ionae primo, hoc Acto tum plerisque locis. Habebit etiam penulam Paulus.) Posteriore ad Timotheum capite quarto. Propria Osiridis ueste.) Autor est Herodotus, nephias apud Aegyptios fuisse lanceas uestes in aedes sacras inferre. Proinde lineis utebatur. Aut ἄρχων.) Archon. princeps. Ut de Iairo Lucæ VIII. οὐτὶς ἀνὴρ ἄρχων τῆς οὐρανογενεῖς ἐπηρχε. Et de Nicodemo Ioannis tertio. ἄρχων τῶν ιερῶν Πόλις consciuit.) Consciuit id est decreuit, siue communi sententia statuit. Hoc enim consciscere significat. Liuius. Quod Senatus Pop. Romani Quiritium censuit, consensit, consciuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret & quæ sequuntur. Alibi, Itaq; consentio consciscoq;. Non aliter autem hic dicit. Nec illam impietatis contumeliosæ coronam populus consciuit, quam Liuius, consciscere facinus. Mox, iuxta Gorziensem collationem scripsimus pro Quoniam, Quādo. Locus est Esiae quinto. Nam & mortuorū est ita coronari.) Scribit enim Plinius coronas sepulchrorum & Manūm honorem fuisse, quemadmodum ante citavimus. Quid utuntur. Vt cum accusatiuo constructū. Sed ipsius usus administratio interest.) Interest pro differt. Quam Aesculapius Socrates.) Hoc iussit quum in carcere esset paulo post bibiturus uenenum. In omnem utiq;) Nos, omnem utiq;) Ex Gorziensi. Ni in nullo proxime agendum.) Ni superabundat. In nullo proximè agendum. Subaudi, mandat. Officijs.) Officia uocat ministeria quæ gentilium sacrīs aut ipsis alioqui gentilibus īpenduntur. ut infra, Et implendi officij. Conuenitur.) Conuenitur pro īuenitur. Ut libro in Marcionem secundo, Quum utrumq; conueneris in creatore, Hoc est, deprehenderis. Et libro quarto, Hæc conueniemus, Ipsī ministri & sacerdotes eorum coronauntur.) Tradit Plinius Coronas primum inter sacra tantum & bellicos honores suum nomē uindicasse. Conquirendū, an in tot. Christ. mil. coṇu.) Qui non permittit ut Christianus ethnico belligeranti nauet operam, an permissurus est ut Christianus Christiano Christianos, hoc est, fratres persecuturo se militem adiungat? Haud dubie nunquam credit futurū Tertullianus, ut Christiani mutuis armis concurrerent. Sed ad hanc infaniam deuenimus. Belligerantur hodie non modo prophani sed & ecclesiastici, Christū scilicet & Apostolos nobis representantes. Eierare.) Eierare siue eiurare, renunciatore est & abdicare. Vnde illud apud Tac. Eiurato magistrati. Sic paulo inferius, Semel ī sacramenti tentatione eierata. Litigare.) Actionem uel in personā uel item apud iudicem suscipere. Et uincula & carcerem.) Commentariensem agat aut carnificem. Iam & stationes.) Notæ sunt militum stationes. At Stationes apud Christianos conuentus erant, quum stantes precarentur. id quod siebat dominico die. Nam addit, Aut & dominico die, quando nec Christo?

Vbi Apostolo nō placet.) Apud idola uidelicet siue in Idolio. Incubēs &c. r. super lumbos.) Lanceam militis intelligit quæ deos gentilium id est demones defenseret, quos ipse miles Christianus ante furauerat. Exorcismis fugavit.) Attēde exorcismorum antiquitatem. Mortuus etiam tub. inq.) Innuit morem castrensem, quo mortui milites tubicinis cantu, quē hīc æneatōrem uocat, deplorabantur. Nostrates milites ad canīna pellis, hoc est tympani pulsū effeuntur, ut habet vulgaris cantio iocans in milites. Et cremabitur ex disciplina castrensi.) Hinc illud in De resurrectione carnis in principio. At ego magnis, inquit, ridebo uulgas, tunc quoque quum ipsos defunctos atrocissimē exurit

exurit. Et mox, Quis crematis, cremat. Plinius lib. septimo cap. quinquagesimo quarto. Ipsum cremare, apud Romanos non fuit ueteris instituti, terra condebaratur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum.

Aut omnibus modis cauillandū.) Cauillari tradunt à cauendo deductū Grammatici. Hic pro cauere sumit. Quod aequè fides pagana condixit.) Hoc est quod fides ethnico duci uel imperatori data promisit ex pacto, nempe extrema perpeti & mortem. Nam id significat hic condicere. Plinius in praefatione ad Vespasianum, Quum hanc operam condicerem, nō eras in hoc albo. Id est ex pacto pollicerer. Aut martyriorum immunitatem.) Vbiq; martyria crepat Tertulianus. Paulo post, Quia portior est necessitas timenda negationis & obeundi martyrij, quam euadenda passionis & implendi officij. Negaturus omnia negatorem, & confessorem: & dei saluam facturus animam.) Scribo, Negaturus omnem negatorem & confessurus confessorem deit: & saluam facturus &c.

Lucri habitam.) Lucri habere dixit, ut alibi boni ducere. Apud hunc tam miles est, paganus fidelis: quam paganus est miles infidelis.) Elegātissima sententia constans ex contrarijs. Hic oportet scire paganum duo significare, tum eum qui miles non est, unde Persius se semipaganum uocat: tum eum qui Christū misericordia agnoscit. Et implendi officij.) Loquitur ut indicauimus antē, de officio quo Christianus ethnico seruit. Ut etiam uoluntarijs delictis fibulam laxet.) Proverbialiter dictum fibulam laxare, pro aperire fenestram & ansam dare delictis, quae & ipsa proverbij schema habent. Officialium coronarum.) Vocat coronas officiales quas Christiani gestabant ex officio quo Gentilibus erant obligati. Ut quis militarent, aut in similibus rebus. Ducatio.) Supra dixit, Ductor pro duce, hic habes ducationem pro ducatu. Q.D. excusant necessitatē quae duce in haec delicta incident, non autem spōnte sua. Officia fugienda sint.) Functiones intelligit, ceu diximus, quibus tenemur obstrictū gentilibus.

Ne in delictis incidamus.) Sic dictum ut illud aduersus Hermogenem, Ante eam in bono conuertisset. Et aduersum Iudeos, Legis præcepta reformantem in hominis salute. Laurea ista.) Incipit loqui De corona triumphali, propter quam incepta est disputatio. Apollini.) Nam, teste Plinio, laurus spectabilissima reperitur in monte Parnaso, ideoq; grata Apollini. Quanquam ex myrto.) Myrtus bellicis quoq; se reb. inseruit, triumphansq; de Sabiniis. Posthumius Tubertus in cōsulatu (qui primus omnium ouans ingressus urbem est, quoniam rem leuiter sine cruento gesserat) myrto Veneris uictoris coronatus incessit, optabilemq; arborem etiā hostibus fecit. Haec postea ouantium fuit corona.

Veneris enim myrtū.) Subaudi esse, Nam huic arbori p̄fēst astipulante Plinio. Per Iliam & Romulus Romā. Sed & ego Venerē non credo ex hac parte Romana.) Castigauit: Per Iliam & Romulos Romani. Sed ego Venerem non credo ex hac parte cum Marte Romanā, qua pellicis dolor est. Sensus erit, Nō est mīrū Romanos milites myrto coronari solitos olim, quum haec arbor Veneri sit consecrata, quae non solum Troiana est propter filium Aeneam ex Anchise conceputum, uerum etiā Romani. Iartis amica qui Romuli & Remi sit pater, Verum ego, iocans inquit Tertullianus, non arbitror Venerem eatenus esse ualde Romanam siue amare Romam, quatenus pellicis Iliae dolor est. Fit enim uerisimile Venerem quae sola amasio suo Marte potiri cupiebat, non parum offendam Iliae concubitu, unde Romulus & Remus progeniti conditores urbis Romae. Quos ambos intelligit quis dicit Romulos, ceu nos mutauimus. Nec caret alioqui gratia uariatio numeri. Sic & Castores dicimus ταῦς Διὸς ρύγες. Et causis.) Has mox exponet. In principijs.) Sunt de principijs militariis. Ordinis nomine est.

Planē

Planè non gratuita idololatria.) Idololatria non est gratuita, hoc est gratis alii, quid donans, nam captatrix est. Exponit seipsum, quum addit, Aliquis aureis uenditans Christum, ut argenteis Iudas. Aliquis aureis.) Alludit ad donatiua militū. Triumphi laurea folijs struitur.) Hoc est quod Plinius de lauro scribit, Vnus, inquit, folia distinguuntur appellatione. Lauream enim uocamus. Idem Laurum triumphis propriè dicatam fuisse, autor est. Hanc aduerbis lemniscis.) Quid sibi uelit uocabulum aduerbis, ingenuè fateor me ne scire. Sunt autem Lemnisci, autore Sexto Pompeio, fasciolæ dependentes ex coronis. Docti colligunt ex Plinio tuniculas fuisse ex libro ipso Tiliæ arboris, cuius eiusdem libelli sint, id quod autores uocat Phlyras. De lemniscis sic Plinius lib. 21 capite tertio, ubi de coronis loquitur quæ ex folijs aureis & argenteis constabat, Accesserunt quoq; inquit, & Lemnisci, quos adjici ipsarum coronarū honos erat propter Hetruscas, quibus fungi nisi aurei non debebant. Ab huiusmodi lemniscis coronæ lemniscatae dictæ sunt. Regiarum familiarum.) Intelligit milites illos Romanorum perpetuos, qui sunt ueluti familia imperatoris. Munificæ & ipse solennium Cæsareanorum.) Apud Festum legimus munifices uocatos milites qui non uacabant, sed munus principi faciebant. Qui uacabant, appellabantur Beneficiarij. Sed & Vegetio munifices sunt milites qui munus faciunt, à quo liberi sunt immunes qui dicuntur. Expone ergo, munifice, id est ad munus solennium Cæsareanorum astrictæ & obligatae. Posterior ætas munificum pro munifice usurpauit. Nam & Paulus Iurecons. in cap. Munus, de uerborum significacione, Munus etiam officium significare docet, unde munera militaria & quosdam milites munificos uocari. Ad deducendas Tensas.) Tensem Festus docet esse uehiculum argenteum, quo exuie deorum ludis Circensibus in Circum ad pulchinar uehebantur. Asconius Pedianus in illud Ciceronis, Quam tu uiam Thenasarum & pompæ eiusmodi exegisti: Exigere uiam, inquit, dicuntur magistratus, quum uiciniā cogunt munire cum diligentissime sumptu facto. Thense autem sunt sacra uehicula, pompa ordinum & hostiarum. Thenzas alij à diuinitate diciuntur; alij quod ante ipsas lucra (fortasse fulcra, quidam legunt linea) tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui ea ducunt. Haecenus Pedianus. Ciceron alibi. Omnesq; dñi qui uehiculis thenasarum solennes cœtus ludorum tre iussistis. Porro supplicationes, pompa, thense & ludi, cohærebant. Sed tui orationis.) Contendit per quā eleganter Ecclesiam cū Curia Capitolina ac senatoria.

Ex principalium proprietatum exultatione.) Ob natalem uidelicet principū, aut uictorias, & causas similes. Nunc ex municipalium solennitatū propr.) Propter festos dies cuiusq; municipij. Agonisticæ causæ.) Sentit de certaminibus gymnicis quorum uictores coronabantur. Olympius Iuppiter.) Cerraminiis Olympici institutor Hercules. Eius præmium corona oleagina. Nemæus Hercules.) Nemæa celebrantur in honorem Herculis qui in Nemæa sylua leonem occidit. Ludi instituti propter Archemorum. Eorum præmium, corona ex apio. Et misellus Archemorus.) Archemorus Lycurgi filius à serpente læsus adhuc infans periret, ex incuria nutricis suæ Hypsipyles, quæ illum in graminibus reliquerat ostensura Græcis siti laborantibus Langiam fontem. In eius pueri memoriā annuus agon institutus est. Et quia periret adhuc infans, misellum uocat, non miserum. Et Antinous infelix.) Huc Hadrianus Cæsar in delitijs habuit, & tam tenere dilexit, ut ab illo ciuitatē Aegypti cognominaretur, ubi & agnem illi quotannis celebrandum instituit. Quam rem in literas pulchrè retulit Egesippus sic scribens referente Hieronymo, Tumulos, inquit, mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie uideamus. Equibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsa-

ni Cæsaris, cui & gymnicus agon exercetur apud Antinoum clivitatem, quam ex eius nomine condidit, & statuit prophetas in templo. Hæc ille. Notat ~~et~~ Antinoi Tertullianus in primo libro aduersus Marcionem, quum inquit, Alioqui si sic homo deum commentabitur, quomodo Romulus Consum, & Tatius Cloacinam, & Hostilius Pauorem, & Metellus Alburnum, & quidam ante hoc tempus Antinoum, & reliqua. Nec ulla nobiscum est.) Hoc est, Nobiscum facit, nos adiuuat. Semel iam in sacramenti tentatione eieratæ.) Si quis hic obieciat. Tertullianus antè dixit, Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto prius in ecclesia sub antistitis manu contestamus nos renunciare diabolo, & pompæ & angelis eius. Et hoc loco dicit, Semel i.i.s.t.eieratæ. Is scire debet, semel hic accipit pro prorsus & omnino, ita ut semel fecisse sufficiat. Etiam cœlum syderibus apud Homeri carmina coronatū.) Huic loco subscriptis Plinius, Antiquitus quidem, inquit, nulla nisi deo dabatur. Ob id Homerus cœlo tantū eas & prælio universo tribuit. Ianū à ianua.) Hinc illud Septimij Afri in hymno de laudib. Ian.

Iane pater, Iane tuens, diue biceps, biforis,

Ocate rerum Sator, o principium deorum,

Stridula cui limina, cui cardinei tumultus;

Cui referata mugunt aurea claustra mundi.

Et Carnam.) Puto legendum & Cardam, pro dea quæ cardinibus præsideat.

Thyræum Apollinem.) Græci θυραὶ uocant quicquid foribus obiacet, & extra fores est. Vnde & saxo Cyclopis quo speluncam suam occludebat, nomine. Siquidem θύραὶ illi ianuam dicunt. Antelios dæmones.) Antelij dñi Græcis sunt qui pro foribus dedicantur. Sic enim aras uel deorum statuas uocabant sub diales, ut quæ soli forēt expositæ. Esychius. Αντέλιοι, θεοί ἡ πᾶν τὸν θυραῖνον μένεται. Et rursus, αὐτάλιθοι, οἱ αὐτακρὺ ἀλιτισμοὶ θεοὶ. Tanto adeat.) Sic etiā in superioribus locutus est. Quæ formæ linea.) Hoc est ostensio formæ. Metaphora à pictoribus sumpta, qui picturis quibusdam lineas circumducunt, ut quæ sic sunt inclusa, apparentiora fiant. Ex Apostoli prospectu.) Hoc est præsipientia prouidentiæ.

Vt Ecclesiæ Christi Iesu.) Castigauimus, ut ecclisiæ, Christus Iesus. Centaurijs quoq; toris.) Scribendum, Centenarijs quoq; rosis. Ut accipias de rosis quæ à multitudine foliorum Centifoliae uocatur.

Et ortomi delectis.) Nos, Ex horto Midæ lectis. Istum hortū Midæ Rosetum appellat in libro de Pallio, quum inquit, Alcinoi pometum, & Midæ rosetum.

Quia & fauos post fellæ gustauit.) Proverbij speciem habet, Fauos post fellæ gustare. De eo dici uulgo solitum, qui toleratis aduersis, latioribus rebus tandem potitur. Cuius coronam & Apostolus rep.) Locus est posteriore ad Timo theum capite quarto. Protosedent.) Mirabilis uerbi compositio, ex perigrino & nostro, quæmuis & nostrum à Græco ἐπι detortum sit. Alludit autem ad locū Apocalypsius quarto. Et super thronos uiginti quatuor seniores. Et reliqua.

Eodemq; auto.) Et hic locus est Apocalypsi. xiiii. Propterea post toties citatam Apocalypsim, inquit, Si tales imagines in uisione, quales ueritates in representatione. Loquitur autem de uisione Ioannis qui scripsit Apocalypsim.

Quid caput strophiole aut draconario damnas.) Tenuioribus (.s.coronis) utebantur antiqui, inquit Plinius, strophia appellantes, unde nata strophiola. Porro Dracontarium uidetur eius seculi uocabulum fuisse, pro corolla. Bonus miles eligendo.) Loquitur de milite isto qui coronam in manu non in capite gestauerat, ob eam rem in carcerem raptus. Sed ab aliquo Mithre milite.) Huius dei Mithre meminit in Præscriptionib. de diabolo nostræ religionis sacra imitate loquens, Tigit & ipse quosdam, inquit, utique credentes & fideles suos. Expiatio

Expiationem delictorum de Lauacro repromittit, et si adhuc meminit Mithræ. Si gnat illic in frontibus milites suos. Celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quæ postrema uerba, Et sub gladio redimit coronam, hic exponuntur. Nam hanc ceremoniam hoc loco explicat, quam demiror à nemine fuisse commemoratam. Diuus Hieronymus tantum obiter indicat, quum ad Lætam de institutione filiæ scribens, Ante paucos, inquit, annos propinquus uester Gracehus nobilitatem patritiam sonans nomine, quum præfecturam gereret urbanam, nonne specum Mithræ, & omnia portentuosa simulachra, quib. Corax, Niphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Bromius pater, initiantur, subuertit, fregit, exuissit? Vbi uides militis fieri mentionem, cuius initiationem in spectu Mithræ hoc loco describit Tertullianus. Lactantius siue Lutatius Stati interpres ultimum Carmen primi Thebaidos exponens, Indignata sequi torquem cornua Mithram, scribit Apollinem à diuersis gentibus uarijs appellari nominibus. Apud Achemenos enim Titan uocatur, apud Aegyptios Osiris, apud Persas ubi in antro colitur Mithra nominatur. Eius simulachrum singebatur reluctantis tauri cornua retentare, quo significatur, Lunam ab eo lumen accipere, quium acceperit ab eius radijs segregari. Erat autem ipse Sol leonis uultu cum tyara præsto habitu, utrisq; manibus, ceu diximus, bouis cornua comprehendens. Siquidem Sol, principale signum inculcat & frenat, Leonem scilicet, ideo quod hic deus ceteros sui nominis & potentiae impetu excellat, ut inter reliquas feras Leo, uel quod sit rapidum animal. Hec ex illo commentario propterea paulo prolixius retuli, ut melius intelligatur Tertulliani locus ille primo libro aduersus Marcionem, quum inquit, Sicut aridae & ardantis naturæ sacramenta Leonis Mithræ philosophantur. Meminit & Martianus Capella Mithræ, quū canit libro tertio de nupt. Mer. & Phil.

Te Serapim Nilus, Memphis ueneratur Osirin,
Dissona sacra Mithram.

Quasi minimum martyrij.) Hoc est, quasi limitamentum martyrij, quod pro Christo tolerant Christiani. Ad probationem sui.) Ut fidem faciat se esse Mithræ militem, nescientibus.

Q. SEPTIMII FLOREN TIS TERTULLIANI DE CO RONA MILITIS LIBER



RO XIME facta est liberalitas præstantissimorum Imperatorum. Expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur quidam illic magis dei miles, cæteris constantior fratribus, qui se duobus dominis seruire posse præsumperat, solus libero capite, coronamento in manu sumpserat, hoc est Christi, cœsario. Vulgata iam & ista disciplina Christianorū reluciebat. Deniq; singuli designare, eludere eminus, infrendere. Continuò murmur. Tribuno defertur, & persona iam ex ordine accesserat. Statim Tribus

X. aus cur

nus cur, inquit, tam diuersus habitu? Negauit ille cum cæteris sibi licere. causas expostulatus, Christianus sum, respondit. O militem in deo gloriosum.

A&a Prefecti Suffragia exinde, & res apud Acta, & reus apud Præfectos. Ibidem grauissimas penulas posuit reuelari auspicatus, speculatoriā morosissimā pedibus absoluit, terræ sanctæ insistere incipiēs: gladiū nec dominicæ defensioni necessariū reddidit: laurea & de manu caruit. Et nūc russatus sanguine suo, spes calceatus, de Euāgeliū paratura succinctus acutiore uerbo dei, totus de Apóstolo armatus, & de martyriū Cädida, laurea melius coronatus, donatiuum Christi in carcere expectat. Exinde sententiæ super illo, nescio an Christianorum, nō enim aliæ Ethniconū, ut de abrupto, & præcipiti, & mori cupido, qui de habitu interrogatus nomini negocium fecerit, solus scilicet fortis, inter tot

2 fratres cōmilitones solus Christianus. Planè superest ut etiā martyria recusare meditentur, qui prophetias eiusdē spiritus sancti respuerunt. Mūssitanc

Paracletus Montanicus deniq; tam bonā & longam sibi pacem periclitari. Nec dubito quosdā scrivpturas emigrare, sarcinas expedire, fugæ accingi de ciuitate in ciuitatē. Nul-

In pace leo/nes, in pres/lio certui lam enim aliam Euāgeliū memoriam curant. Noui & Pastores eorum in pace leones, in prælio cœruos. Sed de quæstionibus confessionū alibi doccebimus.

At nunc quia maximè illud opponūt: Vbi aut prohibemur coronari: haec magis localem substantiā causæ præsentis aggrediar, ut & qui ex solicitudine ignorantiae quærunt, instruantur: & qui in defensione delicti contendunt, reuincantur (ip̄s̄ius uel maxime exemplo) Christiani Laureati quibus in so-

luctum, aut nullum. Catechumeni confessores. latium quæstio est, quasi aut nullum aut incertum saltem haberi possit deli-

ctum, aut nullum quod patiatur quæstionē. Nec nullum aut nec incertum, hinc interim ostendam. Neminem dico fidelium coronā capite nosse aliás extra tempus

Martyres. Negatores. tentationis eiusmodi. Omnes ita obseruant à catechumenis usq; ad confessores, & martyres, uel negatores. Viderint unde autoritas moris de qua

cum maxime quæritur. Potrò cum quæritur cur quid obseruetur, obseruari interim constat. Ergo nec nullum nec incertū videri potest delictum, quod

Autorata cō/factudo committitur in obseruationem suo iam nomine vindicandam, & satis autoratam consensus patrocinio. Planè, sic tamen ut ratio quærenda sit, sed sal-

ua obseruatione, nec in destructionem eius, sed in ædificationē potius, quo

magis obserues cum fueris etiam de ratione securus. Quale est autem ut

tunc quis in quæstionem prouocet obseruationem cum ab ea excidit: &

tunc requirat unde habuerit obseruationem cum ab ea desistit: quando & si

ideo uelit videri ad quæstionem uocare, ut ostendat se non deliquisse in ob-

seruationis destitutione, nihilominus delinquisse eum constet retro in obser-

Questio. Consultatio uationis præsumptione. Si enim non deliquit hodie suscepta corona, deli-

quit aliquando recusata. Et ideo non ad eos erit iste tractatus quibus non

competit quæstio, sed ad illos qui studio discendi, non quæstionem defer-

unt, sed consultationem. Nam & semper quæritur de isto, & laudo fidem

quæ

que autem credit obseruandum esse quam didicit. Et facile est statim exigere, ubi scriptum sit, ne coronemur. At enim ubi scriptum est, ut coronemur? Ex postulantes enim scripturæ patrocinium in parte diuersa, præiudicant suæ quoque parti scripturæ patrocinium adesse debere. Nam si ideo dicetur coro Patrocinium nari licere, quia non prohibeat scriptura, et que retorquebitur ideo coronari scripture non licere, quia scriptura non iubeat. Quid faciet disciplina? utrumque recipiet, Disciplina quasi neutrum prohibitum sit. An utrumque rejiciet, quasi neutrum præceptum Christiana sit? Sed quod non prohibetur, ultiro permisum est. Imò prohibetur, quod non ultiro est permisum. Et quandiu per hanc lineam ferram reciprocabimus, habentes obseruationem inueteratam que præueniendo statum fecit? Hanc si nulla scriptura determinauit, certè consuetudo corroborauit, que si, ne dubio de traditione manavit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo queramus an & traditio non scripta non debeat recipi? Placuisse negabimus recipiendam, si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine ullius scripturæ instrumento solius traditionis titulo, ex in instrumentum de consuetudinis patrocinio vindicamus. Denique ut à baptisme ingrediat, scripture Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto prius in ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renunciare diabolo, & pompe, & Angelis eius. Dehinc ter Titulus traditionis mergitamur, amplius aliquid respondentes quam dominus in Euangelio patrocinium determinauit. Inde suscepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Ex consuetudinis que ea die, lauacro cottidiano per totam hebdomadam abstinemus. Eucharistia sacramentum & in tempore uictus, & omnibus mandatum à domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præsidentium sumus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Die ceremonie dominico iejunium nefas ducimus, uel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus. Calicis aut panis etiam ecclesiastice paulo post nostri, aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad uestitum, & calceatum, ad apostolica tempora lauaca, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules scripturarum, nullam inuenies, traditio tibi prætendetur autrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Ratio, Consuetudo nem traditioni, consuetudini, fidei, patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit disces. Interim nonnullam esse credes cui debeatur obsequium. Adiicio unum adhuc exemplum, quatenus & de ueteribus docere conueniat. Apud Iudeos tam solemne est foeminis eorum uelamen capitum, Apud Iudeos ut inde noscantur. Quæro legem. Apostolum differo. Si Rebecca conspernit, mulieres incedunt uelate Rebecca & procul sposo uelamen inuasit, priuatus pudor legem facere non potuit, aut causæ suæ fecerit. Tegantur uirgines solæ, & hoc nuptum uenientes, nec

Susanna antequâ cognouerunt sponsos. Si & *Susanna* in iudicio reuelata, argumen-
tum uelatæ præstat, possum dicere, & hic uelamen arbitrij fuit. Rea uenerat,
erubescens de infamia sua, merito abscondens decorum, uel quia timēs iam
placere. Cæterum in stadio mariti non putem uelatam dcambulasse, quæ
placuit. Fuerit nunc uelata semper. In ipsa quoq; legem habitus requiro, uel
in quacunq; alia. Si legem nusquam reperio, sequitur ut traditio consuetudi-
ni morem hunc dederit, habitum quandoq; Apostoli autoritatem ex in-
terpretatione rationis. His igitur exemplis renunciatum erit, posse etiam nō

Traditionem
etiam nō scri-
pam, defendi
consuetudine

scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine,
idonea teste probatæ tunc traditionis ex perseverantia obseruationis. Con-
suetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex:
nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio cōmendet.
Porrò si lex ratione cōstat, lex erit omne iam quod ratione cōstiterit, à quo/
cunq; productum. An non putas omni fideli licere concipere & constitue-
re, duntaxat quod deo congruat, quod disciplinæ conducat, quod saluti pro-
ficiat, dicente domino: Cur autem non & à uobis ipsis quod iustum est iudi-
catis: ut non de iudicio tantum sed de omni sententia rerum examinanda/
rum. Dicit & Apostolus, si quid ignoratis, deus uobis reuelabit: Solitus &
ipse consilium subministrare, cum præceptum domini nō habebat: & quæ/
dam edicere à semetipso, sed & ipse spiritum dei habens deductorem om-
nis ueritatis. Itaq; consilium & edictum eius diuini iam præcepti instar obti-
nuit, de rationis diuinæ patrocinio. Hanc nunc expostula, saluo traditionis
respectu, quoq; traditote censem: nec autorē respicias, sed autoritatem:
& in primis consuetudinis ipsius, quæ propterea colenda est, ne nō sit ratio/
nis interpres: ut si & hanc deus dederit, tunc discas cur nam obseruanda sit

Obserua-
tibi consuetudo. Sed cur maior exigitur ratio Christianarū obseruationum,
n̄es Chri-
stiane
Natura

cum illas etiam natura defendit, quæ prima omnium disciplina est: Ideoq;
hæc prima præscribet coronam capitū non conuenire. Puto autem naturæ
deus, noster est, qui figurauit hominem: & fructibus rerum appetendis, iu-
dicandis, consequendis certos in eo sensus ordinauit, per propria membro-
rum quodammodo organa, Auditum in auribus fodit, uisum in oculis ac-
cendit, gustum in ore conclusit, odoratum in naribus uentilavit, contactum
in manibus æstimauit. Per hæc exterioris hominis ministeria, interiori ho-
mini ministrantia, fructus munerum diuinorum ad animam deducuntur à
sensibus. Quis igitur fructus ex floribus: substantia enim propria certe præ-
*cipua coronarum, flores agri. Aut odor, inquis, aut color, aut pariter utru-
que. Qui erunt sensus coloris, odoris: uisus opinor & odoratus. Isto sensus*
quæ membra sortita sunt: oculi nisi fallor & nares. Vtere itaq; floribus uisu
& odoratu, quorum sensuū fructus est. Vtere per oculos & nares, quorum
sensuū membra sunt. Substātia tibi à deo tradita est, habitus à seculo: quan-
quam

quam nec habitus extraordinarius, ordinario usui obstrepit. Hoc sint tibi flores & inserti & innexi, & in filo, & in scirpo, quod liberi, quod soluti: spe, Flores
 et aculi scilicet, & spiraculi res. Coronam si forte fascem existimas florū per
 seriem comprehensorum, ut plures semel portes, ut omnibus pariter utaris:
 iam uero & in sinum conde, si tanta munditia est: in lectulum sparge, si tan-
 ta mollitia est: in poculū crede, si tanta innocētia est. Tot modis fruere, quot
 & sentis. Cæterum in capite quis sapor floris? quis coronæ sensus, nisi vincu-
 li tantum? Quia neq; color cernitur, neq; odor dicitur, nec teneritas com-
 mendatur. Tam contra naturā est florem capite sectari, quam cibū aure, Res contra
 sonum nare. Omne aut̄ quod contra naturam est, monstri meretur notam turam
 penes omnes, penes nos uero etiam elogium sacrilegij, in deū naturæ domi-Nota monstri
 num & autorem. Quæres igitur dei legem, habens cōmunem istam in publi-s,
 co mundi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet prouocare, ut Elogium sacri
 cum in uelamine fœminæ, Nec natura uos, inquit, docet: Vt cum ad Roma-legij
 nos: Natura facere, dicens, Nationes ea quæ sunt legis: & legē naturalē sug-Tabulae natu-
 gerit, & naturam legalem. Sed & in priore epistola, naturalem usum condi-rales
 tionis in non naturalem masculos & fœminas inter se demutasse affirmans, Lex naturalis
 ex retributione erroris in uicē pœnæ, utiq; naturali usui patrocinatur. Ipsum Natura le-
 deum secūdum naturam prius nouimus, deum appellātes deorum, bonum galis
 præsumentes, & iudicem inuocantes. Quæris, an conditioni eius fruendę na-
 tura nobis debeat præire, ne illâ rapiamur, quâ dei æmulus uniuersam con-
 ditionem certis usibus homini mancipatam, cū ipso homine corruptit. Vn-
 de eam & Apostolus inuitam ait uanitati succidisse, uanis plurimum usibus, Libri duo de
 tum turpibus, & iniustis, & imp̄is, subuersam. Sic itaque & circa uoluptates spectaculis
 spectaculorum infamata conditio est, ab eis, qui natura quidem omnia sen-
 tiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia aut̄ deficiūt. Illud quoq; in- Alias, coro-
 tellege, omnia à diabolo esse mutata. Sed & huic materiæ propter suauilu- narij
 dios nostros Gr̄eco quoq; stilo satisfecimus. Proinde t̄ dedecorati isti agno-
 scant interim naturæ autoritatem, cōmunis parentis nomine, quâ homines, Disciplina na-
 & propriæ religionis pignora, quâ deum naturæ proximo colentes: atq; ita, turalis
 uelut ex abundanti, cæteras quoq; rationes dispiciant, quæ nostro priuatim Laurea mil-
 capiti coronamentis & quidē omnibus interdicunt. Nam & urgemur à com- taris
 munione naturalis disciplinæ, conuerti ad proprietatem Christianæ totam Literæ secu-
 iam defendendam, per cæteras quoq; species coronatum, quæ alijs usibus laries
 prospectæ uidentur, ut ex alijs substantijs structæ: ne quia non ex floribus X , fuerit
 constant, quorum usum natura signauit (ut ipsa hæc laurea militaris) nō cre-
 dantur admittere sectæ interdictionem, quia euaserint naturæ præscriptio-
 nem. Video igitur & curiosius & plenius agendum ab originibus usque, ad
 profectus & excessus rei. Literæ ad hoc seculares necessariæ. De suis em̄ in-
 strumentis secularia probari necesse est: quantulas attigi, credo sufficient. Si

Hesiodus fuerit aliqua Pandora quam primā fœminarum memorat Hesiodus, hoc primū caput coronatum est à Charitibus cū ab omnibus mutueretur: unde de Pandora. Nobis uero Moyses Propheticus non poeticus pastor, principem fœminā Euam facilius pudenda folijs & tempora floribus incinctā, describit. Nulla ergo Pandora. Sed & de mendacio etubescenda est coronae origo. Iam nunc & de ueritatibus suis. Certè enim cæteros fuisse constat aut

Pherecydes totes rei uel illuminatotes. Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronas
Diodorus Sic. tum, Iouem Diodorus post deuictos Titanas hoc munere à cæteris honoratum: Dat & Priapo tæniás idem: & Ariadnē sertū ex auro & Indicis gemis:

Callimachus Vulcani opus, Liberti munus: post & fidus. Iunoni uitem Callimachus induxit. Ita & Argis signum eius palmite redimitum, subiecto pedibus eius corio Leonino, insultantē ostentans nouercam de exuuīs utriusque priuigni. Hercules nunc populum capite præfert, nunc oleastrum, nunc apiū. Habes

Pindarus Tragoediam Cerberi, habes Pindarū, atque Callimachū, qui & Apollinem memorat intersecto delphico dracone, laureā induisse quā supplicem. Erat enim supplices coronari apud ueteres. Liberum, eundem apud Ægyptios

Harpocratio Osirin, Harpocration industria hederatū argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab heluco defensare. Sed & aliás Liberum principem co-

Liber bede ratus ronae planè laureę in qua ex Indis triumphauit, etiam uulgas agnoscit, cum dies in illum solennes Magnā appellat coronam. Si & Leonis Ægyptij scri

Magna corona pta euoluas, prima Isis repertas spicas capite circumtulit, rem magis uentris. Leo Aegyptius, scriptor Plura quærentibus omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia commentator Claudio Saturninus. Nam est illius de Coronis liber, &

Claudius Satorius, turninus origines, & causas, & species, & solennitates earum ita edisserens, ut nullam gratiam floris, nullam letitiam frondis, nullum cespitem, aut palmitem, non alicui capiti inuenias consecratum. Quo satis instruamur quām alienum iudicare debeamus coronati capitis institutionem, ab eis prolatam, & in eorum deinceps honorem dispensatam, quos seculum deos credidit. Si enim men-

dacidum diuinitatis diabolus operatur, in hac etiam specie, à primordio mendax, sine dubio & eos ipse prospexerat, in quibus id mendacium diuinitatis ageretur. Quale igitur habendum est apud homines ueri dei, quod à candidatis diaboli introductum, & ipsis à primordio dicatum est, quodque iam tunc idolatriæ initiabatur ab Idolis & in Idolis adhuc uiuis? non quasi aliquid sit idolum, sed quoniam quæ idolis alijs fiunt, ad dæmones pertinent. Porro si quæ alijs idolis faciunt, ad dæmones pertinent, quāto magis quod ipsa sibi idola fecerunt cum aduiuerent: Ipsi scilicet sibi procurauerunt dæmones, per eos in quibus esurierant antequam procurauerant. Tene interim hanc fidem, dum incursum quæstionis excutio. Iam enim audio dici, & alia multa ab eis prolati, quos seculum deos credidit: tamen in nostris hodie usibus, & in pristinorum sanctorum, & in dei rebus, & in ipso Christo deprehendi-

noti

nō alias scilicet hominem functo quām per communia ista instrumenta exhibitionis humanæ. Planè ita sit, nec antiquius adhuc in originem disceptabo. Primus Mercurius literas enarrauerit, necessarias confitebor & commiserabLITERAB cñ rebus, & nostris erga deum studijs. Sed & si nero uos idem in sonum strinxit, non negabo & hoc ingenium cum sanctis fecisse & deo ministrasse, audiens Dauid. Primus medelas Aesculapius explorauerit: memini & Esaiam & Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse. Scit & Paulus stomacho uinum modicum prodesse. Sed & Minerua prima molita sit nauem: Videbo nauigantem Ionam & Apostolos. Plus est quod & Christus uestietur: habebit etiam penulam Paulus. Si & uniuscuiusque supellestilis & singulorum uascularum aliquem ex dijs seculi autorem nominaris, agnoscam ne, Dijs ecclsecull cessit & recumbentem in lectulo Christum, & cū peluem discipulorum pedibus offert, & cum aquam ex urceo ingerit, & cum linteo circumstringitur, propria Osiridis ueste. Huiusmodi quæstiōni sic ubiqz respondeo, ad osiris mitens quidem utensilium communionem, sed prouocatis eam ad rationarium & irrationalium distinctionē, quia t+ passibilitas fallit obumbrans cor, Paffinitas ruptelam cōditionis, quâ subiecta est uanitati. Dicimus enim ea demum & nostris, & superiorum usib⁹, & dei rebus, & ipsi Christo competisse, quæ meras utilitates, & certa subsidia, & honesta solatia necessarijs necessitatibus uitæ humanæ procurerēt: ut ab ipso deo inspirata credatur propiore prospectore, & instructore, & oblectatore si forte hominis sui. Quæ uero hunc ordinem excesserint, ea non cōuenire usib⁹ nostris, præsertim quæ propterea scilicet nec apud seculum, nec in dei rebus, nec in conuersationibus Christi recognosci est. Quis denique Patriarches, quis prophetes, quis Leuites, aut sacerdos, aut ἄρχωp, quis uel postea Apostolus, aut Euangelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? Puto nec ipsum dei templum, nec arca testamenti, nec tabernaculum martyrij, nec altare, nec candelabrum: quibus utique & in prima dedicationis solennitate, & in secunda restitutionis gratulatione competit, coronari si dignum deo esset. Atquin si figuræ nostræ fuerunt (nos enim sumus & tēpla dei, & altaria, & luminaria, & uasa) hoc quoqz figuratè portendebant, homines dei coronari non oportere. Imagini ueritas respōdere debedit. Sed forsitan oppones ipsum Christum coronatum. Ad hoc breuiter interim audies. Sic & tu coronare, & licitum est. Tamen nec illam impietatis contumeliosæ coronam populus consciuit. Romanorum militum commentum fuit, ex usu rei secularis, quem populus dei nec publicæ unquam lætitiae, nec ingenitiae luxuriæ nomine admisit, facilius cum tympanis & tibijs & psalterijs reuertens de captiuitate Babyloniae, quām cum coronis: & post cibum & potum exurgens ad ludendum sine coronis. Nam neqz lætitiae descriptio, neqz luxuriæ denotatio, de coronæ decore, aut dedecore tacuisset: adeo & Esaias, Quando, inquit, cum tympanis & tibijs & psal-

teris bibunt uinum: dicturus esset etiam cum coronis, si unquam hic usus
dissimilares fuisset & in dei rebus. Ita cum idcirco proponis deorum secularium cōmen-
ta etiam apud deum deprehendi, ut intet hæc coronam quoq; capitis com-
muni usui uindices, ipse tibi iam præscribis nō habendum in communione
usus apud nos, quod nō inueniatur in rebus dei. Quid enim tam dignū deo
quād quod indignū idolo? Quid aut tam dignū idolo, quād quod & mor-
tuo? Nam & mortuorum est ita coronari: uel quoniam & ipsi idola statim
fiūt & habitu & cultu cōficationis, quē apud nos secūda idololatria est. Igī
tur qui sensu careant, illorū erit proinde uti ea re, cuius sensu carerent æquē,
si abuti uellent, si sensu non carerent. Nulla uero distatia est abutendi, cum
ueritas cessat utendi, cessante natura sentiendi: quāue quis abutatur, cum
non habeat qua utatur. Nobis autem abuti apud Apostolum non licet, fa-
cilius non uti docentem, nisi quod nec abutuntur qui nihil sentiunt: sed ua-
cat totum, & est ipsum quoq; opus mortuum, quantum in idolis: uitium pla-
nè quantum in dēmonijs, ad quæ pertinet superstitione. Idola Nationum, in-
quit Dauid, argentum & aurum. Oculos habent, nec uident: nares habent,
nec odorantur: manus, nec contrectabunt. Per hæc enim floribus frui est.
Quod si tales edicit futuros, qui idola fabricantur, tales iam sunt qui secun-
dum idolorum ornatū quid utuntur. Omnia munda mundis, ita & immu-
da omnia immundis: nihil autem immundius idolis. Cæterum substantiae
mundæ ut dei res, & hac sua conditione communes usui: sed ipsius usus ad-
ministratio interest. Nam & ego mihi gallinaceum macto, nō minus quād
Arabie aliis Aesculapio Socrates: & si me odor alicuius loci offenderit, Arabiæ aliquid
quid incēdere incendo, sed non eodem ritu, nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo
Cōditio, crea-
tura, res cons-
dita
agitur apud idola. Si enim uerbo nudo conditio polluitur, ut Apostolus do-
cet: Si quis aut dixerit, hoc idolothytum est, non contigeris: multo magis cū
habitu, & ritu, & apparatu idolothitorum contaminatur. Ita & corona ido-
lothytorū efficitur. Hoc enim ritu, & habitu, & apparatu, idolis immolatur
autoribus suis: quorum eo uel maxime proprius est usus ne in communio-
nem possit admitti, quod in dei rebus non inuenitur. Propterea Apostolus
inclamat: Fugite idololatriam. In omnē utiq; & totam. Recogita syluam, &
quantæ latitant spinæ. Nihil dandum idolo, sic nec sumendum ab idolo. Si
in idolio recumbere alienū est à fide, quid in idoli habitu uideri? Quæ com-
munio Christi & Beliæ: & ideo fugite. Longum enim diuortium mandat
ab idololatria, in nullo proximè agendum. Draco etiam terrenus de longin-
quo nō minus spiritu absorbet alites. Iohānes: Filioli, inquit, custodite uos
ab idolis: non iam ab idololatria quasi ab officio, sed ab idolis, id est ab ipsa
effigie eorū. Indignū em̄ ut imago dei uiui, imago idoli & mortui fiat. Vsq;
Cēsus originis adhuc proprietatē istius habitus & ex originis cēsu, & ex superstitionis usu
idolis uendicamus, ex eo p̄terea, quod dum in rebus dei nostri non refertur,
magis

magis magisq; illorū deputatur, in quorū & antiquitatib. & solennitatibus, & officijs conuenit. Ipsæ deniq; fores, ipsæ hostiæ & aræ, ipsi ministri & sacerdotes eorum coronat. Habes omniū collegiorum sacerdotalium coronas apud Claudium. Sed & illam instruximus distinctionem differentiæ rationalium & irrationalium, eis occurrentem qui communionem in omnibus de quorundam exemplorum occasione defendunt. Ad hanc itaq; partem causas iam ipsas coronarias inspici supereft, ut dum ostendimus extra neas, imò & contrarias disciplinæ, nullam earum rationis patrocinio fultam probemus, quod posset habitus eiusmodi quoq; communioni vindicari; si, cut & quidam, quorum exempla nobis obiectātur. Etenim ut ipsam causam coronæ militaris aggrediar, puto prius conquirendum, an in totū Christiani nis militia conueniat. Quale est alioquin de accidentibus retractare, cū præcedentibus culpa sit? Credimus ne humanum sacramentum diuino superducī licere, & in alium dominū respōdere post Christum, & eierare patrem ac matrem, & omnem proximum, quos & lex honorari & post deum diligī præcepit? Hos & Euangelium solo Christo pluris non faciens, sic quoq; honorabit? Licebit in gladio conuersari, domino pronunciante gladio peritum, qui gladio fuerit usus? Et prælio operabitur filius pacis, cui nec litigare conueniet? Et uincula & carcerem, & tormenta, supplicia administrabit, nec suarum ultiō iniuriarum? Iam & stationes aut aliq; magis faciet quām Christo: aut & dominico die quando nec Christo? Et excubabit pro tēplis, qui bus renunciauit? & coenabit illic ubi Apostolo non placet? Et quos interdiu exorcismis fugauit, noctibus defensabit incumbens & requiescēs super lunctu, quo perfolsum est latus Christi? Vexillum quoq; portabit æmulum Christi? & signum postulabit à principe, qui iam à deo accepit? Mortuus etiam tuba inquietabitur æneatoris, qui excitari à tuba angeli expectat? Et cremabit ex disciplina castrensi Christianus cui cremare nō licuit, cui Christus merita ignis indulxit? Quāta alia in delictis circumspici possunt castris munium, transgressiōnī interpretanda? Ipsum de castris lucis in castra tenebrarum nomen deferre, transgressio est. Planè si quos militia præuentos fides posterior inuenit, alia conditio est, ut illorum quos Iohānes admittet ad lauacrum, ut Centurionum fidelissimorum, quē Christus probat, & quem Petrus catechizat: dum tamen suscepta fide atq; signata aut deservendum statim sit, ut multis actū: aut omnibus modis cauillandum, ne quid aduersus deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur: aut nouissimè perpetiendū pro deo, quod & quē fides pagana condixit. Nec enim delictorum impunitatem, aut martyriorū immunitatē militia promittet. Nusquam Christianus aliud est. Vnum Euangelium, & idem Iesus, negaturus omnem negatorem & confessurus omnē confessorē dei: & saluam facturus animam pro nomine eius amissam, perditurus autem de cōtrario aduersus nomen

Collegias
cerdotalia
Claudius Sar
turninus

Cause Coro
narie

An Christia
nis militia con
ueniat

BELLVM

Lunchus cae
strensis uox
ἀπὸ τοῦ λόρκου

Disciplina ca
strensis
Castralucis,
Ecclesia
Castratene
brarum
Paganismus

nomen eius lucri habitam. Apud hunc tam miles est, paganus fidelis: quam
 paganus est, miles infidelis. Non admittit status fidei, allegationem necessi-
 tatis. Nulla est necessitas delinquendi, quibus una est necessitas non delin-
 quendi. Nam & ad sacrificandū & directō negandum, necessitate quis pre-
 mitur tormentorum siue poenarum: tamen nec illi necessitati disciplina con-
 niuet: quia potior est necessitas timendę negationis & obeundi martyrij, q̄b
 euadendę passionis & implendi officij. Cæterum subuertit totam substanciam
 sacramenti causatio eiusmodi, ut etiam uoluntarijs delictis fibulam la-
 xare xet. Nam & uoluntas poterat necessitas contendи, habens scilicet unde coga-
 tur. Vel ipse hæc præstruxerim & cæteras officialium coronarū causas, qui-
 bus familiarissima ista ducatio necessitatis: cum idcirco aut officia fugienda
 sint, ne in delictis incidamus: aut & martyria toleranda sint, ut officia rum-
 pamus. De prima specie quæstionis etiam militiæ ipsius illicitæ, plura nō fa-
 ciunt, ut secunda reddatur. Nisi omni ope expulero militiam, frustra iam de
 corona militari prouocarim. Puta deniq̄ licere militiam, usq; ad causam co-
 ronæ. Sed & de corona prius dicam. Laurea ista Apollini uel Libero sa-
 crata est. Illi ut deo telorum, huic ut deo triumphorum, sic docet Claudius.
 turninus Quanquam ex myrto ait milites redimiri solere. Veneris enim myrtum ma-
 tris Aeneæ, nō laurum, etiam amiculę Martis, per Iliam & Romulos Roma-
 ni. Sed ego Venerem non credo ex hac parte cum Marte Romanam, qua
 pellicis dolor est. Quin & olea militiā coronari à Minerua, non solū artium
 sed armorum quoq; dea: & pacem cum Neptuno inisse, ex hac arbore co-
 ronatam. In his erit ferti militaris supersticio ubiq; polluta, & polluens om-
 nia, quæ iam polluantur & causis. Ecce annua uotorum nuncupatio quid ui-
 detur: Prima in principijs, secunda in Capitolij. Accipe post loca, & uerba,
 Hūc tibi Iuppiter bouem cornibus auro decoratis uouemus esse futurum.
 Cuius sententia uox est: utiq; negationis. Etiā si tacet illic Christianus ore,
 coronatus capite respōdit. Eadem Laurea in donatiui dispensatione denun-
 ciatur. Planè nō gratuita idolatria, aliquibus aurēis uenditans Christum,
 ut argenteis Iudas. Hoc erit: Non potestis deo seruire & mammonæ: mam-
 monæ manum tradere, & à deo absistere. Hoc est reddere quæ sunt Cæsa-
 ris Cæsari, & quæ dei deo: nec hominem deo reddere, & denarium Cæsari
 hinc inde am/ auferre. Triumphi laurea folijs struitur. † hanc aduerbis lemniscis, inoratur
 bitur lamenulis, unguentis delibuitur à lachrymis coniugū & matrū, fortasse quo-
 rundam & Christianorum: & apud Barbaros enim Christus. Qui hāc por-
 tauerit in capite causam, nōne & ipse pugnauit: Est & alia militia regiarū
 familiarum. Nam & Castrenses appellantur, munificę & ipsę solenniū Cæ-
 sareanorum. Sed & tu proinde miles ac seruus alterius es: & si duorum, dei
 & Cæsaris, certè tunc nō Cæsaris cum te deo debes, etiam in communib; bus
 credo potiori. Coronant & publicos ordines laureis publicæ causæ: Magi-
 stratus

stratus vero insuper aureis, ut Athenis, ut Romæ. Præferuntur etiam illis
etruscae. Hoc uocabulum est coronarum, quas gémis & folijs ex auro quer-
ciniis ob louem insigneis, ad deducendas tensas cum palmatis togis sumūt. *Tense*
Sunt & prouinciales auree, imaginū iam nō uitiorū, capita maiora quærētes. ⁱⁱ
Sed tui ordinis, & tui magistratus, & ipsum Cutiæ nomē, Ecclesia est Chri-
sti. illius es, conscriptus in libris uitæ. illic Purpuræ tuæ, sanguis domini: & cla-
vus latus in cruce ipsius. illic securis ad caudices arbotis posita. illic uirga ex ^{Latus clavus.}
radice Iesse. Viderint & publici equi cum coronis suis. Dominus tuus, ubi se ^{Securis.}
cundum scripturam Hierusalem ingredi uoluit, nec asinū habuit priuatum.
Isti in curribus, & isti in equis, nos autem in nomine domini dei nostri inuo-
cabimus. Ab ipso incolatu Babylonis illius in Apocalypsi Ioantis submo-
uemur, nedum à suggestu. Coronatur & uulgas nūc ex Principalium pro-^{Romam signi}
prietatum exultatione, nunc ex municipaliu[m] solemnitatutu[m] proprietate: & gentilem
est omnis publicæ lætitiae luxuria captatrix. Sed tu peregrinus es mundi hu-
ius, ciu[s]is supernæ Hierusalem. Noster, inquit, municipatus in cœlis. Habes
tuos census, tuos Fastos, nihil tibi cum gaudijs seculi, imò contrariū debes. ^{Census, Fasti.}
Seculum enim gaudebit, uos uero lugebitis. Et puto, felices, ait, lugentes,
nō coronatos. Coronant & nuptiæ sponsos: & ideo non nubimus ethnicis,
ne nos ad idololatriam usq[ue] deducant, à qua apud illos nuptiæ incipiūt. Ha-
bes legem à patriarchis quidem, habes Apostolū in domino nubere iuben-
tem. Coronat & libertas secularis. Sed tu iam redemptus es à Christo, & qui-
dem magno. Scruum alienum, quomodo seculum manumittet? Et si liber-
tas uidetur, sed & seruitus videbatur. Omnia imaginaria in seculo, & nihil ue-
ri. Nam & tunc liber homini eras redemptus à Christo: & nunc seruus es ^{Omnia imagi-}
Christi, licet manumissus ab homine. Si ueram putas seculi libertatē: ami-
gisti libertatē Christi, quam putas seruitutem. Nunquid & Agonisticæ cau-
sæ disputabuntur, quas statim tituli sui damnant, & sacras & funebres scili-
cer. hoc enim superest ut Olympius Iuppiter, & Nemæus Hercules, & misel- ^{Iuppiter Olym-}
lus Archemorus, & Antinous infelix in Christiano coronentur, ut ipse spei ^{pius.}
etaculum fieri, quod spectare nō debeat. Vniuersas (ut arbitror) causas enu-
meramus, nec ulla nobiscū est: omnes alienæ, prophanæ, illicitæ, semel iam
in sacramēti tentatione eierat. Hę enim erāt pompæ diaboli & angelorum
eius, officia seculi, honores, solēnitates postulatrices, falsa uota, humana ser-
uitia, laudes uanæ, gloriæ turpes: & in omnib. istis idololatria in solo quoq[ue]
censi coronarū, quibus omnia ista redimita sunt. Præfabitur quidem Clau-
dius etiā cœlum syderibus apud Homeru[m] carmina coronatum, certe à deo,
certe homini: igitur & homo ipse à deo coronādus est. Ceterū à seculo coro-
nat[ur] & lupanaria, & latrine, & pistrina, & carcer, & ludus, & ipsa amphithe-
atra, & ipsa spoliaria, ipsæ libitinæ. Quām facer sanctus, quāq[ue] honestus

ac mundus sit habitus iste, noli de uno poetico cœlo, sed de totius mundi cœlo
 mercis æstimare. At enim Christianus nec ianuam suam laureis infamabit,
Ianus. si notit quantos deos etiam hostijs diabolus affinxet, Ianum à ianua, **Lv-**
Limentinus. mentinu à limine, Forculu & Cardam à foribus & cardinibus, & apud Gre-
Forculus. cos Thyræum Apollinē, & Antelios dæmones: tāto abest ut capitū suo ma-
Carda. nus inferat idololatriæ, imò iam dixerim Christo, siquidē viri caput Chri-
Thyreus. stus est, tam liberū quām & Christus, ne uelamēto quidē obnoxium, nedum
Apollo. obligamento. Portō & quod obnoxium est uelaretito caput fœminæ, iam
Antelij der. mones: hoc ipso occupatū non uacat etiā obligamento. Habet humilitatis suæ sarcina-
Corona Chri- nam. Si nudo capite uideti non debet propter angelos, multo magis coro-
fis spinca. nato: fortasse tunic illo coronato scandalizauerit. Quid enim est capite fœminæ corona, quām formæ lena, q̄ summa lasciuia nota, extrema negatio uer-
 recundiæ, conflatio illecebræ? Propterea non coronabitur operosis mulier
 ex Apostoli prospectu, ut nec critiū artificio coronetur. Qui tamen & viri
 caput est, & fœminæ facies, ut ecclesiæ, Christus Iesus, quale, oro te, servum
 pro utroq; sexū subiçt: ex spinis opinor & tribulis, in figurā delictorum, quæ
 nobis protulit terra carnis, abstulit aut uirtus crucis, omnes aculeos mortis
 in Dominici capitib; tolerantia obtundens. Certe præter figurā contumeliam
 in promptu est, & turpitudo & dedecoratio, & his implexa sœvitia, quæ tunc
 Domini tempora & fœdauerunt & lancingauerunt: uti tu nunc laurea & myrra,
 & olea, & illustriore quaç fronde, & quod magis usui est, centenarijs
 quoq; rosis ex horto Midæ lectis, & utrisq; lilijs, & omnibus uiolis corone-
 ris, etiam gemmis forstari & auro: ut & illam Christi coronā æmuleris quæ
Faos post fel. postea ei obuenit: quia & fauos post fellæ gustauit, nec ante rex gloriae à coa-
la gustare. lestibus salutatus est, quām rex Iudeorū proscriptus in crucē, minoratus
 primo à patre modicum quid citra angelos, & ita gloria & honore corona-
 tus. Si ob hæc caput ei tuum debes, tale si forte ei repende, quale suū pro tuo
 obtulit: aut nec floribus coroneris, si spinis nō potes: quia nō floribus potes.
 Serua deo rem suarū inattaminata. Ille eam si uolet, coronabit. Imò & truit,
Apoc.3. Deniq; inuitat. Qui uicerit, inquit, dabo ei coronā uitæ. Esto & tu fidelis, ad
 mortem: decerta & tu bonū agōnem, cuius coronā & Apostolus repositam
Apoc.6. sibi merito confidit. Accipit & angelus uictoriæ coronam procedens in can-
Apoc.10. dido equo, ut uinceret. Et aliis Iridis ambitu ornatur cœlesti. Protosedet &
Apoc.4. Presbyteri coronati: eodemq; auro & ipse filius hominis supra nubem mis-
 cat. Si tales imagines in uisioe, quales ueritates in representatione? Illas aspi-
Strophiolum. ce, illas odorare. Quid caput Strophiole aut draconario damnas, diadema,
Dracontarium. ti destinatū? Nam & reges nos deo & patri suo fecit Christus Iesus. Quid
 tibi cum flore morituro? Habes florē ex uirga Iesse, super quem tota diuini
 spiritus gratia requieuit, florem incorruptū, immarcescibile, sempiternum:
 quem & bonus miles eligendo, in cœlesti dignatione, ordinatione profecit.

Erubescite

Erodescite Romani commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo Mithre milite. Qui cum iniciatur in spelæo in castris uerè tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi mitum martyrij, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum si forte transferre, dicens Mithram esse coronam suam. Atq; exinde nunquam coronatur: id quod in signū habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de sacramēto: statimq; creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eam in deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcirco quædam de diuinis affectatis, ut nos de suorum fide confundat & iudicet:

ARGUMENTVM LIBRI SEVENTIS

PER BEATVM RHENANVM.



Hristianam religionem iam feliciter nascentem ethnici uarijs modis conati sunt opprimere, nullum persecutionis genus omittentes. Proscribēbātur passim Christiani, deportabantur, necabantur. Delatoribus etiā erant constituta præmia. adeo nihil nō ab impijs tentatū est, ut uera pietas extirparet. Porrò mira tum flagrabat inter Christianos charitas. Si qui fuissent igitur in carcerem coniecti propter Christiani nominis professionem, quod accidebat cotidie, statim aderant qui uincos consolarentur. præterea cibos mittebant. Quod si non admitterentur à custodibus ad colloquium, aut alioqui uenire non liceret, mittebant libellos consolatorios. Qualis est hic Tertullianī libellus, quo martyrū animos confirmat, quos alij missis cibis pascebant. Exhortatur autem futuros martyras, quos ipse eleganter designat: *Designati* tos uocat, quemadmodum designatos Consules dicimus, quos uulgus electos ap *martyres* pellat: exhortatur, inquam, ut alacres in Christianismo & gratia dei perseuerent, quam tantisper sint retenturi, donec patientiam & pacem coluerint. Deinde carcerem cum mundo committit, & cōmoda carceris explicat, Mox adhortatur, ut spiritu constantes sint & firmi: nihilo defectiores animo, quod Christus aliquando dixerit, infirmā esse carnem, quando idem præmisit, Spiritum promptum existere. Postremo gentilium exempla commemorat, ob uanam duntaxat gloriam, etiam ultima passorum. Erant autem inter captiuos istos Christianos & fœminæ, quas seorsim cōpellat benedictas uocans. Haud aliter sanctissimus martyr Cyprianus in opusculis suis nusquam non martyres magni facit, prædicat atque extollit, uerum etiam quosdam libellos huic rei dicitur, ut illum, ad Fortunatum cui titulus de exhortatione martyrij, V teipistolā illam ad Syagrium & Rogatianum accæteros in carcere detentos, quam pro se quia uenire non queat ad aures & oculos eorum uicariam mittere se scribit, gratulans & exhortans pariter ut in confessione cœlestis gloriæ fortes & stabiles perseuererent: ut illam ad Mosen & Maximū Celerinō perferente, Et illam ad martyres & confessores, cuius initium, Exulto lætus, Item illā quam exul ipse nominis causa, ad martyres partim in claustris & uinculis partim in metallis constitutos dedit, cuius initium, Gloria quidem uestra poscebat. Porrò autem non ijs solum martyrū appellationem accommodabat ea ætas qui iam toleratis supplicijs pro Christo morte obierant, sed & illis qui in confessione nihil tormentorum atrocitate moti firmiter perstiterant, etiam si adhuc in carcere detinerentur, de quibus intelligit Cyprianus quū scribit, Fecerunt ad nos Y de quib;

de quibusdam beati martyres literas. Item, si qui libello à martyribus accepto de seculo excederent. Sic nō modo Cyprianus martyres appellare solet sed & Tertullianus hoc loco, uerum scitè addit, designati. Quin eos etiam hoc nomine solitos uocari indicat qui dimissi fuissent, ut quum de Valentino inquit, sed alium ex martyrij prærogativa loci potitum indignatus. & de Praxe, insuper de iactatione martyrij inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tedium. Nec aliter Cyprianus dixit in epistola qua Celerinum in ordinem cleri significat ascitum, Commeatum dando nobis confessoribus suis & martyribus gloriōsis. Vbi commeatum accipit pro liberatione & dilatione qua uita captiuo & mori parato conceditur. Evidem in sanctis quibusdam, ut ipse alibi scribit, nequaquam minor fuit confessionis uirtus, sine testimonio passionis. Neque enim in confessoribus Christi dilata martyria meritum confessionis minuerit, sed magnalia diuinæ protectionis ostendere docet ad Lucium Pont. Romanum scribens. Confessorū nomen in ista significatione quam exposuimus Cypriano familiare, recentior ætas etiā nec carcerem nec tormenta perpeccis attribuit. Ille uero ad Mosen & Maximum presbyteros scribens, Beatum, inquit facit prima & una confessio. Vos totiens confitemini quotiens rogati ut de carcere recedatis, carcerem fide & uirtute præeligitis.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQVENTEM.

Inter alimēta carnis.) Hoc est quod inferius dicit, Imo, inquit & quae iusta sunt caro non amittit per curam Ecclesiae & agapen fratrum. Sanè diuus Cyprianus epistola sexta libri tertij admonet presbyteros et diaconos ut gloriofa uoce domino confessis & in carcere constitutis omnis diligētia præbeatur. Ibidem mox Tertullum quandam ab hoc pio officio laudat, quod uidelicet circa curam corporum captiuis Christianis non dedit. Benedicti martyres.) Benedicti id est laudandi. Hoc epitheto martyres ornat Tertullianus, Vt paulopost. In primis ergo benedicti. Et infra ad mulieres, Proinde uos benedictæ. Quod Eleutherio Pont. Rcm. & martyri iam defuncto superius etiam attribuit. Cyprianus fortissimos & beatissimos subinde uocare solet, Quodam loco fortissimos & fidelissimos. Designati id est futuri martyres. Metaphora ab electis magistratibus sumpta, qui designari discuntur quom eliguntur. Suetonius in uita Claudi Cæsaris in fine, Nam & quum Consules designaret, neminem, ultra mensem quo obiit, designauit. Porro quos hic alloquitur Tertullianus nondum martyrium tulerant siue fecerant ut Cyprianus loquitur, sed expectabant, ut est apud eundem, quotidie legi profectionis suæ salutarem diem, & iam iamq; de seculo recessuri ad martyrum munera & domicilia diuina properabant. Et domina mater ecclesia,) Obserua quod matrem ecclesiam pulchre dominam uocat. De uberibus suis.) Nam præcessit, mater. Significat autem thesauros Ecclesiae. Et singula fratres de operibus suis proprijs. Docet enim Paulus ad Ephesios scribens, etiam proprijs manibus laborandum ut habeas quod indigenti cōmunices. Ergo pistor panem misitabat, calcearius calceos, telam textor. hanc fullo gratis curabat, consuebat uestiaris. Alius pecuniam mittebat diurno labore collectam. Nec tantus egosum, ut uos alloquar.) Vide quantum prisci martyribus tribuerint.

Gladiaores perfectissimos.) Gladiaores sunt qui gladiis pugnant. Inter hos erant, Retiarij, Secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces. Quorum aliquot interdum paria producebantur in spectaculis. Non tantum magistri.) His lani stæ uocabantur, qui huiusmodi gladiatorum familiam domi alebant instituebatq; ex mancipijs redemptis constantem. Et prepositi sui.) Militaris officij uocabulum fuit Præpositus sub posterioribus imp. Vnde in Notitia Occidentis legimus. Præpositos Thesaurorum, Præpositos argentariorum, Præpositos Bastagrum

rum, Præpositum rei priuatæ, Præpositos militum & equitum, & apud Mag. Cassiodorum, Præpositum Galliarum, ut & in administratione ciuili Præpositum calcis. Hoc nomen in gentilium officijs usitatum Christiani, ceu multa alia, libenter usurpant. Cyprianus in epistola quadam ad martyres, Et à præpositis suis, inquit, nec carcere nec metallis separata. Item aduersus Demetrianum, Præpositus illic agnoscitur, & timetur quem non sententia diuina constituit, sed in quem factio perdita & nocens caterua consentit. De ipso populo dictata suggesta.) Dictata non solum ludi magistrorū sunt literas docentium. Sic & Suetonius in uita Iulij Cæsarī, de gladiatoriibus loquens, Tyrone, inquit, neq; in ludo neq; per lanistas, sed in domibus per equites Romanos ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat, precib; enitens, quod epistolis eius ostenditur, ut disciplinam singularum suscipierent, ipsiq; dictata exercentibus darent. Et Iuuenalis, Donec per agat dictata magistri Omnia. Nolite contristare spiritum sanctum.) Alludit ad locum Pauli ad Ephesios quarto cap. Defectionibus.) Malim referre ad penitentiam rerum quam ad inconstantiam qua à proposito desciscitur. Sic Cyprianus aduersus Demetrianum, Ut nemo mirari debeat singula in mundo cœpisse deficere, quum totus ipse iam mundus in defectione sit & in fine. Et in ima sua delitescat.) Non dissimilis sententia est ei que in Valentiniānis legitur, Abscondat itaq; se serpens quantum potest, totamq; prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, alte habet, in cæca detrudatur. Et reliqua. Ut uos committat.) Sæpe iam diximus cōmittendi uerbum ad contentionem & certamen referri, unde gladiatores proprie cōmittuntur. Metaphoricos Iuuenalis, Committit uates. Cyprianus epistola xiiij. libri tertij, Et glriosos seruos dei cum dei sacerdote cōmittunt. A martyribus in carcere exorare consueuerunt.) Alludit ad consuetudinem eius temporis quæ etiam ætate Cypriani in usu fuit, quemadmodum ex eius uiri scriptis colligitur, Si quidem Lapsi id est qui sacrificauerant idolis, aut necessitatem sacrificandi pecunia apud magistratum redemerant accepta securitatis syngrapha, quo reciperentur in ecclesiam ante confessionē exhomologesinq; & penitentiam ante impositionem manus episcopi & cleri, solebant à martyribus & confessoriibus in carcere constitutis libellum extorquere deprecatorium per quem in ecclesiam recipi iuberentur. Sic enim lapsi quidam importunis precibus martyres & confessores fatigabant corrumpebantq;. Vocabant autem ueteres Dare pacem, recipere in ius cōmunicationis. In hunc igitur sensum accipi debet quod hic Tertullianus scribit, Quam pacem quidam in ecclesia non habentes. Item, ut si forte & alijs praestare possitis. Vide quanta fuerit olim martyrum etiamdum uiuentium autoritas. Sanè Cyprianus epistola xv libri tertij, in libello quorundam martyrum pro lapsis scripto hoc insertum paulo incautius fuisse testatur, Communi cet ille cum suis. Nam addi debebat qui nam sui. Proinde idem sanctissimus uir scribit sub antecessoribus suis id semper obseruatū, ut Diaconi ad carcerem cōmean tes martyrum desyderia consilijs suis & scripturarum præceptis gubernarent: hijs enim illuc uerbis uitit. Quousque & parentes uestri.) Parentum uocabulo, ni fallor, quoslibet cognatos intelligit, quemadmodum & hodie uulgus Italorum & Gallorum loquitur. Exisse uos è carcere, quām in carcerem introisse intelligimus.) Simili sermonis schemate usus est in Valentiniānis, Vbi superindui potuit, quām despoliari. Inspice quod illuc annotauimus. Faustus Manichæus apud Aur. Augustinū, Ex Iordanē nobis erit factus Iesus dei filius, quām natus ex utero mulieris. Ammian. Marcellinus libro 27 de ingratitudine populi in Symmachum præfectū urbi sub Valentiniāno & Gratiano Augg. loquens, Quidam plebeius, inquit, finixerat illum dixisse sine indice ullo uel teste, libenter se uino proprio cal-

carias extincturum, quām id uenditurū pretijs quibus sperabatur. Item alibi. Am
brosius in libro de uiduis, Vitem facilis tondere quām premere. Tametsi aduer-
bium magis quod præcedit, hic repeti potest; id quod in hoc scriptore nouum nō
est, ut in præcedentibus plus semel monuimus. Iudicia deniq; non Procons-
ulīs, sed dei sustinet.) Ex hoc loco licet animaduerte martyres istos ad quos scri-
bit Tertullianus, uel in ipsa Carthagine uel aliquo oppido uicino captiuos fuisse
detentos, certe in prouincia Carthaginensi. Nam Carthagine Proconsulem fuiss-
e declarat Pontius diaconus in uita diui Cypriani martyris, quum inquit, Deniq;
comprehensus à ministris Paterni Procōsulis Carthaginensis. Et, Paternus Pro-
consul dixit. Item, Galerius Procōsul dixit. Is mortuo Paterno successerat. Eratq;
Proconsulum magistratus olim annuus. Vnde illud Cypriani, Eant, inquit, nunc
magistratus & Consules siue Proconsules annuæ dignitatis insignibus & duode-
cim fascibus glorientur. Neminem uero lateat administrationes prouinciarū sub
inde mutatas fuisse pro libidine Cæsatum. Equidem in libro cui titulus Notitia
Occidentis, nominatio fit mentio Proconsulis Aphricæ sub cuius dispositione
fuerit Prouincia, Consularis & Legati eius duo. Is, ut uidetur, apud Carthaginem
tanquam metropolim habitabat. Vnde & Carthaginēsis Aphrica dicitur codem
libro. • Habet tenebras, sed lumen estis ipsi.) Cyprianus ad martyres de carce-
re, O beatum carcerem, inquit, quem illustrauit uestra præsentia. O beatum carce-
rem qui homines dei mittit ad cœlum. O tenebras lucidiores sole ipso & luce hac
mundi clariores, ubi modo constituta sunt dei templa & sanctificata diuinis con-
fessionibus membra uestra: Et alibi, Illuminabat mundū sol oriens & luna decur-
rens, sed uobis idem qui solem fecit & lunā, maius in carcere lumen fuit, & in cor-
de ac mentibus uestris Christi claritudo resplendens, horribiles carceris atq; fune-
stas poenalis loci tenebras æterna illa & candida luce radiauit. Triste illuc ex-
pirat.) Triste id est res tristis graueolentia uidelicet illuc expirat. Si accipias uerbum
expirat ut sit absolutum. Sed uos estis de iudicibus ipsis iudicaturi.) Alludit
ad illud quod legitur Sapientiæ cap. III. Iudicabunt Nationes, & dominabuntur
populis. Christianus etiam extra carcere seculo renunciauit.) Verissima enim
est Cypriani sententia in de habitu uirginum, Cæterum quæcunq; terrena sunt, in
seculo accepta, & hic cum seculo remansura, tam cōtemni debent quām mundus
ipse contemnitur, cuius pompis & delitijs iam tunc renunciaimus quum melio-
re transgressu ad dominum uenimus. Conuersationē seculi & carceris.) Hoc
uocabulo etiam in superioribus utitur. Vtitur & Cyprianus. Si nos plus.)
Emendaimus ex Gorziensi, si non plus in carcere spiritus acquirit, quām caro a-
mittit. Si acquirit, pro An acquirat. Similem locutionem habes in Apologeticō,
Constat igitur prius, si isti, quibus sacrificatur, salutem Imperatoribus uel cuilibet
hominiū impertiū possunt. Pro, An isti possint. Per curam Ecclesiæ.) Nam ut
in initio huius libelli indicaimus ex Cypriano, erant diaconi qui martyribus in
carcere necessaria subministrabant, & mentes eorum Euangelicis documentis cō-
solabantur corroborabantq;. Et insuper quæ semper utilia fidei, spiritus adi-
piscitur.) Veteres non solum externam curam corporibus martyrū impende-
bant, sed & spiritum eorum & sanctum animi propositum precibus adiuuabant,
quum publicè in sacrificio, quam nos hodie missam dicimus, tum priuatim in se-
cessu deum comprecantes. Sic enim diuus Cyprianus ad confessores & martyres
captiuos scribit, Et nos quidē, inquit, uestrī diebus ac noctibus memores, & quan-
do in sacrificijs precem cum pluribus facimus, & quum in secessu priuatim preci-
bus oramus, coronis ac laudibus uestris plenam domini fauentiam postulamus.
Hacenus ille. Verum enim uero ut adhuc in carne constituti martyres ueteribus
illis

illis Christianis curæ erant, sic nec defunctos negligebat. Diebus enim quibus excesserant commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrabant, nec id semel sed singulis quibusq; annis factitabant, quum uidelicet is dies recurrisset; aut statum cōmemorandarum passionum tempus aduenisset. Hoc nos docet fan-
cissimus Cyprianus epistola sexta libri tertij in hunc modum scribens, Deniq; &
dies eorum, inquit, quibus excedunt annotare, ut commemorationes eorum inter
memorias martyrum celebrare possimus. Quamq; Tertullus fidelissimus & de-
uotissimus frater noster inter cetera solitudinem & curati suam cum fratribus
in omni obsequio operationis imp̄artit; qui nec illic circa curam corporum deest
(sic enim eam periodum legemdam arbitror) scribat ac significet mihi dies quibus
in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriose mortis exitu transeunt;
ut & celebrentur hic à nobis Oblationes & Sacrificia ob commemorationes eo-
rum. quæ citò uobiscum domino prosperante celebrabimus. Rursum epistola v. li
bri quarti hoc idem attestatur, Sacrificia pro eis, inquit, semper, ut meministis, offre-
rimus quoties martyrum passiones & dies anniversaria cōmemoratione celebra-
mus. Hæc ille. Cæterum quod dicit sacrificia pro martyribus offerri sic accipien-
dum, ni fallor, ut Pro eis idem ualeat quod pro commemoratione eorum (nam id
prioris loci mox citati uerba aperte continent.) Veluti passione siue commemo-
ratione passionis occasionem oblationibus & sacrificiis dante. Quæ res inde nata ui-
detur, quod in sacrificio iuxta ritum ueteris ecclesiæ (quemadmodum in annota-
tionibus libri de corona militis ex Magno Dionysio obiter indicauimus) post
symbolum decantatum & mutuā pacis consalutationē homina pie defunctorum
conscripta in scheda, quam in altari ponebant, recitabantur non sine laude & pre-
conio uirtutum quæ in uiuentibus eluxerant. Quo honore, bone deus, qui dignio-
res quam qui pro Christo sanguinem suum fudissent? Hanc ecclesiæ consuetudi-
nem indicat Aur. Augustinus libro de Virginitate, Perhibet enim, inquit, preclara
rissimum testimonium ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco
Martyres, & quo defunctæ Sanctioniales ad altaris sacramenta recitentur. Ha-
c etenim ille. Gratulatoriæ ergo preces erant potius, quibus quantum deo gratias age-
bant qui martyribus eam gratiam & tantum dignationis contulissent: tum simile
donum coelitus sibi dari concordibus uotis flagitabant. ceu adhuc canit ecclesia,
Gaudeamus in domino, & reliqua. Id confirmat idem Aur. Augustinus tractatu-
84 in Euangeliū Ioannis, de martyribus & altari disputationis, hijs uerbis. Ideo quip-
pe ad ipsam, inquit, mensam non sic eos commemoramus, quemadmodum alios
qui in pace requiescant, ut etiam pro eis ostremus, sed magis ut orent ipsis pro nobis,
ut eorum uestigij adhæreamus. Hæc Augustinus. Alter pro lapsis qui iam recō-
ciliati essent, offerebatur, qui post confessionem criminis, & factam poenitentiam
exhomologes inquit finitam, post manus impositionem episcopi & cleri, hoc conse-
quebantur ut facta pro eis oblatione & precatione, Eucharistiam acciperent. Ideo
ætas etiam uocabat offerre nomen alicuius, fortasse quod eius nomen recitare-
tur commendandum communibus ecclesiæ precibus, descriptum in scheda atque
in alteri positem. Quod monere libuit, ut locum Cypriani intelligas in epistola 14.
tertiij libri, quum dicit, Ad communicationem admittitur, & offertur nomen eorū.
Porro huiusmodi memoriae martyrum siue commemorationes pepererunt
nobis postea festos dies plerosque quibus hodie Christiani feriantur. Sane ipsum
Commemorationis uocabulum ecclesia retinuit sacrificis nostris non ignotum.

Et agapen fratum.)Intelligit eleemosynam quod ex charitate cum egente de-
beat fieri cōmunicatio. Hinc legitimus apud Cyprianū libro tertio ad Quirinum,
Agapen & dilectionem fraternalm, religiose & firmiter exercendam. Ut titulat

tino uocabulo Tertullianus aduersus Marcionem libro primo, De alenis bonis, inquit, ob aliud deum nomine eleemosynę & dilectionis operatur. Hieronymus ad Eustochium, loquens de illis qui laudem humanam eleemosynis largiendis uenantur, Quum manum, inquit, egenti porrexerint, buccinant. quū ad agapen uocauerint, preceo conductitur. Huiusmodi agapen Germani Spendam uocant. Erat & coenae genus pro pauperibus refocillandis, qualis apud gentiles sportula, à qua sportulantes fratres dixit Cyprianus nouo uerbo. Tertullianus Apologetici cap. 39. Coena nostra, inquit, de nomine ratione suam ostendit. Vocatur agape, id quod dilectio penes Græcos est. quantiscunq; sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. Siquidē inopes quoq; refrigerio isto iuuamus. Et reliqua. Porro fratrum nomine Christianos intelligi saepe iam monuimus. Tertullianus in Apologetici capite mox citato de Christianis loquens, Quāto dignius, inquit, fratres & dicuntur & habentur, qui unum patrem deum agnouerunt, qui unum spiritum siberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unā lucem expirauerint ueritatis. Vnde fraternitas pro collegio fratrum siue ecclesia Cypriano, Hieronymo, Ambrosto. Nec uides alienos deos.)Nam ætate Tertulliani paganismus adhuc florebat. Non solennes Nationum dies.) Solennitates uocat in de Corona militis. Officia seculi, inquit, honores, solennitates, postulari, tates, falsa uota. Non nidoribus spurcis uerberaris.) In Solennibus enim Caesarum, Gentiles, ut est in Apologetico, focos & choros in publicum educebant, uicatim epulabantur, ciuitatem tabernac habitu abolefaciebat. Huc facit quod ad uxorem libro secundo de dispari coniugio loquens, ubi uidelicet mulier Christiana gentili marito nupta est, Moratur, inquit, dei ancilla cum Larib. alienis: Et inter illos, omnibus honoribus dæmonum, omnibus solennibus regum, incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitabitur. Non clamoribus spectaculorum at uel furore.) Non dissimiliter dixit aduersus Marcionem libro I. Quid non frequentas tam solenneis uoluptates Circi furentis, & caueæ saeuientis, & scenæ lasciuientis. Et in Apologetico, nihil est nobis dictu, uisu, auditu, cum insania Circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum Xysti uanitate. Hoc imitatus Hieronymus dixit in uita Hilarionis. Non Circi furoribus non arenae sanguine, non theatri luxuria delectabatur. Et in epistola ad Marcellam, Habeat sibi Roma suos tumultus, arena saeuiat, circus insaniat, theatra luxurient. Cederis.) Nam ante dixit uerberaris. Et in Valentianis, Tuam simplicitatem sua cæde dispergunt. Vnde Hieronymus cæde manus posuerit pro iclu manus. In uita Hilarionis. Rursum in Apologetico, Inde disceditur nō in cateruas cæsionū. Sic enim illuc scribendū est, pro cæsionū. Non in loca libidinū publicarū.) Hieronymus ad Gerontiam, Ut in eo se putet esse laudabilem, si cortis melior sit, si publicarum libidinū uictimas superet. Tertullianus in de Pallio, Lupas popularium libidinum nundinas uocat. Gloriam deniq; suā.) Locus est apud Marcum & Luc. cap. 9. Vagare spiritus, spaciare spiritus.) Malim, uagare spiritu, spaciare spiritu, et n. Nam sequitur, Quoties eam spiritu deambulaueris. Et non stadia opaca aut porticus longas præponens tibi.) Nos proponens tibi. Ex Gorziensi. Porro stadia hoc est exercitiū loca domestica ad gestationē, cursum, & deambulationē apta, reddebat opaca syluae quæ inter porticos in ædificijs ueterū cōsītæ erant, nempe nunc platanones, nūc daphnones, hoc est platanæ & laureta, in quibus etiā pro deambulare solebant ueteres. Eratq; stadiū uiridario coniunctum. De huiusmodi stadio sentit Tertullianus in de corona militis, quum ait Susannā in stadio mariti non uelatam deambulasse. Quo loco de stadiatis porticibus, Vitruvium facete mentionem scripsimus. Vbi autem erit cor tuum.) Locus est Matth. 6. cap. Sit nunc benedictū.) Sit hic cōcedentis est nō imprecantis. Ut illud in de carne

Christi. Sit planè stultum, si de nostro sensu iudicemus deum. Quā in sacra-
menti uerba respondimus.) Sacramentum hī iusserandum est, quo baptismum
suscepturus Christo se obligat. Hieronymus ad Heliodorum, Recordare tyroci-
nij tui diem, quo Christo in baptimate consepultus, in sacramenti uerba iurasti.

Nemo miles ad bellū cum delitijs uenit.) Hunc totum Tertulliani locum iuri-
tatus est Hieronymus quam epistolam illam ad Heliodorū scribebat. Inquit enim,
Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi uallum? Vbi fossa? Vbi hyems
acta sub pellibus? Nec de cubiculo ad aciem procedit.) Hieronymus ibidem.
Et tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbra egrederis ad solem. Sed de pa-
pilioib[us] expeditis & substrieatis.) Expediuntur tentoria inuoluta quum in ca-
stris extenduntur, & funiculis ad palos terræ infixos substringuntur alliganturq[ue]
ne uento disturbante corruant. Et in bonitas.) In bonitatibus uocabulo rursus u/
titur in libro de exhortatione castitatis, Alioquin res, inquit, & uiris & foemini
eadem in bonitate ad matrimonium & stuprum commixtio carnis licetandū. Por-
rò eadem forma dixit in bonitatem, qua In alienum pro non alieno libro quarto
aduersus Marcionem. Etiam in pace labor est. Et in cōmodis.) Reposuimus
ex Gorziensi collatione, Etiam in pace, labore & in cōmodis bellum pati iam edi-
scunt. In armis deambulando.) Vegetius penultimo capite libri primi, Prae-
terea uetus, inquit, consuetudo permanuit, & diu Augusti atq[ue] Adriani constitutu-
tionibus præcauetur, ut in mensē tam equites quam pedites educantur ambulatū.
Hoc enim uerbo hoc exercitiū genus nominant. & decem millia passuum armati in/
strūctiq[ue] omnibus telis pedites militari gradu ire ac redire iubebantur in castra, ita
ut aliquā itineris partem cursu alacriore conficerent. Rursus in lib. i i. Juniores qui
dem, inquit, & noui milites mane ac post meridiē ad omne genus exercebātur ar-
morum. Veteres aut & eruditī, sine intermissione semel in die exercebantur in ar-
mis. Ibidem docet tempestate uel uentis aere turbato milites sub teclo quod ex can-
nis, ulua, uel culmo cōstabat, annis erudiri solitos. Ceteris aut & hybernis diebus
si niues pluuiæq[ue] cessarent, exerceri cogebātur in campo: ne intermissa cōsuetudi-
ne, animi militū debilitarētur & corpora, Syluā cedere, onera portare, fossas trans-
silire, in mari uel in fluminib[us] natare, gradu pleno ambulare, uel etiā armatos cum
sarcinis suis currere frequentissime cōuenit, ut cottidiani laboris usus in pace, dif-
fliclis nō uideatur in bello. Testudinē desiccando.) De materia ac tabulatis te-
studo cōtexitur, quæ ne exuratur incendio, corijs uel cilicijs, cētonibusq[ue] uestitur.
Autor Vegetius. Robustiora aut fiūt ligna dum exiccātur. Et sole ad cœlū.) Ac-
cipit cœlū pro uento siue aere frigidiore. Alioqui possit etiā legi ad gelu. De tu-
nica ad loricā.) Hieronym. ad Heliod. Corpus affuetū tunicis, loricæ onus nō fert.

Proinde uos benedicte.) Inter captiuos istos Christianos erāt & mulieres, quas
nunc cōpellat benedictas uocando. Eodē foeminas uocabulo ornat in de cultu foe-
minarū, qui libellus sequitur. Sic Cyprian. in epist. quadā ad martyres, Beatas aut
foeminas, inquit, saluto, quæ uobisq[ue] sunt in eadē cōfessionis gloria cōstitutæ. Et
reliqua. Idē in Sermone de lapsis, Cum triūphantibus uiris, inquit, & foemine ue-
niūt, quæ cū seculo dimicātes sexū quoq[ue] uicerit. In quo Agonothetes deus ui-
uus est.) Agonothetes est is qui certamē instruit p̄emīs propōsitīs. Latinī Mune-
rariū appellant. Hieron. ad Lucinū. Nō est inuidus Agonotheta noster. Xystar-
ches spiritus sanctus.) Elegāter Xystarchen uocat spiritū sanctū. Nā huius auxilio
constantia martyres debēt. Proinde supra dixit de spiritus sancto, Si enim nō uobi-
scū nūc introisset, nee uos illūc hodie fuissetis. Significat autē Xystarches Xysti p̄e-
sidē. Et erat Xystus locus in quo athlētæ per hyemē exercebātur. Hic agonē intel-
ligit. Brabiv. p̄emī est quod uictori certaminis ipse p̄emī addicit.

Itaque Epistates uester Christus Iesus.) Epistaten hic accipit pro magistro qui Athletis praest, nam utitur hac metaphora Tertullianus. Apud Athenenses qui decem viris diurno imperio praeerat, *πάντες* appellatur Demostheni. Alioqui in acie *πάντες* & *πάντες* substites & astites dicuntur apud Aelianum, quemad modum elegantissime uertit Thessalonicensis Gaza. Qui uos spiritu unxit.) Apud Græcos olim luctaturi athletæ ceromate id est oleo cerato perfundebantur. Hinc ceromatistæ dicebantur unclores. Sic uictis inspergebatur puluis. Christus suos athletas spiritu unguit. Et ad hoc scamma produxit.) Locus certaminis in quo congregiuntur athletæ, *σκάμμα*. Græcis dicitur, quod is fossa cingi soleret, *σκάμμα* & *σκάμμα*. Hinc prouerbialiter dictum diuo Hieronymo, de scammate & loco certaminis egredi, pro eo quod est à proposito digredi, siue lineas transilire. Sic enim apud illum legendum scribentem aduersus etrores Ioannis Hierosolymitanus ad Pammachium, Quum ergo ista quærantur, inquit, cur tu omissis super quibus pugna est, de scammate & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longè alienis disputationibus immoraris? Porro seipsum exponit quum addit, & loco certaminis. Et enim idem ualet quod, id est. Non omitendum ualde signanter loqui Tertullianū. Nam athletæ & gladiatores produci dicuntur in spectaculis ab ipsis munerafrjs qui ludos ædunt. Sic mox, ut ad stadium tribunalis bene exercitati in commodis omnibus producamur. Nempe enim ut athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam.) Apud ueteres ad certam quandam ciborum atq; exercitationum necessitatem astringebantur athletæ, ut sic vires firmitatemq; corporis compararent. Cuiusmodi uictum Aristoteles *πάντες φρέσια* uocat. Ergladiatori bus quibusdā Hordearij nomen fuisse testatur Plinius. Fab. Quint. Siéut, inquit, athletæ remissa quibusdam temporibus ciborum atq; exercitationum certa necessitate, ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Panem athletarum coliphium dictum uolunt, cuius meminerit Iuuenalis satyra secunda illo uersiculo, Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. Diuus Cyprianus de gladiatori bus in epistola ad Donatum, Impletur, inquit, in succum cibis fortioribus corpus, & aruina assidue nidoris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginatus in pœnam, charius pereat. Porro fortassis diuus Hieronymus ad istum athletarum uictum quem illi sollicitius obseruat, respexit, quum dixit ad Pammachium De optimo genere interpretandi. Et putida xysticorum interpretatione se torcit, quemadmodum illic legendum contendit Erasmus noster. Ut ab eo etiā ipsam fortitudinem assumat.) Scripsimus, Ipsa. Ex collatione Gorziensi. Gladium grauem, & crucem excelsam.) Cyprianus aduersus Demetrianum genera tormentorum enumerans quibus ille Christianos affligeret, Innoxios, inquit, iustos, deo charos, domo priuas, patrimonio spolias, catenis premis, carcere includis, gladio, bestijs, ignibus, punis. Rursum in sermone De lapis, Sed quum durissimi iudicis recrude scente fatuitia, iam fatigatum nunc flagella scinderent, nunc contundenter fustes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in colluicatione deseruit, infirmitas viscerum cessit. Idem alijs multis locis supplicia Christianorum cōmemorat. Heraclitus, qui se bubulo stercore oblitum exuissit.) Is laborabat morbo aquæ inercutis, & quum obscuris sermonibus assuetus homo, quærendum è medicis iussisset, Num ex imbre siccitatem facere possent, & ab illis ludi se purantibus fuisse neglectus, tandem sibi ipsi subuenire uolens bubulis excrementis oblivi corpus suum inflatum, fecit. Est apud Laertium. Item Empedocles.) Huius mentionem facit & in libro De pallio.

Et Peregrinus qui nō olim se rogo immisi.) Hæc lectio mihi nō displicer. Nam autor est Eusebius Cæsariensis in Chronicis quæ nobis uertit Hieronymus; anno imperij

Imperij Marci Antonini Veri quinto si non fallit numerus, Peregrinum Philosophum apud Pisias rogo quem ex lignis composuerat incenso, semet superie cisse. Recie ergo Tertullianus dixit non olim, ad antiqua exempla quae præmisit respiciens, quum ipse uixerit sub Seuero; qui post Marcum Antoninum anno 33 regnare coepit. Peregrini uitam descripsit Lucianus in libello, cui titulus de morte Peregrini. Qui se testatur interfuisse spectaculo, quum in ignem se Proteus iniiceret, hoc pacto gloriam aucupatus. id enim uocabuli sibi indiderat impostor ille. Ammian. Marcellinus libro xx i x. loquens de crudelitate Valentis Augusti, Duci uniuersi, inquit, flebiliter iugulantur præter Simonidem: quem solum saeuus ille sententiae lator, effratus ob constantiam grauem, iussitat flammis exurit: qui uitam ut dominam fugitans rabida, ridens subitas momentorum ruinas, immobilis conflagravit. Peregrinum illum imitatus Protea cognomine philosophum clarum, qui cum mundo digredi statuisse, Olympiæ quinquenali certamine sub Graeciæ conspectu totius, ascenso rogo quem ipse costruxit, flammis absumptus est. Aul. Gellius Noctium Atticarum libro x i i. Philosophum, inquit, nomine Peregrinum, cui postea cognomentum Proteus factum est, uirum grauem atque constantem uidimus quum Athenis essemus, diuersantem in quodam tugurio extra urbem. Et reliqua. Regulus dux Romanorum.) Carthaginenses Attilium

Regulum palpebris resectis dolio inclusum quo undique acuti stimuli eminebant, necauerunt. Ex Valer. Maximo. L. Florus de Regulo, Nec ultimo siue carceris seu crucis supplicio deformata maiestas. Seneca compluribus locis crucem Reguli commemorat. Διαμεσίων id est flagellatio.) Huius meminit & in Apologetico sub finem, Certè Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propin quorum acerbata, tantum honorem domui conferunt, quantum sanguinis fuderint. Sic enim illuc legendum. Istius ueteris diamastigoseos uestigium aliquid uideas apud Italos in Litanis.

Tanti uitreum: quanti uerum margaritum:)

Prouerbij translatio est à gemmis suppositijs. nam uitrum pro gemma sapere uen ditatur ab impostoribus. sensus hic est. Si pro terrena gloria que planè uitrea est & fragilis, tantum tormentorum suscipiunt homines, quid nobis non faciendum perpetiendumque quo æternâ in coelis uitam consequamur, quæ pretiosum illud margaritum est omnibus diuenditis comparandum? Diuus Hieronymus post Tertullianum non uno loco sic allegare solet, Si tanti uitrum, quanti margaritum? Certè ad Lætam ait, Si tanti uitrum, quare non maioris sit pretij margaritum? Item ad Saluinam, Si tanti uilissimum uitrum, quanti pretiosissimum margaritum?

Ad gladiū locat.) Hos taxant etiam satyræ Iuuinalis. Certè ad feras ipsas affectatione descendunt.) Diuus Cyprianus ad Donatum, Quid, inquit, illud oro te, quale est, ubi se feris obijciunt quos nemo damnauit? Aetate integra, honesta satis forma, uesta pretiosa, uiuentes in ultroneū funus ornantur, Malis suis miseri gloriantur, pugnant ad bestias non crimine sed furore. Spectant filios suos patres. Frater in cauea et soror presto est, & spectaculi licet preciū largior muneris apparatus amplificet, ut mœroribus suis mater intersit, hoc proh dolor mater & redimit.

Iam & ad ignes quidā se autorauerūt.) Autorare, obligare est, unde autoramentum, & milites autorati. Diximus supra. Et in medijs ciuitatibus elapsæ caueis.) Hic uenit mihi in mentē duarum sauarū Vrsarū quas Valentianus Aug. alebat, earū caueas iuxta cubiculum suū locare solitus. Alteri Micæ aureæ nomen erat, alteri Innocentia. Multos illæ mortaleis laniarunt ridente & hac sauitia dele statu principe. Autor Am. Marcellinus lib. 39. Omni cōtumelia expuncti.) Hic audis Tertulliani uerbū. Significat nihil cōtumelia omissum quod illi nō sint per pessi. Hominiis causa.) Puta Imperatoris Romani, nam hunc, nisi fallor designat,

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTVLLIANI AD MARTY/

RES LIBER.

Martyres des/
signati



NTER carnis alimenta benedicti martyres designati, quæ uobis & domina mater ecclesia de uberibus suis, & singula fratres de operibus suis proprijs in carcerem sub ministrant, capite aliquid & à nobis quod faciat ad spiritum quoq; educandum. Carnem enim saginari, & spiritum esurire non prodest. Imò si quod infirmum est, curatur: æque quod infirmius est, negligi non debet. Nec tantus ego sum, ut uos alloquar. ueruntamen & Gladiatores perfectissimos non tantum magistri & præpositi sui, sed etiam idiotæ, & superuacuè quiq; adhortantur de longinquo, ut sæpe de ipso populo dictata suggesta profuerint. In primis ergo benedicti nolite contristare spiritum sanctū, qui uobiscum introijt carcerem. Si enim non uobiscum nunc introisset, nec uos illic hodie fuissetis. Et ideo date operam, ut illic uobiscum perseveret: ita uos inde perducat ad dominum. Domus quidem diaboli est & carcer, in qua familiam suam continet. Sed uos ideo in carcerem petuenistis, ut illum etiam in domo sua conculcetis. Iam enim foris congressi conculaueratis. Non er

2 go dicat: In meo sunt, tentabo illos uilibus inedijs, defectionibus, aut inter se dissensionibus. Fugiat conspectum uestrum, & in ima sua delitescat, contractus & torpens, tanquam coluber excantatus, aut effumigatus. Nec illi tam bene sit in suo regno, ut uos committat: sed inueniat munitos, & concordia armatos: quia pax uestra bellum est illi. Quam pacem quidam in ecclesia non habentes, à martyribus in carcere exorare consueuerunt. Et ideo eam etiā propterea in uobis habere, & fouere, & custodire debetis: ut si forte & alijs præstare possitis. Cetera æquè animi impedimenta usq; ad limen carceris deduxerint uos, quousq; & parentes uestri. Exinde segregati estis ab ipso mundo. Quanto magis à seculo rebusq; eius: Nec hoc uos consterneret, quod segregati estis à mundo. Si enim recogitemus ipsum magis mundum carcerem esse, exisse uos è carcere, quām in carcerem introisse intelligemus. Maiores tenebras habet mundus, quæ hominum præcordia excaecant. Grauiores catenas induit mundus, quæ ipsas animas hominum constringunt. Peiores immundicias expirat mundus, libidines hominum. Plures postremo mundus reos continent, scilicet uniuersum hominum genus.

CARCER Iudicia deniq; non Proconsulis, sed dei sustinet. Quo uos benedicti de carce re in custodiarium si forte trāslatos existimetis. Habet tenebras, sed lumen estis ipsi. Habet uincula, sed uos soluti deo estis. Triste illic expirat, sed uos odor

odor estis suavitatis. Iudex expectatur de iudicibus, sed uos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. Contristetur illic, qui fructum seculi suspirat. Christianus etiam extra carcerem seculo renunciavit, in carcere autem etiam carceri. Nihil interest ubi sitis in seculo, qui extra seculum estis. Et si aliqua amissitis uitæ gaudia, negotiatio est aliquid amittere ut maiora lucreris. Nihil adhuc dico de præmio, ad quod deus martyres inuitat. Ipsam interim conuersationem seculi & carceris comparemus, si non plus in carcere spiritus acquirit, quam caro amittit, immo & quæ iusta sunt caro non amittit per curā CVRA Ecclesiæ, & agapen fratrum: & insuper quæ semper utilia fidei, spiritus adipisci scitur. Non uides alienos deos, non imaginibus eorum incurris, non solenes Nationum dies ipsa commixtione participas, non nidoribus spurcis uerberaris, non clamoribus spectaculorum, atrocitate, uel furore, uel impudicitia celebrantium cæderis: non in loca libidinum publicarum oculi tui impinguunt: uacas à scandalis, à tētationibus, à recordationibus malis: iam & à persecutione. Hoc prestat cancer Christiano, quod eremus Prophetis. Ipse Dominus in secessu frequenter agebat, ut liberius oraret, ut seculo cederet. Glossecessus tiam deniq; suam discipulis in solitudine demonstrauit. Auferamus carceris nomen, secessum uocemus. Etsi corpus includitur, & si caro detinetur, omnia spiritui patent. Vagare spiritu, spaciare spiritu, & non stadia opaca aut porticus longas proponens tibi, sed illam viam quæ ad deū ducit. Quotiens eam spiritu deambulaueris, totiens in carcere non eris. Nihil crus sentit in neruo, cum animus in ccelo est. Totum hominem animus circumfert, & quod uelit transfert. Vbi autem erit cor tuum, illuc erit & thesaurus tuus. Ibi ergo sit cor nostrum, ubi uolumus habere thesaurum. Sit nunc benedicti carcer etiam Christianis molestus. Vocati sumus ad militiam dei uiui, iam tunc, cum in sacramenti uerba spondimus. Nemo miles ad bellum cum de/ licijs uenit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis & substrictis, ubi omnis duritia, & inbonitas, & insuauitas constituit. Etiam in pace, labore & incommodis bellum pati iam ediscunt: in armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, testudinem desiccando. Sudore omnia constant ne corpora atq; animi expauescant: De umbra ad solem, & sole ad cœlum, de tunica ad loriam, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. Proinde uos benedictæ, quodcunq; hoc durū est, ad exercitationem uirtutem animi & corporis deputate. Bonum agonem subiuræ estis, in quo Agonothetes deus uiuus est: Xystarches, spiritus sanctus: corona, æternitatis brauium, angelicæ substantiæ politia in cœlis, gloria in secula seculorum. Itaq; Epistles uester Christus Iesus, qui uos spiritu unxit, & ad hoc scamma produxit, uoluit uos ante diem agonis ad duriorum tractationem à liberiore conditione seponere, ut uires corroboraretur in uobis. Nempe enim & athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori aedificando

cando uacent: continentur à luxuria, à cibis lætoribus, à potu ſocundio: Coguntur, cruciantur, fatigantur. quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de uictoria sperant. Et illi, inquit Apostolus, ut coronam corruptibilem conſequantur. Nos æternam conſecuturi, carcerem nobis pro pælæſtra interpretemur, ut ad ſtadium tribunaliſ bene exercitati incommodiſ omnibus producamur: quia uirtus duritia extruit mollitia uero deſtruitur. Scimus ex dominico præcepto, quod Caro infirma ſit, ſpiritus promptus. Non ergo nobis blandiamur, quia dominus conſenſit, carnē infirmam eſſe. Propterera enim prædixit ſpirituſ promptu, ut oſtenderet quid cui debeat eſſe ſubiectum, ſciliſ, ut caro ſeruiat ſpiritu, infirmior fortiori, ut ab eo etiam ipla fortitudinem aſſumat. Colloquatur ſpirituſ cum carne de communi ſalute, nec iam incommodiſ carceriſ, ſed ipſo agone & prælio coſumma igniū gitans. Timebit forſitan caro gladiuſ grauem, & crucem excelsam, & rapiem bestiarum, & ſumma ignium poenam, & omne carnificis ingenium in tormentiſ. Sed ſpirituſ contraponat ſibi & carni, acerba licet iſta, à multis tamen æquo animo excepta, imò & ultro appetita, famæ & gloriæ cauſas nec à uiris tantum, ſed etiam à fœminis, ut uos quoq; benedictæ ſexui ueſtro reſpondeatis. Longum eſt ſi enumerem ſingulos qui ſe gladio confeſſint, animo ſuo duci. De fœminis ad manum eſt, Lucretia quæ uitæ ſtupri paſſa eſt, cultruſ ſibi adegit in conſpectu propinquorum, ut gloriati caſtiati ſuæ pareret. Mutius manum ſuam dexteram in ara cremauit, ut hoc faſtum eius fama haberet. Minus fecerunt Philoſophi, Heraclitus, qui ſe buſulo ſtercore oblitum exuſſit, Item Empedocles, qui in ignes Aetnæi montis diſſiliuit, & Peregrinus qui nō olim ſe rogo immiſit: cum fœmina quæ que contempſerint ignes. Dido cum post uitum dilectiſſimum nubere congeſeretur: Item Asdrubalis uxor, quæ iam ardente Carthagine mariti ſuum ſupplicem Scipionis uideret, cum filijs ſuis in incendiuſ patriæ deuolauit. Regulus dux Romanorū, captus à Carthaginensibus cum ſe unum pro multis captiuiſ Carthaginensibus cōpensiari noluifſet, maluit hoſtibus redi, & in arcæ genus ſtipatus, undiq; extrinſecus clavis transfixuſ, tot cruceſ ſenſit. Bestias fœmina libens appetiſt, & utiq; horridiores aspides ſerpentes, tauro, uel urſo, quas Cleopatra immiſit ſibi, ne in manus iniici perueniret. Sed mortis metus non tantus eſt, quantus tormentorum. Itaq; cefſit carnifici meretrix Atheniensis, quæ conſcia cōiurationiſ cum propterera torqueretur à tyraño, & non prodiſit cōiuratoſ, & nouiſſime linguam ſuam comestam in faciem tyrañoi expuſit: ut nihil agere ſe ſcirent tormenta, & ſi ultra perſeuerauent. Nam quod hodie apud Lacedæmonias ſolennitas maxima eſt diauasiyoris, id eſt, flagellatio, nō latet. In quo ſacro ante aram nobiles quicq; adolescentes flagelliſ affliguntur aſtantibus parentibus, & propinquis, & uti perſeueraent adhortantibus. Ornamentum enīm & gloriæ depura-

deputabitur maiore quidem titulo, si anima potius cesserit plagi, quam corpus. Igitur si tantum terrenæ gloriæ licet de corporis & animi uigore, ut gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnant sub præmio laudis humanae, possum dicere, modicæ sunt istæ passiones ad consecutionem gloriæ cœlestis & diuinæ mercedis. Tanti uitreum & quanti uerum margaritum? Quis ergo non libentissime tantum pro uero habeat erogare, quantum alij pro falso? Omitto nunc gloriæ causam. Eadem omnia scœvitæ & cruciatus certamina, iam apud homines affectatio quoq; & morbus quidam animi conculcauit. Quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat? Certe ad seras ipsas affectatione descendunt, & de mortibus & de cicatricibus formiores sibi uidentur. Iam & ad ignes quidam se autorauerunt, ut certum spaciū in tunica ardente conficerent. Alij, inter uenatorum taureas scapulis patientissimis inambulauerunt. Hæc benedicti non sine causa dominus in seculum admisit, sed ad nos & nunc exhortandos, & in illo die confundendos, si reformidauerimus pati pro ueritate in salutem, quæ alij affectauerūt pro uanitate in perditionem. Sed hæc exempla constantiæ omittamus de affectatione uenientis. Conuertamur ad ipsam conditionis humanae contemplationem, ut & illa nos instruant, si quâ constanter adeunda sint, quæ & in uitis euénire consueuerunt. Quotiens enim incendia uiuos cremauerūt: quotiens feræ & in sylvis suis & in medijs ciuitatibus elapsæ caueis, homines deuorauerunt: quot à latroibus ferrō, ab hostib; etiam cruce extin-
Eti sunt, torti prius, itn & omni contumelia expuñeti: Nemo non etiam hominis causa pati potest, quod in causa dei pati dubitat. Ad hoc quidem uel præsentia nobis tempora documenta sint, quantæ qualesq; personæ in opinatos natalibus, & dignitatibus, & corporibus, & ætatibus suis, exitus referunt, hominis causa: aut ab ipso, si contra eum fecerint, aut ab aduersariis eius, si pro eo steterint.

ARGUMENTVM LIBRI SEQVENTIIS,
PER BEATVM RHENAVVM.



E penitentia scripturus primum ethnicos notat, quos etiam recte factorum poenitet, cum illa ad resipiscendum homini cōcessa, tantum in male gestis locū habeat. Itaq; distinguit peccata, quibus poenitentia sit opus, quædam esse corporalia docens, quædam uero spiritualia. Deinde de præstantia ac utilitate poenitentiæ differit, quæ uel hoc nomine nobis debebat plurimū esse commendata, quod deus illam præceperit. Ac suadet, ut à flagitijs iterandis caueamus deo per poenitentię beneficium iam semel reconciliati: nec rursus ad hostem diabolum deficiamus, quem deo præferre uidetur, quisquis ueniam admissorum consecutus, denuo se uitij prioribus immetagit. Mox eos taxat qui saluo metu & fide se peccare dicunt. Atq; ibi catechumenos, quos ipse eleganti uocabulo Auditores uocat, etiam ad poenitentiam exhortatur. Siquidem illi cum Christianæ religionis mysterijs paulatim iniarentur, à

Z. peccatis

Pronerbium;
Si tati uirū;
quanti mār-
garitum

Ad ignes se
autorauerunt

Conditionis
humanae con-
templatio

Auditores

peccatis intetim sibi non temperabant, quae scirent in baptismi susceptione penitentia abolenda. Denique explicata poenitentiae ratione, secundae quoque meminimus, quae toties est resumenda, quoties in uitia fuerimus relapsi. Quanquam huic ipse tantum semel locum facere uidetur, aliquanto benignior Montano, Nouatoque, qui poenitentiam prorsus denegant, ijs qui post baptismū lapsi fuerint. In qua sententia veterum permulti fuere, & in his etiam Aur. Augustinus. Quod autem ad ueniam propensus sit deus, Apocalypses testimonio, & parabolis dominicis cōprobatur. Eam facilime consequetur homo, si peccata sua deo confiteatur, nec illa dissimulet. Nam dissimulatione summē deus offenditur. Ibi de Exomologesi publica id est actu poenitentiae coram ecclesia facit mentionem (cuius etiam Leo Papa minimus de poenit. dis. 1.) eamque eleganter ob oculos ponit, qua maiores nostros statim post initia nascentis ecclesiae seuerissime usos constat, ex qua nisi multum fallimur confessio secreta sumpserit originem, qua hodie conscientiam nostram sacerdoti detegimus, usque ad cīrcūstātiarum omnium minutias, quam tamen saluberrimam esse nemo potest inficiari, si morositatem & scrupulositatem nimiam amputes. Quid enim per deum immortalem utilius habere possit ecclesia ad cōtinendam disciplinam, quid commodius, quam priuatam istam confessionem ad populum in necessariis erudiendum: ubi horula spacio plus proficit laicus quam tri-duana concione. Nam dum ē suggestu declamat sacerdos, per pauci diligenter auscultant, multi aliorum cogitando distrahuntur, quidam iuxta proverbiū *λύγεις* uel propter obtusitatem ingenij uel ob materiæ sublimitatē cuius non sunt capaces etiam si curiose auscultent, nō tamen percipiūt quod dicitur. At hic quæ rei ipsius tum sacerdotis reuerētia attentum reddit hominem. Et doctrina quam illic cum petente communicat, ad eius captum attemperatur. Quod si in ludis lite rarijs frustra præceptor scholasticis prælegit, nisi illud idem paulopost ab eis exigit & ut reddant cogat: haud aliter quantumcumque publicis concionibus instituitur populus, nisi isto pacio examinetur, longe minus proficient auditores. Itaque quod diuus Cyprianus Disciplinae encomium pronunciat, mihi liber accommodare cōfessioni, ut dicam eam, retinaculum fidei, ducem itineris salutaris, somitem ac nutrimentum bonæ indolis, magistrum uirtutis. Enīmuero non probauerim quod tanta res iuuenib⁹ quibuslibet committitur, necessitatē semper excipio. Quin potius moribus & ætate grauis Théologus ad hoc officium in singulis ecclesijs paulo celebrioribus quarum hodie tanti sunt teditus & obuentiones, deputari deberet: id quod Lutetiae Parisiorum fieri uidimus aliquādo apud Nostræ dominæ, sic enim uulgo uocant, in æde nunc Archiepiscopali, ubi statis rei diuinæ ho ris senex quidam uenerabilis, Poenitentiarum ipsi nominant, semper præsto erat. Sed hæc & alia patribus in cōcilio Veicetiae cogendo curæ erunt. Iam ab eo quod nos supra attigimus & in annotationibus rursum attingemus non abhorrent iuris Pontificij interpres quidam non incelebres quum institutam ab ecclesia confessionem tradunt, Nam Exomologesis publica id est aclus poenitentiae coram ecclesia, ut ueteri instrumento desumpta, ex publica priuata nata uidetur, occultorum criminum occulta, propter quam necesse fuit in usum presbyterorum imperitorum immo doctorum etiam ob disciplinæ conuenientiam atque concordiam, certas poenitentiae leges condere, quibus & tempus & modus singulis peccatis expiandis præstitueretur (Canones poenitentiales uocant) quibus ut fieret satis opus erat sacerdotem in consilium adhiberi, præfertim à laicis. Vnde Pipinius, Charolus Magnus, Ludouicus, & Lotharius, seuerè iubent in legibus suis, ut sacerdotes Poenitentialem librum bene calleant. Sed ut hoc aperiūt ostendam, proferam testimonium Theodulphi Aurelian Episcopi, qui mihi præstitus

præstet ansam de hac re exactius cogitandi. Is itaq; in libro de Ecclesiasticis obseruationibus, qui insertus est lucubrationibus cuiusdā Oliberti & Hattonis Basiliensis antistitis de eadem re tractantibus, in hæc uerba scribit: In primis uidelicet Hatto Basiliensis esse confitendum deo, postea etiam sacerdoti: propterea quod confessio quæ sis episcopus sit sacerdoti, in hoc nobis adminiculum præbeat, ut accepto salutari ab eis confilio saluberrimis poenitentiae obseruationibus, seu mutuis orationibus, peccatorū maculas diluamus. Atq; hoc nimirū est, quod Theodorus Archiepiscopus Canterburyensis in Poenitentiario suo tradit: & citatur de poenitentia dist. i. cum inquit. Concessio quæ soli deo fit, purgat peccata: ea uero quæ sacerdoti fit, docet qualiter purgentur ipsa peccata. Enī uero Theodorus iste ueteres imitatus, præsertim Graecos: constituti uinculas ædidiit expiandorum criminum, ut autor est in Chronicis Beda, cuius uerba subhiciemus. Per idem, inquit, tempus, uidelicet Dagoberti, Theodorus Archiepiscopus, & Abba Hadrianus doctissimus, à Vitelliano Pa-
 pa missi sunt in Britanniam, plurimæ sc̄i ecclesiæ Anglorum doctrinæ ecclesiastice fruge fecundarunt. E quibus Theodorus Archiepiscopus peccantium iudicia quantis scilicet annis pro unoquoc; peccato quis poenitere debeat, mirabili & discreta ratione describit. Hactenus ille. Poenitentiarium Theodori, imitati sunt Bedanus presbyter, Rabanus, & alij ueteres, quorum lucubrationes in simili argu-
 mento passim extant in antiquis bibliothecis: non penitus indignar, quæ legantur byter ab ijs præsertim qui sunt curiosi Christianæ uetus statis indagatores. Vides igitur Rabanus necessarium fuisse sacerdotis uti consilio, quatenus institutis poenitentiae legibus fieret sati, quæ laicis non perinde cognitæ erant. Quam rem etiam Beda uidetur innuere, exponens illum Iacobil locum: Confitemini alterutrum peccata uestra. Iam alteram illam confessionis utilitatem, quæ ex mutuis precationibus oritur, etiam prodit diuus Basilius, cum inquit: Medicina una nobilis confessio fuerit, ac proximis ea palam facere, ut per communem eorum orationem huiuscmodi uitia facilius currentur. Atq; hoc est, quod Tertullianus iubet, presbyteris aduolui, & aris dei ad geniculari, omnibus fratribus, hoc est, Christianis, legationes depreciationis suæ iniungere. Cæterum soli deo confitendum esse diuus Chrysostomus 10. Chrysostomus autor est, cum inquit homilia. 41. Non tibi dico, ostenta te ipsum, nec apud alios ac stoma-
 cusa. & rursus homilia. 31. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neq; ut te apud alios accuses, sed obedire te uolo Prophetæ dicenti: Reuelâ domino uiam tuam. Et item homilia. 2. in psalmum, Miserere mei deus: Si confunderis alicui dicere, quia peccasti, dicio ea cottidie in anima tua. Non dico ut cōfitearis conseruo tuo ut exprobret, dicio deo qui curat ea. Docet idem Ambrosius, & alij ueteres, sed Ambrosius & Beda recentior autor in homilia de decem leprosis sic scribit, exponens Euangelica illa uerba: Ite & ostendite uos sacerdoti. Nullum, inquit, dominus eorum quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur mississe ad sacerdotes, nisi leprosos: quia uidelicet sacerdotium Iudeorum, figura erat sacerdotij futuri regalis, quod est in ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad Corpus Christi, sumimi & ueri principis sacerdotum. Et quisquis haeretica prauitate, uel superstitione gentili, uel Iudaica perfidia, uel etiam schismate fraterno quasi uario colore per Christi gratiam caruerit, necesse est ad ecclesiā ueniat, coloremq; fidei uerum quem acceperit, ostendar. Cætera uero uitia tanquam ualeitudines, & quasi membrorum animæ atq; sensuum, per semetipsum intenius in conscientia & intellectu dominus sanat & corrigit. Hucusq; Beda. Nec aliud sentire uidetur Hesychius Le¹ Hesychius: uiticu interpres. Abrogauit confessionem Nectarius episcopus Constantinopolis Apud Costan- tanus ob matronā intra templum à diacono cōpressam, ut indicat tricesimūquin² tum caput historiæ, quam Tripartitam uocant: ex quo ueterē poenitentium ritu³ rogata cōfes-
 libet

libet referre, quando conferet id ad Tertullianum melius intelligendum, quanquam non nihil diuersum fuisse puto. Sunt autem haec uerba: Stant enim rei, & uelut in lamentationibus constituti. Dum enim sacra celebratio fuerit adimpta, illi coniunctionem non percipientes, cum gemitu & lamentatione semetiplos in terram prosterunt. Ad quos concurrens episcopus & ipse cum lachrymis & gemitu spirituali prosternitur, & omnis ecclesie plebs fletibus inundatur. Post hoc autem prior surgit episcopus, & eleuat iacentes a terra. Tunc competenter pro penitentibus facia oratione dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte uacates aut ieuniis, aut abstinentia lauacri, aut suspensione ciborum, aut rebus alijs, quae iubentur, exceptant communionis tempus quod decernit episcopus. Constituto uero tempore uelut quoddam debitum exoluentes, afflictione peccatorum curati cum populo coniunctione participantur. Hactenus illius historiae uerba retulimus. Hic mos adhuc obseruatur in quibusdam ecclesijs in die dominicae coenae, haud dubie natus ab illa exomologesi, id est Aclu penitentiae cuius Tertullianus meminit: imò fieri potest, ut ab illius aetate quasi per manus in haec usque tempora sit traditus, pauculis et remonitis adiectis. Exomologesin Fabiolæ diuus Hieronymus his uerbis describit: Quis, inquit, hoc crederet, ut post mortem secundi uiiri, in semet reuersa (quod tempore solent uidua negligentes, iugo seruitutis excusso agere se liberius, adire balneas, uolitare per plateas, uultus circumferre meretricis) saccum indueret, ut errorum publicè fateretur, & tota urbe spectante Romana ante diem Paschæ in basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, staret in ordine penitentium, episcopo, presbyteris, & omni populo collachrymantibus, sparsum crinem, ora lurida, & squalida manus, sordida colla submitteret: Quae peccata fles-tus iste non purget? Quas inueteratas maculas haec lamenta non abluant: Haec Hieronymus. Item Cyprianus de exomologesi loquens: Orare, inquit, oportet impensis & rogare, diem luci transfigere, uigilias noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare: stratos solo adhærere cineri, in cilio uoluntari & sordibus, post indumentum Christi perditum, nullum iam uelle vestitum, post diaboli cibum malle ieunium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberantur. Porro non aliam ob causam complurium hic testimonij usi sumus, quam ne quis admiretur Tertullianum de clancularia ista admissorum confessione nihil locutum, quae quantum coniçimus, nata est ex ista Exomologesi per ultroneam hominum pietatem, ut occulorum peccatorum esset & Exomologesis occulta. Nec enim usquam preceptam olim legimus. Nec est omitendum, quae de confessione leguntur in Isidori lexico, partim ex hoc Tertulliani libello esse desumpta: siquidem talis fermè est apud Latinos Isidori rhapsodia, qualis apud Græcos Suidæ, unde eunq[ue] à copiis consarcinata. Referuntur autem in hunc modum: Exomologesis, inquit, Græco uocabulo dicitur, quod latine confessio interpretatur: cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ &c. Aut dum quisque confitetur sua peccata, & ab eo datur uenia, cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo, Græco uocabulo exomologesis primitur et frequenter exomologesis, qua delictum nostrum domino confitemur quidem ut ignotum, cuius cognitioni nihil occultum est. Sed confessio est rei scilicet eius quae ignoratur professâ cognitio. Vtile enim sibi ac iucundum quisque esse existimat uerat, rapere, adulterari, furari: sed ubi haec aeternæ damnationi obnoxia esse cognovit, cognitis his confitetur errorē. Confessio autem erroris, professio est desinendi: desinendum ergo a peccatis est, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Ceterum extra ueniam est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confiteritur.

Hieronymus. Fabiole exomologesis. Quis, inquit, hoc crederet, ut post mortem secundi uiiri, in semet reuersa (quod tempore solent uidua negligentes, iugo seruitutis excusso agere se liberius, adire balneas, uolitare per plateas, uultus circumferre meretricis) saccum indueret, ut errorum publicè fateretur, & tota urbe spectante Romana ante diem Paschæ in basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, staret in ordine penitentium, episcopo, presbyteris, & omni populo collachrymantibus, sparsum crinem, ora lurida, & squalida manus, sordida colla submitteret: Quae peccata fles-tus iste non purget? Quas inueteratas maculas haec lamenta non abluant: Haec Hieronymus. Item Cyprianus de exomologesi loquens: Orare, inquit, oportet impensis & rogare, diem luci transfigere, uigilias noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare: stratos solo adhærere cineri, in cilio uoluntari & sordibus, post indumentum Christi perditum, nullum iam uelle vestitum, post diaboli cibum malle ieunium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberantur. Porro non aliam ob causam complurium hic testimonij usi sumus, quam ne quis admiretur Tertullianum de clancularia ista admissorum confessione nihil locutum, quae quantum coniçimus, nata est ex ista Exomologesi per ultroneam hominum pietatem, ut occulorum peccatorum esset & Exomologesis occulta. Nec enim usquam preceptam olim legimus. Nec est omitendum, quae de confessione leguntur in Isidori lexico, partim ex hoc Tertulliani libello esse desumpta: siquidem talis fermè est apud Latinos Isidori rhapsodia, qualis apud Græcos Suidæ, unde eunq[ue] à copiis consarcinata. Referuntur autem in hunc modum: Exomologesis, inquit, Græco uocabulo dicitur, quod latine confessio interpretatur: cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ &c. Aut dum quisque confitetur sua peccata, & ab eo datur uenia, cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo, Græco uocabulo exomologesis primitur et frequenter exomologesis, qua delictum nostrum domino confitemur quidem ut ignotum, cuius cognitioni nihil occultum est. Sed confessio est rei scilicet eius quae ignoratur professâ cognitio. Vtile enim sibi ac iucundum quisque esse existimat uerat, rapere, adulterari, furari: sed ubi haec aeternæ damnationi obnoxia esse cognovit, cognitis his confitetur errorē. Confessio autem erroris, professio est desinendi: desinendum ergo a peccatis est, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Ceterum extra ueniam est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confiteritur.

Cyprianus. Item Cyprianus de exomologesi loquens: Orare, inquit, oportet impensis & rogare, diem luci transfigere, uigilias noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare: stratos solo adhærere cineri, in cilio uoluntari & sordibus, post indumentum Christi perditum, nullum iam uelle vestitum, post diaboli cibum malle ieunium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberantur. Porro non aliam ob causam complurium hic testimonij usi sumus, quam ne quis admiretur Tertullianum de clancularia ista admissorum confessione nihil locutum, quae quantum coniçimus, nata est ex ista Exomologesi per ultroneam hominum pietatem, ut occulorum peccatorum esset & Exomologesis occulta. Nec enim usquam preceptam olim legimus. Nec est omitendum, quae de confessione leguntur in Isidori lexico, partim ex hoc Tertulliani libello esse desumpta: siquidem talis fermè est apud Latinos Isidori rhapsodia, qualis apud Græcos Suidæ, unde eunq[ue] à copiis consarcinata. Referuntur autem in hunc modum: Exomologesis, inquit, Græco uocabulo dicitur, quod latine confessio interpretatur: cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ &c. Aut dum quisque confitetur sua peccata, & ab eo datur uenia, cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo, Græco uocabulo exomologesis primitur et frequenter exomologesis, qua delictum nostrum domino confitemur quidem ut ignotum, cuius cognitioni nihil occultum est. Sed confessio est rei scilicet eius quae ignoratur professâ cognitio. Vtile enim sibi ac iucundum quisque esse existimat uerat, rapere, adulterari, furari: sed ubi haec aeternæ damnationi obnoxia esse cognovit, cognitis his confitetur errorē. Confessio autem erroris, professio est desinendi: desinendum ergo a peccatis est, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Ceterum extra ueniam est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confiteritur.

Isidorus. Item Isidorus de exomologesi loquens: Referuntur autem in hunc modum: Exomologesis, inquit, Græco uocabulo dicitur, quod latine confessio interpretatur: cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ &c. Aut dum quisque confitetur sua peccata, & ab eo datur uenia, cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo, Græco uocabulo exomologesis primitur et frequenter exomologesis, qua delictum nostrum domino confitemur quidem ut ignotum, cuius cognitioni nihil occultum est. Sed confessio est rei scilicet eius quae ignoratur professâ cognitio. Vtile enim sibi ac iucundum quisque esse existimat uerat, rapere, adulterari, furari: sed ubi haec aeternæ damnationi obnoxia esse cognovit, cognitis his confitetur errorē. Confessio autem erroris, professio est desinendi: desinendum ergo a peccatis est, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Ceterum extra ueniam est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confiteritur.

confitetur. Itaq; exomologesis prosterendi & humiliificandi hominis disciplina est, habitu atq; uiclu, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum inceroribus dehcere, illa quæ peccauit, tristi tractatione mutare. Hactenus Isidorus Cæterum Thomæ ab Aquino, & Scotus, homines nimium arguti, confessio Thomas nem hodie talem reddiderunt, ut Ioannes ille Geilerius grauis ac sanctus Theologus, qui tot annis Argentorati concionatus est, apud amicos suos sepe testatus sit, *Scotus* iuxta illorum deuteroseis impossibile esse confiteri. Nam uir ille magno reru usu prædictus, cuius ego parentalibus iam decrepiti interfui adolescens, familiariter uer sabatur cum cœnobitis sanctioribus, cum Cartuſis quos saepiusculè interuisebat; cum Franciscanis arctioris instituti à quibus peregrine uenientibus interuisebatur. Ab hijs discebat quib; tormentis quorundam piæ mentes affligerentur ob confessionem cui satisfacere, ut ipsis videbatur, nequirent. Similes querelas ad eum deferebant Sanctimoniales. Proinde motus fuit ut libellum ederet in lingua Germanica cui titulum fecit uon dem beichtue, hoc est de morbo confessionis, quo negabant esse tristiorum qui eo tenebantur. Erat Cartusianus quidam qui propter confessionem quæ ei semper ob inexplicabilem circumstantiarum uitam imperfectam videbatur, sed ipse perfectissimam esse frustra contendebat, huc miseriarum ueniet, ut omnem salutem desponderet & apocarteresin cogitaret. Huiusmodi homines illi libuit eo libello consolari, id quod antea fecerat in scriptis suis passim Io. Gerson pius ac sincerus Theologus, qui deiectos simplicium animos ubiq; sublevat & erigit, dignus me hercle pluris fieri ab ordine Theologico quam fit. Itaque Geilerio non displicebat confessio, sed morositas illa & anxietas quorundam quam docent aliquæ recentiorum summule, quæ iustius alibi locum habeant quam in bibliothecis. Hoc est nimis tam arte tradere & methodum alicuius rei quam ipse non probè calleas. Non quod negem in publicis ad populum declamationibus acriter obiurgandum urgendumq; & exemplis interdum quod dicas affirmandum, sed interim bona mentes non sunt debito solatio destituendæ, ne tyrannis & carnifici na conscientiarum inualescat, haud paulo minus nocitura quam dissolutio. Adeo modum ubiq; seruari præstat. Cæterū sciat lector, librum hunc uisum Erasmo nostro Roterodamo bonæ memoriae, nō esse Tertulliani propter phrasim diuersam. Cuius iudicio subscribimus tandem, ut ut uerbis & figuris iisdem utatur autor ille qui quis fuit eius indubie seculi & Tertulliani studiolum. Est autem hic commentarius eiusmodi ut Theologi eum debeant ad unguē ediscere, nam egregium monumentum est antiquitatis. Tam sancte docet, tam piè suadet, tam initater uret rem Ecclesiastica disciplina summopere necessariam Exomologesin, hoc est Actum & ministerium pœnitentiæ. In libro de Patientia qui principem locum genet in hac editione, Patientiæ laudes explicans Tertull. Pœnitentiam, inquit, expectat, Exomologesin adsignat. Vbi uides Pœnitentiam præcedere, sequi uero Exomologesin uelut actum pœnitentiæ.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUITREM.

Hoc genus hominū, quod & ipsi retro fuimus.) Gentiles intelligit. Vnde in Apologetico, Hæc, inquit, & nos risimus aliquando, de uestris fuimus. Fiunt, non nascuntur Christiani. Naturatenus.) Sic libro aduersus Marcionem dixit, Animatenus: Scilicet animatenus saluos, carne deperditos, quæ apud illū nō resurgit. Quippe res dei ratio.) De ratione dei, quod uidelicet omnia quæ deus facit sint rationalia habes in superioribus libris saepenumero. Ut aduersus Marcionem libro secundo, Bonitas dei & ratio eius, huic quoq; instituto patrōcinabuntur, in omnibus cōspirantes apud deum nostrum. Nec ratio enim sine bonitate ratio est; nec bonitas sine ratione bonitas, Item, Et hoc bonum sine dubio & rationale.

Sine gubernaculo rationis transfretantes.) Metaphora à nauigante sumpta.

2 Prout quid in gratiam cecidit.) Nos, attento quod alibi etiam ingratiae uocabulo utatur pro ingratitudine, scripsimus, Prout quid in ingratiā cecidit. Sic infra in hoc ipso libro, Viderit ergo ingratiā hominū, si etiam bonis factis pœnitentiā cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad beneficiendum incitamento est. Vbi uides ingratiā opponi gratia. Eamq; maxime patientiæ speciem.) Re posuimus, Eamq; m. pœnitentiæ speciem. Ex Gorziensi collatione.

Contra patientiæ malum leuius incubat.) Correximus, Contra pœnitentiam malorum. Ex eadem. Sensus est. Longè leuius nec toto pectore incumbut ad propulsandam pœnitentiam rerum malarum. Incubandi uerbo in præcedentibus & sequentibus utitur. Quum rursus ad suam misericordiam maturauisset.) Maturauisset, hoc est, mature se recepisset & in tempore. Sic Cyprianus gratiam matutantem eleganter dixit ad Donatum, Accipe, inquit, quod sentitur antequam discitur, nec per moras temporum longa agnitione colligitur, sed compendio gratiæ maturantis hauritur. Iam inde in semetipso pœnitentiam dedicauit.) De dicandi uerbo libenter utitur Tertullianus, de nouis rebus loquens, ut aduersus Marcionem libro 1. Ut imperio eius diuina bonitas in terris dedicaretur. In De carnis resur. De materia potius subiacenti uolunt ab illo uniuersitatem dedicatam. Cyprianus de Aurelio. Interim, inquit, uobis hac die auspicatus est pacem, dum desdicat lectionem. Et prophetando uniti uorum prophetarum emisit ora.) Prophetando Gerundium est datui casus, id est, ad prophetandum.

Intinctionem.) Intinctionē uocat baptismum. Vt & infra, Erga pœnitentiam uitium, præsumptio intinctionis importat. Item, Hæc enim prima audientis intinctio est, metus integer. Sic aduersus Praxean, Et nouissimè mandans ut tingerent in patrem & filium & spiritum sanctum, non in unum. Nam nec semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tingimur. Ita loquitur & Cyprianus. Exponere præire pœnitentiæ hoc est præcedere pœnitentiam. Per pœnitentiæ sub signationem anteponeret.) Castigamus ex Gorziensi collatione, ante cōponeret.

Dominus scilicet afferens.) Subaudi salutem. Hæc opera.) Opera pro labore. Cæterum ratio eius.) Hic rursus fit rationis mentio, ceu ante in initio.

Quasi uiolentia aliqua.) Hoc est per uiolentiā aliquam. Reprobationem bonorum.) Videlicet operum uel rerum bonarum. Et in eam, omnem summam disciplinæ fanciat.) Adiecumus suæ. ex collatione Gorziensi.

Cur pœnitentiam inuadit delinquentium?) Inuadere uerbum usurpatum sapè Tertulliano. Ad uxorem libro secundo, De cibo, de poculo inuadere, defidere, in mente habere. Et in hoc libro infra, Eam tu peccator, mei similis ita inuade. Item alibi. Quanto principalis ad pœnam?) Sic superius, uel quanto principialis. Deniq; quemadmodum Dominus.) Quemadmodum pro quomo do, interrogatiū pronunciandum. Quum ad ultimum non reum solum definit.) Vitiatus locus est. Restituimus ex Gorziensi collatione, Quum adulterum non eum solum definit. Representat.) Representat id est presens facit & iustus eo fruitur. Elegantissimum uerbum. Expungit effectum.) Hoc est absoluuit, consummat. Quod uerbi frequenter occurrit in hoc autore. Sic in libro de resur. Carnis, An non itaq; iudicium resurrecio expungat. Et locis alijs innumeris.

Cuius uoluntatis cum uis tanta sit, ut non solarium sui saturas pro facto cedat, pro facto ergo plectetur.) Hic ego nihil adiutus ab exemplaribus tamen ausus sum mutare lectionem, hoc modo. Cuius uoluntatis cum uis tanta sit, cur non solarium sui saturas pro facto cedat? Pro facto ergo plectetur. Expone pro facto cedat, pro facto habeatur, siue factū loco sit. Ego enim præstantiam in delictis meam agnosco

agnosco.) Præstitia in malam partem pro excellentia peccandi. Vt naufragus alicuius tabulae fidem.) Ambrosius ad uirg. lapsam. Sed tu que iam ingressa es agonem pœnitentiae, insiste misera fortiter, inhaere tanquam naufragus tabulae. Hieronymus ad Demetriadem de pœnitentia loquens, illa, inquit, quasi secunda post naufragium miseris tabula. Ambo sunt hunc locum imitati.

Et in portum diuinæ clementiae protelabit.) Protelabit hoc est ad portum usq; quamlibet distantem producet. Aduersus Marcionem lib. quarto dixit, Nec quinque circiter sed sexcēta millia hominum protelauit, pro eo quod est uitam eorum exhibito uicfu produxit sustentauitq;. Vt ille te nihil quondam p.d.) Pro accusatio te substituimus nominatiuum tu, sic exigente sensu. Nisi stilla situlae.) Alludit ad locum Esaiæ cap. 40. & locum Pauli. Et in folijs perennat.) Perennat pro perenniter durat. Alter dixit Suetonius, non perennauit, pro eo quod est non uiuit anno integro. Annotauimus supra. Alludit autem ad uerba psalmi primi.

O beatos quorum causa deus iurat.) Nos, o beatos nos quorum causa d.i. Ex 5 Gorziensi collatione. Semel cognitum atq; suscepimus n.p.h.i.d.resignari.) In hac opinione quidam ueterum fuerunt inter quos & Aur. Augustinus.

Nullum ignorantiae prætextum.) Vsurpat prætextum neutrogenere, sicut in Valentianis, Sed enim, inquit, sub prætexto dilectionis in patre, emulatio superrabat. Nouitiolis istis imminent.) Nouitiolos uocat cathecumenos. Hoc uocabulum adhuc apud fratres remanet. Nec perfectis luminibus incerta resstant.) Translatione catulorum utitur, quos canis nimium festinando, quemadmodum est in proverbio, cæcos parere solet. Sic autem dictum est, cæca reptant, ut illud in de Patientia, Qui cæca uiuunt. Hellenismos est. Sed includere eam negligunt.) Translatio à rebus quas si non includas, statim amittas.

Ipsi gratiae suæ adulantur.) Ita in De Resur. carnis, Virginitas quoq; & uiduitas & modestia, in occulto, matrimonij dissimulatio & una notitia eius, de bonis carnis deo adulantur. Et commeatum sibi faciunt delinquendi.) Commeatus est uenia quæ militi datur ut possit ad tempus abesse à castris, uel negotiorum uel ualetudinis causa. Annotauimus in præcedentibus plus semel. Cyprianus in epistola quadam ad martyres & cōfessores, Hæc, inquit, lætor accepto post gloriam cōmeatu, in ecclesia laude florere. Idem de Mortalitate, Quum quidā de collegis & consacerdotibus nostris iam infirmitate defessus & de appropinquante morte sollicitus, cōmeatum sibi precaretur. Quam porro ineptum, quam pœnitentiam non adimp. Aut legendum, Quam porro ineptum, quam ridiculum pœnit. Vt desit hic aliquid. Aut, tuam pœnitentiam n.ad. Nisi placet aposiopesin esse.

Hoc enim precio d.u.addicere instituit.) Addicere uenditoris est. Verbū iuris.

Tunc opinor emēdatos licebit cum absoluimus.) Opinor & hic licebit dictum pro liquebit, fallente fortassis pronunciatione. Nam in De carne Christi indiscavimus in uetus exemplaribus liciuit scriptum pro liquit à liquet, Quanquam licuit iam & de nomine hominis, de statu qualitatis, & de sensu tractationis, & de exitu passionis humanam cōstitisse. Ita, ni fallor, hoc loco licebit pro liquebit possum. Infra habes, Disſidio maris, quod soli populo peruium licebat.

Quis enim seruus posteaquam libertate mutatus est.) Mutare libertate. Sic in De resur. carnis. Oro te, inquit, si famulum tuum libertate mutaueris. Et reliqua.

Pro notis suis fatagit.) Ignominias intelligit notarum nomine. Et proposūtum huius rei asseuerationibus tuis circumduci facile est.) Circūduci hoc est per fallaciam obtegi. Nihil occultum quod non reuelabitur.) Locus est Lucæ oītato cap. Quia inter Auditorum tyrocinia deputatur.) Eleganter dictum, 7 Inter Auditorum tyrocinia. Nam Auditores hoc est catechumeni nihil aliud sunt

sunt nisi tyrones fidei Christianæ. Quum ijsdem incubas quibus retro ignaruss.) Sic Cyprianus ad Donatum, Quum exonerare se possit & releuare ponde-ribus pergit magis fortunis angentibus incubare. Idem de eleemosyna, Quid diuitijs tuis solus incubas? An alias est intinctis Christus, alijs audientibus?) Au-dientes & Auditores ea ætas uocabat catechumenos. Cyprianus epistola XVII libri tertij, Audientibus etiam, inquit, si qui fuerint periculo præuenti, & in exitu constituti, uigilantia uestra non desit, implorantibus diuinam gratiam misericordia domini non denegetur. Huiusmodi Audientibus Doctor præfiebatur apud ueteres. Vnde idem Cyprianus Epistola mox citati libri 22. scribit se Optatum con-sentientibus presbyteris, doctoribus & lectoribus, Doctorem Audientium con-stituisse. Demetrius episcopus Origenem Adamantium constituit Magistrum ca-techumenorum apud Alexandria. Quo officio primus post Apostolos apud Alexandria Pantenus, secundus per ordinem Clemens, tertius sanctus est, Ori-genes Clementis discipulus. Autor Eusebius ecclesiast. historiæ lib. VI. cap. IIII.
 Nisi à custodibus corporum obstructi.) Iuxta illud Satyrographi, Pone feram, co-hibe.
 Exinde repudium & nauj & mari dicunt.) Nam ut est apud Publius mimographum, Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit, Ve-nustus uero sermo quum inquit, Repudium & nauj & mari dicere, translatione sumpta ab his qui uxori libellum repudijs mittunt. Maius est enim restituere.) Exponit quid intellexerit per beneficium ampliatum. Euolue quæ spiritus ecclesijs dicit.) In Apocalypsi locus est in tribus primis capitibus. Et post in-opiam.) Respicit ad id quod Lucas 15 cap. scribit, οταν οτως ο δε αυτος οικουμενη, hoc est, quum autem is omnia consumpsisset. Nam luxus comes esse solet inopia.
 Et si acceptum ab eo prodegeris.) Hoc est partem hæreditatis tuam.
 Tantum relevat confessio delictorum.) Pro delictorum reposuimus delictum. Ex Gorziensi collatione. Tanto operosior probatio est.) Sensus est. Tanto operosius existit se approbare esse confitentem, & huius passionis fidem facere. Mox scripsimus, Ut nō sola conscientia preferatur. Is actus qui magis Gra-co uocabulo exprimitur & frequentatur, Exomologesis est.) Hoc diligenter obseruandum quod hic dicit, Exomologesis actum esse quo Pœnitentia administraatur, & ministerium pœnitentiæ, quemadmodum infra docebit. Id quod tecum in-sellecum multum conferet ad capiendam mentem veterum ecclesiæ scriptorum. Hinc illud Cypriani in epistola ad Antonianum, Apud inferos dum confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest. Discimus autem ex eiusdem sanctissimi martyris scriptis hunc olim in ecclesia seruatum ordinem, ut primum fieret confessio criminum apud Sacerdotes dei, hanc sequebatur pœnitentia que & præcesserat, Pœnitentiam excipiebat exomologesis, quam subsequebatur impositio manus e-piscopi aut cleri. Hac facta, dabatur Eucharistia sic reconciliato. Atque hoc est quod Cyprianus epistola XI. tertij libri dicit, Nondum pœnitentia facta, nondum exomologesi finita (Vbi uides apertam distinctionem) nondum manu eis ab epi-scopo aut clero imposta, eucharistia illis datur. Et præcedit, Quum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iusto tempore, & secundum disciplinæ or-dinem ad exomologesin ueniat, & per manus impositionem e-piscopi aut cleri ius communicationis accipiunt. Hæc illic. Ergo exomologesis actus ipse pœnitentia fuit, illi coniunctus. Idem epistola XVI libri tertij, Nam quum in minoribus, in-quiet, delictis quæ non in deum committuntur, pœnitentia agatur iusto tempore, & exomologesis fiat, inspecta uita eius qui agit pœnitentiam, nec ad communica-tionem quis uenire possit, nisi prius illi ab e-piscopo & clero manus fuerit imposi-ta. Et reliqua, Item in sermone de lapsis, Denique, inquit, quanto & fide maiore & timore

timore meliore sunt, qui quāuis nullo sacrificij aut libelli faciōre constricti, quoniam tamen de hoc cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes dei dolenter & similičiter confitentur, exomologes in conscientia faciunt, animi sui pondus expōnunt, salutarem medelam paruis licet & modicis uulneribus exquirunt. Enim vero liquere potest ex citatis Cypriani locis, occultorū scelerū exomologes in etiam fuisse secretam, quam etiamnum retinet ecclesia dum sacerdos pro modo delicti certum ieiunium, eleemosynā, aut precationes confitenti iniungit. Vnde & in ecclesijs presertim Occidentis antiquitas confessionis secretae stabilatur quæ disciplina ecclesiastica columnen est, si anxietatē demas & restituas libertatem. Amissa autem disciplina, corruant omnia neceſſe est. Habemus de disciplina Romanæ ecclesiæ ualde inlignem epistolam presbyterorum & diaconorum urbis Romæ, ad diuum Cyprianum cuius initium, Quanquam bene sibi cōscius animus, libro secundo. Sed de hijs alias. De ipso quoq; habitu atq; uictu, sacco & cineri incubare.) Deerat hic uerbum mandat, quod nos reposuimus ex Gorziensi collatione. De ipso quoq; habitu atq; uictu, mandat, sacco & cineri incubare. Subaudi exomologesis. Nam quum exomologesis sit actus pœnitentia, & disciplina hominis humilificandi, conuersationē iniungens misericordię illicem, exponit, quid nam sit illud aut quænam conuersatio quæ dei misericordiam & ecclesiæ illiciat iniuitetq;. Sacco & cineri incubare.) Rursum hic habes uerbum incubare ut paulo ante. Quū īisdē incubas quibus retro ignarus? In libro de patientia, Quod si hic patientiē incubabo. Hieronymus ad Demetriadem, Meliusq; est hoc facere, quam repositis opibus incubare. Porro similia exomologeseos opera describit nobis Cyprianus in sermone de lapis. Orare, inquit, oportet impensius, & rogare, diem luciu transfigere, uigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare, stratos solo, adhærere cineri, in cilicio uolutari & sordibus, post indumentum Christi perditum nullum iam uelle uestitum, post dia boli cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere quibus peccata purgentur, eleemosynis frequenter insistere quibus à morte animæ liberentur. Quæ Cypriani uerba ante in argumento quoq; sunt relata. Et aris dei ad geniculare. Hic uides Christianis antiquitus altaria uenerationi fuisse, quibus ad genicularentur. Imo osculis quoq; honorabant. Nam Ambrosius in epistola ad Marcellinā fore tem ostendit oscula militum aris impressa sub Valentino in argumentum pacis. Cerratim, inquit, hoc nunciare milites, irruentes in altaria osculis significare pacis insigne. Aeterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat.) Frustratur qui euitat & declinat aliquid. Expungit qui proſus remouet non redditum, delet atq; tollit. Saluti prodactæ reformari.) Prodactæ hoc est profligatae a prodigendo. Supra dixit, Et si acceptum ab eo prodegeris. Næ tu uerecum dia bonus.) Græco hoc affirmandi ad uerbio libenter utitur. Ad fratum genua protendis.) Nam genua misericordia antiquitus erant dicata. Ad Exomologes in peruenire.) Hoc est ad actum illum & ministerium pœnitentia. Offensam sui excusant.) Sic etiam alibi ſæpe loquitur. Sordulentos.) Pro plenis sordibus. Deuersari.) Et hoc uerbo in præcedentibus libris uifus est. In Coccino.) Per Coccinum intelligit uestem coco infectam. Martialis, Coccina formosæ donas & Ianthina mœchę. Coccum uulgo Granum uocant Latinè reddentes Græcum Κόκκος uocabulum. Apud Hieronymum ad Fabiolam de ueste sacerdotali, Coccus igni & ætheri deputatur. In Tyrio.) Tyrium appellat uestimentum ex purpura Tyria constans. Ouidius, Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus. Cedò acum.) Cedò significat hic da aut date. Si quid ficti nitoris.) Ad hunc sueum cerussa mulieres utuntur. Si quid coacti

coacti ruboris.) Id efficiunt illito purpurisso. Qui ambitu obeunt capessendi magistratus.) Obire absolute pro obambulare, quod Cicerio obire comitia dixit. Quæ non atria noctur. & crudis salutationibus occupant.) Molestiæ & labores eorum qui consulatum turbis Romæ uel alios magistratus quondam ambebant graphicè hic depinguntur. Sed eandem rem elegantissime describit Cyprianus ad Donatum. Qui amicu clariote conspicuus fulgere sibi uidetur in pura, quibus hoc sordibus emit ut fulgeat; quos arrogantium fastus prius pertulit; quas superbas fores matutinus salutator obsedit: quot tumentum contumeliosa uestigia stipatus clientium cuneis ante præcessit, ut ipsum etiam salutantum comes postmodum potpa præcederet, obnoxia non hominis sed potestatis. Et reliqua. Ad omnem occulsum m. c. p. d.) Elegantissime dictum.

Decrescentes.) Hoc modo significat gestum se se demittentis in reuerentiam alterius. Nullis conuiuijs congreges.) Vtitur propter schema quod est in celebres & exules, uocabulo congregis, quod nescio an alibi legatur.

Propter unius anni uolaticum gaudium.) Nam Consulatus erat magistratus annuus. Item aliae quædam functiones annuae. Cyprianus, Eant nunc magistratus & Consules siue Proconsules annuae dignitatis insignibus & duodecim fascibus glorientur. In periculo æternitatis.) Aut parandæ aut amittendæ.

Si de Exomologesi retractas.) Hoc est de actu poenitentia. Hoc non frustra inculco. Quum sumariola quædam eius.) Alludit ad Vesuvium Companiae montem. Ut proximæ urbes aut iam nullæ extint, aut idem sibi de die sperrent.) Quod hic dicit, apertius exponit in De pallio quum inquit, Ex huiusmodi nubilo & Tuscia Vulsinios pristinos deusta. Quo magis de montibus suis Campania speret erepta Pompeios. Vbi utrobicq; figura Græca utitur, nam oppidorum nomina sunt. In altero loco etiam speret posuit pro timeat, sicut & hic sperent pro timeant. Idem narrat in Apologetico hijs uerbis, Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebantur, quum Vulsinios de cœlo, Pompeios de suo monte profudit ignis. Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus foeta. Figura Græca hoc est secundum eas partes quæ igni foetæ sunt, siue foetæ ignis ut ipse loquitur per genitium. Et irreuocabiles moras eius.) Hoc est difficulter reuocabiles. nam ferrum teli facile eximi non potest.

Scit sibi dictamno medendum.) Dictamnum herbam extrahendis sagittis certi monstrauere, percussi eo telo, pastuq; eius herbe eiecio. Autor Plinius lib. 8. cap. 27. Mentionem huius herbae Virgilius facit libro Aeneidos 12.

Tum Venus indigno nati concussa dolore
Dictamnum genitrix Cretæ carpit ad Ida,
Puberibus caulem folijs & flore comantem
Purpureo. Non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo uoluctes hæseret sagittæ.

Nouit illos oculare rursus de sua Chelidonia.) Hic habes oculare, cuius contra rium exoculare tritus uerbū. De Chelidonia Plinius, Chelidoniam, inquit, usui saluberrimā hirundines monstrauere, uexatis pullorū oculis illa medentes. Insti tutam à domino Exomologesen sciens.) Tradit à domino institutū istū Poenitentiæ actum & ministeriū. Vnde & Exomologesi secretior nata sit, quam præstat non abrogari disciplinæ conservadæ causa, sed emetidari, adhibitiis sacerdotibus in æta te integris, in fide integris, ut est apud Cyprianum de eligentidis episcopis. Hodie adulescētes præficiimus ineptos & stultos, plerunq; malos & peccanteis, qui heri aut nudius tertius scholasticum puluerem reliquerunt, sacra lectione nondum instruci, tum usu rerum catentes. Sed de hoc uiderit concilium,

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTVLLIANI DE POENI

TENTIA LIBER.



OE N I T E N T I A M, hoc genitus hominum, quod & ipsi retro suimus, cæci, sine domini lumine, naturate pœnitentia nus norunt passionē animi quandam esse, quæ ue niat de offensa sententiæ prioris. Cæterum à ratione eius tantum absunt, quantum ab ipso rationis auctore: quippe res dei ratio. Quia deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, disposuit, ordinavit: nihil non ratione tractari intelligiç uoluit. Ig iur ignorantibus quiq; deum, rem quoq; eius ignorent, necesse est: quia nullus omnino thesaurus extraneis patet. Itaq; uniuersam uitæ cōversationem si ne gubernaculo rationis transfretantes, imminentem seculo procellam uita re non norunt. Quàm autem in pœnitentiæ actu irrationaliter diuersen tur, uel uno isto satis erit expedire, cum illam etiam in bonis factis suis adhibent. Pœnitentia fidei, amoris, simplicitatis, patientiæ, misericordiæ, pro ut quid in ingratiam cccidit, Semetipso exocrantur, quia benefecerint, eamq; maxi mè pœnitentiæ speciem quæ optimis operibus irrogatur, in corde figunt, me minisse curantes ne quid boni rursus præstent: contra pœnitentiā malorum leuius incubant. Deniq; facilius per eandem delinquunt, quàm per eandem rectè faciunt. Quod si dei ac per hoc rationis quoq; compotes agerent, merita primò pœnitentiæ expenderent, nec unquam eam ad augmentum pertierat emendationis adhiberent: modum deniq; pœnitendi temperarent, quia & delinquendi tenerent, timentes dominum scilicet. Sed ubi metus nulus, emendatio proinde nulla. Vbi emendatio nulla, pœnitentia necessariò uana: quia carer fructu suo cui eam detus seuit, id est, hominis saluti. Nā deus post tot ac tanta delicta humanæ temeritatis à principe generis Adam auspiciata, post condemnatum hominem cum seculi dote, post eieçtum paradiso, mortiç subiectum, cum rursus ad suam misericordiam maturauiisset, iam inde in semetipso pœnitentiam dedicauit, rescissa sententia irarum privinarum ignoscere pactus operi & imaginis sua. Itaq; & populum sibi congregauit & multis bonitatis sua largitionibus souit, & ingratissimū totiens expertus, ad pœnitentiā semper hortatus est, & prophetando uniuersorum prophetarum emitist ora: mox gratiam pollicitus, quam in extremitatibus temporum per spiritum suum uniuerso orbi illuminaturus esset, præire intinctionem pœnitentiæ iussit, ut quos per gratiam uocaret ad promissionem semini Abraham destinatam, per pœnitentiæ sublationem ante compo neret

neret. Non tacet Ioannes, pœnitentiam initote dicens, iam enim salus nationib⁹ appropinquabit, dominus scilicet afferens, secundum dei promissum: cui præministrans, pœnitentiam destinabat purgandis mentibus præpositam, uti quicquid error uetus inquinasset, quicquid in corde hominis ignorantia contaminasset, id pœnitentia uerrens & radēs, & foras abiiciens mundum pectoris domū superuenturo spiritui sancto paret, quod se ille cum cœlestibus bonis libens inferat. Horum bonorum unus est titulus, salus hominis, criminum pristinorum abolitione præmissa. Hæc pœnitentiæ causa: hec opera negocium diuinæ misericordiæ curans: quod homini proficit, deo servit. Caeterum ratio eius quam cognito domino discimus, certam formam tenet, ne nobis unquam factis cogitatis ué, quasi violentia aliqua, manus iniiciatur. Deus enim reprobationem bonorum ratam non habens, ut potest suorum, quorum cum autor & defensor sit, necesse est proinde & acceptator. Si acceptator, etiam remunerator. Viderit ergo ingratia hominum, & etiam bonis factis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad beneficiendum incitat̄ est. Terrena, mortalis utraq. Quantulum enim compendij si grato beneficeris: uel dispendi, si ingrato: Bonum factum deum habet debitorem, sicut & malum: quia iudex omnis remunerator est iustitia dei causæ. At cum iudex deus iustitiae charissimæ sibi exigendæ tuendæq; præsidet, & in eam, omnem summam disciplinæ suæ sanciat, dubitandum est, sicut in universis actibus nostris, ita in pœnitentiæ quoq; causa iustitiam deo præstandam esse: quod quidem ita impleri licebit, si peccatis solummodo adhibeat. Potrō peccatum, nisi malum factum, dici nō meretur: nec quisquam benefaciendo delinquit. quod si non delinquit, cur pœnitentiam inuidit delinquentium? Priuatum cur malitiæ officium bonitati suæ importat? Ita evenit, ut cum aliquid ubi non oportet, adhibetur, illuc ubi oportet negligatur. Quorum ergo pœnitentia iusta & debita videatur, id est, quæ delicto deputanda sint, locus quidem expositulat denotare, sed otiosum uideri potest. Domino enim cognito, ulti spiritus à suo autore respectus, emergit ad noticiam ueritatis, & admissus ad dominica præcepta, ex ipsis statim eruditur, id peccato deputādum, à quo deus arceat. Quoniā cum deum grande quid boni constet esse, utiq; bono nisi malum non displiceret, quod inter contraria sibi nulla amicitia est. Perstringere tamen non pigebit, delictorum quædā esse carnalia, id est, corporalia, quædā uero spiritalia. Nam cum ex hac duplicis substantiæ congregazione confectus homo sit, non aliunde delinquit, quam unde constat. Sed non eo inter se differūt, quod corpus & spiritus duo sunt: alioquin eo magis paria sunt, quia duo unū efficiunt: ne quis pro diversitate materialium peccata earum discernat, ut alterum alio leuius aut grauius existimet. Siquidē & caro, & spiritus, dei resalia mā ou eius expressa, alia afflata eius consummata. Cum ergo ex pari ad dominum

Delicta corporalia, spiritualia

et in pertineant, quodcunq; eorum deliquerit, ex pari dominum offendit. An tu discernas actus carnis & spiritus: quorū & in uita, & in morte, & in re surrectione, tantum communionis atq; consortij est: ut pariter tunc aut in uitam aut in iudicium suscitentur: quia scilicet pariter aut deliquerint, aut innocenter egerint. Hoc eo premisserimus, ut non minorem alteri quam utriq; parti, si quid deliquerit, poenitentiae necessitatem intelligamus impendere. Communis reatus amborum est, communis & iudex, deus scilicet: communis igitur & poenitentiae medela. Exinde spiritalia & corporalia nominantur, quod delictum omne, aut agitur, aut cogitatur. Ut corporale sit, quod in factō est: quia factū ut corpus & uideri & cōtingi habet. Spiritale uero, quod in animo est, quia spiritus neq; uidetur, neq; tenetur: per quod ostenditur non facti solum, uerum & uoluntatis delicta uitanda, & poenitentia purganda esse. Necq; enim si mediocritas humana, factis solum iudicat, quia uoluntatis latebris par nō est, idcirco crīmina eius etiā sub deo negligamus. Deus in omniā sufficit. Nihil à conspectu eius remotū, unde omnino delinquitur. Quia non ignorat, nec omittit, quo minus in iudicium decernat. Dissimilator & praevaricator perspicaciæ suæ nō est. Quid quod uoluntas facti origo est: uideriat enim si qua casui, aut necessitatī, aut ignoratię imputantur: quibus exceptis iam non nisi uoluntate delinquitur. Cum ergo facti origo est, non tanto potior ad poenam est, quanto principalis ad culpam: quae ne tunc quidem liberatur; cum aliqua difficultas perpetrationē eius intercipit. Ipsa enim sibi imputatur, nec excusari poterit per illam perficiendi infelicitatem, operata quod suū fuerat. Deniq; dominus quemadmodū se adiectionem legis superstruere demonstrat, nisi & uoluntatis interdicendo delicta: cum adulterum non eum solum definit, qui cōminus in alienū matrimonium fecisset, verum etiam illum, qui aspectus cōcupiscentia contaminasset: adeo quod prohibetur administrare, satis periculose animus sibi repräsentat, & temere per uoluntatē expungit effectum. Cuius uolūtatis cum uis tanta sit, cur non solatum sui saturans pro facto cedat: pro facto ergo plectetur. Vainissimum est dicere, uolui, nec tamen feci. Atquin perficere debes quia uis: aut nec uelle, quia nec perficis. Sed ipse cōscientiae tuæ confessione pronuncias. Nam si bonū cōcupisceres, perficere gestisses: porro sicut malum non perficis, nec cōcupiscere debueras. Quāq; te cōstitueris, crīmine astringeris: quia ac malū uolueris, aut bonū non adimpleueris. Omnibus ergo delictis, seu carne, seu spiritu, seu facto, seu uoluntate cōmissis, qui poenam per iudicium destinavit, idem & ueniam per poenitentiam spopondit, dices ad populum: Poenitere, & fakut faciā te. Et iterū: Viuo, inquit dominus, & poenitentiam malo q; mortem. Ergo poenitentia uita est, cum præponitur morti. Eam tu peccator, mei similis (imo me minor, ego enim præstātam in delictis meam agnosco) ita induadē, ita amplexare, ut naufragus alicuius tabulæ fidem.

*Corporale
delictum:
Spiritale:*

*Causa.
Necessitas:
Ignorantia:
4
VOLUNTAS*

Ezech.33

*præstantia, in
malā partent*

Aa Hac

Hæc te peccatorum fluctibus mersum proleuabit, & in portum diuinæ clementiæ protelabit. Rape occasionē inopinatae felicitatis, ut ille tu nihil quodam penes deum, nisi stilla fitulae, & areæ puluis, & uasculum figuli, arbor exinde fias illa quæ penes aquas seritur, & in folijs perennat, & tempore suo fructus agit, quæ non ignem, non securim videbit. Pœnitentia errorum reperita ueritate, pœnitentia amasse quæ deus non amat, quando ne nos quidem ipsi seruulis nostris ea quibus offendimur nō odiſſe permittimus. Obsequij enim ratio in similitudine animorum constituta est. De bono pœnitentiae enumerando, diffusa & per hoc magno eloquio committenda materia est. Nos uero pro nostris angustijs unum inculcamus, bonum atq; optimū esse quod deus præcipit. Audaciam existimo de bono diuini præcepti disputare. Neq; enim quia bonū est, idcirco auscultare debemus, sed quia deus præcepit. Ad exhibitionem obsequij, prior est maiestas diuinæ potestatis. Prior est autoritas imperantis, quam utilitas seruientis. Bonū est pœnitere, an nō? Quid reuoluis, deus præcipit. At enim ille non præcipit tantum, sed etiā hotatatur. Inuitat præmio salutē, iurans, etiam uiuo dicens, cupit credi sibi. O beatus nos quorū causa deus iurat. O miserrimos si nec iuranti domino creditus. Quod igitur deus tantopere cōmendat, quod etiā humano more subdeieratiōe testatur, summa utiq; grauitate & aggredi & custodire debemus, ut in assueratione diuinæ gratiæ permanentes, in fructu quoq; eius & emolumento proinde perseverare possimus. Hoc enim dico, pœnitentiam quæ per dei gratiam ostensa & indicta nobis, in gratiam nos domino reuocat, semel cognitam atq; suscepitam nunquam post hac iteratione delicti resigari oportere. Iam quidem nullum ignorantiae prætextum tibi patrocinatur, quod domino agnito præceptisq; eius admissis, deniq; pœnitentia delictum functus, rursus te in delicta restituis. Ita inquantū ignorantia segregaris, intantum cōtumacia adglutinaris. Nam si idcirco te deliquisse pœnituerat, quia dominū cœperas timere, cur quod metus gratia cessisti, rescindere maluisti, nisi quia metuere desisti? Nec enim timorem alia res quam contumacia subuertit. Cum etiā ignorantes dominū nulla exceptio tueatur à pena (quia deum in aperto constitutum, & uel ex ipsis coelestibus bonis comprehensibilem ignorari non licet) quanto cognitū despici periculosum est. Despicit porrò qui bonorum ac malorum intellectum ab illo consecutus, quod intelligit fugiendū, quodq; iam fugit, resumens, intellectui suo, id est, dei dono contumeliam facit: respuit datorem cum datum deserit, negat beneficium, cum beneficium nō honorat. Quemadmodum ei potest placere, cuius munus sibi displaceat. Ita in dominū nō modo cōtumax, sed etiā ingratius appetit. Cæterū non leuiter in dominū peccat, qui quū æmulo eius dialolo pœnitentia renunciasset, & hoc nomine illum domino subiecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem eius seipsum facit, ut denuo Malus

Timor. maluisti, nisi quia metuere desisti? **Contumacia.** Nec enim timorem alia res quam contumacia subuertit. Cum etiā ignorantes dominū nulla exceptio tueatur à pena (quia deum in aperto constitutum, & uel ex ipsis coelestibus bonis comprehensibilem ignorari non licet) quanto cognitū despici periculosum est. Despicit porrò qui bonorum ac malorum intellectum ab illo consecutus, quod intelligit fugiendū, quodq; iam fugit, resumens, intellectui suo, id est, dei dono contumeliam facit: respuit datorem cum datum deserit, negat beneficium, cum beneficium nō honorat. Quemadmodum ei potest placere, cuius munus sibi displaceat. Ita in dominū nō modo cōtumax, sed etiā ingratius appetit. Cæterū non leuiter in dominū peccat, qui quū æmulo eius dialolo pœnitentia renunciasset, & hoc nomine illum domino subiecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem eius seipsum facit, ut denuo Malus

Malus recuperata præda sua aduersus dominū gaudeat. Nónne quid di
 cere quoq; periculorum est, sed ad ædificationem proferendum est, Diabolus
 lum domino præponit. Comparationem enim uidetur egisse, qui utruncq;
 cognoverit, & iudicato pronunciasse, eum meliorem cuius se rursus esse ma
 luerit. Ita qui per delictorum pœnitentiam instituetat domino satisfacere,
 diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam satisfaciet: eritq; tanto magis
 perosus deo, quanto æmulo eius acceptus. Sed aiunt quidam satis deū ha
 bere, si corde & animo suspiciatur, licet actu minus fiat. Itaq; se saluo metu
 & fide peccare: hoc est, salua castitate, matrimonia uiolate, salua pietate pa
 renti uenenum temperare. Sic ergo & ipsi salua uenia in gchennam detru
 dentur, dum saluo metu peccant. Primum exemplum peruersitatis, quia ti
 ment, delinquent: opinor non delinquerent, si non timerent. Igitur qui deum
 nolit offensum, nec reuereatur omnino, si timor offendendi patrocinium
 est. Sed ista ingenia de semine hypocitarum pullulare consuerūt, quorum
 inuidua cum diabolo amicitia est, quorum pœnitentia nunquam fidelis.
 Quicquid ergo mediocritas nostra ad pœnitentiam semel capessendam &
 perpetuo continendam suggerere conata est, omnes quidem deditos domi
 no spectat, ut omnes salutis in promerendo deo petidores, sed præcipue no
 uitiosi istis immittet. Qui cum maxime incipiunt, diuinis sermonibus aures
 tigare, quicq; catuli infantiae adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta
 reprant: & dicunt quidem pristinis renunciare & pœnitentiam assumūt, sed
 includere eam negligunt. Interpellat enim illos ad desiderandum ex pristi
 nis aliquid, ipse finis desiderandi: uelut poma cum iam in acetem uel ama
 ritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiæ suæ
 adulantur. Omne præterea cunctationis & tergiuersationis erga pœniten
 tiā uitium, præsumptio intinctionis importat. Certi enim indubitate ue
 nia delictorum, medium tempus interim surantur, & commeatum sibi fa
 ciunt delinquendi, quam eruditonem non delinquēdi. Quam porrò inep
 tum, quam pœnitentiam non adimplere, & ueniam delictorum sustinere:
 hoc est, precium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc enim pre
 cio dominus ueniam addicere instituit: hac pœnitentiæ compensatione re
 dimendam proponit impunitatem. Si ergo qui uendant, prius nummum
 quo paciscuntur examinant, ne scalptus, néue rasus, ne adulter: etiam domi
 num credimus, pœnitentiæ probationem prius inire, tantam nobis merce
 dem perennis scilicet uitæ concessurum. Sed differamus tantisper pœnitentiæ
 ueritatem. Tunc opinor emendatos licebit cum absoluimur. Nullo pa
 cto. Sed cum pendente uenia, poena prospicit: cum adhuc liberati nō me
 temur, ut possimus mereri: cum deus comminatur, non cum ignoscit. Quis
 enim seruus postea quam libertate mutatus est, furta sua & fugas sibi impu
 tar: Quis miles postquam castris suis emissus, pro notis suis satagit: Pecca
Malus, didat
bolus
Simile
Commeatus
delinquendi
Simile
Licebit fors
tassis pro lis
quebit sicut
supra licuit
pro liquiſ

tor ante ueniam deflere se debet: quia tempus pœnitentiae id est quod periculi & timoris. Neque ego renuo diuinum beneficium, id est, abolitionem delictorum inituris aquam omni modo saluum esse: sed ut eod peruenire continet, elabordandum est. Quis enim tibi tam infidæ pœnitentiae uiro, aspergimentum unam cuiuslibet aquæ comodabit: Furto quidem aggredi, & propositum huius rei assuerationibus tuis circuducii facile est. Sed deus Thesauro suo prouidet, nec sinit obrepere indignos. Quid denique ait: Nihil occultum quod non reuelabitur. Quatascunque tenebras factis tuis superstruxeris, deus lumen est. Quidam autem sic opinantur, quasi deus neesse habeat præstare etiam indignis, quod spopondit: & liberalitatem eius faciunt seruitutem. Quod si necessitate nobis symbolum mortis indulget, ergo inuitus facit. Quis enim permittit permanens id quod tribuerit inuitus? Non enim multi postea excidunt: non à multis donū illud aufertur: Hi sunt scilicet qui obrepunt, qui pœnitentiae fidem aggressi, super arenas domum ruituram collocant. Nemo ergo sibi aduletur, quia inter Auditorū tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc sibi delinquere liceat. Dominum simul cognoveris, tamen meas: simul inspexeris, reuerearis. Ceterum quid te cognouisse interest, cum iisdem incubas quibus retro ignarus? Quid autem te à perfecto seruo dei separat: An alias est intinctis Christus, alias Audientibus? Num spes alia, uel merces, alia formido iudicij, alia necessitas pœnitentiae? Lauacrum illud Baptismus obsignatio est fidei: quæ fides à pœnitentiae fide incipitur & commendatur. Non ideo abluimur, ut delinquere desinamus, sed quia desimus, quoniam iam corde loti sumus. Hæc enim prima Audientis intinctio est, metus integrer. Exinde quoad dominū senseris, fides sana conscientia semel pœnitentiam amplexata. Ceterū si ab aquis peccare desistimus, necessitate non sponde innocentiam induimus. Quis ergo in bonitate præcellens: cui non licet, aut cui displicet malo esse: qui iubetur, an qui delectatur à crimine uacare: Ergo nec à furto manus auertamus nisi claustrorū duritia repugnet: nec oculos à stupri concupiscentijs refrenemus, nisi à custodibus corporū obstructi, si nemo domino deditus delinquere desinet, nisi intinctione alligatus: quod si qui ita senserit, nescio an intinctus magis contristetur, quod peccare desierit, quam lætetur quod euaserit. Itaque Audientes optare intinctionem, non presumere oportet. Qui enim optat, honorat: qui presumit, superbit. In illo ueritatem, in isto petulantia appetit. Ille satagit, hic negligit. Ille mereri cupit, at hic ut debitum sibi re promittit: ille sumit, hic inuidit. Quem censeas dignorem, nisi emendatiorem: quem emendatiorem, nisi timidiorem, & idcirco uera pœnitentia functum? Timuit enim adhuc delinquere, ne non mete retur accipere. At ille præsumptor, cum sibi re promitteret, securus scilicet, timere non potuit: sic nec pœnitentiam impleuit, quia instrumento pœnitentie, Presumptio id est, metu caruit. Præsumptio inuercundia portio est, inflat petitorem, despicit

despicit datorem. Itaq; decipit nonunquam. Autem enim quam debeat re promittit, quo semper is qui est praestatus, offenditur. Hucusq; Christe domine de poenitentiae disciplina seruis tuis dicere uel audire contingat, quo usq; etiam delinquere non oportet. Audientibus: uel nihil iam de poenitentia nouerint, nihil eius requirant. Piget secundae, immo iam ultimae spei subtexeretur mentionem, ne retractantes de residuo auxilio poenitendi, spaciū adhuc delinquendi demonstrare videamur. Absit ut aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad poenitendum: & redundantia clementiae celestis, libidinem faciat humanæ temeritatis. Nemo ideo deterior sit, quia deus melior est, totiens delinquendo quotiens ignoscitur. Ceterum finem utiq; euadendi habebit, cum offendendi non habebit. Euasimus semel, hactenus periculis nosmetiplos inferamus, & si iterū euasuri uidemur. Plerique naufragio liberati exinde repudium & nauis & mari dicunt, & dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo uercundiam, nolunt iterum diuinę misericordiae oneri esse: formidant uideri inculcare, quod consecuti sunt: bona certe sollicitudine iterum experiri uitant, quod semel didicerunt timere. Ita modus temeritatis, testatio est timoris. Timor autem hominis, dei honor est. Sed enim peruicacissimus hostis ille, nunquam malitia sua otium facit. Atquin tunc maxime saeuit, cum hominem plenè sentit liberatum: tunc plus sumum accenditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiscat necesse est uenia peccatorum permissa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retro sua eras, Dolet quod ipsum & angelos eius, Christi seruus ille peccator iudicaturus est. Itaq; obseruat, oppugnat, obsidet, si quā possit aut oculos concupiscentia carnali ferire, aut animum illecebris seculariibus irretire, aut fidem terrenae potestatis formidine euertere, aut à via certa peruersis traditionibus detorquere: non scandalis, non temptationibus deficit. Hec igitur uenena eius prouides deus, clausa licet ignoscentiae ianua & intinctio sera obstructa, aliquid adhuc permisit patere. Collocavit in uestibulo poenitentiam secundā, quae pulsantibus patefaciat: sed iam semel, quia iam secundo: sed amplius nunquam, quia proxime frustra. Non enim & hoc imo non solū semel aut septuages, sed etiam septuagies semel satis est: Habis quod iam non merebaris, amisisti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia domini accommodat unde restituas quod amiseras, iterato beneficio gratus esto nedum ampliato: maius est enim restituere, dare: quoniam miseriis est perdidisse, quam omnino non accepisse. Verum non statim succidens ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis poenitentiae debitor fuerit: pigeat sane peccare rursus, sed rursus poenitere non pigeat: pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat. Iteratae ualitudinis, iteranda medicina est: gratus in dominum extiteris, si quod tibi dominus offert, non recusaueris: offendisti, sed reconciliari

Aa 3 adhuc

ad huc potes. Habes cui satisfasias, & quidem uolenter: id si dubitas, euob
ae quæ spiritus ecclesijs dicat: Desertam dilectionem Ephesijs imputat, Stu-
prum & idolothytorum esum Thyatirenis exprobrat, Sardios non pleno-
rum operum incusat, Pergamenos docentes peruersa reprehendit, Laodice-
nos fidentes diuitijs obiurgat: & tamen omnes ad pœnitentiam cōmonet,
sub cōminationibus quidem. Non comminaretur autem non pœnitenti, si
non ignosceret pœnitenti. Dubium si non & alibi haec clementia suæ pro-
fusionem demonstrasset. Nō ait, qui ceciderit, resurget, & qui auersatus fue-
rit conuertetur? Ille est scilicet, ille est qui misericordiam mauult quam fa-
cacia. Lætantur cœli, & qui illuc angeli, pœnitentia hominis. Heus tu pecca-
tor bono animo sis, uides ubi de tuo gaudieatur. Quid illa similitudinū do-
minicarum argumēta nobis uolunt? Quod mulier dragmam perdidit, & re-
quirit, & repperit, & amicas ad gaudium iuicit, nōnne restituti peccatoris
exemplum est? Errat & una pastoris ouicula, sed grex una catior non erat:
una illa conquiritur, una pro omnibus desideratur, & tandem inuenitur, & hu-
meris pastoris ipsius refertur: multū enim errando laborauerat. Illum etiam
mitissimum patrem non tacebo, qui prodigum filium reuocat, & post ino-
piam pœnitentem libens suscipit, immolat uitulum præopimum, conuiuio
gaudium suum exornat. Quid nī filium enim inuenierat quem amiserat, ca-
riorem senserat quem lucifecerat. Quis ille nobis intelligēdus pater? Deus
scilicet, Tam pater nemo: tam pius nemo. Is ergo te filiū suū, & si acceptum
ab eo prodegeris, & si nudus redictis, recipiet, quia redisti: magisq; de re-
gressu tuo quam de alterius sobrietate lactabitur: sed si pœnitent ex anima,
si famem tuam cum saturitate mercenariorū paternorum cōpates, si porcos
immondū relinquas pecus, si patrem repetas uel offensum, Deliqui dices pa-
Confessio tet, nec dignus ego iam uocari tuus. Tantū relevat cōfessio, delictum, qua-
delicti tum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis cōsilium est, dis-
simulatio contumaciæ. Huius igitur pœnitentia secundæ & unius, quanto
in arto negotium est, tanto operosior probatio, ut non sola conscientia præ-
feratur, sed aliquo etiā actu administretur. Is actus qui magis Græco uoca-
bulo exprimitur & frequentatur, exomologesis est, qua delictū domino no-
strum confitemur, nō quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessio
pœnitentia. ne disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia deus mitigatur.
Satisfactio. Itaq; exomologesis prosternendi & humiliandi hominis disciplina est,
Talis erat exo- conuersationem iniungens misericordiæ illicem. De ipso quoq; habitu arcq;
mologefis, id uiectu mandat, sacco & cineri incubare, corpus folidibus obscurare, animum
est Actus pœ- mœroribus deñcere, illa quæ peccauit tristi tractatione mutare: cæterum,
nitentie apud neteres pastum & potum pura nosse, non uentris scilicet, sed animæ causa: plerunq;
uero ieunijs preces alere, ingemiscere, lachrymari, & mugire dies noctesq;
ad dominum deum tuū, presbyteris aduolui, & aris dei adgeniculari, omni-
bus

bus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere. Hæc omnia exomologesis, ut pœnitentiam commendet, ut de periculi timore dominū honoret, ut in peccatorē ipsa pronuncians pro dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna supplicia nō dicam frustretur, sed expungat. Cum igitur prouolut hominem, magis relevat: cum squalidum facit, magis mundatum reddit: cum accusat, excusat: cum condemnat, absolvit. In quantum non: pepercis tibi, intantum tibi deus, crede, parcer. Plerosque tamen hoc opus ut publicationem sui aut suffugere, aut de die in diem differre, præsumo, pudoris magis memores quam salutis: uelut illi, qui in partibus uercundioribus corporis contracta uexatione, cōscientiam mēdientium uitant, & ita cum erubescens sua pereunt. Intolerandum scilicet pudori, domino offenso fatisfacere, saluti productæ reformari. Næ tu uercundia bonus, ad delinquendum expandens frontē, ad deprecandū uero subducens. Ego rubor locū nō facio, cum plus de detrimēto eius acquiro, cum ipse hominem quodāmodo exhortatur. Ne me respexeris dices, pro te mihi melius est pertire. Certe periculū eius tunc si forte onerosum est, cum penes insultaturos in risiloquio consistit, ubi de alterius ruina alter attollitur, ubi prostrato superfceditur. Ceterū inter fratres atq; cōseruos, ubi cōmunis spes, metus, gaudium, dolor, passio (quia cōmunis spiritus de cōmuni domino & patre) quid tuos aliud q̄ te opinaris? Quid consortes casuū tuorū, ut plausores fugis? Non potest corpus de unius membris uexatione lātū agere: condoleat universum, & ad remediū conlaboret, necesse est. In uno & altero ecclesia est, ecclēsia uero Christus. Ergo cum te ad fratrū genua protendis, Christū contrectas, Christū exoras. Aequè illi cum super te lachrymas agunt, Christus patitur, Christus patrē deprecatur. Facile impetratur semper, quod filius postulat. Grande planè emolumētū uercundię, occultatio delicti pollicetur. Videlicet si quid humanæ notitiæ subduxerimus, proinde & deum cælabimus. Adeo ne existimatio hominū & dei consciētia cōparantur? An melius est damnatū latere, q̄ palam absolui? Miserū est sic ad exomologesin peruenire. Malo enim ad miseriā peruenit: sed ubi pœnitendū est, desinit miserum, quia factum est salutare. Miserū est secari & cauterio exuri, & puluis alicuius mordacitate anxiari: Tamen quæ per insuavitatem mēdientur, & emolumento curationis offensam sui excusant, & præsentem iniuriam superuenturæ utilitatis gratia cōmendant. Quid si præter pudorem quem potiorem putant, etiam incōmoda corporis reformident, quod inlatos, quod sordulentos, quod extra lātitiam oportet deuersari, in asperitudine sacci, & horrore cineris, & oris de ieiunio uanitate? Num ergo in Coccino, & Tyrio pro delictis supplicare nos condecet? Cedò acum crinibus distinguendis, & puluerem dentibus eliminandis, & bisulcum aliquid ferri uel æris unguibus repastinandis: si quid facti nitoris, si quid coacti ruboris, in labia aut genas

Risiloquium

ECCLESIA
Ad fratrum
genua se
protendere

Aa 4 urgeat

urgeat: præterea exquirito balneas lētiores hortulanī maritimi' ue secessus: adiçito ad sumptum: conquerito altīlum enormē saginam, defecato sene Ironia cūtem uini: quumq; quis interrogat, cur animę largiaris: Deliqui dicitō in deum, & periclitō in æternū petire. itaq; nunc pendeo, & maceror, & ex-

crucior, ut deum reconciliem mihi quem delinquendo læsi. Sed enim illos qui ambitu obeunt capessendi magistratus, necq; pudet, necq; piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantum, uerum & contumelij;

H omnibus enī in causa uotorū suorum. Quas nō ignobilates uestium affe-
Ad occursum etant: quæ non atria nocturnis & crudis salutationibus occupant: ad omne
majoris perso occursum maioris cuiuscq; personæ decrescentes, nullis cōuiurjs celebres, nul-
ne decrescere lis comestationibus cōgreges, sed exules à libertatis & lētitiae felicitate: idq;

Volaticum totum propter unius anni uolaticum gaudium. Nos quod securium uirga
gaudium rumue petitio sustinet, in periculo æternitatis tolerare dubitamus: & cātu-

gationem uictus atq; cultus offenso domino præstare cessabimus, quæ gen-
tiles nemine omnino læso sibi irrogant: Hi sunt de quibus scriptura cōme-
morat: Væ illis qui delicta sua uelut procero fune nectūt. Si de exomologe
si retractas, gehennā in corde cōsidera, quam tibi exomologesis extinguit:
& pœnæ prius magnitudinem imaginare, ut de remedij adoptione non du-

Fumariola bites. Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, cum fumariola quæ-

Superbissimi dam eius tales flamarum ictus suscitent, ut proximæ urbes aut iam nulla-

montes extent, aut idem sibi de die sperent. Dissiliunt superbissimi montes ignis in-

montes trinsecus foeta. Et quod nobis iudicij perpetuitatem probat, cum dissiliant,
cum deuorentur, nunq; tamen finiuntur. Quis hæc supplicia interim mon-

Exemplaria tium non iudicij minantis exemplaria deputabit: quis scintillas tales nō ma-

indicij igni alicuius & inestimabilis foci missilia quædam & exercitoria iacula con-

sentiet: Igitur cum scias aduersus gehennam post prima illa intinctionis do-

Exomologe minicæ monumenta, esse adhuc in exomologesi secūda subsidia, cur salutem

scos secunda tuam deseris: Cur cessas aggredi, quod scias mederi tibi: Mutæ quidem ani-

subsidia mæ & irrationales, medicinas sibi diuinitus attributas in tēpore agnoscunt.

Ceruus sagitta transfixus ut ferrum & irreuocabiles moras eius de uulne: e

Oculare expellat, scit sibi dictamno medendum. Hirundo si excæcauerit pullos, no-

Exomologe uit illos oculare rursus de sua chelidonia. Peccator restituendo sibi institu-

Dan. 4. tam à domino exomologesin sciens, præteribit illā, quæ Babyloniu regem

Nabucho instituta in regna restituit: Diu enim pœnitentiam domino imolarat, septenni squa-

Nabucho lore exomologesin operatus, unguium leoninum in modum efferatione, &

donosor capilli incuria horrorem aquilinum præferente. Proh malæ tractationis:

Pharao Quem homines perhorrebant, deus recipiebat. Contra autem Ægyptius

Exod. 14. Imperator qui populum dei aliquando afflictum diu domino suo denega-

tum persecutus, in prælium irruit, post tot documēta plagarum, dissidio ma-

tis, quod soli populo peruium licebat, reuolutis fluctibus perit. Pœnitētiam

enim

enim & ministerium eius exomologesi abiecerat. Quid ego ultra de istis *Exomologes*, duabus, humanæ salutis quasi Pharis, stili potius negotium quam officium *sis*, ministerium conscientiæ meæ curans? Peccator enim omnium notatum cum sim, nec ulli *pœnitentie* rei nisi pœnitentie natus, non facile possum super illa tacere, quā ipse quoq; & stirpis humanæ & offensæ in dominum princeps Adam, exomologesi restitutus in paradisum suum, non taceat.

ARGUMENTVM LIBRI SEQVENTIS

PER BEATVM RHENANVM.



Os primum fuerat solennis apud Carthaginenses, ut nō modo mulieres, sed & uirgines uelarentur, deinde res arbitrio cuiuscq; permisfa est. Quibus maior probitatis cura ueterem consuetudinem ultro obseruabant, quam cæteri negligebant uel ut nō præceptam, uel ut suis morib; non conuenientem. Tertullianus cum cerheret quantum mali nasceretur ex hoc quod uirgines aperto capite starent in cōgregationibus Christianorum, non secus atq; in choreis solent, quæ maritum querunt, docet hoc libro uirgines etiam esse uelandas: Quod quæ de uelandis mulieribus Paulus præcepit, etiam ad uirgines pertineant, quibus in mulierum ordinem transitus fit, non tam per concubitum, quam per alia quæ mulieribus & uirginibus cōmuniter accidunt. Verisimile est etiā tum puellas aperto capite in congregationem uenire solitas, uolentibus sic parentibus, ut maritum ex Christianis facilius inuenirent. At Tertullianus templum dei, domum precationis esse uult, non nundinationis puellaris. Porrò obseruandum, eas uirgines quæ uelatae in ecclesiam uentabant, uirgines dei hic dīci, illas uero quæ foris quidem hoc est in uicis propter ethnicos uelabantur, cæterum in ipso coetu Christianorū siue ecclesia nudato stabant capite, uirgines hominū appellari, iuxta illud Geneseos, filij dei, & filiae hominum. Nam notus locus est. Atq; haud scio an illæ priores fuerint cōsecratæ aut professionem fecerint, cuius rei nulla prorsus hic mentio. Posterior autem ætas nempe diui Ambrosij sacratas uirgines habuit, & uelatas ab episcopo. Hinc illud apud eum autorem libro tertio de uirginibus. Discite quantas Alexandrina totiusq; Orientis & Aphricana ecclesia quotannis sacrate consueuerint. Pauciores hic homines prodeunt, quam illic uirgines consecrantur. Item mox, Aīunt etiam pleriq; maturioris ætatis uirgines esse uelandas. Neque ego abnuo, Sacerdotalis esse cautionis debere, ut nō temere puella ueletur. Et infra, Nec mirere in adolescentulæ professionem. Verum de huiusmodi uelatione hic non agitur. Cæterum attende mihi lector quanti continentiam fecerit Tertullianus, qui legitimū mariti & uxoris congressum uocet contumeliam cōmunem, etiam alibi confusionem, quum inquit, quo totam condixerunt confusionem.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQVENTEM.

LAtine quoq; ostendam.) Ergo & Græcè scripsit de eadem re. Cæterū in De corona militis testatur se de spectaculis etiam Græcum ædidisse commentarium, quum inquit, Sed & huic materiae propter suauiludos nostros Græco quoque stilo satisfecimus. Eruditur in mansuetudinē saporis.) Ita dixit eruditus in fructū, de flore, in libro de carne Christi, Quia per florem, inquit, & ex flore omnis fructus eruditur in fructum. Per Græciam & quasdā Barbarias eius.) Quid hic audimus: etiam Barbaræ sunt in Græcia; Barbaria pro regione barbarorum,

rorum etiam alibi utitur, ut Aduersus Marcionem libro primo, Iam & bestijs illius Barbariae, importunior Marcion. Loquitur autem de Ponto.

Sed eas ego ecclesias.) Per ecclesias quas ipsi Apostoli condiderunt, intelligit Romanam, cui Petrus & Paulus (ut alibi inquit) Euangelium suo quoq; sanguine signatum reliq; terunt: item ecclesias Corinthiorum, Galatarum, Philippensium & Thessalonicensium, quas Paulus instituit: Et Ephesiorum ecclesiam, quae fuit a Ioanne condita. Sanè Corinthiorum paulopost meminit, Sic & ipsi, inquit, Corinthij intellexerūt. Hodie deniq; uirgines suas Corinthij uelant. Quid docuerint Apostoli, qui didicerunt approbat. Porro facit ad hunc locum quod in libro Prescriptionum aduersum haereticos scribit, Age iam, inquit, qui uoles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, percurre ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur, apud quas ipsæ authenticae literæ eorum recitantur, sonantes uocem, representantes faciem. Proxima est tibi Achaea: habes Corinthum. Si non longe es à Macedonia, habes Philippos. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiæ adiaceris, habes Romanam unde nobis quoq; autoritas præsto est. Felix ecclesia cui totam doctrinā Apostoli cum sanguine suo profuderunt, Hactenus ille. Scribit in hanc eandem sententiam pauloante in eodem Prescriptionum opusculo. Et aduersus Marcionem libro quarto. Cæterum uides ex hoc ueteres illas ecclesias, Tempora & Antecessores opponere solitas. Observabis & hunc antiquum loquendi modum quo orthodoxam illarum fidem contestatur, quum inquit, Cum quibus scilicet communica mus ius pacis & nomen fraternitatis. De qua re etiam supra admonuimus lectorum.

³ Quæ magis ex duabus.) Quæ pro utra. Quæ uirgines includit.) Subaudi, uelamine, hoc est uelat. Subfundit.) Hoc uerbo etiam alibi utitur. In de exhortatione castitatis. Imo subfusio pigris simul ad continentiam deo exhibendam. Contenta erat ueritas paucis si cum consuetudine.) Consentit in errore exemplaria, sed tamen sensus indicat scribendum pro paucis si, pacisci. Id ⁴ quod nos ausi scribere sumus. Quid prius aliquis persecutor.) Ex Gorzien si scripsimus, peius. Nam iam & illa consuetudine.) Sensus est, Nam iam & illa consuetudo sub qua te fruebaris, alia consuetudine expugnatur. Hoc est quod præcessit, ut tacite sub consuetudinis nomine frueretur se uel ex parte.

Quomodo illic, inquit.) Quomodo non est hic quæstituum sed relatiuū. Et inquit pro inquiunt, quemadmodum etiam in præcedentibus libris loquitur.

Sermo laciniosus.) Hoc est diffusus. In libris aduersus Marcionem hoc uocabulum etiam reperias. Ita in de cultu fœminarum, Cætera uero corporis, laciniosis pomparum & delitiarum ineptijs occupare. Prophetico modo dicitum est.) Nam Prophetæ solent de futuris ceu de præsentibus loqui. Sensus eundem habet, quod sequitur, Ad prophetam rationem. Item, Ad prophetam interpre tetur. Conuertit iam ad prophetam rationem.) Conuertit, absolute.

⁷ Secundum primordij formam uirginis, & ita.) Etiam refragantibus exemplaribus libuit scribere & distinguere, secundum primordij formam, uirginis & ita universo mulierum generi defensam. Cui rea est angelorum exterminatorum.)

⁸ Exterminatorum hoc est electorum è cœlis. Quare & ornatus ipse.) Castigauimus ex Gorziensi collatione, Quarum & ornatus ipse. Paulopost expone, Intelligendam sinens id est omittens. Masculi inuestis.) Inuestis in puberem significat, sicut uesticeps iam puberem. Est autem receptum inuestis uocabulum apud autores pro imberbi à uestiendo. Etymologiam explicat paulopost, Et pudor, inquit, ubiq; uestitur. Sed nec docere, nec tingere, nec offerre,) Quod uulgò dicunt hodie, Prædicare, baptizare, & missam celebrare.

Ne

Ne duo sacerdotalis officij sortem sibi uendicarent.) Exemplarium consensu nihil moti scribere ausi sumus, Ne dum sacerdotalis officij sortem sibi uendicare.

Idcirco uelaminis uenia fit illi.) Hoc est idcirco gratia uelaminis fit illi, Siue, idcirco uelamen remittitur ei. In uiduatu ab an. n. u. collocatam.) Víduatum accipit pro ordine uiduarum quæ post annum sexagesimum ab episcopis in eum numerum asciscabantur. Illic sedet coniecta.) Nos, intecta. Ex Gorziensi collatione. Est autem monstri simile inter uetulas iam canas sedere puellam uirginem intecto capite. Structæ.) Tertulliani uerbum. Cæco bono suo inscedant.) Cæcum uocat quod non uidetur. Ita scopolos in mati latentes Poetæ cæcos uocant. Sic in Valentianis, Altè habitet, inquit, in cæca detrudatur.

Aliqua sibi insignia defendere.) Ita sape loquitur per uerbū defendo. Ut paulo superius, Secundum primordij formam, uirgini & ita uniuerso mulierum genti defensam. Aut pennas Garamantum.) Inter semiferos illos Libyæ populos sunt & Garamantes. Virgilius, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. Plinius tradit eos matrimoniorum exortes, passim cum foeminis degere.

Aut strobulos Barbarorum.) Strobulus græcis pineam nucem significat, gestamen ex auro Barbarorum quorundam, quemadmodum cicadæ Atheniensium.

Aut Cicadas Atheniensium.) Athenienses in capillis cicadas ferebant, hoc argumento ostendere uolentes se esse indigenas, quemadmodum sunt cicadæ. Dicunt sunt hinc πεπτυοφόροι, quasi dicas Cicadiferos. Nam Cicadas Græci uocant πεπτύες. Huius rei meminit & Aristophanes Comicus. Aut cirros Germanorum.) Cirri capilli capitinis sunt, sic dicti quod quasi in circum torti. Germanorum autem fuit obliquare crinem & in nodum substringere. Hinc illud Martialis: Cirnis in nodum tortis uenere Sicambi. Aut stigmata Britonum.) Britanni super Ligerim, hospites in Gallia, cuius maritimā partem ex aduersa ueteri Britannia, quæ nunc Anglia est, ad uecti quondam occupauere, solenniter certis notis apud suos inurebatur. Horum meminere posteriores scriptores, Ausonius, Siodonius Apol. cæteri. Tanto continentia maioris ardoris laboratior.) Labrator pro elaboratior, hoc est operosior. Non enim & continentia uirginitatis antistat.) Pro uirginitatis nostrum secuti iudicium suppositum uirginitati antistat, hoc est antecellit uirginitatem. Nam hoc uerbo etiam superius usus est. Vnde antistatus verbale nomen. In Valentianis, Comparatitum antistatum.

Siue uiduarū.) Ex Gorziensi collatione scripsimus uiduarū, ut tam de uiro intelligas qui amiserit uxorem, quam de muliere cuius maritus mortem obierit.

Multo magis foeminae.) Subaudi, nihil subscripsit.

Nunc responso expungemus.) Expungere responso est absoluere responso, siue rei satisfacere responso. Peculiaris & usitatus Tertulliani sermo.

Vbi enim gradū fiximus.) Sic aduersus Praxean, Hic mecum, inquit, gradum fige. Et infra. Hic ergo iam gradum uolunt figere stulti iūno cæci. Et reliqua. Translatio ab athletis in certamine congregentibus. Sermo prouerbialis.

Et de uirginis exire.) Subaudi sensu. Et pati nouum illud q.a.æt.e.) Intelligit mensium purgationem. Vnde mox, Nisi post contestata, inquit, sanguine matritatem. Item, Iam & uox obsolefacta est, & membra complera sunt, & pudor ubiq' uestitur, & menses tributa defendant. Desinit uirginē.) Figura Græca.

Exangustijs.) Hoc est ex tenuitate facultatum siue fortunarū. Nam ut est apud Satyrophorum, Non facile emergunt, quorū uirtutibus obstat Res angusta dorsi. Huiusmodi puellæ pauperiores difficilius etiam maritum inueniunt.

Vel scrupulositate.) Hoc est morositate parentum quibus nullus gener placet.

Cuitu secundum pares maritum.) Sensus est. Virgo tua quam tu adhuc uirginem

nem existimás; propter aetatem desijt esse uirgo, non quidem à uirō corrupta sed ab aetate. Profinde maritus quem ei trades secundus erit. Iam & uox obsoleta facta est.) Intelligit robustiore factam. Nam autore Plinio uox roboratur a X IIII annis. Eadem in senecta exilior. Et menses tributa defendunt.) Innuit mensu struos illos mulierum cursus, sic enim Plinius uocat. Supra habuimus in Marcionem libro IIII. Nam & mulierculæ nonnunquam prægnantes sibi uidentur, aut sanguinis tributo, aut aliqua ualeitudine inflatae. Quo tota condixerunt con fusionem.) Tanquam stipulata manu quod aitunt. Sic in de Corona militis, Qued & quæ fides pagana condixit. Qui legitimum uiri & mulieris in matrimonio con gressum, ubi car confusione, ut paulo ante communem contumeliam, quid diceret de stupro. O qualē continentia fautorem? Sponsari.) Sponsari pro de sponsari. Vt infra. Illi sponsasti matriratem tuam. De virginibus educatis.) Vsurpateducare pro educere. Sensus est De numero virginum educuntur, exi munturq. Nam, ni fallor, dueatorē supra dixit ductorem siue ducem significā. Deponentes quod fuerunt.) Scilicet puellaria uirguncularum redimicula. Faciem morosiorē.) Intelligit inelegantiorē & quæ difficilius nitescat. Pallium extr. i.) Vides ergo muliebre quoq; gestamen fuisse pallium. Calceum stipant multiformem.) Quæ sunt admodum puellæ uniformi genere calceorum utuntur. Grandiores multiformi, pro diuersitate loci, temporis, & rei. Dixit autem stipant, ne uidelicet follicet calceus, ut utar uerbo Hieronymi & Ambrosij. Sed uirginali uolunt sola capitū nuditate.) Scriberendum, uirginari, ut sit uerbum deponentiale, hoc est, uirgines agere. Reuereantur & fratres.) In telligit Christianos. Hos opponit extraneis id est, ethnicis: Ita mox, utrum ne ut fratribus suis placeant. Nundinarint.) Hoc est, uenditarint. Quò ergo.) Quò id est, Ad quid. Sic in de resur. carnis; Quò ergo legimus.

Nihil debuc cinemus.) Hunc locū imitatus Hieronymus in epistola ad Eustochium dixit, Quum manum egenti porrexerint, buccinant. Quod si unius Victorati.) Plinius libro 33. cap. 3. Qui nunc, inquit, Victoratus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nammus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus uictoria. & inde nomen: Ut gloriæ libidinosum.) Vocat libidinosum gloriæ quod fit ob libidinem & cupiditatē gloriæ. Paulopost scripsimus, an firmum sit & uerum. Ex Gorziensi collatione. Ad huiusmodi opus:) Hoc est, ad uirginitatem. Scilicet, Felices nos f.) Scilicet hic ironiam habet. Aemulatio enim illas.) Gaudent enim ostentatione sola uirginitatis æmulæ ueratum dei uirginum. Quia facile uirgines fraternitas suscipit.) Fraternitatem appellat collegium Christianorum. Quod uocabulum Cypriano & cæteris autoribus sacris est in usu frequenti.

Conscientiæ muliebritatis. Scribe, Consciæ muliebritatis. Scit deus quod iam infantes.) Supposuimus quot pro quod. Dum inter amplexus & oscula assida concalscit.) Hoc autem faciebat fraternitas. Nam osculo se quondam salutabant Christiani. Et antè dixit, Facile uirgines fraternitas suscipit. Fit autem susceptio per amplexum. Et tota.) Hec clausula non est in codice Gorziensi.

Nihil operosius gloria.) In utrisq; exemplaribus perosius mutatum fuit in operosius, nos scripsimus perosius. Nam sicut nos dicimus exosum, sic Tertullianus perosum, unde perosius comparatu. Paulopost reposuimus, inde armaturam pudoris. Item, Ne sic à disciplina uelaminis exolescatis. Contentæ sint diritti diam frui lucem, quam totam faciem prostituere.) Subauditur potius. Similis est Jocutio in Martyribus. Exisse uos è carcere, quam in carcerem introisse intelligimus. Item in Valentinianis. Vbi superindui potuit, quam despoltari. Illi sc exalij autoribus

autribus complura exempla adduximus. (Vel amnis spacia metatus est.) Metatus est hoc est præscripsit, definiuit. Metaphora sumpta à castrorum locatio-
ne, quæ metari proprie dicuntur. Hoc uerbo ante quoque usus est.

(Inter Psalmos.) Ex hoc loco habes. Psalmos olim legi uel potius cani solitos in
ecclesia. (Vel in qua cuilibet mentione dei.) Vide quanta priscorum reuerentia
fuerit uel erga dei uel domini nomen. (In Oratione ipsa.) Loquitur de Ora-
tione quæ siebat in ecclesia. Oramus, inquit in Apologetico, etiam pro Imperato-
ribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerū quiete, & mo-
ra finis. Aliæ quibus plane maior est palma.) Codices manu descripti constan-
ter habent palma. Ausus nisi lominus sum scribere palla. Acron Grammaticus in
illud Horatianum Pallæq; repertor honestæ Aeschylus, pallas autor est nō nisi ho-
nestis personis dari. Mulieribus aut etiam competitse Martialis docet illo uersicu-
lo, Fascia te, tunicaq; tegunt, obscuraq; palla. Hęc, si recte emendauimus, huius ut
cōjicimus formæ erat, ut etiam capit is partem tegeret præsertim posteriorē. Nam
hic agit de mulieribus quæ caput quidem tegant, sed nō totum. (Ut bestia quę-
dam magis quam atuis.) Struthiocamelū intelligit. Cuius in initio decimi libri me-
minit Plinius. Elus uerba, quoniam ad hunc locum faciunt, libet adscribere. Auium,
inquit, grandissimi & pene bestiarū generis, Struthiocameli Aphrici uel Aethio-
pici, altitudinem equitis insidentis excedunt, celeritatem (sic enim nos in Castiga-
tionibus nostris legendum monuimus) Vincunt: ad hoc demum datis peninis, ut
currentem adiuuent. Cetero non sunt uolucres, nec à terra tolluntur. Vngulæ h̄is
ceruinis similes, quibus dimicant, bisulcae, comprehendēdis lapidibus utiles, quos
in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu deuorata;
mirā natura: sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, quū col-
la frutice occultauerint, latere sese existimantium. Præmia ex h̄is oua, propter ami-
plitudinem pro quibusdā habita uasis, conosq; bellicos & galeas adornantes pen-
næ. Hęc Plinius. Ceterum Tertullianus Struthiocamelum eleganter bestiam al-
tegradiam appellat, quod altè incedat longis prædicta cruribus, quales sunt & cico-
niæ & grues. Cetera altegradia.) Figura Græca. Ut illud Martialis. Cetera
uile sapit. Quum delitescendum habet.) Hoc est, quū opus habet ut delitescat.

In condensum.) Videlicet in fruticetum. Abstrudere.) Ita in præscriptioni-
bus. Ipse docebat, inquit, lucernam non sub modio abstrudis solere.

Q. SEPTIMII FLOREN

T I S T E R T U L L I A N I D E V I R G I N I

B V S V E L A N D I S L I B E R.



ROPRIVM iam negotiū passus meæ opinionis, i
Latinè quoq; ostendam, uirgines nostras uelati o/
portere, ex quo transitum ætatis suæ fecerint: Hoc spaciū tem/
exigere ueritatem, cui nemo præscribere potest, nō porum.
spaciū temporum, non patrocinia personatum,
non priuilegium regionum. Ex h̄is enim serè cons/
uetudo initium ab aliqua ignorantia uel simplici/
tate sortita, in usum per successionē corroboratur,
Confuetudo
Bb & ita

& ita aduersus ueritatem vindicatur. Sed dominus noster Christus ueritatem se non consuetudinem cognominavit. Si semper Christus, & prior omnis: **Veritas** mnibus: æque ueritas sempiterna & antiqua res. Viderint ergo quibus nouum est quod sibi uetus est. Hæresis non tam nouitas quam ueritas reuinat. Quodcunq; aduersus ueritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam uetus consuetudo. Cæterū suo uitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam

REGVL A requirendum, quam recipiendum quod agnoscitur. Regula quidē fidei una **FIDEI** omnino est, sola immobilis, & irreformabilis, credendi scilicet in unicū deum omnipotētcm, mūdi conditorem, & filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertio die resuscitatum à mortuis, receptum in cœlis, sedentem nunc ad dexteram patris, uenturum iudicare uiuos & mortuos, per carnis etiam resurrectionem. Hac lege fidei manente, cætera iam disciplinæ & conuersationis, admittunt nouitatem corri-

Gratia dei actionis operante scilicet & proficiente usq; in finē gratia dei. Quale est enim ut diabolo semper operāte & adjacente corridente ad iniquitatis ingenia, opus dei aut cessauerit aut proficere destiterit, cum propterea Paracletum misericordia dominus, ut quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur & ad perfectum perduceretur disci-

Vicarius dei plina, ab illo uicario domini spiritu sancto. Adhuc, inquit, multa habeo loci sp̄us qui nobis, sed nondum potestis ea bauilare: Cum uenerit ille spiritus ueritatis deducet uos in omnem ueritatem, & superuenientia renuntiabit uobis.

Gratiæ auctaçōe Sed & supra de hoceius opere pronunciauit. Quæ est ergo Paracleti administratio nisi hæc, quod disciplina dirigitur, quod scripturæ revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine ætate est,

Gratiæ incremēta omnia tempus expectant. Denique Ecclesiastes, Tempus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Gratuum est pri-

mo, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuscula enititur. Deinde rami & frondes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor, & flos de germitate soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoq; rurdis aliquandiu & informis, paulatim ætate suam dirigens, eruditur in manu-

Iustitiae pro*sue* suetudinē saporis. Sic & iustitia (nam idem deus iustitiae & creaturæ) primo factus fuit in rudimentis, natura deū metuens: dehinc per legem & prophetas pro-

mouit in infantiam: dehinc per Euangelium effebuit in iuuentutem: nunc per Paracletum cōponitur in maturitatem. Hic erit solus à Christo magis-

ter & dicendus & uerendus. non enim ab se loquetur, sed quæ mandantur à Christo. Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hūc qui receperunt, ueritatē consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt usq; non oīm prophetantem, uirgines contegunt. Sed nolo interim hunc morem ueritati deputare. Consuetudo sit tantisper, ut consuetudini etiam consuetudinē op-

ponā. Per Graciā & quasdā Barbarias eius, plures ecclesiæ uirgines suas abscondunt

abscondunt. Est & sub hoc cœlo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati
 Græcanicæ aut Barbaricæ consuetudinem illam ascribat. Sed eas ego eccl^e ^{Ecclesiæ quas}
 fias proposui quas & ipsi Apostoli uel Apostolici viri condiderunt, & puto ^{Apostoli uel}
 ante quosdam. Habent igitur & illæ eandem consuetudinis autoritatē, tem- ^{Apostolici viri}
 pora & antecessores opponunt magis quam posteræ istæ. Quid obseruabi- ^{ri cōdiderunt;}
 mus, quid deligemus? Non possumus respuere consuetudinem quam dam ^{Tempora &}
 nare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorū, cum qui- ^{antecessores}
 bus scilicet cōmunicamus ius pacis & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis ^{ius pacis &}
 fides, unus deus, idem Christus, eadem spes, eadem lauaci sacramenta. Se- ^{nomen frater-}
 mel dixerim, una ecclesia sumus. Ita nostrum est, quodcumq; nostrorū est.

Cæterum diuidis corpus: tam hic, sicut in omnibus uariè institutis & dubijs
 & incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, quæ magis ex duabus tam &
 diversis consuetudinibus disciplinæ dei conueniret. Et utiq; ea diligenda,
 quæ uirgines includit, soli deo notas, quibus præter q; à deo nō ab homini-
 bus captanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescendum est. Vir-
 ginem magis laudando quam uituperando confundas: quia delicti durior
 frons est, ab ipso & in ipso delicto impudentiam docta. Nam illam consue-
 tudinem quæ uirgines negat dum ostendit, nemo probasset, nisi aliquæ tra-
 les quales uirgines ipsæ. Tales enim oculi uolent virginem uisam, quales ha-
 bet uirgo quæ uideri uoleat. Inuicem se eadem oculorum genera desiderant.
 Eiusdem libidinis est uideri, & uidere. Tam sancti uiri est subsundi, si uirgi-
 nem uiderit, quam sanctæ virginis, si à uiro uisa sit. Sed nec inter consuetu-
 dines dispicere uoluerunt illi sanctissimi antecessores. Tamen tolerabilius
 apud nos ad usq; proximè, utriq; consuetudini communicabatur. Arbitrio
 missa res erat, ut quæq; uoluisset aut tegi aut prostitui, sicut & nubere:
 quod & ipsum neq; cogitur neq; prohibetur. Contenta erat ueritas pacisci
 cum consuetudine, ut tacitè sub cōsuetudinis nomine frueretur se uel ex par-
 te. Sed quoniam cooperat agnitiō proficere, ut per licentiam utriusq; moris
 indicium melioris partis emerget, statim ille aduersarius bonorū multoq;
 institutorum, opus suum fecit. Ambiunt uirgines hominum, aduersus uirgi- ^{virgines}
 nes dei, nuda planè fronte temerariè audaciam excitatae. Et uirgines uiden- ^{hominum.}
 tur quæ aliquid à viris petete possunt, nedum tale factū, ut scilicet æmulæ ^{virgines dei}
 earum, tanto magis liberæ, quāto Christi solius ancillæ, dedantur illis. Scan-
 dalizamur, inquiunt, quia aliter aliæ incedunt: & malunt scandalizari, quam
 prouocari. Scandalum nisi fallor nō bonę rei, sed malæ exemplum est, aedi- ^{SCANDALI}
 ficans ad delictum. Bonæ res neminē scandalizant, nisi malam mentem. Si
 bonum est modestia, uerécudia, fastidium gloriæ, soli deo captans placere:
 agnoscent malum suum, quæ de tali bono scandalizantur. Quid enim si &
 incontinentes dicant se à continentibus scandalizari, continentia reuocanda
 est: & ne multi nobis scandalizentur, monogamia recusanda est? Cur non

Bb 2 magis

virginitas magis hæc querantur scandalum sibi esse petulantiam, impudentiam ostentationem virginitatis? Propter eiusmodi igitur capita nudificatio, trahantur uirgines sanctæ in ecclesiā, erubescentes quod cognoscatur in medio, pauentes quod detegantur accersitæ quasi ad stuprum. Nō minus enim & hoc pati nolunt. Omnis publicatio virginis bonæ, stupri passio est. Et tamen nimis carnis Officium non pati, minus est, quia de officio naturæ uenit. Sed cū spiritus ipse uiolatur in tunc virgine, sublato uelamine didicit amittere quod tuebatur. O sacrilegæ manus quæ dicatum deo habitum detrahere potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset? Denudasti puellam à Veritate capite, & tota iam uirgo sibi non est: alia est facta. Exurge igitur ueritas, & exurge quasi de patientia erumpit, nullam uolo consuetudinem defendas, nam iam & illa consuetudine sub qua te fruebaris expugnatur. Te esse demonstra quæ virgines tegit. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo nō nouit. Si enim nosset, nunquam esset. Quatenus autem & de scripturis aduersus ueritatem argumentari consuetudo est, statim opponitur nobis nullam mentionem virginum ab Apostolo factam, ubi de uelamine præfinit, sed tantum mulieribus nominatas: cū si uoluisset & virgines tegi, de virginibus quoque cum mulieribus nominatis pronunciasset: quomodo illuc, inquit, ubi de nuptijs tractat, quid obseruandum sit etiam de virginibus, declarat: Itaque non continerit eas lege uelandi capitum, ut nō nominatas in hac lege: immo ex hoc uelari quæ non iubentur, quæ nec nominantur. Sed & nos eandem argumentationem retorquemus. Qui enim sciebat in alijs utriusque generis facere mentionem, virginis dico, & mulieris, id est non virginis, ex causa distinctionis, in his in quibus nō nominat virginem non faciens distinctionem, ostendit conditionis communionem. Cæterum potuit hic quoque constituere differentiam inter virginem & mulierem, sicut alibi dicit, diuisa est mulier & uirgo: igitur quas non diuisit, tacendo inalterauit. Nec tamen quia illuc diuisa est & mulier & uirgo, hic quoque patrocinabitur illa diuisione, ut quidam uolunt. Quanta enim alibi dicta, non ualent, ubi dicta scilicet nō sunt, nisi si eadē sit causa, quæ alibi, ut sufficiat semel dictum? Illa autem causa virginis & mulieris longè diuisa est ab hac specie. Diuisa est, inquit, mulier & uirgo. quare? quoniam innupta, id est uirgo cogitat ea quæ sunt domini, ut sit sancta, & corpore & spiritu. Nuptia autem, id est nō uirgo, cogitat quomodo placeat viro. Hæc erit interpretatione diuisionis illius, nullum habens locum in isto capitulo, in quo neque de nuptijs, neque de animo & cogitatu muliebri & virginis, pronunciatum, sed de capite uelando. Cuius nullam uoleam esse disceptationem, Spiritus sanctus uno nomine mulieris, etiam virginem intelligi uoluit, quam propriè nō nominando à muliere nō separauit, & nō separando coiunxit ei à qua non separauit. Nouum est nunc ergo principalis uocabulo uti, & cætera nihilominus in eodem vocabulo intelligi, ubi nulla est necessitas singillatim distinguendæ uniuersitatis

Statim: Naturaliter cōpendium sermonis & gratum & necessarium est: quo
 niam sermo lacinosus, & onerosus & uanus est. Sic & generalibus uocabu-
 lis cōtentи sumus comprehendētibus in se specialium intellectū. Ergo iam de
 uocabulo ipso. Naturale uocabulū est fœmina. Naturalis uocabuli generale
 mulier. Generalis etiā speciale, uirgo, uel nupta, uel uidea, uel quot etiam æ-
 tatis nomina accedūt. Subiectum igitur est generali speciale, quia generale
 prius est, & subiectum antecessuio, & portionale uniuersali: in ipso intelli-
 getur cui subiectum, & in ipso significatur, quia in ipso continetur. Sic nec mā-
 nus, nec pes, nec ullum membrorum desiderat significari, corpore nomina-
 to. Et si mundum dixeris, illuc erit & ccelum, & quæ in eo, sol, & luna, & syde-
 ra, & astra, & terra, & freta, & omnis census elementorum, Omnia dixeris;
 cum id dixeris quod ex omnibus cōstat. Sic & mulierem nominādo, quic-
 quid est mulieris nominavit. Sed quoniā ita mulieris nomen usurpat, ut nō
 potest competere illud nisi ei soli quæ virum passa sit, probari à nobis ope-
 ret proprietatē eius uocabuli, ad sexum ipsum, nō ad gradum sexus pertine-
 re, quo cōmuniter etiam uirgines censeantur. Cum hoc genus secūdi homi-
 nis à deo factum est, in adiutorium hominis, fœmina illa, statim mulier est
 cognominata, adhuc felix, adhuc digna paradiſo, adhuc uirgo. Vocabitur,
 inquit, mulier. H̄abes itaq; nomen nō dico iam uirgini commune, sed pro-
 prium, quod à principio uirgo sortita est. Sed ingeniose quidam de futuro
 uolunt dictū: Vocabitur mulier, quasi quæ hoc futura esset, cum uirginita-
 tem resignasset: quoniā & adiecit, Propterea relinquet homo patrē & ma-
 trem, & cōglutinabitur mulieri suæ: & erunt duo in una carne. Ostendat igi-
 tur primò, ubi sit subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod
 interea uocabulū acceperit. Nō potest enim sine uocabulo præsentis qualita-
 tis suæ fuisse. Cæterū quale est ut quæ in futurū uocaretur nomine designa-
 to, in præsenti nihil cognominaretur: Omnibus animalibus Adam nomina-
 imposuit, & nemini ex futura cōditione, sed ex præsenti institutione, cui cō-
 ditio quæcumq; seruiret, hoc appellata, quod à primordio uoluit. quid ergo
 tunc uocabatur? Atquin quotiescūq; in scriptura nominatur, mulier appellat-
 latur, anteq; nupta, & nunquā uirgo cum uirgo. Hoc nomen tum unum illi-
 fuit, & quādo nihil Prophetico modo dictū est. Nam cum scriptura refert
 fuisse nudos duos Adam & mulierē eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mu-
 lierem dixerit eius in præsigio uxoris. Sed quoniā & innupta illius mu-
 lier, ut de substantia ipsius: Hoc, inquit, os ex ossibus meis, & caro ex car-
 ne mea uocabitur mulier. Hinc ergo tacita cōscientia naturæ, ipsa diuinitas
 animæ in usum sermonis eduxit nesciētibus hominibus (sicut & alia multa
 quæ ex scriptura fieri & dici solere alibi poterimus ostēdere) uti mulieres no-
 stras dicamus uxores, quanq; & impropriè quedā loquamur. Nā & Græci
 qui magis uocabulo mulieris in uxore utūtur, alia habēt propriā uocabula:

Bb 3 uxoris

uxoris. Sed malo hunc usum ad scripturæ testimoniū deputare. Vbi enim duo in unam carnē efficiuntur per matrimonij nexum, caro ex carne & os ex ossibus, uocatur secundū originem mulier eius, ex cuius substātia incipit censeri facta uxor. Ita mulier nō natura nomen est uxor, sed uxor cōditio. **Mulier** ne nomen est mulieris. Deniqz mulier & non uxor dici potest, nō mulier aut **Uxor** uxor dici nō potest, quia nec esse. Constituto igitur nomine nouæ fœminæ ⁶ quod est mulier, & explicito quod prius fuit, id est nomine assignato, cōuertit iam ad Propheticā rationē uti diceret. Propter hanc relinquet homo patrem & matrē. Adeo separatū est nomen à Prophetia, quantum & ab ipsa persona, ut nō utiqz de ipsa Eua dixerit, sed in illas fœminas futuras quas in matrice generis fœminini nominarit. Alioquin nō Adam relicturus erat patrem & matrē, quos nō habebat, propter Euam. Ergo non ad Euā pertinet, quia nec ad Adā, quod Propheticè dictū est. De maritorū enim cōditione prædictū, qui ob mulierē parētes suos erant relicturi, quod in Euam cadere nō potuit, quia nec in Adam. Si ita res est, apparet nō propter futurū, mulierem cognominatā, ad quam futurū non pertinebat. Eò accedit quod ipse rationem eius nominis edidit. Cum enim dixisset, uocabitur mulier, quoniam ex uirto suo sumpta est, & ipso adhuc uirgine. Sed dicemus & de uiri nomine suo loco. Nemo itaqz nomen ad Prophetiam interpretetur, quod ex alia significatione deductū est: præsertim cum appareat, ubi de futuro nomen acceperit, illic scilicet, ubi Eua cognominatur personali iam uocabulo, quia naturale præcesserat. Si enim Eua mater uiuentiū est, ecce ex futuro cognominatur, ecce uxor & nō uirgo prænunciatur, hoc erit uocabulum nuptaræ. Ex nupta enim mater: Ita hic quoqz ostenditur non de futuro mulierē tunc nominatā, quæ postmodum acceptura erat futuræ conditionis suæ nomen. Responsum satis est ad hanc partem. Videamus nunc si & Apostolus formam uocabuli istius secundū Genesim obseruet, sexui deputās illud, sic mulierē uocans uirginē Mariam, quēadmodum & Genesis Euā. Scribēs enim ad Galatas, Misit, inquit, deus filiū suū factū ex muliere. Quam utiqz uirginem cōstat fuisse, licet Hebion resistat. Agnosco & angelū Gabrielem ad uirginem missum: sed cum benedicit illā, inter mulieres nō inter uirgines deputat: Benedicta tu inter mulieres. Sciebat & angelus mulierē etiā uirginē dici. Sed & ad hæc duo ingeniose quidā respondisse sibi uisus est: quoniam quidem desponsata est Maria, idcirco & ab Angelo & ab Apostolo mulierem pronunciatā. Desponsata enim, quodāmodo nupta. Tamen inter quodāmodo, & uerū, satis interest dūtaxat hoc in loco. nā alibi ita sanè habendum est. Nūc uero nō quasi iam nuptā mulierē Mariā pronunciauerūt, sed quasi nihilominus fœminā etiā si nō sponsam, quasi hoc à primordio dictā. Illud enim præiudicet necessē est, à quo forma descendit. Cæterū quod pertineat ad hoc capitulum, si hic despōnsatę adæquat, ut ideo mulier dicta sit Maria.

ria

nation quā fœmina, sed quā maritata, iam ergo Christus nō ex uirgine natu est, quia ex despontata quæ uirgo esse desierit hoc nomine. Quod si ex uirgine natus est, licet ex despontata tamen integra, agnosce mulierē etiam uirginem, etiā integrā dici. Hic certe nihil propheticē dictū uideri potest, ut futurā mulierē, id est nuptā Apostolus nominarit, dicendo factum ex muliere. Non enim poterat posteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci nō habebat, id est uirū passam: sed illa quæ erat præsens, quæ erat uirgo, & mulier uocabatur post uocabuli huius proprietatē, secundum primor dñi formam, uirgini, & ita uniuerso mulierū generi defensam. Conuertamur ad ipsas iam rationes recensendas per quas Apostolus docet uelari fœminam oportere, an eadē etiā uirginibus cōpetant: ut ex hoc quoq; uocabuli communio inter uirgines & nō uirgines constet, dum eadē uelaminis causæ in utracq; parte deprehenduntur. Si caput mulieris, uir est: utiq; & uirginis, de qua fit mulier, illa quæ nupsit: nisi si uirgo tertium genus est monstruosum aliquod sui capitis. Si mulierī turpe est radi sive tōderi, utiq; & uirgini. Proinde uiderit seculū æmulum dei, si ita uirgini cæsum capillum decori mentitur, quēadmodū & puero permisum. Ergo cui æquè non cōuenit radi sive tōderi, æquè conuenit operiri. Si gloria uiri est mulier, quāto magis uirgo, quæ & gloria sibi est: Si mulier ex uiro & propter uirum, costa illa Adæ uirgo primū fuit. Si mulier potestatē habere super caput debet, uel eo iustius uirgo, ad quam pertinet quod in causa est. Si enim propter angelos, scilicet quos legimus à deo & cœlo excidisse, ob concupiscentiam fœminarum, quis præsumere potest quales angelos, maculata iam corpora, & humanæ libidi nis reliquias desiderasse, ut non ad uirgines potius exarserint, quarum flos etiam humanā libidinem excusat: Nam & scriptura sic suggerit, Et factum est, inquit, cum cœpissent homines plutes fieri super terrā, & filiae natæ sunt eis. Conspicati autem filij dei, filias hominum, quod pulchræ essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt. Hic enim nomen mulierū Gr̄ *τοῖς γυναις* cum, uxores sapit: quia de nuptijs mentio est. Cum ergo filias hominum dicit, manifeste uirgines portendit, quæ adhuc apud parentes deputarentur: iam nuptæ maritorū nuncupantur: cum potuerit dixisse uxores hominum æquè, non adulteros nominās angelos, sed maritos, dum innuptas sumunt filias hominum, quas natas supra dixit, sic quoq; uirgines significās. Supra natas, at hic angelis nuptas, aliud eas nescio quam natas, & dehinc nuptas. Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quæ usq; ad cœlū scandala iactulata est, ut cum deo assistens, cui rea est angelorum exterminatorū, ceteris quoq; angelis erubescat, & malam illam aliquando libertatē capit is sui comp̄mat, iam nec hominum oculis offerendam. Sed & si cōtaminatas iam fœminas angelī illi appetissent, tanto magis propter angelos uirgines uelari debuissent, quanto magis propter uirgines angelī deliquisse potuissent.

Si autem & naturæ præiudicium adiicit Apostolus, quod honor sit mulieris redundantia capillorum, quia coma pro operimento est: utiq; hoc maxime virginis insigne est: quarum & ornatus ipse, proprie sic est, ut concumula
 8 ta in uerticem, ipsam capitum arcem ambitu crinum conteget. Horum certe omnium contraria efficiunt, ne vir caput uelet: scilicet quia non sit naturaliter consecutus ambitionem capillorū, quia radi siue tonderi nō sit turpe illi, quia nō propter illum angeli exorbitarint, quia gloria & imago dei sit, quia caput eius Christus. Itaq; cum de uiro & muliere Apostolus tractet, cur il lam oporteat uelari, illum uero non, apparet cur & virginis silentium fecerit: eadem ratione scilicet virginem in muliere intelligendam sīnens, qua & puerum ut in uito deputandum non nominavit, totum ordinem utriusque sexus proprijs uocabulis complexus, mulieris & viri. Sic etiā Adam adhuc integer, vir in Genesi est cognominatus, uocabitur, inquit, mulier, quia de uiro suo sumpta est. Sic vir Adam ante nuptiarum congressum, quemadmo dum & Eua mulier. De utraque parte satis ad uniuersam speciem cuiuscq; se xus Apostolus pronūciauit, & breuiter & plene, tam instructa definitione, Omnis, inquit, mulier. quid est omnis? nūl omnis generis, omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis. Siquidē omne, totum est, & integrum, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris & uirgo est. Aequè & de uiro non uelādo, Omnis, inquit. Ecce duo diuersa nomina, Vir & Mulier, Omnis uterq;. Duæ leges obnoxiae inuicem, hinc uelandi, inde nudandi. Igitur si eo quod dictum sit omnis vir, commune est nomen viri, inuestis etiam nondum viri, masculi inuestis: cōmune autem cum sit nomen secundum naturam, cōmuniis est & lex non uelandi eius, qui inter uiros uirgo est, Disciplina secundum disciplinam, cur non præiudicatum sit proinde & mulierem uirginem omnem muliere nominata cōtineri cōsortio nominis, ut cōtineatur & communione legis. Si uirgo mulier non est, nec vir inuestis est. Si nō operitur uirgo, quia mulier nō sit, operiatur inuestis, quia vir nō sit. Eiusdem uirginatis æqua sit uenia. Sicut uirgines nō coguntur uelari, ita pueri non iubantur reuelari. Cur ex parte diffinitionem Apostoli agnoscimus absolu tam, circa omnem uirum, nec detractamus, quare nō & puerū nominarit: ex parte aut̄ præuaticamur, æquè absoluta ea circa omnem mulierem. Si quis, inquit, contentiosus est, nos tales consuetudinē non habemus, neq; ecclesia dei. Ostendit contentionē aliquā de ista specie fuisse, ad quam extinguedam toto cōpendio usus est: nec uirginē nominans, ut ostēderet dubitan dum de uelandā nō esse, & omnem nominās mulierem cum nominasset vir Corinthij ginem. Sic & ipsi Corinthij intellexerūt. Hodie deniq; uirgines suas Corin thij uelant. Quid docuerint Apostoli, qui didicerunt approbat. Videamus Prescripta di nunc an sicut naturæ & causæ argumēta uirgini quoq; cōpetere monstrauimus, ita etiā disciplinæ ecclesiastice prescripta de muliere in uirginē spectat. Non

Nō permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec ullius virilis munieris, nedum sacerdotalis officij sortē sibi uendicare. Quæramus an aliquid horū virginī liceat. Si virginī nō licet, sed in omnibus eadem cōditione subiçitur, & necessitas humilitatis cum muliere censemur, unde illi unū hoc licebit quod omni fœminæ nō licet? Quid prærogatiæ meretur aduersus conditionē suam, si qua virgo est, & carnē suam sanctificare proposuit? Idcirco uelaminis uenia fit illi, ut in ecclesiā notabilis & insignis introeat, ut honorē sanctitatis in libertate capitis ostendar. Potuit dignus honorari aliqua prærogatiua virilis, aut gradus, aut officij. Planè scio alicubi virginē in uiduatu ab annis nondum uiginti collocatā. Cui si quid refrigerij debuerat episcopus, aliter utiqz saluo respectu disciplinæ præstare potuisset, ne tale nūc miraculū, ne dixerim monstrū, in ecclesia denotaretur: virgo uidua hoc quidē portetuosior, quod nec quā uidua caput texit, utrūqz se negans, & virginē quæ uidua deputetur, & uiduā quæ virgo dicatur. Sed ea autoritate illic sedet intecta, quā & virgo. Ad quā sedē præter annos sexaginta non tantum uniuiræ, id est nuptæ aliquādo eliguntur, sed & matres & quidē educatrices filiorū: scilicet, ut experimētis omniū affectuū structæ, & facile norint cæteras & consilio & solatio iuuare, & ut nihilominus ea decucurrent, per quæ fœmina probari potest. Adeo nihil virginī ad honorē de loco permisum est. Sic nec de aliquibus insignib. Cæterū satis inhumanū si fœminæ quidē per omnia uiris subditæ, honorigerā notam uirginitatis suæ præferat qua suspiciantur & circūspiciantur & magnificentur à fratribus: Viri aut tot uirgines, tot spadones uolūtarij, cæco bono suo incedat nihil gestates quod & ipsos faceret illustres. Debebūt etiam & ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantū, aut strobulos Barbarorum, aut cicadas Atheniensū, aut cirros Germanorū, aut stigmata Britonū: Aut ex diuerso fiat, capite uelati in ecclesia lateant. Certi sumus Spiritum sanctū magis masculis tale aliquid subscribere potuisse, si fœminis subscriptissent: cum præter sexus autoritatē, etiam ipsius continentia nominie masculos potius honorari oportuisset. Quorū quanto sexus audior & calidior in fœminas, tanto continentia maioris ardoris laboratior, ideoqz dignior omni ostentatione: si ostentatio, uirginitatis est dignitas. Nō enim & continentia uirginitati antistar, siue uiduorum, siue qui ex consensu contumeliam cōmunem iam recusaerunt: Nam uirginitas gratia cōstat: continentia uero virtute. Non cōcupiscenti, cui cōcupisendo inoleueris, grande certamen est. Cuius autē cōcupiscenti ignoraueris fructum, facile non concupisces, aduersarium non habens, concupiscentiam fructus. Quomodo ergo nō magis uiris aliquid tale deus in honorem subscriptissent, uel quia familiariori, scilicet imaginis suæ, uel quia plus laboranti. Si autem nihil masculo, multo magis fœminæ. Sed quod supra intermisimus, ex parte subsecutæ disputationis, ne cohærentiam eius disperr.

Sacerdotale
officium,
Docere.
Tingere.
Offerre

VIDVAB
Quæ etate
mulieres olim
in numerū ui-
duarū ascite

Honoriera
nota uirginis
tatis.

Garamantum
pennæ.

Barbarorum
stroboli.

Atheniensium
cicade.

Germanorum
cirri.

Britonum
stigmata.

Autoritas se-
xus virilis.

Continentia
virilis.

Contumeliam
cōmunem, no-
cat coitum.

Virginitas.

Continentia.

Responso ex dispergeremus, nunc responso expungemus. Vbi enim gradum fiximus de
 pungere Apostoli absoluta diffinitione, omne mulierem etiam omnis ætatis intelli-
 gendam: responderi ex diverso habebat, ergo à iuventute & à primo nomi-
 ne ætatis, virginem operiri oportere. Non ita est autem, sed ex quo se intel-
 ligere cœperit, & sensum naturæ suæ intrate, & de virginis exire, & pati no-
 uum illud quod alterius ætatis est. Nam & principes generis Adam & Èva
 quām diu intellectu carebāt, nudi agebāt. At ubi de arbore agnitionis gusta-
 uerūt, nihil primū senserunt q̄z erubescendū. Ita sui quisq; sexus intellectum
 regnante notaerunt. Sed & si propter angelos uelanda est, sine dubio ab ea
 ætate lex uelaminis operabitur, à qua potuerunt filiae hominū concupisci-
 tiam sui adducere, & nuptias pati. Ex illo enim virgo desinit, ex quo potest
 non esse. Et ideo penes Israel illicitum est ad virum tradere, nisi post con-
 testata m̄ sanguine maturitatem: ita ante hunc indicem acerba res est. Igitur
 si tam diu virgo, quamdiu acerba est, desinit virginem cum matura cognos-
 citur, & ut non virgo iam legi applicatur, sicut & nuptijs. Et sponsatæ qui
 dem habent exemplum Rebæcæ, quæ cum ad sponsum ignotum adhuc
 final, pro si/
 mulac ignota perduceretur, simul ipsum cognovit esse quem de longinquō perspe-
 xerat, non sustinuit dexteræ colluctationem, nec osculi congressiōnem, nec
 salutationis communicationem, sed confessa quod senserat, id est spiritu nu-
 ptam, negauit virginem, uelata ibidem. O mulierem iam de Christi discipli-
 na. O stēdit enim etiam nuptias de aspectu & animo fieri, quemadmodum
 stuprum: nisi quod etiam Rebæcam quidam adhuc uelant: de cæteris ue-
 ro, id est, quæ sponsatæ non sunt, uiderit parentum procrastinatio ex au-
 gustijs uel scrupulositate descendens, uiderit & ipsum continentæ uotum.
 Nihil pertinet ad ætatem sua spacia currentem, suaq; debita maturitatí luen-
 tem. Alia in occulto mater, natura: & alijs in latenti pater, tempus, filiam
 mater. suam legibus suis maritarunt. Aspice nuptam iam illam tuam virginem, &
 Tempus, pater. animam expectatione, & carnem transfiguratione, cui tu secundum paras
 maritum. Iam & uox obsolefacta est, & membra completa sunt, & pudor
 ubique uestitur, & menses tributa defendunt: ac tu mulierem negas quam
 muliebria pati dicis. Si congressio uiri mulierem facit, non tegantur, nisi
 Et hinc nuptie post ipsam nuptiarum passionem. Atquin etiam apud ethnicos uelatæ ad
 & nuptie di- uirum ducuntur. Si autem ad desponsationem uelantur, quia & corpore &
 & e sunt spiritu masculo mixtae sunt, per osculum & dexteræ, per quæ primum re-
 signarunt pudorem spiritu, per commune conscientiæ pignus, quo totam con-
 sponsari dixerunt confusione, quanto magis tempus illas uelabit sine quo sponsa-
 ri non possunt, & quo urgente sine sponsalibus virgines desinunt esse. Tem-
 pus etiam ethni obseruant, ut ex lege naturæ iura sua ætatis reddant.
 Anni puberte Nam foeminas quidem à duodecim annis, masculum uero à duobus am-
 tis apud ethni plius ad negotia mittunt, pubertatem in annis non sponsalibus aut nuptijs
 cos decernentes

decernentes. Materfamiliae uocatur licet uirgo, & paterfamiliae licet inuestis. ^{Materfamilie}
 A nobis nec naturalia obseruantur, quasi alius sit deus naturae quam nos. ^{Paterfamilie}
 ster. Agnosce & mulierem, agnosce & nuptam, de testimonij & corporis &
 spiritus, quae patitur & in conscientia & in carne. Hæ sunt tabellæ priores na ^{Tabule natu}
 ralium sponsalium & nuptiarum. Impone uelamen extrinsecus, habenti ^{ralium spons}
 tegumen intrinsecus. Tegantur etiam superiora, cuius inferiora nuda non ^{sodium}
 sunt. Vis scire quæ sit ætatis autoritas? Propone utrancq; immaturè com/ ^{Autoritas}
 pressam in habitu mulieris, & quæ maturitate progressa in uirginitate duret ^{ætatis}
 cum suo habitu, facilius illa mulier negabitur, quam ista uirgo credetur. Tan
 ta est adeo fides ætatis, ut nec habitu obstrui possit. Quid quod etiam hæ ^{fides ætatis}
 nostræ etiam habitu mutationem ætatis confitentur, simulq; se mulieres in/
 telleixerunt, de virginibus educantur, à capite quidem ipso deponentes quod ^{II}
 fuerunt: uertunt capillum, & acu lasciuiore comam sibi inferunt, crinibus
 à fronte diuisis apertam professæ mulieritatem. Iam & consilium formæ à
 speculo petunt, & faciem morosiorum lauacro macerant, forsitan & ali/
 quo eam medicamine interpollant, pallium extrinsecus iactant, calceum
 stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt. quid singula
 persequar? solennem manifestæ paraturæ totam circumferunt mulierita/
 tem. Sed virginari uolunt sola capitis nuditate, uno habitu negantes quod
 toto suggestu profitentur. Si propter homines habitu abutuntur, im/
 pleant illum etiam in hoc, ut & apud ethnicos, caput ualent. certe in ec/
 clesia uirginitatem suam abscondant, quam extra ecclesiam cælant. Timent
 extraneos, reuereantur & fratres: aut constanter audeant & in uicis virgi/
 nes uideri, sicut audent in ecclesijs. Laudabo uigorem si aliquid & apud eth/
 nicos uirginitatis nundinarint. Eadem natura foris quæ & intus, eadem in/
 stitutio apud homines & apud dominum eadem libertate constat. Quò er/
 go foris quidem bonum suum abstrudunt, in ecclesia uero prouulgant.
 Exposco rationem. Vtrum ne ut fratribus suis placeant, an ut ipsi deo? Si
 ut ipsi deo: tam idoneus est ad conspicienda quæq; in occulto fiunt, quam
 iustus ad remuneranda quæ soli sibi fiunt. denique præcipit, nihil debuc/
 cinemus eorum quæ apud illum mercedem mercebuntur, nec ea ab homini/
 bus compensemus. Quod si unius Victoriati, uel quamcunque eleemosy/
 næ operationem, sinistra conscientia facere prohibemur, quantum tenebratum
 circumfundere debemus cum tantam oblationem deo offerimus, ipsius cor/
 poris & ipsius spiritus nostri, cum illi ipsam naturam cōsecramus. Ergo quod
 non potest uideri propter deum fieri, quia sic fieri deus non uult, sequitur ut
 hominum gratia fiat: utique primò illicitum, ut gloriæ libidinosum. Gloria ¹²
 enim illicitum est eis, quorum probatio in omni humiliatione constat. Et si
 à deo confertur continentiae uirtus, quid gloriaris quasi non acceperis? Si ue/
 ro non acceperisti, quid habes quod datum tibi non est? Hoc ipso autem cōstat
 à deo

à deo datam tibi nō esse, quod illam non soli deo p̄stas. Videamus ergo, quod humanū est, an firmum sit & uerum. Referunt aliquando dictum à quodam cum primum quæstio ista tentata est, & quomodo cæteras sollicitabimus ad huiusmodi opus? Scilicet felices nos facient, si plures erunt, & non dei gratia uel merita cuiuscq;. Virgines ecclesiam, an ecclesia uirgines ornat deo, siue commendat? Confessus est igitur gloriam esse in causa. Porro ubi gloria, illic sollicitatio. Vbi sollicitatio, illic coactio. Vbi coactio, illic necessitas. Vbi necessitas, illic infirmitas. Merito itaq; dum caput non tegunt ut sollicitentur gloriæ causa, uentres tegere coguntur infirmitatis tuina. Amulatio enim illas non religio producit, aliquando & ipse deus uenter eorum, quia facile uirgines fraternitas suscipit. Nec tantum autem tuunt, sed & suum longum delictorum sibi attrahunt. Prolatae enim in medium, & publicato bono suo elatae, & fratribus omni honore & charitatis operatione emulatae, dum non latent ubi quid admissum est, tantum dedecoris cogitat quantum honoris habuerūt. Si intectum caput uirginitati ascribitur, si quæ uirgo exciderit de gratia uirginitatis, ne prodatur, intecto permanet caput: & tunc iam alieno ambulat habitu, id est quem sibi uendicat uirginitas: permanet nihilominus in habitu, uel tunc saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur. Consciæ muliebritatis, iam indubitate audent nudo capite ad deum adire. Sed æmulator deus & dominus, qui dixit, Nihil occultū quod non reuelabitur, plerasq; etiam in conspectum deducit. Non enim confitentur, nisi ipsorum infantium suorum uagitus prodit. Quantum autem plures, non etiam de pluribus sceleribus suspectashabebis? Dicam licet nolim, difficile mulier semel fit, quæ timet fieri: quæcq; iam facta potest uirginem mentiri sub deo, quanta item circa uterum suum audebit, ne etiam mater detegatur? Scit deus quot iam infantes & perfici & perduci ad partum integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. Facillime semper concipiunt, & felicissime pariunt huiusmodi uirgines, & quidem simillimos patribus. Hæc admittit flagitia coacta & inuita uirginitas. Ipsa concupiscencia non latendi non est pudica: patitur aliquid quod virginis nō sit, studium placendi utiq; & uiris. Quantum uelis bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis & multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus & oscula assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desiderare. Sed enim uera & tota & pura uirginitas, nihil magis timet quam semetipsam: etiam foeminarum oculos pati non uult, alias ipsa oculos habet: configuit ad uelamen capitum quasi ad galbam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus ictus tentacionum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones, & susurros, & æmulationem, ipsum quoq; liuorem. Nam est aliquid etiam apud ethnicos mitigandum

quendū, quod fascinum uocant, infeliciorē laudis & gloriæ enormioris e/
 Faschinum
 uentū. Hoc nos interdū diabolo interpretamur. Ipsius est enim, boni odiū.
 Interdū deo deputamus. Illius est enim, superbiæ iudiciū, extollentis humi-
 les & deprimentis elatos. Timebit itaq; uirgo sanctior, uel in nomine fasci-
 ni: hic aduersariū, inde deum: illius liuidum ingenium, huius censorium la-
 men: & gaudebit, sibi soli & deo nota. Sed & si cui innotuerit, sapit si tenta-
 tionibus gradum obtraxerit. Quis enim audebit oculis suis premere faciem
 clausam, faciem non sentientē: faciem (ut dixerim) tristem? Quicunq; malus
 cogitatus ipsa seueritate frangetur. Iam se etiā mulierē negat, quæ virginem
 cœlat. In his consistit defensio nostræ opinionis secundum scripturā, secun-
 dum naturam, secundū disciplinam. Scriptura legem condit, natura conte-
 statur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis prodest, uel qui di-
 versæ sententiæ color est: Dei est scriptura, dei est natura, dei est disciplina.
 quicquid contrarium est istis, dei non est. Si scriptura incerta est, natura ma-
 nifesta est. Et de eius testimonio scriptura incerta non potest esse. Si de na-
 tura dubitatur, disciplina quid magis deo ratum sit ostēdit. Nihil est illi ca-
 riū humilitate, nihil acceptius modestia, nihil perosius gloria, & studio ho-
 minibus placēdi. Illud itaq; sit tibi & scriptura, & natura, & disciplina, quod
 ratum deo inuenieris, sicut iuberis omnia examinare, & meliora quæque se-
 stari. Supereft etiam ut ad ipsas conuertamur, quo libentius ista suscipiant.
 Oeo te siue mater, siue soror, siue filia, uirgo, secundū annorū nomina dixe-
 rim, uela caput: si mater, propter filios: si soror, propter fratres: si filia, propter
 patres: omnes in te actates periclitantur, in due armaturam pudoris, circūduc
 uallum uerecundia, murum sexui tuo strue qui nec tuos emittat oculos, nec
 admittat alienos. Adimple habitum mulieris. Ut statū uirginis serues, men-
 tire aliquid ex his quæ intus sunt, ut soli deo exhibeas ueritatem, quāquam
 non mentiris nuptam. Nupsisti enim Christo: illi tradidisti carnem tuam, il-
 li sponsasti maturitatem tuam. Incide secundum sponsi tui uoluntatē. Chri-
 stus est qui & alienas sponsas & maritas uelari iubet, utique multo magis
 suas. Sed & uos admonemus alterius pudicitia mulieres, quæ in nuptias in-
 cidiſtis, ne sic à disciplina uelaminis exoleſcatis, ne quidem in momento ho-
 pæ, ut quia reſcere illam non potestis, alio modo deſtruatis, neq; teſtae, ne-
 que nudæ incedentes. Mitrīs enim & lanis quædam non uelant caput, ſed
 totiſtant, à fronte quidem protectæ: quā proprie aut caput eſt, nudæ. Aliq;
 modicè linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures uisque demiffis cere-
 brotenus operiūtur. Misereor ſi tam infirmo auditu ſunt, ut per tegmen au-
 dire non poſſint. Sciant quia totum caput mulier eſt. Limites & fines eius
 rousq; porrigūt, unde incipit uestis. Quantū resoluti crines occupare poſ-
 ſunt, tanta eſt uelaminis regio, ut ceruices quoq; ambiantur. Ipsiſ eñim ſunt
 quās ſublectas eſſe oportet, propter quas potestas ſupra caput haberi de-
 bet

Scripture
 Natura
 Disciplina

Alloquitur

mulieres

Disciplinæ

laminis

Cerebrotenus

Arabice mū, bet. uel amē iugum illarum est. Iudicabunt nos Arabiae fœminæ ethnicae, lieres quæ nō caput, sed faciem quoq; ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, cōtentæ sint dimidiā frui lucem, quām totam faciē prostituere. Mauult fœmina uidere q̄z uideri. Quas propterea infelicissimas ait Romana quædam regina, quod adamare magis quām adamari possint, cum sint uel ex alterius infelicitatis & quidē frequētioris immunitate felices, quia facilius adamari quām adamare fœminæ possint. Et ethnicae quidē disciplinæ metacior *Reuelatio* & (ut ita dixerim) barbarior modestia. Nobis dominus etiam reuelationibus uelaminis spacia metatus est. nā cuidā sorori nostræ angelus in somnis ceruices quasi applauderet uerberans, elegātes, inquit, ceruices, & merito nūdæ. bonum est usq; ad lumbos à capite ueleris, ne & tibi ista ceruicum libertas non proficit. Et utiq; quod uni dixeris, omnibus dixeris. Quantam autem castigationē merebuntur etiam illæ quæ inter Psalmos, uel in quacunq; dei mentione rectæ perseverant? Merito ne etiam in Oratione ipsa facillime fimbriam, aut uillum, aut quodlibet filum cerebro supérponunt, & tectas se opinantur? Tanti caput suum metiuntur. Aliæ quibus planè maior est palma omni fimbria & filo, non minus capite suo abutuntur, ut bestia quæ STRV/ dam magis quām avis licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cætera THIOCA/ altegradia. Hanc aiunt, cum delitescendum habet, caput solum plane totum in condensum abstrudere, reliquam se in aperto relinquere. Ita dum in capite secura est, nuda quā maior est, capitum tota cum capite. Tales erunt & istæ minus quām utile est tectæ. Oportet ergo omni tempore & omni loco meæ mores legis incedere, paratas & instructas ad omnem dei mentionem, qui si fuerit in pectore, cognoscetur & in capite fœminarum. Hæc cum bona pace legentibus, utilitatē consuetudini præponentibus, pax & gratia à domino nostro Iesu redundet, cum Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUITIS PER BEATVM RHENANVM.



Vlires Christianæ non cogitantes Christianismum esse modestiæ professionem, in seipsis uestiendis ornandisq; nolebant inferiores uideri gentilibus matronis. Proinde eas admonet ut inuidiam humanae perditionis, cuius autor fuit Eua, lugendo potius meminerint effugere quām augere superbiēdo. Deinde docet quicquid est istarum rerum quæ fucandæ formæ deseruiunt, id omne deberi malis angelis autoribus, Quam rem Enoch prodiderit. Mox de auro & argento præcipuis mundani cultus materijs differit, & de gemmis, concedens quidem ea à deo condita, sed nō in istum usum. Porrò vindicat Enoch prophetæ librum qui sub illius nomine extrabat olim, cuius etiā testimonio Iudas Apostolus utitur in epistola sua quæ legitur inter Catholicas: tametsi quidā hanc noluerint agnoscere quod apocryphū auctor rem citet. Verū innuit diuus Hieronymus enarrans epistolam ad Titū, uti licere parte libri, etiamsi totū libru non approbes, cum sic scribit: Qui aut̄ putant totū librum

librum debere sequi eum qui libri parte usus sit, uidentur mihi & apocryphum Enoch, de quo Apostolus Iudas in epistola sua testimonium posuit, inter scripturas Ecclesiæ recipere, & multa alia quæ Apostolus Paulus de reconditis est locutus. Idem alibi fatetur Paulum scriptis Apocryphis abusum, quæ tamen non certi probabat. Nō negat etiā in apocryphis esse ueritatem Aur. Augustinus, sed quam ex fabulis admixtis difficile sit eruere. Siquidem tractatum (sic enim veteres scriptores Christiani declamationes suas ad populum sive coheiones uocare soleant) ædit Cyprianus martyr ex hoc libro & eo qui proximè sequitur partim desumptus, nisi quod præcipue uirginibus ipse præscribit, suo uidelicet seruens argumento, quæ Tertullianus à toto sexu foeminarum exigit absque disceptamine. Ut uel hinc colligere liceat tam cito disciplinam nonnullam degeherare cœpisse.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTE.

VT non magis in sordibus ageret.) Describit exemplum hominis Exomo lo gesin facientis & actum poenitentiae exequentis. Et ille dominabitur eui.) Ex Gorziensi collatione, dominatur tui. Nam præcedit, parisi.

Tu es quæ eum suasisti.) Suasisti pro persuasisti. Aggredi non ualuit.) Subaudi, suasionibus suis. Super pelliceas tuas tunicas.) Alludit ad locum qui est Geneseos tertio capite, Fecit quodq; dominus deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et Mileſij oues tohderent.) Diuus Hieronymus enarrans Ezech. cap. 27. autore est, ex Mileto lanas præcipuas solitas Tyruim deferriri, ut non sine causa libuerit interpretibus septuaginta apud eū Prophetam uertere. Et lanas de Mileto, quiuim tamen Miletii uocabulum in Hebræo nusquam conperiatur. Et Seres arbores nerent.) Apud Seras Scythicam gentem in arboribus lanugo reperitur, quam aqua perfusam depeclunt. Setas lanitio syluarum nobilis uocat Plinius libro sexto cap. xvij. Et Tyrij tingerent.) Idem auctor Phœnicen describens, Tyrus, inquit, quondam insula, præalto mari septingentis passibus diuisa, nunc uero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara urbibus genitus, Lepti, Utica, & illa Romani imperij æmula, tertium orbis auida, Carthaginem, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc oīnnis eius nobilitas conchylio atq; purpura constat. Et Phryges iñsuerent.) Pictas uestes acu facere Idæi Phryges inuenierūt, ideoq; Phrygiones appellati sunt. Ex eodem.

Et Babylonij intexerent.) Colores diuersos picturę intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen imposuit. Eiusdem Plinius uerba sunt. Vnde Babylonica uestes & stragulæ dicæ. Et margaritæ canderent.) Et hoc docente Plinio, margaritarum dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, & pondere.

Et Ceraunia coruscarent.) Fulgor propriè coruscat, & à fulmine nomen habet Ceraunia gemma. Siquidem fulmen Græci κεραυνος appellat. De hac gemma Plinius quoq; lib. 37. cap. 9. Est, inquit, inter candidas & quæ Ceraunia uocatur, fulgorem siderum rapiens: ipsa crystallina splendoris cærulei in Carmania nascens. Albam esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam concursantem. Metinit & alterius cuiusdam Ceraunia Parthorū Magis quæsitæ, sed rara admodum, quoniam non aliubi inueniatur quam in loco fulmine icto. Flamas Ceraunij scribit Hieronymus, quum ad Demetiadem scribens, Ut taceam, inquit, de inaurium pretijs, cädore margaritarum, rubri maris profunda testantium, Smaragdorum uiore, Cerauniorum flammis, Hiacynthorum pelago. Ad quæ ardent & insaniant studia matronarum. Impedimenta.) Impedimentorum nomine sarcinas accipimus. Ita rursum libro sequenti, Et reliqua compositionis uestræ impedita. Alludit aut hic ad pompam triumphalem qua reduces imperatores pop.

Cc 2 Rom.

Rom. rebus bene gestis urbem ingrediebantur uarijs ostentaculis prælati. Sunt potius ad funebrem Triumphalium uirorum pompam, in qua similia deferebantur. Nam sequitur, Quasi ad pompam funeris constituta. Bene occultas.) Hoc est, utiliter occultas. Ut mox, Non bene reuelatas, id est, quas non expediebat esse reuelatas. Et metallorum opera nudauerant.) Intelligit de fodinis auri & argenti. Id quod in sequenti libro alijs uerbis explicat, Qui, inquit, & materias eiusmodi illecebras detexerunt. Cyprianus in Demetrianū, Minus argenti & aurum opes suggerunt iam exhausta metalla & pauperes uenae. Et herbarum ingenia traduxerant.) Hoc est, herbarum uim atq; naturam publicauerant.

Quibus brachia artantur.) Armillas intelligit. Et illum ipsum nigrum puluerem.) Cyprianus in de habitu uirginū, Illi, inquit, & oculos circunductio nigrorum fucare docuerunt. Quod nihil ad integratem pectoris.) Pro pectoris lego peccatores, ut oratio tribus membris constet, Nihil ad integratam peccatores, nihil ad castitatem adamatores, nihil ad timorem dei desertores spiritus, aut monstrare potest aut praestare. Sic libro qui sequitur, Per angelos autem peccatores demonstrata sunt. Sordidi.) Sordium nomine turpem parsimoniam interdum accipimus. Unde sordidus pro parco. Et per gratuum usum.) Hoc est usum carentem præmio. Sed haec non capit aestimare.) Et hic ut in precedentibus libris sape, Non capit pro eo quod Græci dicunt, ἀνθετα, hoc est, non licet fieri non potest, ut res sic aestimetur. Magno scilicet nupserat.) Magno, subaudi præthio uel pretio. Eadem tunc substantia angelica rep.) Alludit ad locum Matth. 22. Sed erunt sicut angelii dei in cœlo. Et de omnibus prædicatis eius.) Hoc est de omnibus quæ prædicauerat. Domus suæ.) Domum uocat familiam. Illud quoq; Videlicet quod sequitur. Præter repudiū coeli.) Translatio est. Sic in De poenitentia, Plerique naufragio liberati, exinde repudium & nauis & mari dicunt. In metal. maled. feralibus officinis.) Nam metallorum operibus addicebantur damnati, inq; hijs sape Christiani. De quibus epistola libri tertij Cyprianus martyr, Non souetur, inquit, in Metallis lecto & culis citris corpus. Humi iacent fessa laboribus uiscera. Squalent sine balneis membra situ & sorde deformia. Panis illuc exiguus. Vestis algentibus deest. Semitonsi capititis capillus horrescit. Et reliqua. Proinde non frustra hic dicit feralibus officinis. Apud Cyprianum martyrem legimus, Feralibus cibis pollui uiolariq;

Poenali opere.) Ita Cyprianus horribiles carceris atq; funestas poenalis loci tenebras dixit, Item Squalorem carceris ac receptaculi poenalis horrorē, Et ad Dominatum, Pergit poenibus cumulis pertinaciter adhærere. De tormentis in ornamento.) Eleganter hic coniungit contraria, quorum hoc primum membrum commendat profonomastia. Hinc illud Ambrosij, uos uero beatæ uirgines quæ talia tormenta potius quam ornamenta nescitis. Metalli refuga.) Nam mirat nomen. Vocatur enim armilla aut torques. Et necessariores.) Comparatiuum est nouum. Sic & illud in De carne Christi, Quasi necessarius aliquid adferrent eo quod ille tum maxime agebat. Et nihilominus auri & argenti.) Subaudi operas. Nam & anuli ferro fiunt.) Triumphibus olim corona ex auro Hetrusco sustinebatur à tergo, anulus tamen in dígito ferreus erat. Hi quoq; qui ob legationem acceperant aureos, in publico tantum utebantur, intra domos uero ferreis. Quo argumento etiam nunc sponsæ anulus ferreus mittitur, isq; sine gemma. Ex Plinio. Esui & potui.) Hoc est ad esum & potum.

Ad spurca instrumenta.) Iuxta illud Epigrāmatographi, Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro. Demens copia.) Figurate, hoc est, quæ dementes homines facit. Nullus uidens aurum demergit in terram.) Corrēximus ex nostro

Noſtro iudicio, Nullus bidens. Intelligit autem instrumentum illud rusticum duobus praeditum dentibus quo in fodiendis agris uulgo utimur. Sensus est, Nec bidens ex auro fit, nec clavis quo tabulae connectuntur ex argento. Nam hoc est quod dicit, Nullus clavis argentum intimat tabulis. Significat enim intimare Tertulliano, intimum reddere, deductum ab eo quod est intimum. Sed & praecedens sententia explicanda est satis obscura, quum inquit, Ex nihilominus auri & argenti de sua uice accommodet iustioribus causis. Nam uult dicere, Ferrum quidem & aës proprias quasdam & necessarias operas commoditatesq; hominibus exhibere, sed tamen nihilominus simul sufficere ad probatores usus auri & argenti, nepe ad anulos, & uasa escaria potoriaq;. Verum ad luxum minimè. Hoc enim intelligit per Iustiores causas. Eiusdem tertæ minutalia.) Minutias intelligit. Minutalibus regni dixit aduersus Marcionem libro primo, Adiectuè.

Aut teclis densandis.) Loquitur de tectis Aphricanis & Orientalium regionum quibus apud nos pergulae similes sunt, Germani Tarras vocat quasi Terracium.

Stuporem edificare nouerunt.) Aedificandi uerbo per translationem uti solet. Ita in Martyribus, ut robori edificando uacent. Sed nec Peloride gratius de sapore.) Inter testacea Peloridem quoq; recenset. Conchæ genus est. Pelorides aluum emollire Plinius scribit lib. xxxij. cap. ix. Ad hoc enim Conchas nouerim maris poma.) Sensus est, Non ad fastum, sed ad saporem & esum nouerim Conchas ueluti poma quædam maris quibus assimilantur. In profundo maris enim facientia ab urinatoribus colliguntur uelut Strata facient passim sua quæq; sub arbore poma. Quorum figuram repræsentant. Quod si concha illa aliquid intrinsecus postulat.) Nostrum secuti iudicium pro postulat scripsimus postulat. Nouum uerbum postulare absolute, pro extuberare in postulæ modum. Plinius certe, sanos concharum partus multiplici cute constare scribit, ut non impropriæ callum corporis existimari possint, quare & purgari à peritis.

Aiunt & de frontibus draconum gemmas erui.) Draconites siue Dracontias, inquit Plinius, è cerebro sit draconum, sed nisi uiuentibus abscisso nunquam gemmascit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est ut dormientibus animalibus caput amputet. Soracus qui uisam eam gemmam apud regem scripsit, bigis uehi querentes tradit, & uiso draconem spargere somnifica medicamenta, atq; ita præcidere. Esse autem candore translucido, nec postea poliri aut artem admittere.

Vernaculum est aurum.) Tanquam illic natum. Ita Paula & Eustochium in epistola ad Marcellam, Totum mysterium nostrum istius prouinciae urbiscq; uernaculum est. In ergastulis.) Ergastula loca sunt ubi uincti homines opus faciunt.

Et diuitijs malos onerant.) Apud Barbaros illos, diuitiæ præmium sunt improbitatis, ut quanto quisq; est sceleratissimus, tanto sit omnium ditissimus.

Quomodo & aurum non ametur.) Scilicet propter consuetudinem illam Barbarorum. De fastidio.) Hoc est propter fastidium, ut pauloante, De sapore id est propter saporem. Coram matronis erubescente.) Quod uidelicet Parthi & Medi & alijs Barbari gemmis tam contemptum uterentur, que matronis ipsis ad fastum & luxum, ostentationemq; seruiunt. Nam Parthi, quos fortassis legatione fungenteis ad Seuerum Imp. Romæ uidit Tertullianus, gemmas habebant cingulis & gladiorum uaginis atq; calciamentis insertas Matronæ uero Romanæ in capite, collo, pectori, brachijs, digitiq; margaritas gestabant.

Nisi quod nec ad ostensionem ferè habentur.) Apud Barbaros illos scilicet.

In cingulis.) Subaudi Parthorum. Et Cylindros.) Cylindri, teretes lapili sunt & oblongi, instarq; cylindri quo in areis æquandis utimur uolubiles.

Solus gladius.) Barbarorum illorum. Et peronibus uniones emerg. de

luto cupiunt.) Hic inseruimus præpositionem In. In peronibus. Ex Gorziensis collatione. Autor est Seruius peronem esse rusticum calciamentum, quo uocabulo Virgil. usus est libro vi. Aeneidos, Crudus tegit altera pero, Et Iuuinalis, Nil uetus, tunc fecisse ualet quem nō pudet alto Per glaciem perone legi. Et quidem hic pro priè locutus est, de Barbaris facies sermonē. Meminit & peronum in libro de palio quum inquit, Magnum incessui munitum suinæ Venere prospexere perones effeminatos. Tam gemmatum habent.) Subaudi Parthi & Mediae similes Barbari. Serui etiam eorum.) Scilicet Barbarorum.

Quę uos operose resoluta transfiguratis.) Attende morem mulierum id temporis, Attalica illa siue aulæa filatim resoluentium & aliter retexentium.

Quam rubrica.) Milton significat siue colorem rubrum. De adulterio locorum iniustorum.) Tu scribe de adulterio colorum iniustorum. Nam hoc exigūt ea quae sequuntur. Nisi si non potuit purpureas & earinas oues nasci iubere) Gorziensis codex habet arinas. Nec refert, utrumq; Græcis uernum significar. Quod tu hic pro uiridi interpretare. Ambo uocabula coniuncta habes in illo lepi diffimo epigrammate de luscinia quae cicadam corripuerat, quod legitur titulo in Aues epigrammatum Græcorum libro primo, οὐρανοὶ καὶ γῆραι, ἀετοὶ μέλεις.

Non statim & huiusmodi fructus lat. in omnibus queritur.) Sensus est. Materiæ ex deo sunt, sed tamen iste usus materiarum nequaquam secundum diuinam uoluntatem quasi qui illuc ideo lateat queritur, uidelicet unde sint conchæ, hoc est ex quo mari indico an Britannico, Et qua dispositione decurrant scilicet in monilibus & murenulis mulierum, & ubi collocentur. Quia deus & equum, & pantheram, & uocem homini dedit.) Equum ad Circum refert, Pantheram ad hanrenam propter bestiarios, uocem ad scenam, ubi Mimis recitabantur.

Sic ego & circa aedium inat.) Nos scripsimus, sic ergo, id poscente sensu. Q.D. Vsus rerum non aduersans deo, excusatus est. Apud uos.) Subaudi mulieres. Non tanto.) Non pro Annō. Ut referatur ad sequentia.

Breuissimis loculis.) Intelligit repositoria in quibus monilia magnum patrimonium & quantia, seruat. Aut ipsa monilia quę uice loculorum sunt.

Vno lino decies seftertii inseritur.) Summa hæc est uicies quinque mille aureorum coronatorum. Hoc imitatus diuus Hieronymus in uita Pauli Eremitæ dixit, Qui uno filo uillarum insuūt pretia. Saltus & insulas tenera ceruix fert.) Hoc est saltuum & insularum precia. Sunt autem etiam insulæ domus quae non communib; parietibus coniunguntur cum uiciniis. Autore Festo.

Tenera ceruix.) Emphasis est in tenera. Quemadmodum & in eo quod mox sequitur, Graciles aurium cutes. Graciles aurium cutes Calendarium expendunt.) Calendarium enim hic significat eas tabulas domesticas quae non singulos dies sed menses singulos respiciunt. In hijs usuræ perscriptæ erant ad calendas exigendæ. Seneca epistola 88. Diuitem, inquit, illum putas, quia aurea superlex etiā in uia eum sequitur, quia in omnibus prouincijs arat, quia magnus Calendarij liber uoluitur. Signanter autem dixit expendunt, hoc est in extima auris pellicula appendunt. De pretiosis inauribus loquitur. Exponit autem seipsum quum inquit, Hæ sunt uires ambitionis, tantarū usurarum substantiam uno & mu liebri corpusculo bauulare. Et in sinistra.) Annulos intelligit quibus sinistra manus ornari solet. Desaccis singulis.) Sacos pecuniarios significat.

Q[·] SEPTIMII FLOREN

TIS TERTVLLIANI DE HABITV

MVLIEBRI LIBER.



I T A N T A in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cœlis, nulla omnino uestrum sorores dilectissimæ, ex quo deum uiuum cognovisset, & de sua, id est, de fœminæ conditione didicisset, latiorem habitum ne dicam gloriose appetisset, ut non magis in sordibus ageret, & squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens Euam lugentem & pœnitentem, quo plenius id quod de Eua

trahit (ignominiam dico primi delicti & inuidiam perditionis humanae) o*mni satisfactionis habitu expiaret. In doloribus & anxietatibus paris mulier, & ad uirum tuum conuersio tua, & ille dominatur tui, & Euam te esse necesse est. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resgnatrix, tu es diuinæ legis prima desertrix, tu es quæ eum suasisti quæ diabolus aggredi nō ualuit. Tu imaginē dei, hominē, tam facile elisisti. Propter tuū meritum, id est, mortem, etiā filius dei mori habuit: & adornari tibi in mente est, super pelliceas tuas tunicas: Age nunc si ab initio rerū & Milesij oues tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrī tinguerent, & Phryges insuerent, & Babylonij interixerent, & Margarita canderent, & Ceraunia coruscarēt, si ipsum quoqz Aurum iam de terra cum cupiditate prodisset, si iam & Speculo tantū mentiti liceret: hæc Eua concupisset, de paradiſo expulsa, iam mortua opinor: Ergo nec nunc appetere debet aut nosse, si cupit reuiuiscere, quæ nec habuerat nec mouerat, quādo uiuebat. Ideo omnia ista damnatae & mortuae mulieris impenimenta sunt, quasi ad pompa funeris cōstituta. Nā & illi qui ea cōsticuerunt, dānati in pœna mortis deputantur: illi scilicet angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerūt, ut hæc quoqz ignominia fœminæ accedat. Nam cum & materias quasdā bene occultas, & artes plerasqz nō bene reuelatas, seculo multo magis imperito prodidissent (siquidē & metallorū opera nudauerat, & herbarū ingenia traduxerant, & incantationū uires prouulgauerant, & omnem curiositatē usqz ad stellarū interpretationem designauerant) propriè & quasi peculiariter fœminis instrumentū istud muliebris gloriæ cōtulerūt: lumina lapillorū, quibus monilia uariantur: & circulos ex auro, quibus brachia attantur: & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorātur: & illū ipsum nigrum puluerem, quo oculorum exordia producūtur. Hæc qualia sint, in terim iam ex Doctorum suorum qualitate & cōditione pronunciari potest,*

Cc 4 quod

quod nihil ad integratem peccatores, nihil ad castitatem ad amatores, nihil
ad timorem dei desitores spiritus, aut monstrare potuerunt aut praestare.
Si doctrinæ dicendæ sunt: mali magistri male docuerint necesse est. Si mer-
cedes pro libidine: nullius rei turpis, merces decora est. Quid autem tati fuit
ista monstrare, sicut conferre: utrum ne mulieres sine materijs splendoris, &
hinc ingenij decoris placere non possent hominibus, quæ adhuc inculcatæ
incompositæ, & (ut ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos mouerant? An ne
sordidi, & per gratuitum usum contumeliosi amatores uiderentur, si nihil.

Non capit sc̄eminis in connubium allectis contulissent? Sed hæc non capit aestimare.
in quodlibet? Nihil plus desiderare poterant quæ angelos possidebant. magnō scilicet quā
pserant. Enimuero qui utiqz interdum cogitabant unde cecidissent, & post

*Post libidinū libidinum uaporata momenta cœlum suspirabant, illud ipsum bonum fe-
uaporata mo- minarum naturalis decoris ut causam mali, sic remunerauerunt, ne eis pro-
menta fuisset felicitas sua, sed ut deuectæ de simplicitate & sinceritate, unia cum
ipsis in offensam dei peruenirent. Certi erant omnem & gloriam & ambi-
tionem & affectionem per carnem placendi, deo displicere. H̄i sunt nempe
Baptismus angeli quos iudicaturi sumus. h̄i sunt angelī quibus in lauacro renūciamus.*

Hæc sunt utiqz per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo facient
apud iudices suos res eorum? Quod est commercium damnaturis cum
damnandis? opinor quod Christo & Beliaz. Quia constantia tribunal illud
ascendimus, decreturi aduersus eos quorū munera appetimus? Nam &
uobis eadem tunc substantia angelica repromissa, idem sexus qui & uiris,
eandem iudicandi dignationem pollicetur. Nisi ergo hic iam præiudicau-
ritus res eorum prædamnando quas in illis tunc damnaturi sumus, illèpo-
Enoch liber tius nos iudicabunt atque damnabunt. Scio scripturam Enoch quæ hunc
apòcryphus ordinem angelis dedit, non recipi à quibusdam, quia nec in armarium Iu-
Armarium daicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclysmum adi-
Iudaicum. Cataclysmus tam, post eum casum orbis omnium rerum abolitorem, saluam esse potui-
omnium rerū se. Si ista ratio est, recordentur pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem
abolitor cataclysmi Noe, qui utique doméstico nomine & hæreditaria traditione au-
3 dierat & meminerat de proaui sui penes deum gratia, & de omnibus prædi-
catis eius: cum Enoch filio suo Matusale nihil aliud mandauerit quam ut
notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noe in præ-
dicationis delegatione successisse, uel quia & aliás non tacuisse, tam de dei
conseruatoris sui dispositione, quam de ipsa domus suæ gloria. Hoc si non
tam expeditè haberet, illud quoqz assertionem scripturę illius tueretur: pro-
inde potuit abolefactam eam uiolētia cataclysmi, in spiritu rursus reforma-
re: quemadmodum & Hierosolymis Babylonia expugnatione deletis, om-
Instrumētum ne instrumentum Iudaicæ literaturæ per Esdras constat restauratum. Sed
Iudaicæ lit. cum Enoch eadem scriptura etiam de domino prædicari, à nobis quidem
nihil.

Nihil omnino rei ciendum est, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem scripturam ædificationi habilem, diuinitus inspirari, à Iudeis postea iam uideri propterea reiectam, sicut & cætera ferè quæ Christum sonant. Nec utiq; mirum hoc, si scripturas aliquas non receperunt de deo locutas, quem & ipsum corā loquētem nō erant receptuti. Eò accedit quod Enoch apud Iudam Apostolum testimonium possidet. Nulla nunc muliebri pompa nota inusta sit prædamnationis de exitu autorum. Nihil angelis illis impunitetur præter repudium cœli, & matrimonium carnis. Rerum ipsarum qualitates examinemus, ut consilia quoq; concupiscentiae earum deprehendamus. Habitus scemine duplē speciem circumfert, Cultum & Ornatum. Cultus
Ornatum
 Cultum dicimus, quem mundum muliebrem uocant: Ornatum quem immundam muliebrem conuenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur. AVRVM
ET AR/
GENTVM
 Iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis: ut iam hinc prospicias, dei ancilla, quid ex his disciplinæ tuæ conueniat, quæ de diversis institutis censearis, scilicet humilitatis & castitatis. Aurum & Argentum principes materiæ cultus secularis assint necesse est, unde sunt: Terra, scilicet plane gloriosior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis poenali opere deplorata, nomen tertæ in igni reliquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de supplicijs in delicias, de ignominij in honores, metalli refuga mutatur. Sed & Ferri & Aeris & aliarū uilissimatum materialium par conditio est, & terreni generis, & metallici operis: quo nihilo Aer, generosior iudicari possit auri & argenti substantia penes naturam. Quod si de qualitate usus, gloria est Auro & Argento: atquin magis Ferro & Aeris: quoru ita disposita est utensilitas, ut & proprias operas plures & necessaries exhibeant rebus humanis, & nihilominus auri & argenti de sua uice accessit. Vtensilitas
4
 commoden iustioribus causis. Nam & annuli ferro sunt. quædam esui & potui uascula ex ære adhuc seruat memoria antiquitatis. Viderit si etiam ad spurca instrumenta auri & argenti demēs copia deseruit. Certe nec ager auri opere paratur, nec nauis argenti uigore contexitur. Nullus bidens aurum demergit in terram, nullus clavus argentum intimat tabulis. Taceo totius Totius uite
necessitates
 uitæ necessitates ferro & aeris innixas: cum illæ ipsæ diuites materiæ, & de me tallis refodiendæ, & in quocunq; usu producendæ, sine ferri & aeris operario ferro & aeris uigore non possint. Iam igitur æstimandum est unde obueniat tanta dignitas auro & argento, cum & consanguineis quantu ad genus, & posterioribus Cōsanguinea
materiæ
 quantum ad utensilitatem materijs præferantur. Sed & Lapillos istos qui cum auro superbiā iungūt, quid aliud interpreter quam lapillos & calculos, eiusdem terræ minutalia: nec tamen aut fundamentis demandandis, aut paretib; moliendis, aut fastigij sustinendis, aut tectis densandis necessaria? Gemme
Minutalia
ut niteant
 Solum hunc mulierum stuporem ædificare mouerant: quia tarde teruntur

ut nitant, & subdolè substruuntur ut floreant, & anxiè forantur ut pendent, & auro lenocinium mutuum præstant. Sed si quid de mari Britannico aut Indico ambitio piscatur, conchæ genus est, non dico conchylio, aut ostreo, sed nec peloride gratius de sapore. Ad hoc enim conchas nouerim maris poma. Quod si concha illa aliquid intrinsecus pustulat, vitiū eius magis debet esse quam gloria. Et licet Margaritū uocetur, non aliud tamquam intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura & rotunda uerruca. Aliunt & de frontibus Draconum gemmas erui, sicut & in piscium cerebris lapido sitas quædam est. Hoc quoque deerit Christianæ, ut de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite eius, ceruicibus suis aut ipsi capitellis ornamenta struit. Hæc omnia de raritate & peregrinitate sola, gratiam possident. Denique intra terminos suos patrios, non tanti habentur. Semper abundantia contumeliosa in semetipsa est. Apud Barbaros quosdam quia uernaculum est aurum & copiosum, auro uinctos in ergastulis habent: & ditutij malos overant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando reuera inuentum est, quomodo & aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem uidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum cæterorumq; gentilium suorum, coram matronis erubescéntem, nisi quod nec ad ostensionem ferè habentur. Latent in cingulis Smaragdi, & cylindros uagi næ suæ solus gladius sub sinu nouit, & in peronibus uniones emergere de luto cupiunt. Deniq; tantū gemmatū habent quod gemmatum esse nō debet, si non comparet: aut ideo comparet, ut neglectum quoque ostendatur. Proinde & uestium de coloribus honorem, serui etiam eorum terunt. Sed & parietes Tyrijs & byacinthinis, & illis regijs uelis, quæ uos operose resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Vilius est apud illos purpura, quam rubrica. Quis enim est uestium honor iustus, de adulterio colorū iniustorum? Non placet deo quod non ipse produxit, nisi si non potuit purpureas & eatinas oues nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit: quod deus noluit, utique nō licet fingi. Nō ergo natura optima sunt ista, quæ à deo nō sunt autore naturæ. Sic à diabolo esse intelligitur, ab interpolatore naturæ. Alterius enim esse non possunt, si dei non sunt: quia æmuli sint necesse est, quæ dei non sunt. alius autem præter diabolum & angelos eius, æmulus dei non est. Cæterum materiæ ex deo sunt. nō statim & huiusmodi fructus latere in omnibus queritur, & unde sint conchæ, & qua dispositione decurrat, & ubi collocetur. Nam & omnes istæ prophætæ spectaculorū seculariū uoluptates, sicut de ipsis suū uolumen ædidimus, ipsa etiam idolatria ex rebus dei constat: non tamen ideo Circi furoribus, aut harenæ atrocitatibus, aut scenæ turpidinibus, Christianum affici oportet: quia deus & equum, & pantheram, & uocem homini dedit: nec ideo idolatriam impune faciet Christianus, quia dei cōditio est & thus, & merū, & ignis qui uescitur, & animalia quæ

*Libri duo de
spectaculis*

*Conditio,
creatura*

quæ uictimæ fiunt, cum & ipsa materia quæ adoratur dei sit. Sic ergo & circa actum materiarū census à deo descendens, propterea excusatus. Deo extraneū ut reum scilicet gloriæ seculū. Nam ut quæcū rerū, per singulas quasque terras & unamquamq; regionē, materijs à deo distributa sunt, inuicem sibi peregrina apud exterios, mutuo rara, apud uos, iure, si utiq; uel appetū tur, uel negligūtur, quia nō tantus est in illis feruor gloriæ inter domesticos frigidē. Sed enim ex possessionum distributione quam deus ut uoluit ordinavit, raritas & peregrinitas apud extraneos semper gratiam inueniens, de simplici causa non habendi quæ deus alibi collocauit concupiscentiā concitat habendi. Ex hac uitium aliud extenditur, immoderatè habendi: quod & Modus si forte habendum sit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, unde & nō Ambitio men eius interpretandum est, quod concupiscentia apud animū ambiente nascatur ad gloriæ uotum: grande scilicet uotum, quod (ut diximus) non natura, nec ueritas, sed uitiosa animi passio concupiscentia cōmendauit, & alia uitia ambitionis & gloriæ: sic & precia rebus inflammauit, ut se quoq; accenderent. Non tanto maior sit concupiscentia, quanto magno fecit quod concupiit: Breuissimis loculis patrimonium grande profertur. Vno lino decies septuaginta inseritur. Saltus & insulas tenera ceruix fert. Graciles aurium cutes calendarium expendunt, & in sinistra per singulos dígitos de fassis singulis ludit. Hæc sunt uires ambitionis, tantarum usurarum substantiam uno & muliebri corpusculo baiulare.

ARGUMENTVM LIBRI SEQVENTIS,
PER BEATVM RHEANVM.



Exus mulierum in luxum ualde propensus est, & natura φύλον συμβολεῖ. Viri Christiani frugaliter culti incedebant. at mulierum bona pars non minus ornamenti indulgebat quam ethnicæ matronæ. Nequé enim contemptum ferre potest muliebris animus. Et putabant quidem modo castæ forent, & à patratione criminum immunes, nihil re ferre si se uel operosius excoleret, uel formæ lenocinij studeret. Prætexebant etiā affinitatem & communium officiorum rationem, quibus intercedentibus cogarentur cum ethnicis subinde congregari. Verum Tertullianus quemadmodū proximo libello ornamentorum & monilium usum peculariter castigauit, sic hoc futurum & nitorem reprobat. Et docet quidem non esse satis, ut mulier mala non sit, sed omnem etiam mali suspicionem evitandam illi iuxta Pauli doctrinam. Nec iubet ut mulier tota squaleat, sed huius cultum simplici cōstare uult mūdicie. Quod si Gentiles adeundi sint, exigente hoc cognationis aut uulgarium officiorum necessitate, cur pudeat Christianam mulierem incedere frugaliter cultam, quæ possit hoc exemplo alienos à pietate Christo lucrifacere? Præcipua autē, inquit, causa Christianis mulieribus in publicum prodeundi est, si Christianus aliquis ægreditur, ut hunc inuisant uidelicet, & consolentur, ac officio lotionis ac mundationis prosequantur. Aut si res diuina fiat, Aut sacra ad populum concio. Adhortatur etiam ut uel hac de causa sibi temperent à nimio formæ cultusq; studio, ne Gentiliū

Pretextus
mulierum
Affinitates
Communia
officia
Quid libello
superiori eges
rit, & quid
hoc agat
precipue

lium suspicionem alant, quam quidam falso sparserat, de incestis Christianorum conuentibus; ut apud quos adulteria non essent prohibita, sed promiscuus uxori affiniumque usus locum haberet.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SECVENTEM.

1. **P**ostremissimus omnium.) Postremissimus superlatiuū est superlatiuī. Significare uult plus quam summam animi demissionem. Non utiq; affectationi sed affectioni procurans.) Hunc usitatū in hoc autore loquēdī modū s̄epius tam indicauimus. Sic libro primo ad uxorem, Modestia, quæ pudori procurat.

Quæ nihil immundum nec prophane.) Hoc in suum tractatum transtulit Cyprianus martyr, Demusq; inquit, operam ne quid immundum & prophane templo dei inferatur, ne offensus sedem quam inhabitat, derelinquat.

Mihi reprehendendo in omnibus.) Dandi casu diciū est. Hoc est digno qui reprehendar. Eandem sui cīrcumferentes.) Subaudi, formam.

Sese dissoluat.) In uerbo dissoluat, debet subintelligi particula, ut ut sese dissolvat. Propter ueritatem gentilium.) Ironia est. Tota deniq; est.) Subaudi pudicitia. Deuertere.) Audis uerbum Tertulliani. Hic expone pro diuersas esse. Cuius te profiteris extraneam.) Extraneus cum genitiuo, Ut inde resur. car. Extranea gloria. Si speremus nos posse delinquere.) Sperare pro timere. Ut hīc mox. Sperando enim simebimus. Et in superioribus libris s̄epe. Tērentius, Nam quod tu speras, propulsabo facile. Quid illis alteri cōcupiscentiam importamus?) Illis, subaudi formæ studijs. Ut et si à culpa uaces, ab iniuria non liberaberis.) Coniūcio Tertullianum simpliciter scripsisse, ut à culpa uaces. Quæ uerba uolens aliquis exponere, ascripsit in margine codicis, Ut, hic accipi debere pro eti. Quam uocem postea librarius quispiam in contextum retulit.

Et elaborata libidinis suggestum.) Suggestum hoc est apparatus.

Recusandum à uobis sciatis.) Ita loquitur etiam in præcedentibus libris.

Ut diuinæ plasticæ accessu.) Cyprianus martyr in de habitu uirginum, Quod opus dei & factura eius & plasticæ, adulterari nullo modo debeat.

3. Nos in carnis placere uelle debemus.) Repete ablatiuū, bono.

Quasi Gentilibus dicam.) Sensus est, Agam cum uobis Christianis fœminis paulo indulgentius, oblitus disciplinæ seuerioris. Gentiles communitiorum præceptis alloquens.) Sensus est, quasi Gentiles fœminas alloquens, dignatus eas communione præceptorum. Vos solis maritis uestris placere debetis.) Hoc est illud propter quod ista præfatione usus est. Nā alioqui mallet dicere, Vos fœminæ soli deo placere debetis. Vix enim uxoribus permittit ut proprijs maritis placeant, adeo fauebat continentiaz.

Vel propter illam sceleratam in nos opinionem Gentilium.) Quod uidelicet Christiani cum matribus & sororibus incestat exercent libidinem in conuenticulis suis, quemadmodum modo indicauimus in arguento. Quid gestias aut suspectia.) Nos, suspecto. Ex Gorzieni collatione. Quid gestias aut suspecto, aut non desiderati placere. Accipit autem suspecto pro suspicanti, actiue.

Non ad crudam in totum & ferinam habitudinem.) Nam matronas Christianas decet neglecta mundicies, ut est apud diuum Hieronymum. Sed de pudoris suademus.) Subaudi præcedente ablatiuū, bono. Ultra quam domino placere.) Subaudi. Non supergrediendum.

Plastica.) Ut tante Diuinæ plasticæ accessio. Et infra s̄epe. In cuius manu sit. Iuris sermo est. Hoc est in cuius potestate sit, nec dum manumissus. Cuius manu cipium sit. Domini periphrasis est.

Quibus lingua non licet.) Subaudi, metiri. Quod non Germanæ aut Gallæ sint procreatæ.) Evidem ita suarum Risi, fulam Sucuam puellam natā in Martiana sylua ad Danubij fontem, celebrat Austronius

sonius. Sic latij mutata bonis, Germana maneret. Ut facies, oculos
écrula, flava comas. Præterea diuus Hieronymus de Gothis loquens qui po-
stea primi ex Germanis Romanorum reges fuere, Getarum, inquit, rutilus & fla-
vus exercitus, ecclesiastū circūfert tentoria. Idem in vita Hilarionis eremitæ de no-
bili quodā qui agebat in aula Constantij Aug. Rutilus, inquit, coma, & cädore cor-
poris indicans prouinciam. Male ac pessime sibi auspicantur flammeo capi-
te.) Croceus color & flammeus dicitur. Alludit autem ad flammatum ignis inferni.
Hunc locum imitatus Cyprianus martyr dixit, Audaci conatu & sacrilego con-
temptu crines tuos inficis, malo præfigio futurorum capillos iam tibi flammeos
auspicaris. Et Hieronymus ad Lætam de institutione filiar. Nec caput, inquit, gem-
mis oneres, nec capillum irruves, & ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris.

Atq; & detrimentum.) Melius, Atqui &. Gratiae faciliorem.) Hoc est, ad
gratiam. Pro temeritate.) Nos maluimus scribere, Pro temeritatem. Ut sit
exclamatio. Furtum confitetur.) Ob mutatum naturalem capillorum colo-
rem. Nec latere potest huiusmodi fucus. Habemus semper induere.) Sic il-
lud in Deuelandis uirginibus. Quum habet delitescendum. Quam àxix
pollicetur.) Videtur alludere ad locum illū 83 psalmi, Non priuabit bonis eos qui
ambulant in innocentia. Porro probū est uocabulū àxix pro puritate à uitjs &
simplicitate. Eo utitur etiam Dionysius quem Areopagitam uocant, καὶ ἀβέστις ἀρε-
ξιας οὐ πονοῦσθαι μάκαρον. Bene properatis.) Ironia est. Ordinandi capit.)
Reposuimus ex Gorziensi collatione, ornandi capit. Sutilium atq; texti-
lium capillamentorum.) Galericulum intelligit id est comam adulterinam, simpli-
citer capillamentum dicta Tranquillo. in C. Caligula, Capillamento cælatus. De
hijs scripsit Hieronymus ad Marcellam scribens, Quæ capillis, inquit, alienis uer-
ticem struunt. Porro galeri uocabulo Tertullianus capit. tegmen accipit siue pi-
leolum. Collyrides quasdā.) Collyris à collyra per diminutionē deducum,
paruus panis est de farina puriore. Quidam friskath farinam esse putat. Nominan-
tur Collyrides Leuitici septimo & octavo, & sexto capite libri secundi Regum.
Et Christiano capit. suppare. A supparando, hoc est, substruas.

Credo ne quarundam capita uideantur.) Propter defortitatem.

An cum cerussa & purpurisso.) Prius illud candoris, posterius ruboris medica-
mentum est. Et croco.) Hoc capillos respicit. Mox scripsimus, Angeli in nu-
bila subleuēt. Ex Gorziensi. Respectu obediendæ grauitatis.) Hoc est, cui o-
bediri debeat. Et reliqua compositionis uestræ impedimenta.) Per impedi-
menta hic intelligit totam illam muliebris cultus supelleculent, quæ sarcinæ cu-
iudam instar est. Sic libro præcedente, Ideo omnia ista damnata, & mortuæ mulie-
bris impedimenta sunt, quasi ad pompā funeris cōstituta. Laciniosis ineptijs.)
Hoc est uarijs & redundantibus. Hoc uerbo etiam alibi usus est. Velut exor-
natam & naufragam.) Exornatam usurpat, sicut dicimus exarmatam, hoc est, or-
natu spoliatam & destitutam. Et in portu modestiæ subducetas.) Translatio
est à nauibus quæ in tutam stationem ex alto mari subducuntur.

Vtsapientiam consecutæ.) Hanc solet cum fide copulare, quam hodie plerisq
deesse uidemus. Prætextu necessitatis.) Prætextum neutro genere. Ut ante
se penumero. Non repastinantes.) Hoc est euellentes, repurgantes, eruens-
tes. Metaphora ab eo sumpta qui solum futuro nouali præparat inutilibus omni-
bus relectis. In De poenitentia legimus, Et bisulcum aliquid ferri uel æris unguibus
repastinandis, hoc est refodiendis perpurgandisq. Diuittiarum uestrarum.)
Hoc est, muliebrium. Gloria autem reconseruit.) Vsurpare uidetur, quādo
Dd consentiunt

consentient exemplaria, reconsuevit pro consueuit respondere siue regerere.

- 6 Et animalibus exulantes.) In De resur. carnis dixit, Exules carnis. In De pœnitentia. Sed exules à libertatis & lætitiae felicitate. Item alibi, translatione duriuscula. Satis dotum uestrarum fructum cecidisti.) Hoc est percepisti. Translatio à lignatoribus sumpta. Nimirū enim deus.) Ironia qua in mox sequentibus etiam utitur. Purpureas & Coccineas oves mandare.) Hoc est iubere nasci. Sic libro præcedenti, Nisi si nō potuit purpureas & earinas oves nasci iubere. Cyprianus martyr & hæc excipiſit uerba, Neq; enim deus, inquit, purpureas aut coccinas oves fecit, aut herbarum succis aut conchylijs tingere & colorare lanas docuit. Ad ferrum natū corporis.) Humanum corpus intelligit quod in illa protoplasti Adamī maledictione ad laborem & agrorum culturam quæ ferro potissimum exercetur, ipso deo pronunciante sententiam, damnatum est. Notus est locus Geneseos cap. III. ad quem hic alludit. Cæterum emphasis est in uocabulo ferrum. Q. D. Non ad aurum, non ad argentum. Iam quoniam hic de Barbaris loquitur & Parthorum mox fit mentio, possit aliquis etiam ad ferrum expondere pro eo quod est ad militiam. Sed prius illud magis placet. Bullarū uice inservunt.) Apud Romanos ornamentum puerile erat bulla aurea, & prætexta purpurea. Autor Plutarchus. Quanquam & aurum ipsum.) Hoc idem dixit libro præcedenti. Apud Barbaros quosdam quia uernaculum est aurum & copiosum, auro uincios in Ergastulis habet. Mox scripsimus, qui & ipsas materias prodiderunt. Ex collatione Gorziensi. Et operositas cum raritate commissa pr.) Sensus est. Et operositas cum raritate, commissa est cum pretiositate, id est prouocauit & accendit pretium, ex ea libidine possidenda pretiositatis foeminarū. Hoc est quum omnes expeterent id possidere quod merces & pretium fuisset foeminarum quæ cum Angelis illis libidine exercuerant. Veluti magni quid esset quod Angelii suis amasijs contulissent pro mercede stupri. Aurum dico & argentum illustrium.) Hoc est aurum & argentum quo hodie illustres matronæ utuntur, nam quemadmodum Vlpianus docet, foeminae nuptæ mariti dignitate censentur, ut illustribus (qui summus est dignitatis gradus) nuptæ sint illustres, quæ spectabilibus spectabiles, quæ clarissimæ clarissimæ, perfectissimæ quæ perfectissimæ. Erant autem illustres qui senatorijs ornamentijs præditi erant. Tradit Isidorus primos ordines senatorum dici illustres, secundos spectabiles, tertios clarissimos. Viri illustris titulo primos illos ueterum Francorum reges contentos fuisse tabellaæ uetusæ quæ extant, abunde testantur. Etiam Calliblepharum.) Calliblepharum, medicamentum est oculorum, præsertim palpebris uenustandis ueniens. Vnde & nomen habet. Plinius scribit folia rosarū urī in Calliblepharum. Mox contra consensum exemplarium pro uel plerunq; sumus ausi scribere, uelle rumq; tincturas. Hoc autem est quod item in superiori opusculo scripsit. Et medicamenta, inquit, ex fuco, quibus lanæ colorantur. Nullas lunulas reprobet.) Locus est apud Esaiam cap. 3. Septuaginta μηνοντες uenterunt, quod Latinis lunulas significat. Fibulae erant ad lunæ similitudinem faciæ. Scribit Hieronymus habere mulieres in lunæ similitudinem bullas dependentes. Nullum botronatum retundat.) In impressis Cypriani codicibus legitur batronatū, nescio an res. Humiliabit, inquit, dominus Principales filias Sion, & reuelabit dominus habitum earū, & crines, & cincinnos, & lunulas, & discribalia, & dextralia, & armillas, & batronatum, & specula, & annulos, & inaureis, & serica contexta cum auro & hyacinthro. Porro botronatum esse diuino redimiculū capitilis cōstringendis capillis seruiens, qualis est & acus appellata. Fieriq; potest ut sit uocabulum quo uulgaris id temporis utebatur, quod botri speciem referret.

Non

Non etiam despectorem institutorum suorum.) Despector, ut & ante plus semel pro dispectore qui curam habeat & considerationem institutorum suorum. Sic in De uelandis uirginibus. Sed nec inter consuetudines, inquit, despiceret uoluerunt illi sanctissimi antecessores. Quæ ad aliud indigent.) Hoc est, aliam ob causam ornamentis indigent. Nam nec Templæ circuitis.) Templæ deorum, ut ethnicæ matronæ faciunt. Ex fratribus.) Ex Christianis. Et compoſito.) Sic & compositionem usurpauit ante, Ne quæ uestrum putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auersionem maritorum prosecuturam. Rursum paulo post, Et reliqua compositionis uestræ impedimenta. Et soluto.) Solus tum quod est ociosi, cincto quod laborantis est opponitur. Paulopost scripsimus, nomen eius subaudi dei. Ex Gorziensi collatione. Vsq; ad errorē dinoscendi coæquauit.) Hoc idem conqueritur in De pallio. Quæstui sedere.) Hoc est, ad quæstum faciendum. Extamus inter dimeros.) Extamus hoc est emi nemus. Propriæ uerbo usus est. An manus Spathalio circundari solita.) Spthalium muliebre est ornamentum ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ quod deliciari significat. De periselio.) Periselide siue periselio crura uel tibiae exornabantur. οὐτε λόγος. Græci crus uocant.

Q^U SEPTIMII FLOREN

T I S T E R T U L L I A N I D E C U L T V

F O E M I N A R V M L I B E R .



N C I L L AE dei uiui conseruæ & sorores meæ, quo iure deputor uobiscum, postremissimus omnium, qui de meo iure conseruitij & fraternitatis audeo ad uos uerba ista facere, non utiq; affectationi, sed affectioni procurans, in causa uestræ salutis. Ea salus nec fœminarum modo, sed etiam uiorum, in exhibitione præcipue pudicitij statuta est. Nam cum omnes templum dei simus illato in nos & consecrato spiritu sancto, eius templi edituus & antistes pudicitia est, que nihil immundum nec prophanum inferri sinat, ne deus ille qui inhabitat, inquit, sedem offensus derelinquat. Sed modo non de pudicitia, cui indi- cendæ & exigendæ sufficiunt instantia ubiq; diuina præcepta, uerū de pertinentibus ad eandem, id est, qualiter uos incedere oporteat. Pleræcq; enim (quod ipsum, mihi reprehendendo in omnibus, reprehendere deus permittat) aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, ita ingrediuntur quasi pudicitia in sola carnis integritate, & stupri auersione consistat, nec quicquam extrinsecus opus sit, de cultus dico & ornatus dispositione. Sed enim perseverant in pristinis studijs formæ & uitoris, eandem sui circumferentes quam fœminæ Nationum, à quibus abest conscientia ueræ pudicitiae: quia nihil uerum in his que deum nesciunt præsidem & magistrum ueritatis. Nam fœmine Nationum

Dd 2 & si

& si qua in gentilibus pudicitia credi potest, usq[ue] adeo eam imperfectam & inconditam constat, ut licet animo aliquatenus tenax sui agat, in habitus tamen licentia sese dissoluat propter ueritatem gentilium, solatum appetendo cuius rei deuitat effectum. Tota deniq[ue] est quae nec placere quidem extraneis expingere concupiscat, quae non uelit idcirco se expingere ut neget appetitum, Quanquam & hoc gentili pudicitiae familiare sit, non delinquere, attamen uelle, uel etiam nolle attamen non denegare, mirum: quia peruersa sunt omnia quae a deo non sunt. Videant igitur quae totum bonum non obtinendo, facile & quod obtinent malo permiscent. Vos ab illis, ut in ceteris, incessu quoque deuertere necessarium est: quoniam perfectae esse debetis, sicut pater uester qui est in coelis. Perfectae autem, id est, Christiane pudicæ, appetitionem sui non tantum non appetendam, sed etiam execrandam uobis sciatis: primo quod non de integra conscientia uenit studium placendi per decorum, quem naturæ inuitat.

Dicit libidinis inuitat. Quid igitur in te excitas malum istud: 2 quid inuitas cuius te profiteris extraneam? Num quod temptationibus uiam aperire non debemus, quae non nunquam (quod deus a suis abigat) instando perficiunt, certe uel spiritu scandalicum perniciuent. Debemus quidem ita sancte & tota fidei substantia incedere, ut confessæ & securæ simus de conscientia nostra, optantes perseverare id in nobis, non tamen presumere. Nam

Timor Presumptio qui presumit, minus ueretur, minus precauet, plus periclitatur. Timor fundatum salutis est. Præsumptio, impedimentum timoris. Ut ilius ergo, si sperremus nos posse delinquere: sperando enim timebimus, timendo cauebimus, cauendo salui erimus: contra si præsumamus neque timido neque cauendo, difficile salui erimus. Qui securus agit non est sollicitus, non possidet tutam & firmam securitatem. At qui sollicitus est, is tunc poterit esse securus.

Et de suis quidem servis dominus pro misericordia sua curet: etiam presumere illi de bono suo feliciter liceat. Quid autem alteri, periculo sumus? quid illis alteri concupiscentia importamus? quam si dominus ampliando legem a facto stupri non discernit in poena, nescio an impune abeat, qui alicui fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul in tua forma si concupierit, & admisit iam in animo quod concupiuit, & facta es tu gladius illi. Ut a culpa uaces, simile ab inuidia non liberaberis. Ut cum in alicuius agro latrocinium gestum est, crimen quidem dominum non constringit: dum res tamen eius ignominia notatur, ipse quoque infamia aspergitur. Expingamus nos, ut alteri pereant, ubi est ergo, diliges proximum tuum sicut te ipsum? Nolite uerstra curare, sed alterius. Nulla enunciatio spiritus sancti, ad presentem tantum materiam, & non ad omnem utilitatis occasionem dirigi & suscipi potest. Cum igitur & nostra & aliorum causa uersetur in studio pericolosissimi decoris, iam non tantum confitæ & elaboratae libidinis suggestum recusandum a uobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis obliterandum, dissimulatione & incuria,

& incuria, ut proinde oculorum incuribus molestum. Nam & si accusandus decor non est, ut felicitas corporis, ut diuinæ plasticæ accessio, ut animæ aliqua uestis urbana, timendū tamen est uel propter iniuriam & violentiam spectatorū, quæ etiam pater fidei Abraham in uxoris suæ specie pertinuit, & sororem mentitus Sarah, salutem contumelia redemit. Nunc non sit timenda dignitas formæ, ut nec possidentibus grauis, nec appetentibus extitosa, nec coniunctis periculosa, nec exposita temptationibus, non circundata scandalis existimetur. sufficit quod angelis dei non est necessaria. Nam ubi pudicitia, ibi uacua pulchritudo, quia propriè usus & fructus pulchritudinis corporis, luxuria, nisi si quis aliâs esse decorem arbitratur. Illæ sibi formositatem & datam extendant & non datam conquerant, quæ quod ab illa flagitatur, sibi quoq; præstare se putant, cum alteri præstant. Dicit aliquis, quid ergo, non est exclusa luxuria admissa castitate? Laude formæ sola frui, & de bono corporis gloriari licet. Viderit quem iuuat de carne gloriari. Nobis autem nullum gloriæ studium: quia gloria, exaltationis ingenium est. Porro exaltatio nō congruit professionibus humilitatis ex præceptis dei. Dein si omnis gloria uana & stuporata, quanto magis quæ in carne? nobis duntaxat. Nam & si gloriandum est, in spiritus bono, non in carnis placere uel le debemus, quia spiritualium sectatores sumus. In quibus operamur, in illis & gaudemus. De his gloriam capimus, de quibus salutem speramus. Pla-
nè gloriabitur Christianus in carne, sed cum propter Christum lacerata du-
rauerit, ut & spiritus in ea coronetur, non ut oculos & suspiria adolescētum post se trahat. Ita quod ex omni parte in uobis uacat, merito & non habentes fastidiatis, & habentes negligatis. Sancta foemina sit naturaliter speciosa, non adeo sit occasio. Certè si fuerit, non ignorare, sed etiam impedire se debet. Quasi gentilibus dicam, Gentiles communionum præceptis allo-
quens, Vos solis maritis uestris placere debetis. In tantum autem placebitis eis, in quantum alteris placere non curaueritis. Securæ estote benedictæ. Vxor nulla deformis est marito suo. Satis placuit, cum electa est, seu moribus seu forma cōmendata. Ne que uestrūm putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auersionem maritorum prosecuturam. Omnis mari-
tus castitatis exactor est. Formā uero fidelis non expectat, quia non īsdem bonis quæ gentiles putant, capimur. Infidelis contrā etiā suspectam habet: uel propter illam sceleratam in nos opinionē gentiliū. Cui ergo pulchritudi nem tuam nutrias, si fidelis non exigit, si gentilis nō credit: quid gestias aut suspecto, aut non desideranti placere? Hæc utiq; nō ad crudam in totum & ferinam habitudinem insinuandam uobis suggeruntur, nec de bono corporis squalorem, sed de pudoris suademus, sed de modo & cardine & iustitia corporis excolendi. Non supergrediendum ultra quam quod similes & sufficientes munditiæ concupiscunt, ultra quam domino placere. In

Decor, felicitas corporis,
& diuine plasticæ accessio.
Genes.12.

Salutem contumelia redemit.
Dignitas formæ

castitas

Christiani, spiritualium sectatores

scelerata gentiliū de Christianis opinio

simplices munditiæ

illum enim delinquent, quæ cutem medicaminibus unguunt, genas robore maculant, oculos fuligine collinūt. Displacet illis nimis plastica dei: in ipsis redargunt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim cum emendant, cum adisciunt, utiq; ab aduersario artifice sumentes additamenta ista, id est diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfiguravit? ille indubitate huiusmodi ingenia cōcitatavit,

Deus ut in nobis quodāmodo manus deo inferret. Quod nascitur, opus dei est.
Diabolus Ergo quod fингит, diaboli negocium est. Diuino operi, Satanæ ingenia superducere quam scelētū est. Serui nostri ab inimicis nostris nihil mutuantur, milites ab hoste imperatoris sui nihil concupiscunt. De aduersario enim

In eius manu eius in cuius manu sit, aliquid usui postulare transgressio est. Christianus à

Malo illo fit adiuuabitur: nescio an hoc nomen ei perseveret. Erit enim eius de cuius doctrinis instrui concupiscit. Quantum aut à uestris disciplinis & professionibus aliena sunt, quam indigna nomine Christiano, Faciem fictā ger-

4 stare, quibus simplicitas omnis indicitur: effigiem mentiri, quibus lingua nō licet: appetere quod datū non sit, quibus alienū abstinentia: speciem exercere, quibus studiū pudicitiae est. Credite benedictæ, quomodo præcepta dei custodietis, liniamenta nō custodientes? Video quasdā & capillū troco

Germane uertere. Pudet eas etiam nationis suæ quod non Germanæ aut Gallæ sint

Galle procreatæ, ita patriam capillo transferunt. male ac pessimè sibi auspicantur flammeo capite. & decorum putant quod inquinat. Atqui & detrimentum crinibus medicaminū uis inurit, & cerebro petraciem etiā cuiuslibet synceri humoris affiduitas referuat, tum solis animando simul & siccando capillo exoptabilis ardor. Quis decor cū iniuria? quæ cū immunditijs pulchritudo?

Crocum capiti suo mulier Christiana ingerit, ut in aram. Quodcumq; enim **Excretarii** immūdo spiritui extremani solet, id nisi probis & necessariis & salubribus usibus adhibetur ad quod creatura dei est prospecta, sacrificium uideri potest. Sed enim dominus ait, quis uestrū potest capillū atrū ex albo facere,

aut albū ex atro? Hę, quę reuincunt deum. Ecce, inquietant, pro albo uel atro, flauum facimus gratiæ faciliorem: quamuis & atrum ex albo conantur face re, quas poenituit ad senectam usq; uixisse. Pró temeritatem. Erubescit ætas exoptata uotis, furtum confitetur, adolescentia in qua delinquimus suspiratur, occasio prauitatis interpolatur. Absit à sapientiæ filiabus stultitia tanta.

SENEC/ Senectus cum plus occultari studuerit, plus detegetur. Hęc est æternitas nostra, de capitib; iuuentute. Hanc incorruptibilē habemus semper induere ad domū domini, quam æxæxia pollicetur. Bene properatis ad dominū, benc festinatis excedere de isto iniquissimo seculo, quibus in fine appropinquare deformis est. Quid enim tanta oruandi capitib; onerositas salutem subministrat? Quid crinibus uestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis: modo suscitatis, modo elisis? Aliæ gestiūt in cincinnis cohercere, aliq

ut uagi & uolucres elabantur nō bona simplicitate. Affigitis præterea nescio
quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri
modum quasi uaginam capitis & operculū uerticis, nūc in ceruicē retro sug-
gestū. Mirū quod contra domini præcepta contendit. Ad mensurā nemis
nem sibi adiçere posse pronunciatum est. Vos planè adiçitis ad pondus,
collyridas quasdam, spitorū umbilicos, ceruicibus astruendo. Si non pudet
enormitatis, pudeat inquinamenti: ne exuuias alieni capitū forsitan immuni-
di, forsitan nocentis & gehennæ destinati sancto & Christiano capitū suppa-
res. Imò hanc ornatus seruitutē à libero capite propellite. Frustra laboratis
ornatæ uideri, frustra peritissimos quosq; structores capillaturæ adhibetis.
Deus uos uelari iubet. credo ne quarundā capita uideantur. Atq; utinā mi-
serimus ego, in illo die Christianæ exultationis, uel inter calcanea uestra ca-
put eleuē, uidere, an cū cerussa, & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capi-
tis resurgatis: an taliter expictā, angeli in nubila subleuēt obuiam Christo.
Si nunc bona & dei sunt, tūc quoq; occurrent resurgentibus corporibus, &
sua loca agnoscent. Sed nō potest resurgete nisi caro & spiritus. solus ac pu-
rus. dānata sunt igitur quæ in carne & spiritu nō resurgunt, quia dei non sunt.
Damnatis hodie abstinet. Hodie uos deus tales uideat, quales tunc uide-
bit. Videlicet nunc & uir & sexu æmulus fœminas à suis depello. An & no-
bis quædam respectu obediendæ grauitatis propter metū debitū domino,
detrahūtur? Siquidē & uiris propter fœminas, & fœminis propter uiros ui-
tio naturæ ingenita est placendi uoluntas. Propriasq; præstigias formæ, &
hic sexus sibi agnoscit, barbam acriùs cædere, interuellere, circūdare capillū,
disponere, etiā colorare canitem, primā quāq; subducere totius corporis la-
nugine, pigmento quoq; muliebri distinguere, cætera pulueris cuiusdā aspe-
ritudine leuigare, tum speculū omni occasione cōsulere, anxiè inspicere: quū
tamen cognito deo adempta placendi uoluntate, per luxuriæ uacationem,
omnia illa ut ociosa, ut hostilia pudicitiæ recusantur. Nam ubi deus, ibi pu-
dicitia, ibi grauitas adiutrix & socia eius. Quo ergo pacto pudicitiā sine in-
strumento eiūs, id est, sine grauitate tractabimus? Quomodo autē grauita-
tem administrādæ pudicitiæ adhibebimus, nisi & in facie, & in cultu, & in to-
tius hominis cōtemplatione, seueritas circūferatur? Quamobrem erga uesti-
tum quoq; & reliqua compositionis uestræ impedimēta, proinde uobis cu-
randa est amputatio, & decussio redundantioris nitoris. Nam quid prodest,
faciem quidē frugi & expeditā & simplicitate condignam diuinæ disciplinæ
exhibere, cætera uero corporis, laciniosis pomparum & delitiarū ineptis oc-
cupare? Hæ pompæ q; de proximo current luxuriæ negotium, & obstrepat
pudicitiæ disciplinis, dñoscere in facili est, quod gratiā decoris cultus societa-
te prostituant: adeo si desint irritam & ingratā reddunt, uelut exornatam &
nausfragā. Cōtra si forma defecit, adminiculum nitoris quasi de suo gratiam

Capillamenta
textilia
Galerus.

Collyrides.
Umbilici spu-
torum

Structores
capillature.
Dies Christia-
nae exultatio-
nis 5

Formæ studi-
um in uiris

Grauitas ade-
iutrix & so-
cia pudicitie.
Grauitas in-
strumentū pu-
dicitie

Diuina disci-
plina Chriſti
ana.
Laciniosæ deli-
tiarū ineptia

supplet. Aetates denique requietas iam, & in portum modestiae subductas splendor & dignitas cultus auocat, & severitate appetitionibus inquietant, cōpensantibus scilicet habitus irritamento pro frigore ætatis. Ergo benedictæ, primò quidē ut lenones & prostitutes uestitus & cultus ne in uos admisericordias, tum si quas uel diuitiarū suarū uel natalium, uel retro dignitatum, ratio cōpellit, ita pompticas progredi: ut sapientia cōsecutæ, temperare saltem ab huiusmodi curate, ne totis habenis licentia usurpetis prætexto necessitatibus. Quomodo etenim humilitatem quam Christiani profitemur, in plere poterimus non repastinantes diuitiarum uestiarum uel elegantiarum usum, quæ ad gloriam faciunt? Gloria autem reconsuevit, Non enim utemur nostris? Quis autem prohibet uti? Secundum Apostolum tamen, qui nos uti monet mundo isto, quasi non abutamur. Præterit enim, inquit, habitus huius mundi. Et qui emunt, inquit, sic agant quasi non possidentes. Cur ita quoniam præmiserat, dicens: Tempus in collecto est. Si ergo uxores quoque ipsas sīchabendas demonstrat, tanquam non habeantur, propter angustias temporum, quid de uanis his instrumentis earum? Non enim & ita multi faciunt, & se spadonati assignant, & propter regnum dei tam fortis & utiq; permissam voluptatem sponte ponentes? Quidam ipsam dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes uino, & animalibus exulantes, quorū fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ suæ in uitio quoq; castigatione deo immolant. Satis igitur usæ estis diuitijs atq; delitijs, satis dotum uestiarum fructum cecidistis. Vnde notitia salutarium disciplinarum, nos sumus in quos decucurrerunt fines seculorum. Nos destinati à deo ante mundum in estimationem temporū, tanquam castigando & castrando (ut ita dixerim) seculo eruditur à domino: Nos sumus circumcisio omnium, & spiritualis & carnalis, nam spiritu & carne secularia circumcidimus. Nimirū enim deus demonstrauit succis herbarū & concharū alueis incoquere lanas. Exciderat illi cū uniuersa nasci iuberet, purpureas & coquinas oues mandare. Deus & ipsarum uestium officinas commentus, quo leues & exiles, solo precio graues essent: Deus & auri tanta opera produxit contemplandis & distinguendis lapillis: Scrupulosa deus auribus uulnera intulit: & tanti habuit uexationē operis sui, & cruciatus infantiae tūc primum dolentis, ut ex illis ad ferrū nati corporis cicatricibus, grana nescio quæ pendebent, quæ planè Parthi per omnia queq; sua, bullarū uice inserunt. Quam & aurum ipsum, cuius uos gloria occupat, cuidā genti ad uincula seruire referunt Gentilium literæ. adeo non ueritate bona sunt, sed raritate. Per angelos autem peccatores demonstrata sunt, qui & ipsas materias prodiderunt: & operositas cum raritate cōmissa preciositate, ex ea libidine possidentæ preciositatis fœminatum. Quod ijdem angeli qui & materias eiusmodi illecebras detexerunt, aurum dico & argentum illustrium, & opera eorum tradiderunt

tradiderunt, etiam calliblepharum uellerumq; tincturas inter cætera do-
cuerunt, damnati à deo sunt, ut Enoch refert. Quomodo placebimus deo,
gaudentes rebus illorum, qui iram & animaduersionem prouocauerunt?
Nunc deus ista prospexerit, deus permiserit: nullam de conchylio uestem
Esaias increpet, nullas lunulas reprobet, nullum botronatum retundat:
men non ut gētiles, ita nos quoq; nobis adulemur, institutorē deum solum/
modo existimantes, non etiam despectorem institutorū suorum. Quanto
enim melius & cautius egerimus, si præsumamus omnia quidem à deo pro/
uisa tunc, & seculo posita, ut nunc esset in quibus disciplina seruorū eius pro/
baretur: ut per licentiam utendi, continentia experientia procedet.^c Non Discipline
ne sapientes patres familiæ de industria quædam seruis suis offerunt atque probatio
permittunt, ut experiantur an æqualiter permisſis utantur, si probe, si mode/
ste? Quanto autem laudabilior qui abstinuerit in totum, qui timuerit etiam
indulgentiam domini? Sic igitur & Apostolus: Omnia, inquit, licent, sed nō
omnia ædificant. Quanto facilius illicita timebit, qui licita uerebitur?^c Quæ
autem uobis causa est structius prodeundi, cum remotæ sitis ab his quæ ad 7
aliud indigent. Nam nec templa circuitis, nec spectacula postulatis, nec ..
festos dies Gentilium nostis. Propter ipsum enim conuentum, & mutuum ..
uidere ac uideri omnes pompæ in publicum proferuntur, aut ut luxuria ne/
gotietur, aut gloria insolecat. Vobis autem nulla procedendi causa non te/
trica. Aut imbecillis aliquis ex fratribus uisitandus, aut sacrificium offertur,^{Visitatio Aei}
aut dei uerbum administratur. Quoduis horum, grauitatis & sanctitatis ne/
gotium, & cui opus non sit habitu extraordinario, & composito, & soluto. ^{grotorum.} SACRIFI/
CIVM.
Ac si necessitas amicitarum officiorumq; gentilium uos uocat, cur non ue/
stris armis indutæ proceditis? tanto magis, quanto ad extraneas fidei: ut sit DEI
inter ancillas diaboli & dei, discrimen: ut exemplo sitis illis, ut ædificantur in
uobis: ut (quomodo ait Apostolus) magnificetur deus in corpore uestro:
magnificatur autem, si per pudicitiam, utiq; & per habitu pudicitia compre/
tentem. Sed enim dicitur à quibusdā, Ne blasphemetur nomen eius in no/
bis si quid de pristino habitu & cultu detrahamus. Nō auferamus ergo no/
bis & uitia pristina, simus & moribus iisdē si & superficie eadem: & tunc ue/
re nō blasphemabūt Nationes. Grandis blasphemia, si qua dicatur, ex quo
facta est Christiana, pauperius incedit. Timebit pauperior uideri, ex quo
locupletior facta est: & sordidior ex quo mundior. Secundū gentilium, at
secundum dei placitum incedere Christianos oportet. Et optemus tantum
modo, ne iustæ blasphemationis causa simus. Quanto autem blasphemati/
bile est, si quæ sacerdotes pudicitia dicimini, impudicarum ritu procedatis ^{Sacerdotes}
cultæ, aut expictæ? Aut quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum li/
bidipū uictimæ: quas si quæ leges à matronis & matronalibus decoramen/
tis cohercebant, iam certe seculi improbitas cottidie insurgens honestissimis
quibusq;

Lenocinia quibusq; fœminis usq; ad errorem dinoscendi coæquauit: quanquam leno, forme. cœnia formæ nunquam non prostituto corpori coniuncta, & debita etiam *Apoc.17* scripturæ suggestunt. Illa ciuitas ualida quæ super montes septem, & pluri- mas aquas præsidet, cum prostitutæ appellationem à domino meruisse, quali habitu appellationi suæ comparata est? Sedet certe in purpura cum coccino, & auro, & lapide precioso, quæ maledicta sunt, sine quibus non po- *Gene.38* tuit maledicta & prostituta describi. Thamar illa quia se expinxerat & orna- *Questui* uerat, idcirco Iudæ suspicioni uisa est quæstui sedere, adeo, quia sub uelame- *sedere* to latebat, habitus qualitate quæstuariam mentiente, & fecit ut quæstuariæ, & uoluit, & compellauit, & paetus est. Vnde addiscimus aduersus congres- sus etiam, & suspitiones impudicas prouidendum omni modo esse. Quid enim castæ mentis integritas in alterius suspitione maculatur? quid speratur in me quod auersor? cur non mores meos habitus pronunciat, ne spiritus per aures ab impudentia uulneretur? Liceat uideri pudicæ, certe impudicam non licet. Aliqua forsan dicat: Non est mihi necessarium hominibus proba- ri, nec enim humanū testimonium requiro. Deus conspector cordis est. Sciv- *ποικλοί* mus omnes, cum tamen quid idem per Apostolū dixerit recordemur: Pro- bum uestrum coram hominibus appareat. Ad quid, nūsi malitia ad uos ac- cessum omnino non habeat, & ut malis & exemplo & testimonio sitis? Aut quid est, Luceant opera uestra? Aut quid nos dominus lumen terræ uoca- uit? quid ciuitati supra montem constitutæ comparauit, si non relucemus in *g* ter tenebrosos, & extamus inter dimersos? Si lucernam tuam sub modium abstruseris, in tenebris relictæ à multis incuseris necesse est. Hæc sunt quæ nos luminaria mundi faciūt, bona scilicet nostra. Bonum autem duntaxat uerum & plenum nō amat tenebras, sed gaudet uideri & ipsa denotatione *Pudicitia* sui exultat. Pudicitia Christianæ satis non est esse, uerum & uideri. Tanta *Christianæ* enim debet esse plenitudo eius, ut emanet ab animo in habitum, & eruetet à conscientia in superficiem, ut & foris inspiciat quasi supellectilem suam, ut conueniat fidei continendæ in perpetuum. Discutiendæ enim sunt delictæ, quarum mollitia & fluxu fidei virtus effeminari potest. Cæterū nescio an *Spathalium* manus spathalio circumdari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat. Nescio an crus de periscelio in neruum se patiatur artari. Timeo ceruicem ne margaritarum & smaragdorū laqueis occupata, locum spathæ non det. Quare benedictæ meditemur duriora, & non sentiemus relinquamus lætio- ra, & non desiderabimus. Stemus expedite ad omnem uim, nihil habentes quod relinquere timeamus. Retinacula ista sunt spei nostræ. Projiciamus or- namenta terrena, si cœlestia optamus. Ne dilexeritis aurum, in quo prima delicta populi Israelis denotantur. Odiisse debetis quod Iudæos perdidit, quod derelinquentes deum, adorauerunt: iam tunc aurum ignis est elca. Ce- terum tempora Christianorum semper & nunc uel maxime, non auro, sed ferro

ferro transfiguntur: stolæ martyriorum præparatur, angelis baiulî sustinen-
tur. Prodite uos iam medicamentis & ornamentiis extractæ Apostolorum,
sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictæ oculos
uerecundia, & spiritus taciturnitate, inserentes in aures sermonem dei, annec
tentes ceruicibus iugum Christi. Caput maritis subiçcite, & satis ornatæ eri-
tis. Manus lanis occupate, pedes domi figite, & plus quam in auro placebūt.
Vestite uos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiae. Taliter
pigmentatæ deum habebitis amatorem.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUITIS,
PER BEATVM RHE NANVM.



Ertullianus humanæ fragilitatis metnor, dum tempestiuè supremis
consulit, non contentus testamentum condidisse in quo de faculta-
tibus suis uxori prospexerat: etiam undiquaque cōsultum illi uolens,
librum hūc conscripsit: quo admoneretur quid nam fieri cuperet ab
illa, si prior ipse è uiuis excessisset. Itaq; dehortatur in primis, ne de-
nuo cuiquam nubat, semel à matrimonio liberata. Nimirum quod uiduæ commo-
dius deo seruire possint, coniugalibus officijs non obnoxiae. Ibí de unis nuptijs lo-
quitur secundum Montani dogma: aliquanto tamen modestius quam in poste-
rioribus libris de Castitate & Monogamia: non præcipiens uidelicet, sed suadens
tantum. Ac respondet illis, qui nuptiarum aut ineundarum, aut iterandarum cau-
fas obijciebant, fragilitatem carnis & liberorum procreationem. Monetq; ut opti-
mas mulieres imitari uelit. Atq; etiam Gentilium mulierum exempla profert ca-
stitatem amplexarum. In fine de uiduali pudicitia recenset, hanc uirginitatem nō di-
gniorem, sed operosiorē esse docens: quod non paulo difficultius sit à uoluptate
in totum abstinere, quam ab ea semel gustata temperare posse. Et uirginitatē gra-
tiæ fert acceptam, castitatem uidualem uirtuti. Postremo monet, ut probas sibi cō-
tubernales adiungat, uidelicet mulieres tacitas, amates laboris, sobrias, ac sua tan-
tum curantes, Menandri uersiculum citans, eum quē Diuus Paulus sanctissimis
scriptis suis inserere non est deditgnatus, nempe priori ad Corinthios epistolæ.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUITENTEM.

Dilectissima in domino conserua.) Aliud initium huic libro fecimus, securi-
dem Gorziensis collationis, nempe hoc, Dignum duxi dilectissima mihi in
domino conserua, q.t.s.s.p d.d.s.m.s.p.t.f.u. tam hinc prouidere, ut prouisum obs-
taudare fidei tuæ. Nam secularibus satisagentes sumus.) Hoc est in seculari-
bus negocijs anxij & curiosi sumus. Satisagentes pro satagentes, quo uerbo etiam
alibi utitur, imitatione Iureconsultorum qui dicunt satisaccipere, & satispræstare,
& satisdare. Talibus ordinamus.) Sensus est, De tam leuibus & friuolis re-
bus, ordinamus. Sed legatum.) Maluimus scribere, Et legatum.

Prælegare.) Prælegare pro prius legare dum uidelicet adhuc sumus in uita. Iu-
risconsultorum uerbis utitur agens de haereditate quæ morte relinquitur.

Admonitionem.) Appositiuè nam sequitur, hoc meæ admonitionis fidei com-
missum. Alioqui legi posset ad monitionem diuisis dictionibus. Tu modo
uti solidum capere possis hoc meæ admonitionis Fidei commissum.) Fidei com-
missum Iureconsulti uocant ultimæ uoluntatis executionē quæ per uerba depre-
catoria

catoria amico insinugatur, qualia sunt peto, cupio, rogo & similia. A fide hæreditis cui committitur, nomen habet. Vnde Fideicommissarij dicitur. Hæreditas fideicommissaria etiam fiduciaria appellatur VIpiano. De discrimine Fideicommissorum & Legatorum prolixa apud Iureconsultos disputatio. Quod autem dicit, ut solidum capere possit, alludit ad hæreditatis diuisionem in partes duodecim. Siquidem cui ex esse contingebat hæreditas, is solidam capiebat hæreditatem, hoc est totam & integrum nec ulla sui parte deminutam. At inter hæredipetas & captatores quidam etiam Dextante hoc est decima parte, nonnulli Deince hæreditate undeclima parte hæreditatis cogebantur esse contenti. Post excessum nostrum.) Hoc est post mortem nostram. Sic infra, Durum planè & arduum satis, continentia sancta, forminae post uiri excessum. Renuncies nuptijs.) Asconius Pedianus docet renunciationem esse recusationem eius rei, quæ in placito & promissione uenerat. Sic dixit hospitium renunciare Cicero. Hinc illud nostrum, Renunciamus diabolum & pompis eius. Translati scilicet in angelicam qualitatem.) Ita in de habitu muliebri, Nam & uobis eadem tunc substantia angelica repromissa. Respiciens locum qui est Matth. 22. cap. Quæ de carnis zelo.) Subaudi, ueniat.

De contumeliaz dolore.) Intelligit congressum alterius mariti cum uxore.

Vnam tamen.) Hic audis Monogamiae patronum. Idem mox legi.) Ca-

- 2 stigauimus, Eadem mox legi. Per licentiam tunc passiuam.) In libris præcedentibus dixit passiuum nomen dei, passiuum conuicium, passiuos discipulos, & infra, passiuum censem. sic hic passiuam licentiam uocat quamuis licetiam & dis-solutam, atq; omnib; is usurpatam. Significat autem licentiam illam ueteris legis qua licebat quantuvis tum uxores habere tum concubinas. Qui inter caterva peruersitatum suarum.) Marcionitas notat. Apud Marcionem enim ut scribit libro primo in eundem, non tingitur caro nisi uirgo, nisi uidea, nisi coelebs, nisi diuortio baptisma mercata. Quam compressum.) Subaudi, in tormentis, dum uidelicet comprimuntur membra. Et distortum.) Hoc est extentum in equuleo, oppositum prioris. Quid enim necesse est mori mihi?) Sic distinximus ut quæsitiuè legatur. Nam obiectio est fugientis in persecutione. Q.D. Christus neminem ad hoc cogit ut moriatur, qui dixit, fugite de ciuitate in ciuitatem.

Siploro, bonum est: si timeo.) Sensus est. Si instanti persecutione deploro propriam imbecillitatem quod corpus uidelicet non sufficiat tormentis sustinendis, bonum est. Si timeo subaudi tormenta, ne scilicet perpellar ad negationem, bonum est. Nam ut ante dixi priores clausulas plerunque repete oportet. Disuasio est infirmorū.) Infirma uocat minus bona, atq; imperfecta. Hoc antecedet.) Hoc id est in hoc. Item qui malle debes.) Scripsimus, Itaq; malle debes.

- 3 Aeratis officia defendit.) Sic etiam alibi sape loquitur, nonnunquam cum dativo. Ut in De resur. carnis, Corruptionem, inquit, perpetuam ueteri defendat.

Gaudet de contumelia sua.) Intelligit libidinem contaminatricem. Ut supra. De contumeliaz dolore. Tuta sit.) Subaudi, mulier. Sororum nostrorum.) Hoc est, Christianarum. Humabis.) Hoc est, sepelies, extingues, abolebis. Compensans.) Veluti pensatione facta aeternoru bonorum cum munidanis istis & transitorijs. Videlicet coelestia reprom.) Ironia.

Tolerandæ uitæ.) Hoc est sustinendæ. Non Gallicos uultus.) Propter candorem, præsertim si cum Gracis, Syris, Hispanis, aut etiam Italos hodie coparentur. Diuus Hieronymus ad Furiam. Nec candidulus & rubicundus assecia ad haerat laterituo. Et ad Demetriadem, Eunuchorum quoq; tibi, inquit, & puellarum & seruorum mores magis elegantur quam uultuum elegantia. Idem ex Læstantiq; docet Gallis nomen obuenisse Galatis à candore corporis, ad quod allusserit

serit Maro quū caneret Tum lac̄tea colla, Auro īnecluntur. potūsī enim alio,
qui dīcere cādīda. Sed & Am. Marcellinus, Celsioris, inquit, statura & candidi
pene Galli sunt omnes, & rutili, lumenq; toruitate terribiles, auidi iurgiorū, &
sublatius īsoleſcentes. Nec Germanicos baiulos.) Hoc est lec̄ticarios ser-
uos qui te ī lec̄tica aut sella gestent. Ad hanc operam, ob statura & proceritatē, Ger-
manis utebantur, olim etiam Syris, unde Iuuehalis,
Nec quæ longorum uehitur ceruice Syrorum.

Aiunt antiquitatis periti lec̄ticam īstiusmodi gestatoriam non absimilem sandapi
la fuisse qua mortui hodie efferuntur, sed obductilem uelis si ita res postulasset, af-
fixis etiam īfernē sustentaculis quæ nunc suspendi, nunc demitti possent si quan-
do baiulos īterquiescere necessitas coegisset, denos plerūq; uel duodenos, quib.
etiam recentes succedebant uicarij. Nam non per urbēm modo uerum etiam per
agros magna itinera huiusmodi gestatione conficiebantur. Seneca ep̄istola 80.
Idem quoq; de istis licet omnibus dicas, quos supra capita hominū, supra quanq;
turbam delicatos lec̄tica suspendit. Idem alibi, Non faciet, inquit, te beatum turba
seruorum lec̄ticam tuam per itinera urbana, aut peregrina portantium. Et rursus
alio loco, Quotidens occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, lec̄tica for-
mosis īposita calonibus. Porrò Romanus Pontifex usum lec̄tica ex antiquita-
te retinuit, ut alia multa, fauentibus & concedētibus hoc Imperatoribus, Fl. Con-
stantino Magno & cæteris qui hunc īsecuti sunt. Nam de uehiculo siue sella cur-
ruli clarum testimonium habemus ex Am. Marcellino. Deniq; Romæ baiulos a-
gunt hodieq; Germani, Pontificij corporis gestatores, ex cohorte illa stipatorum
palatina, quam à multis iam annis Romani pontifices alunt. Nihil tibi opus
est.) Hic nō ignoret lector uerbum est à nobis mutatum ī esse, ut cohæreat senten-
tia. Sed id quoq; penes nos odiosum est.) Malim ociosum est. propter sequē-
tem sententiam. Nimirum necessaria soboles s.d.) Ironia hic & in mox se-
quentibus uerbis. Quæ legibus locuntur.) Scribendum, locantur. De priui 4
legijs eorum qui liberos sustulissent, & poenis illorum qui ī cœlibatu permane-
rent, multa sunt in Constitutionibus ueterum Imperatorū. Utitur autem hic me-
taphora locantis aliquid ut fiat, uelut is facit qui domum construendam alicui lo-
cat, qui conducere dicitur, & redimere. Quemadmodum uero locator conducia-
ti re perfecta pactam mercedem exoluīt, sic & leges patribus ob filios procreatōs
præmium conferunt, ceu modo mēmīnimus. Q.D. Nisi inuitaret homines propo-
situm præmium, nemo liberos tolleret. Quæ parricidijs expugnatūr.) Id fit
dum aborsus procurantur. Nisi quia filiorum impedimenta.) Quid hic in-
telligat impedimentorum uocabulo, mox exponit, quum inquit, Nulla ī uberi-
bus æstuante sarcina nuptiarū. In de habitu muliebri dixit, Damnatae & mortuæ
mulieris impedimenta sunt, quasi ad pompā funeris constituta. Rursus ī de cul-
tu mulierum. Et reliqua compositionis uestræ impedimenta. Ut non satis
habeam.) Sæpe mutat personas Tertullianus, quum nihil est opus.

Etenim illa tunc cæcitas longè à finib; seculi habebatur.) Illa cæcitas uidelicet
non curantium deum sed nubentium & ementium, accidit ante tot secula mundo
adhuc propemodum recenti, in cuius finem nos incidimus. Hoc uult dicere.

Quod si habent oblitterare debent.) Scriptissimus, Quod si habentes oblit.deb.
Nisi malis legere, Quod si qui habent obl.deb. Quam pleræq; Gentil.foem.
memoria charis maritorum parcant.) Parcant hoc est seruēt. Translatione sum-
pta ab hominibus frigi qui rebus suis parcē utuntur malentes quod habent serua-
re quām inutiliter prodigere. Ipse cum accusatio cōstruit, ut sit parcant pro com-
parcant. Nisi maiis parentant. Durum plane & arduum fatis. Ironia est.

Ec Continentia

Continen^{tia} sancta sc̄emina.) Castigauimus ex Gorziensi collatione. Continen^{tia} sancta sc̄emina, Malim tamen legere, Continen^{tia} sancte sc̄emina hoc est Christianæ. Aceæ lunoni.) Nos scripsimus, Achææ. Nam Aegion oppidum est Achææ ubi colebatur Juno. Autor Plinius, & alij. Huius Iunonis ex hoc loco mentionem facit Hieronymus in epistola ad Gerontiam, apud quæ legitur in peruvulgatis æditionibus Iunonisq; Achiuæ. Porrò hoc idem repetit Tertullianus in libro de Monogamia in fine. Quasi ex æquo.) Collatio Gorziensis docet le-

gendum esse, Ex æquo. Itaque sic scripsimus. Ad strumentum æternitatis.) Strumentum pro instrumento, etiam alibi usurpatum, ut struci^s pro instruci^s, & struci^s ad uerbialiter pro instruci^s. Ne quæsieris obligationē.) Hunc locum mutilū suppleuimus ex Gorziensi collatione. Ne quæsieris absolutionem. Absolutus es matrimonio, ne quæsieris obligationem. Eadem auxiliante paulo post scripsimus, Quantum fidei detrahant. Non sinit presidere.) Presidebat presbyteri & episcopi. Vnde præsidentes dicti. Tertullianus in De Corona militis, loquens de Eucharistia, Nec de aliorum, inquit, manu quam Præsidentium sumimus, Alludit autem ad locum qui est ad Titum cap. i. Vnius uxoris uir.

Quum uíduam allegi in Ordinationem.) Quod hic ordinationem uocat, in deuelâdis uirginibus uocat sedem, Ad quam, inquit, sedem præter annos sexaginta non tantum uniuiræ id est nuptæ aliquando eliguntur. Respicit autem locum qui extat ad Timotheum priore epistola cap. 5. Apud Nationes.) Apud Gentiles. Regem seculi Pont. Max. r. nubere.) Idem repetit in De exhortatione castitatis, Nam duo ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet.

Quum illum etiam inimicū.) Nos etiam in æditione priori scripsimus, Quum illam etiā inimicus adfectat. Vt alicuius boni affinis. Ita in de patientia, Nunquid impatientes pacis adfines. In quantū de spe qui humano.) Nos, Inq. despectu humano. Cuius assertor dominus.) Assertor uindex est qui alii quæ uindicat in libertatem. Hic pro patrono qui hominem tuendum suscipit. Ita libro i. in Marcionem, Talis assertor etiam damnaretur in seculo, nedum plagiator. Tamen uídua habet aliquid operiosius.) Hunc Tertulliani locum Hieronymus compluribus locis inculcat. Conuictum atq; commercia deo digna seflare.) Idem Hieronymus ad Eustochium, Eas autem, inquit, uirgines & uíduas, quæ ociosæ & curiosæ domos circumeunt matronarū, quæ rubore frontis abstrito, parasitos uincunt M̄morum, quasi quasdam pestes abh̄ce, Corrumput mores bonos, confabulationes pessimæ. Nulla illis nisi ueteris cura est, & quæ uentri sunt proxima. Istiusmodi hortari solent, & dicere, Mi catella, rebus tuis utere, & uiue dum uiuis, & nunquid filijs tuis seruas. Vinoſæ atq; lascivæ, quiduis mali insinuant, ac ferreas quoq; mentes ad delitias emolliunt. Bonos corrumput mores.) Hunc Menandri uersiculū sic citat in tractatu de simplicitate prælatorum Cyprianus martyr, Corrumput ingenia bona, confabulationes pessimæ. Et in sequenti libro rursum Tertullianus, Bonos corrumput mores, confabulationes malæ. Per ocium seueritate deducunt.) Reponimus ex collatione Gorziensi, Per ocium securitatem inducunt.

Q·SEPTIMII FLOREN

TIS TERTVLLIANI LIBER PR^I

MVS AD VXOREM.



IGNVM duxi dilectissima mihi in domino cons
serua, quid tibi sectandum sit post discessum de se
culo meum. Si prior te fuero uocatus, iam hinc pro
uidere, ut prouisum obserues mandare fidei tuae.
Nam secularibus satifagentes sumus, & utrique no
strum consultum uolumus. Si talibus ordinamus,
cur non magis de diuinis atque coelestibus poste
ritati nostrae prospicere debeamus, & legatu quo
dammodo prælegare, admonitionem & demonstrationem eorum, quæ ex
bonis immortalibus, & de haereditate cœlorum deputantur? Tu modo ut
solidum capere possis hoc meę admonitionis Fideicommissum, deus faciat: Fidei com
missum
cui sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas, nunc & in secula seculorum,
Amen. Præcipio igitur tibi quanta continentia potes, post excessum no
strum renuncies nuptijs: nihil mihi isto nomine collatura, nisi quod tibi pro
deris. Cæterū Christianis seculo digressis nulla restitutio nuptiarū in diem
resurrectionis repromittitur, translatis scilicet in angelicam qualitatē & san
ctitatē. Proinde sollicitudo nulla, quę de carnis zelo. Vel domini sentētia, illa
quam septē fratribus per successionē nupsisse uoluerunt, neminem tot mari
torum resurrectionis die offendet, nec quisquam illam cōfusurus expectat.
Quæstio Sadducæorū cessit sententia domini. Ne me putas propter carnis
tuę integritytē mihi reseruandā, de contumelię dolore suspectū insinuare Dedecus uo/
luptuosum
iam hinc tibi consiliū uiduitatis: nihil tunc inter nos dedecoris uoluptuosis re
sumetur. Nec enim tam friuola, tam spurca deus suis pollicetur. Sed an tibi
uel cuicunque alij foeminae ad deum pertinenti proficiat quod suademus, licet
retractare. Nō quidē abnuimus coniunctionē uiri ac foeminae benedictam
à domino, ut sciremus generi humano, & replendo orbi, & instruendo secu
lo, excogitata, atque exinde permissem, unam tamen. Nam & Adā unus Euę
maritus, & Eua una uxor illius, una mulier, una costa. Sanè apud ueteres no
stros ipsosque Patriarchas non modo nubere, sed etiam plurifariā matrimo
nijs uti fas fuit. Erant & concubinæ. Sed licet figura tuă in synagogam & ec
clesiam cesserit, ut tamen simpliciter interpretetur, necessariū fuit institue
re, quę postea aut amputari, aut temperari mererentur. Superuentura enim
lex erat. Oportebat legis adimplendæ causas præcucurrisse. Eadem mox le
gi succurrere habebat dei sermo circumcisionem inducens spiritalem. Igitur Passualis
per licentiam tunc passiuam, materiae subsequentium emendationum præ
centia

Ee z ministras

ministrabantur, quas dominus Euangilio suo, dehinc Apostolus in extremitatibus seculi aut excidit redundantes, aut cōposituit incōditas. Sed nō ideo præmiserim de libertate uetus tatis, & posteritatis castigatiōe, ut præstruam Christū separādis matrimonij & delendis cōiunctionibus aduenisse, quasi iam hinc finēm nubendi præscriptā uiderint, qui inter cætera peruersitatum suarum disiungere docent carnem de duobus unam, negantes eum, qui fœminam de masculo mutuatus, duo corpora ex eiusdem materiæ consortio sumpta, rursus in se matrimonij compactione compegit. Deniq; prohibet nuptias nusquam omnino legimus, ut bonū scilicet. Quid tamen bono isto melius sit accipimus ab Apostolo, permittente quidē nubere, sed abstinentiam præferente: illud propter insidias temptationum, hoc propter angustias temporum. Qua ratione utriusq; pronunciationis inspecta, facile dinoicitur necessitate nobis concessam esse nubendi potestatē. quod aut̄ necessitas prestat, depreciat ipsa. Quod deniq; scriptū est, Melius est nubere, q̄b̄ uri: quale hoc bonū est, oro te, quod mali cōparatio cōmendat: ut ideo melius sit nubere, quia deterius est uri. At enim quanto melius est neq; nubere, neq; uri: Sed etiam in persccutionibus melius est ex permisso fugere de oppido in oppidum, quām compressum & distortum uegare. at quæ ista beatitas est, ideo ne qui neget, beati testimonij confessione excidere: possum dicere, quod permittitur, non est bonū. Quid enim necesse est mori mihi: si ploro, bonū est: si timeo. Quod permittitur, suspectā habet permissionis suæ causam. quod aut̄ melius est, nemo permisit, ut indubitatum & sua synceritate manifestum. Non propterea appetenda sunt quædā, quia non uetantur: & si quodammodo uetantur, cum alia illis præferuntur. Prælatio enim superior dissuasio est infirmorum. Non ideo quid bonum est, quia malum non est: ideo malum non est, quia nō obest. Porro plenè bonum hoc antecedet, quod non modo non obest, sed insuper prodest. Itaque malle debes quod prodest, quām quod non obest. Ad primum enim locum certamen omne contendit: secundus solatium habet, uictoriam non habet. Quod si Apostolo auscultamus, obliti posteriorum, extendamur in priora, & meliorum donationum sectatores simus. Si nobis laqueum non imponit, quid utilitas sit ostendit, dicens: Innupta de dominicis cogitat, uti corpore & spiritu sancta sit. Nupta uero, sollicita est quomodo coniugi suo placeat, Cæterum nusquam ita nuptias permittit, ut non potius ad suum exemplum nos eniti malit. Felicem illum, qui Pauli similis extiterit. Sed carnem legimus infirmam, & hinc nobis adulamur impēsius. Legimus tamen & spiritū firmum: Nam in uno sensu utrūq; positum est. Cato terrena materia est, sp̄ritus uero cœlestis. Cur ergo ad excusationē proniores, quæ in nobis infirma sunt, opponimus: quæ uero fortiora, non tuemur: Cur cœlestibus terrena non cedant: Si sp̄ritus carne fortior, quia & generosior, nostra culpa infirmiora sectamur

Marcionitas
notat

Nuptie nus,
quam prohibi-
bita

Necessitas ma-
trimoniij

sectamur. Nam disiunctis matrimonio, duæ species humanæ imbecillitatis necessarias nuptias faciunt. Prima quidem potentissima, quæ uenit de concupiscentia carnis: Sequens, de concupiscentia seculi. Sed utraq; repudianda est à seruis dei, qui & luxuriaz & ambitioni renunciamus. Carnis concupiscentia ætatis officia defendit, decoris messem requirit, gaudet de contume,³ lia sua: dicit uirum necessariū sexui, ut autoritatis & solatiū causa, uel ut à maiis rumoribus tutu sit. Et tu aduersus consilia hæc eius, adhibe sororum nostrarum exempla, quarum nomina penes dominum, quæ nulla formæ uel ætatis occasione pressæ maritis sanctitatem anteponunt: malunt enim deo nubere. Deo speciosæ, deo sunt puellæ: cum illo uiuunt, cum illo sermocinan vidue non tur: illum diebus & noctibus tractant: orationes suas uelut dotes domino renubentes adsignant: ab eodem dignationem uelut munera maritalia quotienscunq; desiderant, consequuntur. Sic æternum sibi bonum domini occupauerunt, ac iam in terris non nubendo de familia angelica deputantur. Talium exemplis familiæ plis fœminarum ad æmulationem te continentiaz exercens, spiritali affecti angelica one carnalem illam concupiscentiam humabis, temporalia & uolatice desideria formæ, uel ætatis, inimicantium bonorum, compensans delenda. Cæterum secularis concupiscentia causas habet, gloriam, cupiditatem, ambitio, ueni, insufficientiam, per quas necessitatem nubendi subornat: Videlicet cœlestia re promittens, dominari in aliena familia, in alienis opibus incumbere, cultum de alieno extorquere sumptu, quem non sentias cedere in te. Hæc procul à Fidelibus, quibus nulla cura toleradæ uitæ, nisi si diffidimus de promissis dei, & cura, & prouidetia: qui lilia agrestia uestit, qui uolatilia coeli nullo ipsorum labore pascit, qui prohibet de crastino, uictuq; curari, respondes scire se quid cuiq; seruorum suorum opus sit: non quidem monilium pondere motra, non uestium tædia, non Gallicos uultus, nec Germanicos baiulos, quæ nilium. nuptiarum gloriam accidunt, sed sufficientiam quæ modestiaz & pudicitiez apta est. Præsume, oro te, nihil tibi opus esse, si domino appareas: immo omnia habere, si habeas dominū: cuius omnia cœlestia recogita, & terrena de baiulis species. Nihil uiduitati apud deum sub signata necessarium est quam perseuerare. Adiçiunt quidem sibi homines causas nuptiarū de sollicitudine posteritatis, & liberorum amatissima uoluptate. Sed id quoq; penes nos odio, sum est. Nam quid gestiamus liberos serere, quos cum habemus, præmitte te optamus respectu scilicet imminentium angustiarū, cupidi & ipsi iniquis, simo isto seculo eximi & recipi ad dominum: quod etiā Apostolo uotum fuit. Nimirum necessaria soboles seruo dei. Satis enim desunt nostra: securi sumus ut liberis uacemus: quærenda nobis onera sunt, quæ etiā à gentilium prophanis uitantur, quæ legibus locantur, quæ parricidij expugnantur: nobis quidem plurimum importuna, quantum fidei periculosa. Cur enim dominus, Væ prægnantibus & nutricantibus, cecinit, nisi quia filiorum imperiū.

Ee 5 dimenta

Dies expediti dimenta testatur, in illa die expeditionis incommodum futura? utique nuptias imputaturus. Tum autem ad uiduas non pertinebit: ad primam angelum tubam expedite profilient. Quamcunq; pressuram persecutionemq; libere perferent: nulla in utero, nulla in uberibus æstuante sarcina nuptiarum.

Sarcina nuptiarum Igitur siue carnis, siue seculi, siue posteritatis gratia nubet, nihil ex istis necessitatibus dei seruis, ut non satis habeam semel alicui earum succubuisse, & uno matrimonio omnem concupiscentiam huiusmodi expiasse. Nubamus cotidie, & nubentes à die illo deprehēdamur, ut Sodoma & Gomorrah. Nam

Nubebant & emebant illic non utique nuptias & mercimonia solummodo agebant: sed cum dicit, Nubebant & emebant, insigniora ipsa carnis & seculi uitia definit, quæ à diuinis disciplinis plurimum auocent: alterum per lasciviendi uoluptatem, alterum per acquirendi uoluntatem. Etenim illa tunc cœcitas longe à finibus seculi habebatur. Quid ergo fiet, si quæ olim detestabilia sunt penes dominum, ab his nos nunc arceat? Tempus, inquit, in collecto est. supereft, ut qui matrimonia habent, tanquam non habentes, agant. Quod si habentes obliterare debent quod habent, quanto magis non habentes prohibentur repetere quod non habent: ut cuius maritus de rebus abiit, exinde quietem sexui suo nubendi abstinentia iniungat: quam pleræq; Gentilium foeminarum memoriae charissimorum maritorum parcant. Cum quid difficile videatur, difficiliora alios obeuentes recenseamus. Quot enim sunt qui statim à lauacro carnem suam obsignant?

Debitum matrimonij. Quot item qui consenuit pari inter se matrimonij debitum tollunt? Voluntarijs spadonibus pro cupiditate cœlesti faluo matrimonio abstinentia toleratur, quanto magis adempto? Credo enim difficilius faluum derelinqui, quam amissum nō desiderari. Durum planè & arduum satis continentia sancta, foeminae, post uiri excessum, dei causa, cum Gentiles Saranae suo & virginitatis & uiduitatis sacerdotia perfervant: Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, a spicia pœnæ suæ cum ipso dracone curantes, de virginitate cœsentur. Achææ Aegion. Iunioni apud Ægium oppidum virgo sortitur: & quæ Delphis insaniunt, nubete nesciunt. Cæterum uiduas Aphricanæ Cereri assistere scimus, durissima quidem obliuione matrimonij adlectas. Nam manentibus in æternum uiris non modo thoro decedunt, sed & alias eis utique ridentibus loco cinatrices.

Ceres Aphrica cana. oscula suo insinuant, adempto omni contactu usq; ad osculum filiorum, & tamen durante usu perseverant in tali uiduitatis disciplina, quæ pietatis etiam sanæ solatia excludit. Hæc diabolus præcipit & auditur: prouocat nimitem dei seruos continentia suorum, quasi ex æquo. Ó continentiam gehennæ faderet. Nam inuenit quomodo homines etiam boni seftationibus perde-

Strumentum rer: & nihil apud eum refert, alios luxuria, alios continentia occidere. Nobis continentia ad strumentum æternitatis demonstrata est à domino salutis deo, ad testimonium fidei, ad commendationem carnis istius exhibendæ fuerint.

peruenturo indumento incorruptibilitatis, ad sustinendam nouissimè uoluntatem dei. Super hæc enim recogites moneo, neminem, nisi ex dei uoluntate de seculo duci, si nec folium quidē ex arbore sine dei uoluntate dilabitur. Idem qui nos mundo infert, idem & educat necesse est. Igitur defuncto per dei uoluntatem, etiam matrimonium dei uoluntate defungitur. Quid tu restares, cui finem deus posuit? Quid libertatem collatā tibi, iterata matrimonij seruitute fastidis? Obligatus es, inquit, matrimonio, ne quæsieris absolutionem. Absolutus es matrimonio, ne quæsieris obligationē. Nam & si non delinquas renubendo, carnis tamen pressuram subsequi dicit. Quare facultatē continentia, quantū possumus, non diligamus: quam primum obuenierit imbibamus: ut quod in matrimonio nō ualeamus, in uiduitate sectemur. Amplectenda occasio est, quæ ademit quod necessitas imperabat. Quantū fidei detrahant, quantū obstrepat sanctitati nuptiæ secundæ, disciplina ecclesiæ & præscriptio Apostoli declarat, cū digamos non sinit preſidere, fidere, cum uiduā allegi in Ordinationē nīsi uniuirā nō cōcedit: aram enim Ordinatio, dei mundā proponi oportet. Tota illa ecclesia, candida de sanctitate describitur. Sacerdotiū uiduitatis, & celebratū est apud Nationes pro diaboli scilicet æmulatione. Regē seculi Pontificē Maximum rursus nubere, nefas est. Quantū deo sanctitas placet, cum illā etiam inimicus adfectat: non utiq; ut alicuius boni ad finis, sed ut dei domini placita cū cōtumelia adfectas? Nam de uiduitatum honoribus apud dominum uno dicto eius per Prophetam expeditum: Iustè facite uiduæ & pupillo, & uenite disputationis, dicit dominus. Duo ista nomina inquantū despectui humano, in tantum diuinæ misericordiæ exposita, suscepit tueri. Pater omniū uide quām ex æquo habetur, qui uiduæ benefecit. Quanti est uidua ipsa, cuius adfertor dominus disputabit? Non tantum uirginibus datū opinor, licet in illis integritas solida & tota sanctitas de proximo uisura sit faciem dei. Tamen uidua habet aliquid operosius: quia facile est non appetere quod nescias, & auersari quod desideraueris nunquam. Gloriosior cōtinentia quæ ius suū sentit: quæ quid uiderit, nouit. Poterit Virgo felicior haberet, at Vidua laboriosior. Illa, quod bonum semper habuit, ista quod bonum sibi inuenit. In illa gratia, in ista uirtus coronatur. Quædam enim sunt diuinæ liberalitatis, quædam nostræ operationis. Quæ à domino indulgentur, sua gratia gubernantur: quæ ab homine captantur, studio perpetrantur. Stude igitur ad uirtutem continentia, modestia, quæ pudori procurat: sedulitati, quæ nugas non facit: fruga, Sedulitas. litati, quæ seculū spenit. Conuictum atq; cōmercia deo digna sectare, me, Frugalitas. mor illius uersiculi, sanctificati per Apostolum:

Bonos corrumpunt mores, congressus mali.

Loquaces, otiosæ, uinosæ, curiosæ contubernales, uel maximè proposito uituitatis officiunt. Per loquacitatem inrepunt uerba pudoris inimica: per otium

Esa. i. κρίνεται ὡρφανῶν, οὐδικασώσεται χήραν, καὶ σύντοκη μάλιστα λεχθῆμεν λέγεται εἰς.

Sic et Ireneus propemodum citat lib.

4. cap. 52 virgo.

Vidua.

Menander, Φθέργοσι γένεται καὶ ξενὸν ἀποκαλεῖται.

securitatem inducunt: per uinolentiam quiduis mali insinuant: per curiositas
tis æmulationem libidines conuehunt. Nulla huiusmodi fœminarū de bo-
no Vniuersatus loqui nouit: deus enim illis (ut ait Apostolus) uenter est, ita
& quæ uenti propinquā. Hæc tibi iam hinc cōmendo, conserua charissima,
post Apostolum quidē ex abundantī retractata, sed tibi etiam solatio fu-
tura, quod meam memoriam, si ita euenerit, in illis frequentabis.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUENTIS
PER BEATVM RHENANVM.



Vlieres quædā Christianæ præsertim locupletiores, defunctis ma-
ritis suis, ambitionis ac gloriæ studio, gentilibus nubebat, quas Chri-
stianorum pudebat ut humilium & tenuium. Nam tum rerum sum-
ma adhuc apud ethnicos erat. Illi regnabant, præsidebant, dominav-
bantur. Christiani alieni ab omni rei publicæ administratione uiues-
bant, imò uerius latebant sola modestia noti. Itaq; cum uideret indecens istud re-
nubentium mulierum exemplum, hoc posteriore libro præmonitus uxorem
suam, de mulieribus illis differit, quæ sibi gentiles maritos iungabant, ostendens
hoc impie factum, & præter Pauli sententiam, qua se tuebantur illæ. Mox cōme-
morat impedimenta, quæ contingunt ex huiusmodi coniugio, dum non libere li-
cet obseruationibus Christianismi uacare. Quo loco præcipua nostræ religionis
studia ac officia recenset, quibus illa ætas usæ est, de Statione, de Ieiunijs, de Pro-
Processiocessione, quæ referebat Iudaicum populum obuium Christo factum, & Aposto-
los exeentes in monte cum Christus in cœlos ascēderet, De uisitatione fratum,
Peruigilium hoc est, Christianorum male affectorum, De peruigilio Paschæ: quod propterea
Pasce celebrari putat Hieronymus, quia Iudæorum traditio sit, Christum media nocte
uenturum in similitudinem Aegyptij temporis. Vnde reor, inquit ille, & traditio-
nem Apostolicam permanisse, ut in die uigiliarum Paschæ ante noctis dimidium
populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi, & postquam illud
tempus transierit securitate præsumpta, festum cunctis agentibus diem. Meminit
præterea de dominico coniuio, de uisitandis captiuis, de exosculatione fratum,
hoc est, Christianorum: de ablutione pedum, de communione Eucharistia, de ho-
spitalitate, de signo crucis, de precatione nocturna: de eucharistia, quæ priuatim
ante omnem cibum sumebatur, de sacra Christianorum cantillatione. In fine ma-
trimonium laudibus uehit, quo Christiana Christiano copulatur. Nimis quod
tunc Christianismo satisfacere liceat, cum (ut ipsius utrar uerbis) libere æger uista-
tur, indigens sustentatur, eleemosynæ fiunt sine tormento, sacrificia sine scrupulo
(uidelicet dum uxori suæ nō timet præsens ipse quocq; in sacrificio maritus) Cotti-
diana diligentia sine impedimento, Non furtiva signatio (nam mulier Christiana
non audebat Gentili marito spectate, se signare, sed furtim hoc faciebat.) Non tre-
pida gratulatio (quia mulier salutando Christianum, adulterij suspicionē moue-
bat gentili marito.) Non muta benedictio: nam apud maritum ethnicum non lice-
bat prolata uoce Christo gratias agere. Id quod ipse exponit, cum subdit, Sonant
inter duos psalmi & hymni, & mutuo prouocant quis melius deo suo canat.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM.

Quid fœminæ sanctæ.) Hoc est Christianæ, ut infra, Permiseraf sanctis uulgo
nubere. Item, Carnis sanctæ in carne gentili inquinamentum. Et in libro præ-
cedente

cedente; Durum planè & arduum continentia sanctæ fœminæ. Nam olim Christiani uocabantur sancti. Vnde sanctissimi dicti episcopi. Quem titulum ex antiquitate retinuit Pontifex Romanus. Quorundam exemplis admonentibus.) Nos scripsimus, quarundam exempl. adm. Nam sequitur, quæ diuortio. Et reliqua. Proclium tibi labendi ab altioribus faciam.) Proclium hoc est pro clitudinem. Id est ansam ruinæ præstem. Et hoc maximum propositum uitæ supremi præsidij.) Videtur esse figura Græca, hoc est secundum maximum propositum, id est spem quæ posita est in matrimonio tanquam in supremo præsidio uitæ commodius transfigendæ, quum maritus sit autoritatis & solatij causa mulieris necessarius. Iam non suadet sed exerte iubet.) Exerte hoc est clarè & expresse. Vnde paulopost dicit, Apostolus cecinit. Quia suasum impunè quid negligas quam iussum.) Subauditur aduerbiū magis. Cuiusmodi locutiones multas congesimus exponētes id in Martyribus. Ex ille uos è carcere quam in carcerem introisse intelligemus. Ne qui fidem consecutus.) Ne qui pro ne quis. 2

Deuertendum esse.) Deuertere pro diuertere, ut in præcedentibus.

Christus cecinit.) Suspicor quod abbreviate scriptum erat apostolus oscitatio librarij putantis esse Christus, locum hic Christo dedisse. Proinde scripsi meum scutus iudiciū, Apostolus cecinit. Hoc est, Non obscurè sed clare est locutus. Apertis nimirum tibijs iuxta proverbum. Ille igitur Christus sanctus.) Eundem errorem & hic commissum appetit. Detractata & exerta sententia est.) Nouus usus huius uerbi Detracō. Sic in de uirginib[us] uelādīs, Nec detractamus, quare non & puerum nominarit. Cōpositum pro simplici. Sic solet. Diuina, uxor, statim obserues.) Sensus est, Sic solet apostolus: uxor statim deprehendas ea quæ diuina sunt. Ab omni communicatione fraternitatis.) Sic etiam Cyprius 3 nus martyr subinde loquitur. Tabulas nuptiales.) Syngraphas intelligit. Sic Cicero de Oratore, Nam pro tabulis & contra tabulas, & pro testibus uel contra testes, uel separatim dicere solemus uel de genere uniuerso. Porro Tertullianus hic utitur translatione actionum siue causarum forensium. Quanto magis coniunctus & indiuiduus usus.) Verba bene habent. Ego tamen malui in priori editione pro coniunctus scribere conuictus, & indiuiduus usus.

Extractionem.) Sic uocat exornationem siue expolitionem, quam & expiacionem appellare solet. Ut si statio facienda est.) A militia Romana tractum & usurpatum hoc uocabulum, ut alia multa, hæsit in usu Christianorū. Faciebant stationem milites, præsidium certo loco agitantes. Vnde & Stationarij dicti. Christiani nunc in hac basilica nunc in alia conuenientes nonnunquam apud martyria hoc est martyrum sepulchra, deum stantes & attenti precabantur. Id præcipue fiebat dominico die. Tertullianus in de corona militis de milite Christiano loquens, Iam, inquit, & stationes aut alijs magis faciet quam Christo, aut & Dominico die quando nec Christo. Stationis uocabulum in hoc sensu non ignotum Vrbis Romanæ, ex antiquitate relictum, ipsa etiam obseruatione ueteri per manus tradita ac retenta. Si procedendum erit.) Et hoc uerbum à Gentilibus mutuati sunt Christiani. Vulcatius Gallicanus in Auidio Cassio, Imperatorio, inquit, nomine quum processisset. Hieronymus ad Lætam, Nusquam absq[ue] te procedat in publicum. Ad Furiam, Quis procedet ad publicum? Ad Gaudientiū, Nec liberius procedat ad publicum, nec semper ecclesiarū querat celebritatem. Ad Eustochium, Martyres tibi queratur in cubiculo tuo, nunquam causa deerit procedendi, si semper quando necesse est, processura sis. Porro processionum ceremonias antiquas esse uel ex hoc loco colligere potes, certe nō contemnendas si cum attentione animi & puritate precum peragantur. Visitandorum fratrum.) Hoc est Christianorum

stianorum. Vicitam circuire.) Sic in Apologetico dixit, Vicitam epulari.
Solemnibus Paschæ.) Sic dicit Solemnibus Paschæ, ut infra, Omnibus Solen-
nibus regum. Et in Apologetico, Solemnia Cæsarum. Abnoctantem.) An-
tiquum est abnoctandi uerbū quod etiam in lege XII tabularum reperiatur, Quæ
trinoctio abnoctasset. Quis ad conuiuūm Dominicū illud, quod infamāt,
sine sua suspitione dimitteret?) Nam Gentiles mentiebantur Christianos iugulati
infantis sanguine panem quem Eucharistiam uocarent satiare, & sic uesti. Deinde
extinctis candelis per canes, cum matribus & sororibus promiscuam exercere li-
bidinem. Eas tenebras caninas in Apologeticouocat. Refert autem id quod dixi,
ibidem h̄ijs uerbis. Dicimur, inquit, sceleratissimi de sacramēto infanticidij, & pa-
bulo inde, & post conuiuūm incesto, quod euersores lumen canes, lenones sc̄i
licet, tenebrarum & libidinum impiarum inuercundiam procurent.

Ad osculanda uincula martyris.) Martyr de eo qui nondum martyrium fecit
ut Cyprianus loquitur, sed destinatus est ad supplicium, & illud æquo animo ex-
pectat. De cibo, de poculo inuadere, desiderare.) Sic uidetur primi illi Chri-
stiani communicasse, & communicationem exercuisse. Huc pertinet quod paulo
post sequitur, De cuius manu desiderabitur de cuius poculo participabitur.

Horreum, poma preclusa sunt.) Ex Gorziensi collatione scripsimus, proma. In-
telligit autem cellas promas siue promptuaria in quibus esculenta reponuntur, &
unde quum opus est per promum condum depromūtur. In de resur. Carnis apud
Esaiam cap. 26. legit Populus meus introite in cellas promas, pro quo nos in uete-
ri Bibliorū uersione habemus, Vade populus meus intra in cubicula tua. Eumq;
locum exponens, Sepulchra, inquit, erunt cellæ promæ. Et addit, Cur cellarū pro-
marum potius uocabulo usus est, & non alicuius loci receptorij, nisi quia in cellis
promis caro salita & usui reposita seruatur depromenda illinc suo tempore. Hæc
4 illuc. Vides igitur quid hic intelligat per proma. Quod sub conscientia iusto-
rum sumus.) In priori æditione scripsimus istorum. Nec adhuc displicet. Nam se-
quitur, Sine alterius conscientia. Aut in conscientia mariti si sit ut patiens.)
Arbitror Tertullianum scripsisse, Aut in conscientia mariti si sit patiens, aut in co-
flictatione tui, dum uitatur impatiens. Quum lectulum tuum, quum cor-
pusculum tuum signas.) In de Corona militis, Ad omnē progressum, inquit, atq;
promotum, ad omnem aditum & exitum, ad uestitum & calceatum, ad lauacra, ad
mensas, ad cubilia, ad sedilia, quacunq; nos conuersatio exercet, frontem crucis si-
gnaculo terimus, Hæc illuc. Ergo quod loco citato dixit cubilia, lectulu h̄ic uocat.

Non sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes?) In de Corona mi-
litis, Eucharistiae sacramentum, inquit, & in tempore uictus, & omnibus manda-
tum à domino, etiam antelucanis cœtibus nec de aliorum manu quam Præiden-
tium sumimus. Hactenus eius loci uerba refulimus. Hic itaq; est, ante omnem ci-
bum, quod illuc, in tempore uictus. Quod pleriq;. Scripsimus, pleræq;. Nam
de foeminis loquitur. Moratur dei ancilla cū Laribus alienis.) Lares dij do-
mestici sunt, ut est in Apologetico. Omnibus solemnibus regum.) Intelligit
Solemnia Cæsarum. Ita regum nomen etiam Cæsaribus accommodat Hierony-
mus. De ianua laureata & lucernata.) Hinc illud in Apologetico. Die læto
non laureis postes obumbramus, nec lucernis diem infringimus. Ibidem de hosti-
bus Cæsarum, Quam recentissimis & ramosissimis laureis postes præstruebant
quam elatissimis & clarissimis lucernis uestibula enubilabant.

Discubbit cum marito in sodalitijs,) Collegia gentilium innuit. Eadem mensa
sodales utuntur, unde & Gracis evocata dicitæ sodalitates. Cato apud Cicero-
nem in De senectute. Sodalites autem, inquit, me Quæstore constitutæ sunt fa-
bris

cris Idæis Magnæ matris acceptis. Epulabatur igitur cum sodalibus. Porro Licinia lex olim aduersum sodalitia lata est ad uitandam popularium suffragiorum corrupcionem. Sæpe in opinionis.) Scribo, in opinis. Ad cognoscere.) Hoc uerbo etiam in superioribus libris usus est.) Audiat sane, audiat aliquid dei cœna.) Ironia est. Detaberna.) Hoc est de popina. De gehenna.) Hoc est de rebus gehenna dignis. Q.D. Quid indecentius excogitari potest, quam ut cœna Christiani hominis, tam impia & flagitiosa uideat & audiat.

Vbi diuina benedictio?) Intelligit de Psalmis & Hymnis. Nam infra, Non mutata, inquit, benedictio. Sonant inter duos Psalmi & Hymni. Ad terrendæ salutis à malo immissa.) Et hic sciat lector a sum me scribere, Abterrēde saluti. Nam abterrendi uerbo Tertullianus utri uidetur pro absterrere. Qui matrimonio gentilis fidem adepti moratur.) Inuitus muto scripturā exemplarum præsertim quum consentiūt. Et tamen in hoc ambitu sæpius relecto coactus sum aliquot uerba aliter scribere, nempe pro qui, quæ in, tum pro adepti, adepta. Nam de muliere quæ gentili marito coniuncta sit, loquitur. Item paulopost, Nam & ad aliquam quæ uirtutem, monente Gorziensi collatione pronomen quæ sustulimus.

Vidit expedimenta.) Mallem legere, Vidit experimenta. Scit meliorem factum.) Nos scripsimus factam. Nam loquitur de uxore fidem adeptam. Sequitur enim sic & ipse candidatus est timoris. Hoc est paulatim imbibit & appetere dicit timorem dominī, qui initium est sapientiae, iuxta Psalmographum. Est autem elegansissime dictum, Candidatus timoris, translatione sumpta ab ambigentibus olim Romæ magistratum induitis candida ueste. In quos dei gratia consuetudinem fecit.) Atq; hæc est causa cur Apostolus nolit deseriri maritum gentilem. Ex cohabitatione enim & ipse paulatim fiet Christianus. Hoc signi erit ut solis.) Hoc est, Hac re peculiariter sunt insignes et notabiles. Agit aut de procis matronarum Christianarū quos ipse Petidores uocat. Ut exerta eminent.) Nos exterminent. Exterminare proprie est extra terminos & fines territorij siue possessionis aliquem ejicere & propellere. Sic in de uelandis virginibus dixit mulierē reā esse angelorum exterminatorū, electos illos sentiens de sedibus cœlestibus ob amorem & libidinem mulierum. Hieronymus ad Eustochium, Explosis igitur & exterminatis his quæ nolunt esse uirgines sed uideri. Vbi exterminatis plus est quam explosis. Exterminare est quod Germani sua lingua uocant uerbannen, id est extra banum ejicere, quam uocem Ansegisus abbas Franciarū legum interpres quas de Germanico sermone in Latinū uertit, Forbannire reddidit. Vnde Forobanniti in legibus Langobardorum & Alemannorum & reliquarū gentium nominis Germanici. Tum sensus erit, ut exterminent, hoc est ut de possessione fidei Christianæ deficiant. Decurri.) Verbum Tertulliani. Despectatores diuinorum & sententiarum.) Hoc est contemptores. Sic enim usurpat Despectare, ut paulopost, Omnia hominum existimatione despectandum. Nonne insuper censuerunt seruituti uind. De hac re uariæ leges Imperatorum extant.

Scilicet negabunt.) Scilicet ironiam habet ut supra. In lauitoribus.) Dictiores & delicatiores matronas uiduas intelligit. Commatrona nomine inflata.) Ex Gorziensi collatione scripsimus, & matrona nomine inflata. Hoc est ob nobilitatem familiæ tumens. Donum exhibendæ sellæ.) Nos scripsimus, bonum id est idoneum ad exhibendam sellam in qua uel à baiulis gestetur, uel iumentis ducentibus uehatur. Vlpianus de legatis tertio, Legicarij qui solum matrem familias portabant, continentur legato rerum uxoris causa paratarū: item iumenta, uel lectica, uel sella, uel burdones. Et mulibus.) Repete, bonū id est aptum & sufficientem exhibendis mulibus. Vtibantur autem ad uehicula mulibus pri-

sci. Seneca epistola 88. Vehiculum in quo positus sum rusticum est. mulæ seu uere ambulando testantur. Eadem epistola paulopost de sumptuoso homine loquens, Quid, inquit ad rem pertinent mulæ saginatae, unius omnes, coloris; quid ista uehicula cælata? Lampridius in Commodo Antonino, Dedit & uehicula cum mulibus, & mulionibus & iuncturis argenteis, ut ita à conuiuio redirent.

Et cinerarijs.) Acron Grammaticus exponens illud Horatianum primo Sermonum satyra secunda, Multe tibi tum officient res, Custodes, lechica, ciniflones, parasitæ, Ciniflones, inquit, & Cinerarij eadem significatione apud ueteres habebantur, ab officio calamistrorum id est ueruum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Cuius rei & Virgilius meminit dicens, Vibros calido ferro. Dicti autem Ciniflones, ab eo quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum, quos Cinerarios appellant. Hæc ille. Cæterum quia hic additur peregrinæ proceritatis, intelligo quos supra dixit baiulos Germanos. Eorū enim gentile fuit capillum in cirros torquere. An ideo sit inuestis dotalibus.) Coniacio legendum, inuestis dotalibus pro carente & nuda dotalibus nec eisdem, ut ita dicam, uestita. Translatione sumpta ab impubere qui propriè inuestis dicuntur. Vnde sufficiam ad e.f.) Loquitur de matrimonio quod coit inter virum Christianum & mulierem Christianam. Idq; laudibus uehit.

Confirmat Oblatio.) Ergo ad sacrum, quod hic Oblationis nomine intelligit, sponsus & sponsa conueniebant, & sacerdos eos p̄ijs precib; domino commensabat coram tota ecclesia. Pater rato habet.) Is qui omnium pater est deus omnipotens. Sic autem etiam alibi loquitur, rato habere.

Nam nec in terris filij sine consensu patrum ritè & iure nubent.) Hæc uerba aureis literis scribi deberent. Utinam Theologi & Iureconsulti de hac re Pontificem Romanum, Cæsarem, ac reliquos Reges & principes admoneant, ut concorditer & ritè & ordine huic malo obuiam eatur seducendi teneras & simplices puellas inconsultis imo inuitis parentibus. Raptus uirginum in legib; seuerè est prohibitus, & istas insidias clandestinarum nuptiarum ferre cogimur.

Simul uoluntantur.) Hoc pœnitentiam respicit. Alterutro ducentes.) Hoc est alter alterum. Cotidiana diligentia sine impedimento.) Intelligit de cotidiana diligentia precandi, & similiu[m] exercitiorum quæ Christianos homines decent. Sub benignitate.) Quum uidelicet indulgenter loquens, Mulier, inquit, defuncto viro libera est, cui uult nubat, tantum in domino. Ab exemplis quorundam.) Malim quarundam, nam de matronis Christianis quæ uiduae sint aut fuerint, hoc libro potissimum agit.

Q·SEPTIMII FLOREN

TIS TERTULLIANI LIBER SECVN/

DVS AD V X O R E M.



ROXIME tibi dilectissima in domino cōserua,
quid fœminæ sanctæ, matrimonio quacūq; for
te adempto, sectandum sit, ut potui, prosecutus
sum. Nunc ad secunda consilia conuertamur, re/
spectu humanæ infirmitatis, quarundam exem/
plis admonentibus, quæ diuortio, uel mariti ex/
cessu, oblata cōtinentiae occasione, nō modo ab/
iecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nu
bendo quidem rursus disciplinæ meminisse uo

*Seconda consilia
filia*

luerunt, ut in domino potissimū nuberent. Itaq; mihi confusus est animus,
ne qui te nuper ad Vniuersitatem & uiduitatis perseverantiam hortatus sum,
nunc mentione nuptiarum, procluum tibi labendi ab altioribus faciam.
Quod si integrè sapi, certe scis id seruādum tibi esse, quod sit utilius. Quod
vero difficile est, & non sine necessitatibus & hoc maximum propositum ui
tae supremi præsidij, nec mihi de isto quoq; referendi ad te causæ fuissent, ni
si grauiorem meam sollicitudinem comprehendissem. Nam quanto gran
dis est continentia carnis, quæ uiduitatem ministrat, tanto si nō sustineatur,
ignoscibilis uideri potest. difficultum enim facilis est uenia. Quanto autē nu
bere in domino perpetrabile est, uti nostræ potestatis, tanto culpabilius est
non obseruare quod possis. Eò accedit, quod Apostolus de uiduis quidem
& nuptis, ut ita permaneant suadet, cum dicit: Cupio autem omnes meo
exemplo perseverare. De nubendo uero in domino, cum dicit, Tantum in
domino, iam non suadet, sed exerte iubet. Igitur in ista maximè specie nisi
hoc sequimur, periclitamur: Quia suasum impune quid negligas, quām ius
sum. quod illud de consilio ueniat, & uoluntati proponatur: hoc autem de
potestate descendat, & necessitate obligetur: illuc libertas, hic contumacia de
linquere uideatur. Igitur cum quædam istis diebus nuptias suas de ecclesia
tolleret, id est, gentili coniungeretur: idq; ab alijs retro factum recordarer,
miratus aut ipsarum petulantiam, aut consiliariorum præuaricationē, quod
nulla scriptura eius facti licentiam proferrent. Nunquid, inquam, de illo ca
pitulo sibi blandiuntur, primæ ad Corinthios, ubi scriptum est: Si quis fra
ter infidelem habet uxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam.
Similiter mulier fidelis, infideli nupta, si consentaneum maritum experitur,
ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli uxore, & infidelis
uxor à fideli marito: cæterum immundi essent filii uestri. Hanc monitionem
FF fors

*Nubere in
domino*

*Difficillū fat
cili uenia*

*Tantum in
domino*

*Nuptias de ec
clesia tollere*

fors fidelibus in iunctis simpliciter intelligendum putent; etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpretantur. Absit ut sciens se circumscribat. Cæterum manifestum est scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio gentili inuenti à dei gratia fuerunt, secundum uerba ipsa: Si quis, inquit, fidelis uxorem habet infidelem: non dicit uxor ē dicit infidelem: ostendit iam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia dei cōuersum perseue² rare cum uxore debere: scilicet propterea ne qui fidem consecutus, putaret sibi deuertendum esse ab aliena iam & extranea quodam modo fœmina. Adeo & rationem subiicit, in pace nos uocari à domino, & posse infidelem à fidei per usum matrimonij lucrificari. Ipsa etiam clausula hoc ita intelligendum esse confirmat, ut quisq; ait, uocatur à domino, ita perseueret: uocantur autem gentiles, opinor, nō fideles. Quod si de fidei ante matrimonium pronunciasset absolutè, permisera^t sanctis uulgò nubere. Si uerè permisera^t, nunquam tam diuersam atque contrariam permisui suo pronunciacionem subdidisset, dicens: Mulier defuncto viro libera est, cui uult nubat, tantum in domino. Hic certe nihil retractandum est: nam de eo quod tractari potuisset, Apostolus cecinit: ne, quod ait, cui uelit nubat, male ueremur, adiecit, tantum in domino, id est, in nomine domini, quod est indubitate Christiano. Ille igitur Apostolus sanctus, qui uiduas innuptas integritati perseuerare manuult, qui nos ad exemplum sui hortatur, nullam aliam formam repetundarum nuptiarum nisi in domino præscribit, huic soli conditioni continentiae detrimenta concedit: Tantum, inquit, in domino. Adiecit pondus legi suæ, Tantū. Quo sono & modo enunciaueris dictum istud, onerosum est, & iubet & suadet, & præcipit & hortatur, & rogat & comminatur: detrac^{tata} & exerta sententia est, & ipsa sui breuitate fœcunda. Sic solet. Diuina, uxor, statim obserues. Quis enim aliis possit pericula multa, & uulnera fidei in huiusmodi nuptijs quas prohibet Apostolus prouidisse: & primò quidem carnis sanctæ in carne gentili inquinamētum præcauisse: Hoc loco dicet aliquis, quid ergo refert inter eum qui in matrimonio gentilis à domino allegitur, & olim, id est, ante nuptias fidelem, ut nō proinde carni suæ caueant: alter arceatur à nuptijs infidelis, alter in his perseuerare videatur: cur si à gentili inquinamur, non & ille disingitur, quemadmodum iste non obligatur: Respondebo si spiritus dederit, ante omnia allegans dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quam omnino disiungi: deniq; diuortium prohibet, nisi stupri causa, continentiam uero commendar. Habet igitur ille perseuerandi necessitatem, hic porrò etiam non nubendi potestatem. Tum si secundum scripturam qui in matrimonio gentilis à fide deprehenduntur, ac propterea non inquinantur, cum ipsis alij quoq; sanctificantur: sine dubio isti, qui ante nuptias sanctificati sunt, si extraneæ carni cōmisceantur, sanctificare eam non sint deprehensi. dei autem gratia illud

Tantum in
domino

Mud sanctificat, quod inuenit. Ika quod sanctificari non potuit, immundum est: quod immundum est, cum sancto non habet partem, nisi ut de suo inquiet & occidat. Hæc cum ita sint, fideles gentiliū matrimonia subeuntes, stupri reos esse constat, & arcendos ab omni cōmunicatione fraternitatis, ex literis Apostoli dicentis, cum eiusmodi nec cibum sumendum. At nunquid tabulas nuptiales de illo apud tribunal domini proferemus? Et matri monium rite contractum allegabimus quod uetus ipse? Non adulterium p̄tiales est quod prohibetur: non stuprum est extranei hominis admissio? Minus templum dei uiolat: minus membra Christi cum membris adulteræ commisceret. Quod sciam, nō sumus nostri, sed precio empti. & quali precios: sanguine dei. Lædentes igitur carnem istam, eum lædimus. De proximo quid sibi uoluit ille qui dixit, delictum quidē esse extraneo nubere, sed minimū, cum aliâs deposita carnis iniuria ad dominum pertinentis, omne delictum voluntarium in domino grande sit. Quanto enim potestas uitandi fuit, tanto contumacæ crimen oneratur. Recenseamus tunc cætera pericula & uulnera, ut dixi, fidei ab Apostolo prouisa, non carnis tantum, uerum etiam ipsius spiritus, molestissima. Quis enim dubitet oblitterari cottidie fidem commercio infidelis? Bonos corrumpunt mores, confabulationes male, quanto magis conuictus, & indiuidus usus? Quæuis mulier fidelis dominum obseruet necesse est. Et quomodo potest duobus dominis deseruire, domino, & marito, adde gentili? Gentilem enim obseruando gentilia exhibebit, formam, extractionem, munditas seculares, blanditias turpiores, ipsa etiā matrimonij secreta maculosa: non ut penes sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis dei modestè & moderatè transiguntur. Sed uiderit qualiter uiro officia pendat. Domino certè nō potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli seruum, procuratorem domini sui ad impedienda fidelium studia & officia: Ut si statio facienda est, maritus die cōdicat ad balneas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: si procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim sinat coniugem suam uisitandorum fratum gratia, uicarium aliena & quidē pauperiora quæc tuguria circuire? Quis nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi libenter feret? Quis deniq; Solennibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit? Quis ad conuiuium Dominicum illud, quod infamant, sine sua suspitione dimittet? Quis in cæteram ad osculanda uincula martyris reptare patietur? iam uero alicui fratum ad osculum conuenire? aquam sanctorum pedibus offerre? de cibo, p̄tuorum. de poculo inuadere, desiderare, in mente habere? Si & peregrè frater adueniat, quod in aliena domo hospitium? Si cui largiendū erit, horreū, proma, praecclusa sunt. Sed aliqui sustinent nostra, nec obstreput. Hoc est igitur delictum, quod gentiles nostra nouerunt, quod sub conscientia istorū sumus: Hospitium

statio.
ieiunia.
processio.
visitatio fratrum.

Solennia
Pasche.
Dominicum
conuiuium.

visitatio cas
fratrum.
Exosculatio
fratrum.

Ablutio pedū
Cōmunicatio.

Ff 2 quod

4 quod beneficium eorum est, si quid operamur, Non potest se dicere nescire, qui sustinet: aut si cælatur quia nō sustinet, timetur. Cum aut̄ scriptura a trunq; mandet, & sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operari domino: nihil interest in qua parte delinquas, aut in conscientia mariti si sit ut patiens: aut in conflicitatione tui, dum uitatur impatiens. Nolite, inquit, margarita uestra porcis iactare, ne concubent ea, & conuersi uos quoq; euerat.

Insignia conversationis Christianae. Margarita uestra, sunt cottidiana conuersationis insignia. Quanto curaueris ea occultare, tanto suspectiora feceris, & magis cauenda gentili curiositati. Latebis ne tu cum lectulum, cum corpusculum tuum, signas, cum aliquid immundum flatu expuis, cum etiam per noctem exurgis oratum, & nō Magie aliquid videberis operari? Non sciet maritus quid secretò ante omnem cibum gustes? Et si sciuerit, panem, non illum credit esse qui dicitur. Et hæc ignorans quisq; rationem simpliciter sustinebit, sine gemitu, sine suspicione panis an ueneni? Sustinent quidem, sed ut inculcent, ut in ludant huiusmodi fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt seruent, si forte lardantur ipsi. Sustinent quarum dotes, obiectione nominis, mercedem silentij faciant, scilicet apud arbitrum spiculatorem litigaturi. Quod pleræcū non prouidentes, aut te excruiciata, aut fide perdita recensuerunt. Moratur dei **Lares**: ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus demonum, omnibus solennibus regū incipiente anno, incipiēte mense, nidore thutis agitabitur. Et procedit de ianua laureata & lucernata, ut de nouo consistorio libitorum libidi publicarū. Discumbit cum marito in sodalitijs, saepe in popinis. Et nō publicarū. ministrabit nonnunq; iniquis, solita quondā sanctis ministrare. Et nō hinc **Sodalitia.** præiudicium damnationis suæ ad cognoscet: Eos obseruabit quos erat iudicatura. De cuius manu desiderabit: de cuius poculo participabit: Quid maritus suus illi, uel marito quid illa cantabit: Audiat sanè, audiat aliquid dei **Adcognoscere.** coena, de taberna, de gehenna. Quæ dei mentio? quæ Christi inuocatio? ubi fomenta fidei de scripturarum interlectione? ubi spiritus refrigerium? ubi diuina benedictio? Omnia extranea, omnia iniuncta, omnia damnata, abterrendæ saluti à Malo immissa. Hæc si ei quoq; euenire possint quæ in matrimonio gentilis fidē adepta moratur, tamen excusantur, ut in ipsis deprehensæ à deo, & iubentur perseuerare, & sanctificantur, & spem lucratonis accipiunt. Si ergo ratum est apud deum matrimonium huiusmodi, cur non prosperè cedat, ut & à pressuris, & angustijs, & impedimentis, & inquinamentis nō ita laceffatur, iam habēs ex parte diuinæ gratiæ patrocinium? Nam & ad aliquā uirtutem cœlestem documentis dignationis alicuius uocata, terrori est gentili quo minus sibi obstrepat, minus sciat, minus speculetur. Sensit magnalia, uidit experimenta. Scit meliorē factam. sic & ipse candidatus est timoris. Ita facilius huiusmodi lucrifiunt, in quos dei gratia **Candidatus timoris** suetudinem fecit. Cæterū aliud est, ultro & sponte in prohibita descendere.

Quæ

Quæ domino non placent, utiq; dominum offendunt, utiq; Malo se infestunt. Hoc signi erit ut solis, quod solis Petitoribus placet nomen Christianum. ideo inueniuntur qui tales non exhorreant ut exterminent, ut arripiat, ut à fide excludant. Habes causam, qua non dubites, nullum huiusmodi matrimonium prospere decurri. à Malo cōciliatur, à Domino uero damnatur. § Ad hoc queramus an iure, quasi reuera despectatores diuinarum sententiarum. Nónne quicq; domini & disciplinæ tenacissimi seruis suis foras nubere interdicunt: scilicet ne in lasciuiam excedant, officia deserat, dominica extra meis promant. Nónne insuper censerunt seruituti vindicandos, qui cum alieno seruo post dominorum denunciationem in consuetudine perseueraverunt? Seuiores habebuntur terrenæ disciplinæ coelestibus præscriptis? *Cœlestia pres* ut gentiles quidem extraneis iuncti, libertatem suam amittant: nostræ uero scriptis diaboli seruos sibi coniungant & in statu suo perseuerent. Scilicet negabunt sibi à domino per Apostolum eiusdem denunciatum. Quam huius atentatiæ causam detineam, nisi fidei imbecillitatem pronata semper in concupiscentiam secularium gaudiorum? Quod quidem plurimū in lauitoribus deprehensum est. Nam quanto diues aliqua est, & matrona nomine inflata, tanto capacem domum oneribus suis requirit, campum in quo ambitio decurrat. Sordēt talibus Ecclesiæ. Difficile in domo dei diues, ac si quis est, difficile coelebs. Quid ergo faciant? Vnde nisi à diabolo maritū petat bonum *sella* exhibendæ sellæ, & mulibus, & cinerarijs peregrinæ proceritatis? *Christia* *Mule* nus ista etiam diues fortasse non præstet. Quælo te, gentilium exempla pro *Cinerarij* ponas tibi. Pleræq; & genere nobiles, & re beatæ, pessimis de ignobilibus & mediocribus simul, coniunguntur, aut ad luxuriam inuentis, aut ad licentiam experitis. Nonnullæ se libertis & seruis suis conferunt, omnium hominū existimatione despectandum, modo habeant à quibus nullū impedimentum libertatis suæ timeant. Christianam fidem fidelī re minori nubere piget, locupletiorem futuram in uiro paupere? Nam si pauperum sunt regna cœlorum, quia diuitium non sunt, plus diues in paupere inueniet maiore dote. Sit illa ex æquo in terris, quæ in cœlis forsitan non erit. Dubitandum, & inquirendum, & identidem deliberandum est, an ideo sit inuestis dotalibus cui deus censum suum credidit. Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem *Matrimonii* eius matrimonij quod ecclesia cōciliat, & confirmat oblatio, & ob-signatum *inter Christis* angeli renunciant, pater ratò habet? *N A M N E C I N T E R R I S* filij sine *nos* consensu patrum ritè & iure nubent. Quale iugum Fidelium duorum unius spei, unius uoti, unius disciplinæ, eiusdē seruitutis? Ambo fratres, ambo conserui, nulla spiritus carnisue discretio. Atquin uerè duo in carne una. *Vbi ca* *Oratio* *volutatio* ro una, unus & spiritus. Simul orant, simul uoluntantur, & simul ieiunia transfigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes. In ecclesia dei pariter, in coniubio dei pariter. In angustijs, in tēfrigetjs, deuter alterum cælat, neuter al-

Ff 5 terum

Visitatio. terum uicat, nester alteri grauis est. Libere ægeri visitatur, indigens sustentetur. Eleemosynæ sine tormento, Sacrificia sine scrupulo, Cottidiana diligen-
Sustentatio in grotanti. tia sine impedimento. Non furtua signatio, non trepida gratulatio, non mi-
Ecclesiæ. digentis. ta benedictio: sonant inter duos Psalmi & Hymni, & mutuo prouocat quis
Sacrificia. melius deo suo canet. Talia Christus uidens & audiens gaudet. His pacem
Cottidiana di ligentia. suam mittit. Vbi duo ibi & ipse, ubi & ipse, ibi & Malus non est. Hæc sunt
Signatio. quæ Apostoli uox illa sub benignitate intelligenda nobis reliquit. Hæc tibi
Gratulatio. suggere, si opus fuerit. His, te ab exemplis quatundam reflece. Non licet a-
Benedictio. liter fidelibus nubere: & si liceret, non expediret.

ARGUMENTVM LIBRI SEQVENTIS,
PER BEATVM RHEANVM.



Abiis presbyter cum persecutio quædam imminetet Christianis, quæsiuit ex Tertulliano, num fugere liceret, & uitam precio redime re. nam uerebatur ne plebeculam suam conuocare non posset preser tim in Dominicis solennibus. Et iam quædam ecclesiæ Christianis, mun redimendo tributum numerarant Beneficiario Caesaris, in ra-
Matrix tionarium, quam ipse matricem appellat, inter uectigales relatae. Ei quæstionis respon-
 dicit obiter primum uerbis breuibus. Deinde de eadem re librum hunc paulo copiosius conscripsit. Afferit autem non fugiendum esse, sed fortiter pro Christo moriendum, quando etiam tentationes & persecutions à deo nobis immittātur. Et uult præceptum illud Christi, Cum autem persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam, omnino temporale fuisse. Concluditq; his uerbis. Si interdiu collige re non potes, inquit, habes noctem luce Christi luminosam. Non potes discurre re per singulos: sit tibi & in tribus ecclesia. Melius est turbas tuas aliquando nō uideas, q; addicas, hoc est, uendas. Meminit hic nimiū magnifice Paracleti Montanici. Proinde diuus Hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum Tertuliani uolumina censens, librum de persecutione nominatim aduersus ecclesiæ scri ptum testatur. Nam constat Christianos in persecutionibus passim fugisse.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQVENTEM.

O Blocutus.) Hoc est in contrariam partem locutus, aduersus fugam uidelicet. Paracletum non recipiendo.) Paracletum Montani commentitium.
 Etiam alijs quæstionib; obnixi estis.) Hoc est etiam per alias quæstiones ob nitimini nobis & repugnatis. Quo facilius de obitu eius cõstare possit.) Hoc est de officio persecutionis. Si qui.) Pro Si quis. Approbationem scilicet seruorum eius.) Nos, ad probationem. Ex collatione Gorziensi.
 Hæc pala illa.) Pala rusticum est instrumentum uulgo notum.

Frumentū maturum.) Mendum est ut ut consentiant exemplaria. Nos suppos suimus Martyrum. Comparantur enim Martyres frumento, Paleis Negotores qui Martyrib; opponuntur. Sic & Agonem intelligi capit persecutio nem.) Et hic est capit pro eo quod Græcis est γριλέχτη. Hoc est Persecutio post intelligi quod sit agon. Siue probabile est esse agonem. Sic pauloante in De habitu muliebri, Sed hæc non capit æstimare. Et multis alijs in locis quum pra cedentibus tum sequentibus.

Ad eundem

Ad eundem Agonothetam.) Ita in Martyribus Bonum, inquit, agonem subi-
turæ estis, in quo Agonothetes deus uiuus est. In expeditione.) Aperte utitur
hoc uocabulo, nam expeditio militarem apparatum significat.

Et Stationibus.) Sic libro proxime præcedente, Vt si Statio facienda est. Item
in De Corona militis. Porro, statio die dominico fiebat, quo nefas erat precâtem
geniculari. In alterutra diligentia.) Hoc est mutua diligentia mariti in uxo-
rem, & uicissim uxor in maritum, aut alioqui proximi in proximum per officia
charitatis. Scire debemus quatenus nec pers.) Hanc periodum sic restituimus
ex collatione Gorziensi. Scire debemus quatenus nec persecutio est sine ini-
quitate diaboli, nec probatio fidei sine persecutione, propter probationem fidei ne-
cessariam iniqutatem non patrocinium præstare persecutioni, sed ministerium.

In temptationem uictricem.) Nos, in temptatione uictricem. Ex Gorziensi.

Dominus & ceteris dixisset. Trado.) Ex eadem collatione deprauatum locum
restituimus & scripsimus. Ecce, dixisset, trado tibi illum. Vt mox præcessit.

Vt cerneret uos.) Nos, ut discerneret uos, eiusdem fidem secuti. Sic supra. Et di-
scernens frumentum Martyrum. Velut frumentum, ne deficeret.) Haec uer-
ba sunt omessa, Verum ego rogaui pro te. Possum dicere.) Sic libro ad uxo-
rem primo, Possum dicere quod permititur, non est bonum. Vt in superio-
ribus.) Hoc est, in Job & apostolis. Aut ex causa probationis ex.) Nos repro-
bationis ex Gorziensi. Et mox pro cohabitationis, cohibitionis. Nec hanc spe 4
eiem permitti diabolo.) Subaudi, exempla in scripturis signata demonstrant, quæ
uerba præcesserunt. In sanctos humiliandos.) In præpositionem uertimus
in Ni. Phygelum.) In Gorziensi codice legitur, Philetum. Nec hic tantum.
De quo quis mirari queat. Catholice.) Graece dixit pro, in uniuersum sive,
Vniuersaliter. Siquidem Catholice & Ex parte, opponuntur inter se.

Simul conuenimus.) Repete coniunctionem, quoniam: quoniam simul conue-
nimus, & quoniam complures conuenimus. Antistamus.) Sic exprimit il-
lud quod apud Matthæu uulgo legimus Nonne uos magis pluris estis illis: Quod
Greco est, σχύμας μὲν οὐδεποτέ καὶ τὸν. Possumus iam consultationem tuam
inducere.) Inducitur propriè quod deletur. Hic consultationem inducere est tol-
lere dubium cōsultationis. Exponit autem seipsum, quum addit, Et determinare.

Quia nec debeat euadì.) Reposuimus hanc sententiam & mutilam suppleui-
mus ex Gorziensi, hoc modo, Sicut duplex ratio dependit, quia neq; debeat deui-
tari, neq; possit euadi quod à deo euenit. Non debet deuitari, quia bonū. Vbi sub-
auditur, Quod à deo euenit. Quid enim diuinū nō rationaler Diuina omnia
rationalia esse multis locis inculcat, Vt aduersus Marcionem, & in alijs item li-
bris. Sic in de pœnitentia, Quippe, inquit, res dei ratio. Quia deus omnium con-
ditor, nihil non ratione prouidit, disposuit, ordinauit, nihil non ratione tractari in-
telligi q; uoluit. Porro Diuina, ratione non carent, hoc est quod ipse uocat Ratio-
nale. Certum quid est, sed dat sens. leg.) Legendum, certum quid est, & Dat
sens. leg. Mox scripsimus, Nihil enim à deo. Ex collatione Gorziensi. Nun-
quid ideo status sensus sui addicitur.) Nos, pro sensus sui, sensui scripsimus. Item, 5
post quorum malo uenit, adiecimus uerbum displicet. Ex eadem collatione.

Eò adigitur.) Nos, euadì. Igitur, etiam in æditione proxima. Sed quod
meum est, inquit, fugio.) Obiectio fugæ causam reddentis.

Si cum negaturum te præsumis.) Nos, sicut negaturum te præf. Ex Gorziensi.

Nisi si uis confiteri, patiaris.) Pro patiaris lege pati non uis.

Aut constandum.) Castigauimus, Ad contestandum. Ex collatione. Et mox,
misericordia pro misericordia. Ex eadem.

6 Sic enim uoluit quidā fiet ipse fugitiuus.) Maluimus scribere, sed & ipse fugitiuus. Quo per totum orbem præd.) Quo, hoc est, qua de causa.

Eos passuros prædicabat.) Prædicare pro prædicere, Vt & in superioribus libris. Nestatu oppressis.) Statu hoc est ob statum. Hoc est, si persistissent nec fugissent. Statum enim opponit fugæ. Sic infra, Sine causa staturos ad tutelam gregis. Donec replerent doctrinæ sua.) Aflatius in accusatiuos mutauimus iuxta Gorziensem collationem. Sic infra, Donec scilicet doctrinam suam impleret.

7 Qui se per murum concederat expediri de persecutione.) Hoc est passus fuerat sibi consuli, extricariq; se de persecutione, per murum. Solitudini eorum non subscriptis.) Metaphora, hoc est nō cōsensit. Concessauit.) Hoc uerbo etiam in præcedentibus usus est. Qui mei confusus fuerit.) Hoc est de me, id est eru-

8 bescet me, Pudebit de me. Græcè ὅτι παραχωθεῖ με. Angelorum exercituū.) Hoc est auxilium exercituum qui ex angelis constarent. Intelligas interesse etiam fortit.) Pro interesse scripsimus, in te esse fortit, exigente hoc sensu.

Omnia Euangelij reuoluerunt.) Ex Gorziensi restituimus locum corruptum, Vt nunc legamus, Omnia Euangelizare uoluerunt. Hoc est, Apostoli uoluerunt omnia Euangelium sapere, siue referre Euangelium, & Euangelio respondere.

Cum maxime.) Hoc ad uerbio frequenter utitur. An patientia dicti sust. si cum per infirm.) Ilego, An patientia dicit sustinendos sicub; per infirmitatem f.s. offend. Lucrari nos uult cōmeatum.) Commeatum dare, Festus inquit, tempus est dare quo iri rediriq; possit. Dabatur militibus ab Imperatore commeatus, hoc est, discedendi facultas & intra præscriptum tempus redeundi. Hinc Tertulusianus s̄epe commeatum accipit pro tempore quo in hoc mundo degimus. Vt hic Et in libro quem scripsit aduersus Præxean, Si uoluerit, inquit, dominus in isto cōmeatu: si quo minus, die suo colligentur omnes adulteræ fruges. Item pro quolibet tempore, Vt in De pœnitentia, Certi enim, inquit, indubitate ueniat delictorum, medium tempus interim furantur, & commeatum sibi faciunt delinquendi, quām eruditio[n]ē non delinquēdi. De quo s̄a[me] dicūlum. Cæterum qui lugere nos iubet.) Germana lectio fulgere habet. Ex Gorz. Item, In qua timidorū existim audierat. Ex eadem. Quia timor supplicium habet.) Accipit supplicium pro supplicio siue cruciatu, Quod Græcè est, ο φόβος τολμησίας.

Vt & illius commemoremur.) Cōmemorari deponentialiter & actiue, hoc est, ut & illius mentionem faciamus. Hoc uerbum etiam alibi usurpat.

Publicaris.) Verba sunt Prophetæ Paracleti Montanici quam ecclesia Romana merito damnauit. Quod autem in hac est publicari, apud Tertullianum ante & post est traduci. Qui enim non publicatur in hominibus, scilicet propter modestiam Christianā. Quum conspiceris ab hominibus, hoc est traduci Tertulliano.

Qui fugiebat, rursus prælibabitur.) Demosthenes olim fugiens ex prælio illo Chæronensi in quo succubuerat Athenenses aduersus Philippum Macedonum regem pugnantes, fœdam eam fugam ob abiectum clypeum exprobrantibus solitus est hoc uerisculo respondere,

Αντρόφοι θύμημα, κή τάλιμοναχόστητον.

Bonum militem Chr. imp. s. præstat.) Ironia est. Mox delevimus particulā, ut.

Sed potius contemnit.) Hoc est parui facit itam eius, & pœnam meritam contemnit. Non deterretur, inquam, quo minus maneat. Nec enim tantifacit illam, ut uelit fugere. Nam iuxta sententiam poetæ ethnici, Leuiter, ex merito quicquid patere, ferendum est. Quæ uenit indignæ poena, dolenda uenit.

Inuidiam ei facere.) Hoc est deum in inuidiam adducere. Quām uelim.) Scribendum, quām bilem subaudi facere ei, hoc est, iram dei prouocare.

Secum ipsi actor, id est.) Gorziensis collatio docet legendum, Sed quum ipsi autores

autores, id est ipsi Diaconi, & Presb. Ad gradum in acie fugiendum suadere.) Pro fugiendum substituimus figendum. Sensus est, quis sustinebit hortari ad gradum figendum in acie. Porro saepe uelut proverbialiter utitur hoc sermone, Gradum figere. Ut aduersus Praxean, Hic mecum, inquit, gradum fige. Et infra, Hic ergo iam gradum uolunt figere stulti, immo caci. Rursum in de uelandis uirginibus. Vbi enim gradum fiximus de apostoli absoluta diffinitione.

Nondum domino adhuc Christo,) Appositiu[m] Domino Christo.

Detinebuntur illi missionis suae mercedes suae in compensatione.) Alludit hic ad missionem illam Euangelici patris familias de qua legimus Matth. 20. cap. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Missionem igitur accipit pro opera nauata. Perorant.) Hoc uerbo libenter utitur. Ex licentia fugæ.) Hoc est, ex permisso fugæ. Non est redimenda.) Hanc sententiam sic ascripsimus ex Gorziensi collatione, An si fugienda non est, redimenda certè sit. Vltro igitur.) Q.D. quum hoc tu nō quæsieris, sponste mea & de hoc tibi suggeram. Pretium interest.) Q.D. Pretium facit discri men. Gratuita.) Hoc est pretio carens. Sic in De habitu muliebri, Et per gratiū usum contumeliosi amatores uiderentur. Certe & huius.) Subaudi redemptionis consilium, timiditatis cōsilium est, hoc est, pertinet ad timiditatem.

Hominem tuū nummis ex sanguine s. red. Quam indignum.) Restituimus de prauatam lectionem ex Gorziensibus annotatiunculis, Ut autem redimas hominem tu nummis quem sanguine suo redemit Christus, quam indignum deo & dispositionis eius. Quæ postrema uerba Græcam constructionē referunt, apud Græcos enim Dignus genituum requirit. Sub tunica & sinu, quod aiunt.) Propter uerbū de hijs dīcī solūtūm quæ fiunt nō palām sed occulte. In sinū conferre dixit Lampridius in Commodo Antonino pro ad se rapere, & priuatis commodis applicare, Prēdam omnem, inquit, in sinū contulit. Item in sinū uertere. In eodem, Agebanturq[ue] omnia per alios, qui etiam condemnationes in sinū uertisse dicuntur. Quis tamen abnegatorem spernat.) Ironia est. Quid enim dicit ille Concussor.) Apud Lucam cap. 3. ad milites dicit Ioannes Baptista, οὐαὶ οἱ μαρτύρες, id est, neminem concutiat. Hinc Concussor dictus & Concussio. In Apologetico, Tot hostes eius quot extranei: & quidem proprij exæmulatio ne Iudæi: ex concussione milites, ex natura. Quum das, utiq[ue] ne tradarisi uoluisti. Voluisti dare ne tradarisi. Non traditus autē traduci habebas?) Non pro Nonne, quæsitiu[m], Traduci id est exponi omnium hominum oculis id quod Prophetia Montani uocat publicari, ceu diximus ante. Redimens, non ostendis?) Obiectio est numerantis Concussori pecuniam. Redimens s. me, non pro nonne ostendis s. me esse Christianum. nam alioqui me non redemissem.

Persecutiones prædicatas.) Hoc est prædictas. Quod antē dixit, Passurus illic quæ Agabus prophetauerat. Nihil interest, si quem Christianum redimere non debeas alium mente.) Duo postrema uocabula prorsus sunt deprauata. Nos ex Gorziensi collatione substituimus, aut emere. Aspice regnorū & imperiorū utiq[ue] à deo dispository statum.) Et hanc sententiam castigauimus ex eadem, Et adeo uoluntas dei sic est. ab apice regnorū & imperiorū utiq[ue] à deo disposito statu, in cuius manu cor regis. Sub aliquam redemptionem capit. Hoc est ut pro singulis capitib[us] siue hominib[us] aliquid numeretur. Vnde mox, Nullum nummum pro capite debemus. Et sectæ.) Non sonat in malā partem apud uetusissimos. Ita in De pallio, At ego iam illi etiam diuinæ sectæ ad disciplinæ commercium confero. In Apologetico, Hunc ædidimus & sectæ & nominis censem cum suo autore. Ut de compluribus alijs locis taceam, Cyprianus martyr

martyr, libri quarti epistola quinta, In eiusmodi, inquit, confessoribus gloriatur, quorum secta & conuersatio sic proficit ad præconium gloriae, ut magisterium carceris præbeat disciplinæ. Idem in prefatione ad Quirinum, Ad religiosam, inquit, sectæ nostræ disciplinam pertinentia. Licentiam sectæ.) Licentia in bonam partem, hoc est permissum religionis Christianæ. In hunc mundum.) Nos, in hunc modum etiam in æditione proxima. Et sic habet Gorziensis codex.

Imo contra faciem faciens.) Sic est in exemplaribus manu descriptis. Ego tamen arbitror accusatiuum faciem superuacaneum esse. Non in cōcussuræ.) Con-

cussura pro concusione. Hic subauditur ablatiuus causa.

Dabo igitur misericordiam.) Nos, misericordiae. Ex Gorziensi.

13 Omnia iam nunc Dominicarum.) Subaudi sententiarum Paulopost, scripsimus, Deberet de Mammonæ hominibus. Et reliqua. Si unus aut alius ita eruitur.) Videlicet numerando pecuniam pro redemptione. Massaliter totæ ecclesiæ tributum sibi irrogauerunt.) Massaliter hoc est simul & pro omnibus non sigillatim pro hoc aut illo. Sic libro quarto in Marcionem, Redactam scilicet, inquit, in dominum, ut in massalem suam summam. Item in Valentianis, Atq[ue] ita massaliter solidata. Quum in matricibus Beneficiariorum.) Matrices appellat libellos in quibus Cæfareo Fisco pensitatem descripti continebantur. Habebat & nomina militum inscripta Matrices siue Matriculae per diminutionem. Cassiodorus Variarum lib. xi. Et video Catellum, inquit, quem Matriculae series fecit accedere, nostra autoritas quoque Actorum Scrinij curam præcepit obtinere. Vnde Matriculati & Immatriculati dicti qui inscripti sunt. Et erant Beneficiarij, Imperiales ministri. Liber, cui titulus Notitia Orientis & Occidentis, indicat Prismicinium beneficiorum fuisse sub Comite rerum priuatarum. A quibus beneficijs siue muneribus qualia sunt quæ uulgo feuda vocant, quibus honestabantur per liberalitatem Cæsarum, dicti beneficiarij. Ut intelligas inter eos titulos beneficiorum, tributi unum fuisse à Christianis exigendi. Et curiosorum.) Scripti Curiosorum. Erant autem Curiosi, qui in comitatu Præsulum admissa per provincias renunciabant. Magister Officiorum habebat sub se Curiosum cursus publici præsentalis unum, & Curiosos per omnes provincias, quemadmodum docet Notitia Orientis & Occidentis quam modo citauimus. Extat titulus de Curiosis & Stationarijs libro xij. Codicis. Inter Tabernarios.) Tabernarij sunt Popiniones, & caupones, hoc est qui dapes, & uina, aut qui alias etiam res in tabernis uenditæ. De Capitularijs Horrearius & Tabernariorum mentionem facit Cassiodorus Variarum libro decimo. Et Ianios.) Sic habet exemplar Hirsaugense. Quæ res me mouit ut supponerem Ianios At in Gorziensi ianeos legitur, quasi uoluerit Ianæos appellatos fortassis à Iano illo fori Romani, hoc est, circumforaneos. Venditatores uidelicet & propolas.

Et fures Balnearum.) His grauiorem poenam infligendam autores sunt Iure consulti. Et eius rei causam affert Aristoteles in problematis.

Hanc episcopatuiformam.) Ironia est. Scilicet ironiam habet cum amaritudine coniunctam. Per Saturnalitia redimendam.) Saturnalitorum nomine munera intelligit, qualia in Saturnalibus ultro citroque sole bant à Romanis missitari. Sed quomodo colligemus, inquis.) Colligere uocabant congregare populum in aliqua basilica. Vnde collecta pro precatione qua populus cum sacerdote orabat nunc pro hac re nunc pro alia. Quidam etiam Collectam facere dicunt sic congregare plebem. Officia militaria.) Officiales & ministros publicos intelligit. Habet noctem luce Christi luminosi aduersus eam.) Sensus est, Habet noctem in luce Christi, qui luminosus & illustris est

est aduersus eam noctem. Quàm addicas.) Quod est uendentis. Rem ue/
nalem addicit licitatori uendorum quum ei illam adiudicat.

Et ideo Paracletus necessarius.) Paracletum illum Montani ficitum nūmis
magnifice prædicat. Nec hic tantum.

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTVLLIANI, DE FVGA IN
PERSECUTIONE LIBER.



V A E S I S T i proximè, Fabi frater, fugiendū nec
ne sit in persecutione, quod nescio quid annūcia-
retur. Ibidem ego oblocutus aliquid pro loco ac¹
tempore & quarundā personarū importunitate,
semiractatā materiā abstuli mecum, plenius eam
de stilo nunc renunciaturus, utpote quam ei tua
consultatio cōmendarat, & conditio temporū suo
iam nomine iniunxerat. Quanto enim frequen-
tiores imminēt persecutio[n]es, tanto exanimatio-

Lunior

Paracletus
Montani

procuranda est, quomodo eas excipere fides debeat. Procuranda aut̄ ex-
aminatio penes uos: si forte paracletū nō recipiendo deductorē omnis ueri-
tatis, merito adhuc etiā alijs quæstionibus obnixi estis. Igitur consultationi
tuæ ordinē quoq; induimus, animaduertētes ant̄ determinari oportere de
statu ipsius persecutionis, utrū à deo obueniat an à diabolo, quo facilius de
obitu eius constare possit. Omnis enim rei inspectio, autore cognito planior.
Satis est quidē prescribere, Nihil fieri sine dei uoluntate. Sed nō statim hac
sententia cæteris retractauerimus. Locū dabimus, ne à præsenti articulo auo-
cemur. Si qui responderit, ergo & malū à deo, & delictū à deo: nihil iam in
diabolo, nihil etiā in nobis ipsis: De persecutione nunc quæritur. Circa hāc
interim dixerim, Nihil fieri, sine dei uolūtate, respiciens eā in primis dignā
deo esse, & (ut ita dixerim) necessariā ad probationē scilicet seruorū eius, siue ²
reprobationem. Quis est enim exitus persecutionis, quis effectus alias, nisi ^{Persecutio.}
probatio & reprobatio fidei, qua suos utiq; dominus examinavit? Hoc no-
men iudicium est persecutio, per quā quis aut probatus aut reprobatus iudi-
catur. Porro iudicium soli deo cōpetit. Hæc pala illa, quæ & nunc dominicam
aream purgat, ecclesiā scilicet, confusum acerū fideliū euentilans, & discer-
tens frumentū martyrum, & paleas negatorū. Hæc etiā scalæ quas somniat ^{Iudicium.}
Jacob, alijs ascensum in superiora, alijs descensum ad inferiora demonstran-
tes. Sic & agonem intelligi capit persecutionem. A quo certamen edicitur, ^{Pala areæ do-}
nicae pur-
gatrix.

Martyres.

Negatores.

Scale Jacob.

Persecutio,

agon quidam

priè uicerint in persecutione, uincendo luctati, reuera non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritalia nequitiae. Ita agnosces ad eundem Agorem nothetam pertinere certaminis arbitrium, qui inuitat ad præmium. Totum quod agitur in persecutione, gloria dei est probantis & reprobantis, impudentis & deponentis. Quod autem ad gloriam dei pertinet, utique ex uoluntate illius eueniet. Sed quādō deus magis creditur, nisi cum magis tignet.

Ecclesia in at- nisi in tempore persecutionis: Ecclesia in attonito est. Tunc & fides in expectatione est. ditione sollicitior, & disciplinatior in Ieiunijs, & Stationibus, & Orationibus, Ieiunia. & Humilitate, in alterutra Diligētia, & Dilectione, in Sanctitate, & So- Stationes. brietate. Non enim uacatur nisi Timori & Spei. Adeo & ex hoc ipso ostendit nobis, nō posse diabolo deputari eam, quæ meliores efficit dei seruos. Orationes. **Diligentia mu-** Si, quod iniuitas à deo non est, sed à diabolo, persecutio autem ex iniui-tui obsequij. tate consistit (quid enim iniuius, quām ueri dei antistites omnes sectatores Dilectio. ueritatis, nocentissimorum more tractari?) ideo uidetur persecutio à diabolo Sanctitas. lo euenire, à quo iniuitas agitur, ex qua constat persecutio: scire debemus quatenus nec persecutio potest sine iniuitate diaboli, nec probatio fidei sive persecutione, propter probationem fidei necessariam iniuitatem, nō patrociniū præstare persecutioni, sed ministeriū: præcedere enim dei uolun-tatem circa fidei probationem, quæ est ratio persecutionis: sequi autem dia-boli iniuitatem ad instrumentum persecutionis, quæ ratio est probationis, Iniquitas, iu-stitia est mate-ria ad testimo-nia eius. Nam & aliâs in quantum iustitiae iniuitas æmula est, intantum materia est ad testimonia eius, cuius est æmula: ut sic iustitia iniuitate perficiatur, quo modo uirtus in infirmitate perficitur. Nam infirma mūdi electa sunt à deo, ut confundantur fortia: & stulta eius ut confundatur sapientia. Ita & iniuitas adhibetur, ut iustitia probetur confundens iniuitatem. Igitur quād ministerium non est arbitrij, sed seruitij: (arbitrium enim domini) Persecutio, propter fidei probationem: ministerium autem iniuitas diaboli, propter persecutionis instructionē: ita eam per diabolum si forte, non à diabolo es-uenire credimus. Nihil Satane in seruos dei uiui licebit, nisi permiserit domi-nus, ut aut ipsum destruat per fidem electorum in tentatione uictricem: aut homines eius fuisse traducat, qui defecerint ad illum. **Iob**, cui diabolus nullam potuit incutere tentationem, nisi à deo accepisset potestatem, nec in substantiam quidem eius, nisi dominus, Ecce, dixisset, omnia quæ sunt ei, in manu tua do, in ipsum autem ne extenderis manum. Denique nec extendit, nisi postea quām & hoc postulāti, Dominus, Ecce, dixisset, tra-do tibi illum, tantum animam eius custodi. Sic & in Apostolos facultatem tentationis postulauit, nō habens eam nisi ex permisso. Siquidem dominus in Euangeliō ad Petrum: Ecce, inquit, postulauit Satanas ut discerneret uos uelut frumentum: uerum ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua: id est, ne tantū diabolo permetteretur, ut fides periclitaretur. Quo ostenditur, utrumq[ue] apud

apud deū esse, & concussionē fidei, & protectionē, cum utruncq; ab eo petitur, concusso à Diabolo, protectio à Filio. Et utiq; cum Filius dei protectionem fidei habet in sua potestate, quā à patre postulat, à quo omné accipit potestatē in cœlis & in terris, quale est ut concussionē Fidci diabolus in manu sua habeat: Sed in legitima Oratione cum dicimus ad patrē: Ne nos ^{Legitima ora} inducas in temptationē (quæ aut̄ maior tentatio q̄ perfecutio?) ab eo illā pro ^{tio, oratio dos-} fitemur accidere, à quo ueniam eius deprecamur. Hoc est enim quod sequitur. ^{minicā,} Sed erue nos à maligno, id est, ne nos induxeris in temptationē, permitte ^{mōrūp;} do nos maligno. Tunc enim etuimur diaboli manibus, cū illi non tradimur in temptationē. Nec in porcorū gregem diaboli legio habuit potestatem, nisi ^{Oues dei,} eam de deo impetrasset, tantum abest ut in oves dei habeat. Possum dicere ^{Christiani} porcorum quoq; seras tunc numeratas apud deum fuisse, nedum capillos sanctorum. Habere uidetur diabolus propriam potestatem, si forte, in eos qui ad deum non pertinent, semel in stillam situlæ, & in puluerem areæ, & in saliuam Nationibus deputatis à deo, ac per hoc diabolo expositis in uacuâ quodāmodo possessionem: Cæterū in domesticos dei nihil illi licet ex propria potestate: quia quando liceat, id est ex quibus causis, exēpla in scripturis signata demonstrant. Aut enim ex causa probationis cōceditur ei ius temptationis prouocato uel prouocanti, ut in superioribus. Aut ex causa reprobationis traditur ei peccator quasi carnifci in poenam, ut Saul, Et abscessit, inquit, spiritus domini à Saule, & concutiebat eum spiritus nequam à domino, & suffocabat eū. Aut ex causa cohibitionis, ut Apostolus refert datum sibi sudem angelum Satanae ut colaphizetur: Nec hanc speciem permitti diabolo ni sanctos humiliando per carnis vexationem, simul ut & virtus tolerantiae scilicet in infirmitate perfici possit. Nam & ipse Apostolus Phlegelum & Hermogenem tradidit Satanae uti emendentur, ne blasphement. Vides iam & à seruis dei facilius diabolum accipere potestatem, tāto abest ut eam ex proprietate possideat. Cum ergo & hæc exempla magis in persecutionibus euéniant, siquidem magis tunc probamur uel reprobamur, & magis tunc humiliamur uel emendamur, ab eo permittatur uel imperetur necesse est, catholicè fieri hæc, à quo & ex parte, scilicet ab illo qui dicit, Ego sum qui facio pacem, & condo mala, id est, bellum. Hoc est enim cōtrarium paci. Nostræ autem paci quod est bellum, quām persecutio? Si persecutio nis uel maximè exitus, aut uitam auferunt, aut mortem, aut plagam, aut damnationem: habes autorem eiusdem, Ego percutiam & sanabo, ego uiuificabo & mortificabo. Vram, inquit, illos sicut urit aurum: & probabo, inquit, illos sicut probatur argentum. Cum enim exurimur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Hæc erunt ignea iacula Diaboli, per quæ fiduciæ iacula dei iustio & cōflatio administratur ex dei tamen uoluntate. De isto quis dubitare possit ignoro, nisi planè fruolæ & frigida fides, deprehendens eos qui

Gg timidè

timidè conueniant in ecclesiam. Dicitis enim, quoniam inconditè contumus, simul conuenimus, & cōplures cōcurrimus in Ecclesiā, quærimus à Nationibus: & timemus ne turbentur Nationes. An non scitis quod deus omnium sit dominus? Et si uelit deus, tunc persecutionē patieris. Si vero noluerit, silebunt Nationes. Credas utiq: si tamen in eum deū credis, sine cuius uoluntate nec passer unius assis cadit in terrā. Nos aut puto multis passeribus **Antistar** antistamus. Igitur si constet à quo persecutio eueniat, possumus iam cōsultationem tuam inducere, & determinare ex hoc ipso prætractatu, Fugendum in persecutione nō esse. Si enim persecutio à deo euenit, nullo modo fugiendum erit, quod à deo euenit. Sicut duplē ratio dependit, quia neq: debeat deuitari, neque possit euadi quod à deo euenit. Non debet deuitari, quia bonū. Necesse est enim bonū esse omne quod deo uisum est. Et nunquid ideo in Genesi sic positū est, & uidit deus quia bonum est, non quod ignoraret bonū esse nisi uidisset, sed ut hoc sano portēderet bonū esse quod deo uisum est? Multa quidē sunt quæ à deo euenant & alicuius malo euenant. Imò bonū est ideo, quia à deo euenit, ut diuinū rationale. Quid enim diuinū nō rationale, nō bonū? Quid bonū, non diuinū? Si aut sensui cuiuscq: uidetur, non sensus hominis præjudicat statui rerū, sed status sensui. Status enim unusquisq: certū quid est, & dat sensui legē, ita sentienti statū si est. Si aut statu quidē bonum quod à deo uenit (nihil enim à deo non bonū, quia diuinum, quia rationale) sensui uero malum uidetur: erit status in tuto, sensus in uitio. Statu optima res Pudicitia, & Veritas, & Iustitia, quæ à multorum sensu displicant. Nunquid ideo status sensui addicitur? Ita & persecutio statu bona est, quia diuina & rationalis dispositio: sensui eorum uero quorum malo uenit displiceret. Vides etiam illud malum rationē apud deum habere, cum quis in Persecutione euertitur de salute, sicut & bonum illud rationē contingere, cum quis ex Persecutione proficit in salute? nisi si irrationaliter quis aut perit apud dominum, aut saluus est: is non poterit Persecutionem malum dicere, quæ etiam in malis par bonum est, dum ratione administratur. Ita si bonum Persecutio quoquo modo, quia de statu constat, merito definimus quod bonum est uitari non oportere: quia delictum sit quod bonū est recusare, eo amplius quod deo uisum est: iam uero nec posse uitari, quia à deo euenit, cuius uoluntas non poterit euadi. Igitur qui putant fugiendū, aut malū exprobrant deo, si persecutionem uti malum fugiunt, bonum enim nemo deuitat: Aut fortiores se deo existimant, qui putant se euadere posse, si deus tale aliquid uoluerit euenire. Sed quod meum est, inquit, fugio, ne peream si negauero. Illius est, si uoluerit etiam fugientem me reducere in medium. Hoc mihi prius responde, certus es negaturum si non fugeris, an incertus? Si enim certus, iam negasti: quia præsumendo te negaturū, id despondisti de quo præsumpsisti, & uanè iam fugis ne p^g

nēges, qui si negaturus es, iam negasti: Si uero incertus es, cur non ex aequalitate incerti metus inter utrumque euentum, etiam confiteri te posse præsumis, & saluum magis fieri quo minus fugias? sicut negaturum te præsumis, ut fugias. Iam nunc aut in nobis est utrumque, aut totum in deo. Si in nobis est confiteri aut negare, cur non id præsumimus quod est melius, id est confessuros nos? nisi si uis confiteri, pati non uis. Nolle autem confiteri, negare est. Si uero in deo totū est, cur nō totū relinquimus arbitrio eius: agnoscentes virtutem & potestatem quod possit nos sicut fugientes educere in medium, ita & non fugientes, imò & in medio populo conuersantes obumbrare. Quale est ut ad fugiendum, deo honorem reddas, qui possit te etiam fugientem producere in mediū: ad contestandū autem in honores illum, desperans potētiam protectionis ab illo: Quanto magis ex hac parte cōstantiae & fiduciae in deum, dicas, Ego quod meum est facio, non discedo. Deus si uoluerit, ipse me proteget. Hoc potius nostrum est, stare sub dei arbitrio, quā fugere sub nostro. Rutilius sanctissimus martyr, cum totiens fugisset Rutilius persecutionē de loco in locū, etiam periculū (ut putabat) nummis redemisset, post totam securitatem quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus & Præsidi oblatus, tormentis dissipatus, credo pro fugae castigatione, de hinc ignibus datus, passionem quam uitarat, misericordiæ dei retulit. Quid aliud uoluit dominus nobis demonstrare hoc documento quā fugiendū non esse, quia nihil fuga pro sit si deus nolit? Imò, inquit, quia præceptum adimpluit, fugiens de ciuitate in ciuitatem. Sic enim uoluit quidam sed & ipse fugitiuus argumentari, & qui proinde nolunt intelligere sensum domini illius pronuntiationis, ut eam ad uelamentū timiditatis suæ utantur, cum & personas suas habuerit & tempora & causas, Cum coeperint, inquit, persequi uos, fugite de ciuitate in ciuitatē. Hoc in persona propriè Apostolorū & in tempora & in causas eorum pertinere defendimus, sicut subsequentes sensus probabunt, qui non nisi in Apostolos competunt: In uiam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues perditas domus Israelis. Nobis autem & via Nationum patet, in qua & inueni sumus, & usque in finem incedimus: & nulla ciuitas excepta est, quo per totum orbem prædicamus: sed nec cura nobis Israelis iniuncta est extra ordinem, nisi quā & omnibus gentibus prædicare debemus. Etiam si apprehendamur, non in concilia eorum perducemur, nec in synagogis illorum flagellabimur, sed Romanis utique Potestatibus & tribunalibus obijciemur. Romanæ potestate & tribunalia Si igitur & fugae præceptum, Apostolorum conditio desiderabat, quotiam primò prædicandum erat ad oues perditas domus Israelis: ut ergo percipie retur prædicatio apud quos priores eam perfici oportebat, uti panem ante filij quā caues sumerent, ideo illis fugere tunc ad tempus præcepit, nō propter eludendum periculum proprio nomine persecutionis (atquin persecu-

Gg 2 tiones

Apostoli propter profectū annuncandi Euāgeliū sunt iussi fugere

tiones eos passuros prædicabat, & tolerandas docebat) sed propter profectum annunciationis, ne statu oppressis, Euangelij quoq[ue] disseminatio perimeretur. Neque enim quasi tacitè in aliquam ciuitatem transfugiendum erat, sed quasi ubique annunciaturis, & ex hoc ubique persecutio[n]es subiutoris, donec replerent doctrinam suam. Denique non consummabitis, inquit, ciuitates Israelis. adeo intra terminos Iudææ præceptum fugæ continebatur. Nobis autem nulla Iudææ præfinitio competit, prædicationis, in omnem iam carnem effuso Spiritu sancto. Itaque Paulus & Apostoli ipsi, meto[re]s præcepti dominici, contestantur illud apud Israel quem iam doctrina sua impleuerant, Vobis oportuit in primis sermonem dei tradi. sed quoniam repulisti eum, nec dignos uos æterna uita existimasti, ecce conuertimus nos ad Nationes. Atque exinde conuersi & ipsi sicut antecessores instituerant, & in uiam Nationum abierunt, & in ciuitates Samaritarum intrierunt, ut in totam scilicet terram exiret sonus corum, & in terminos orbis uoces eorum. Si ergo cessauit exceptio uiae Nationum & in ciuitates Samaritanorum, cur non cessauerit & fugæ præceptū pariter emissum? deniq[ue] ex quo saturato Israele Apostoli in Nationes transferunt, & fugerunt de ciuitate in ciuitatem, nec pati dubitauerunt. quin & Paulus qui se per murum

7 concesserat expediti de persecutione, quâ ad hoc tempus erat præcepti, idem iam in clausula officij, & in consummatione præcepti discipulis magnopere deprecatis, ne se Hierosolyma committeret passurus illic quæ Agabus prophetauerat, sollicitudini eorum non subscriptis, sed econtrario, Quid, inquit, facitis lachrymantes & conturbâtes cor meū? Ego enim nō modo uincula pati optauerim, sed etiā mori Hierosolymis pro nomine domini mei Iesu Christi. Atque ita omnes aierunt, fiat uoluntas domini. Quæ erat uoluntas domini: utique non fugiendi iam persecutionem. Cæterum poterant & priorem domini uoluntatem proposuisse, qua fugere madauerat, qui illum persecutionem uitasse maluerant. Igitur cum etiam sub Apostolis ipsis temporale fuerit fugæ præceptum, sicut & reliquorū præscriptorum, nō potest apud nos perseverare quod apud doctores nostros cōcessauit, & si nō propriè ad illos fuisset emissum: Aut si perseverare illud dominus uoluit, deliquerunt Apostoli qui non usq[ue] in finem fugere curauerūt. Videamus nūc an & cætera domini edicta congruant perpetuo fugæ præcepto: Primo quis dem si à deo persecutio est, quale est ut idem fugiendam eam mandet, qui & infert: quam si euadi uellet, melius non immitteret, ne uoluntatem suam alia uoluntate præuaticari uideretur. Aut pati enim nos uoluit persecutio[n]em, aut fugere. Si fugere, quomodo pati: si pati, quomodo fugere: Iam uero quanta inæqualitas sententiarum iubentis fugere, & inuitantis ad passionem contrariam fugæ: Qui confessus fuerit me, & ego confitebor illum coram patre meo. Quomodo confitebitur fugiens, quomodo fugiet confitens

Solicitudini eorum nō subscrifit

Aff. 21

Fuge præceptū temporale

fuerit fugæ præceptum, sicut & reliquorū præscriptorum, nō potest apud nos perseverare quod apud doctores nostros cōcessauit, & si nō propriè ad illos fuisset emissum: Aut si perseverare illud dominus uoluit, deliquerunt Apostoli qui non usq[ue] in finem fugere curauerūt. Videamus nūc an & cætera domini edicta congruant perpetuo fugæ præcepto: Primo quis dem si à deo persecutio est, quale est ut idem fugiendam eam mandet, qui & infert: quam si euadi uellet, melius non immitteret, ne uoluntatem suam alia uoluntate præuaticari uideretur. Aut pati enim nos uoluit persecutio[n]em, aut fugere. Si fugere, quomodo pati: si pati, quomodo fugere: Iam uero quanta inæqualitas sententiarum iubentis fugere, & inuitantis ad passionem contrariam fugæ: Qui confessus fuerit me, & ego confitebor illum coram patre meo. Quomodo confitebitur fugiens, quomodo fugiet confitens

tens? Qui mei confusus fuerit, & ego confundar eius coram patre. Si deinde
 passionem, confundo confessionem. Felices qui persecutionem passi fuerint *utrāq[ue] pat*
 causa nominis mei. Infelices ergo qui fugiendo ex praecepto nō erunt passi.
 Qui sustinuerit in finem, iste saluabitur. Quid ergo me iubens fugere, uis in
 finem sustinere? Tanta diuersitas sententiarum, si non congruit diuinæ gra/
 uitati, apparet ex his quoq[ue] præceptum fugæ suam tunc habuisse rationem *Diuinæ gratiæ
uitas*
 quam ostendimus. Sed infirmitatem, inquit, quorundam prospiciens domi/
 nus, pro sua humanitate nihilominus & portum fugæ demonstrauit. Non
 enim idoneus erat etiam sine fuga tam turpi & indigno & seruili præsidio
 salvos facere in persecutione, quos sciret infirmos. At qui non fouet, sed recu/
 sat semper infirmos, primum docēs non fugiendos esse persecutores, sed po/
 trius nō timendos. Nolite timere eos qui corpus occidere possunt, animæ au/
 tem nihil ualēt facere. Sed timete eum qui & corpus & animā perdere po/
 test in gehennam. Atq[ue] exinde quæ timidis præfuit? Qui pluris fecerit ani/
 mam suam quam me, non est me dignus. Et qui non tollit crucem suam, &
 sequitur me, non potest esse meus discipulus. Postremo in Apocalypsi non *Apoc. 12*
 fugam timidis offert, sed inter cæteros reprobos particulam in stagno sul/
 phuris & ignis, quod est mors secunda. Refugit & ipse uim interdum, sed
 eadem ratione qua Apostolis fugere præceperat, donec scilicet doctrinam
 suam impleret, qua consummata nō dico stetit, sed nec auxilium à patre an/
 gelorum exercituū desiderauit, increpito etiam Petri gladio. Professus qui/
 dem & ipse est animam anxiā usq[ue] ad mortē, & carnē infirmā, ut tibi osten/
 deret primò in se utrāq[ue] substantiam humanam fuisse ex proprietate anxie/
 tatis animæ & imbecillitatis carnis, ne aliam, ut quidam nunc induxerūt, aut
 carnem aut animam Christi interpretareris. Dehinc ut demonstratis condi/
 tionibus earū, scires illas nihil ualere per semetipsas sine spiritu. Et ideo præ/
 ponit, Spiritus promptus, ut utrāq[ue] conditionem substantiæ utriusq[ue] respi/
 ciens intelligas in te esse etiam fortitudinem spiritus, quo modo & infirmi/
 tatem carnis: ac iam hinc scias quid unde facias, & quid cui subiicias, infirmū
 scilicet forti: ne, ut nunc facis, de carnis quidem infirmitate causeris, de spiri/
 tus autem firmitate dissimiles. Postulauit & ipse à patre, si fieri posset, tran/
 siret ab illo calix passionis. Postula & tu, sed stans ut ille, sed postulans tan/
 tum, sed subiunges & reliqua: Verum non quod ego uolo, sed quod tu. Fu/
 giens aut̄ quomodo hoc postulabis, ipse tibi præstans calicis trāslationem,
 nec quod pater uult, faciens, sed quod tu? Omnia Apostoli secundū deum
 utiq[ue] docuerunt, omnia Euangelizare uoluerunt. Vbi illos ostendis præce/
 ptum fugiendi de ciuitate in ciuitatem restaurasse: quia nec potuissent tale
 quid constituere tam contrarium exemplis suis, ut fugam mandarent, qui
 cum maxime de uinculis vel insulis, quibus ob confessionem non ob fugam
 nominis continebātur, ad Ecclesiā scribebāt. Infirmos sustinere iubet Paulus
 Gg 5 lus

Fuge portus
Fuga, turpe
& indignum
& seruile
præsidium

8
Auxilium aū,
gelicorum
exercituū

Marcionite
Apellite

Translatio
calicis
Apostoli

lus. utiqz enim non fugientes. Quomodo enim sustinebantur absentes? An patietia dicit sustinendos, sicuti per infirmitatem fidei suae offendent. Sic & pusillanimes consolari, non tamen in fugam mitti. Sed cum admonet ne locum Malo demus, non fugae suggerit consilium, sed iracundiae docet tem-

Commentarius peramentum. Et si redimendum tempus dicit, quia dies nequam sunt, non per fugam, per sapientiam conuersationis, lucrari nos uult comeatum. Ceterum qui fulgere nos iubet uelut filios lucis, non iubet fuga abscondi ut filios tenebrarum. Stare immobiles præcipit, utiqz nec fuga mobiles: & accinctos, in fugam an in occursum euangelij: arma quoqz demonstrat, quæ fugiaturis noⁿ essent necessaria, inter quæ & clypeum, quo possit tela diaboli extinguere, resistentes sine dubio & excipientes omnem uitam illius. Proinde & Ioannes pro fratribus quoqz animas ponendas docet, nedum pro Domino. Hoc à fugientibus non potest adimpleri. Deniqz memor Apocalypsis suæ, in qua timidorum exitum audierat, de suo sensu admonet & ipse, timor.

Ioan. 4 rem reñciendum. Timor, inquit, non est in dilectione. Sed enim perfecta di-
9 lectio foras mittit timorem, quia timor supplicium habet, utiqz ignem stagni. Qui autem timet, non est perfectus in dilectione dei scilicet. Porro quis fugiet persecutionem, nisi qui timebit? Quis timebit, nisi qui non amavit? Spiritum uero si consulas, quid magis sermone illo Spiritus probat: namqz omnes penè ad martyrium exhortatur non ad fugam, Vt & illius

**Noue prophe-
tie herba** commemoremur: Publicaris, inquit, bonum tibi est. Qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in domino. Ne confundaris, iustitia te producit in medium. Quid confunderis laudem ferens. Potestas fit, cum conspicias ab hominibus. Sic & alibi, Nolite in lectulis, nec in aborsibus, & febris mollibus optare exire, sed in Martyribus, uti glorificetur qui est passus pro uobis. Sed omissis quidam diuinis exhortationibus, illum magis Gravum uersiculum secularis sententiæ sibi adhibent,

**Ανὴρ ὁ φύσις
γενητὸς πάτερ
λαμπεῖσθαι** Qui fugiebat, rursus præliabitur,

Vt & rursus forsitan fugiat. Et quando uincet, qui cū fugerit, uictus est? Bonum militem Christo imperatori suo præstat, qui tam plenè ab Apostolo armatus, tuba persecutionis audita, diem deserit persecutionis. Respondebo & ego de seculo aliquid,

Vsqz adeo ne mori miserum est:

Moriatur quoquo modo aut uictus, aut uictor. Nam & si negando ceciderit, cum tormentis tamen præliatus. Malo miserandum quam erubescendum. Pulchrior est miles in pugna prælio amissus, quam in fuga saluus. Tumes hominem, Christiane, quem timeri oportet ab angelis: siquidem angelos iudicaturus es: quem timeri oportet à dæmonib[us], siquidem & in dæmonias accepisti potestatem: quē timeri oportet ab uniuerso mundo, siquidem & in te mundus iudicatur. Christum induitus es, siquidem in Christum in-

ctus

Etus es. Qui fugis diabolum, depreciasti Christum qui in te est. Fugituum
 eum diabolo te reddidisti. Sed Dominū fugiens, exprobras omnibus fugi-
 tiuis sui uanitatem consiliū. Fugerat & quidam animosus Prophetes domi-
 num, traiecerat ab Ioppe Tarsum, quasi & à deo trāsfretaret: sed illum non
 dico in mari & in terra, uerum in utero etiā bestiæ inuenit, in quo nec mori
 per triduum potuit, nec uel sic deum euadere. Quanto melius seruus, qui si-
 tue iniquus deum timens non fugit eum, sed potius contemnit, confidens scilicet
 de tutela domini: Siue deum reformidat, quanto magis sub oculis eius
 astigit, dicens: Dominus est, potens est: omnia illius sunt: ubi fuero, in ma-
 tu eius sum: faciat quod uult, non discedo: & si perire me uolet, ipse me per-
 dat, dum me ego seruo illi. Malo inuidiam ei facere per uoluntatē ipsius pe-
 reundo, quām bilem, per meam euadendo. Hoc sentire & facere omnem ser-
 uum dei oportet, etiam minoris loci, ut maioris fieri possit, si quē gradū in
 persecutionis tolerantia ascenderit. Sed quū ipsi autores, id est, ipsi Diaconi,
 & Presbyteri, & Episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit, qua-
 ratione dictū, Fugite de ciuitate in ciuitatem? Itaq; cum duces fugiunt, quis
 de gregario numero sustinebit ad gradū in acie figendum suadere? Certè io
 quidem bonus pastor animā pro pecoribus ponit: ut Moyses non domino
 adhuc Christo reuelato, etiam in se figurato ait: Si perdis hunc populum,
 inquit, & me pariter cum eo disperde. Cæterum Christo confirmante figu-
 ras suas, malus pastor est qui uiso lupo fugit, & pecora diripienda derelin-
 quit: proīcietur de villa pastor huiusmodi: detinebuntur illi missionis suæ
 mercedes suæ in compensatione, imò & de priore peculio eius exigetur de-
 trimenti dominici restitutio. Etenim qui habet, dabitur ei: ab eo autem qui
 non habet, etiam quod uidetur habere, auferetur. Sic Zacharias commina-
 tur: Exurge romphea in pastores, & euellite oues, & superducam agnum
 meum in pastores. In quos & Ezechiel & Hieremias ijsdem minis perorat,
 quod nō tantū de pecoribus improbè uescantur pascētes potius semetipſos,
 uerum & dispersum gregem faciāt, & in prædam esse omnibus bestijs agri,
 dum non est pastor illis. Quod nunquam magis fit, quām cum in persecu-
 tione destituitur Ecclesia à Clero. Si & spiritum quis agnouerit, audiet fugi-
 tiuos denotantem. Porrò si eos qui gregi præsunt, fugere, cum lupi irruunt,
 nec decet, imò nec licet (qui enim talem Pastorem malum pronūciauit, utiq;
 damnauit: omne autem quod damnatur, illicitum factum est sine dubio)
 ideo Præpositos Ecclesiæ in persecutione fugere non oportebit. Cæterum si
 grex fugere deberet, nō deberet Præpositus gregis stare, sine causa status
 ad tutelam gregis: quam grex nō desideraret ex licentia fugæ scilicet. Quod
 pertineat frater ad tuum problema, habes sententiae nostræ responsonem
 & exhortationem. Porrò qui querit, an persecutio fugienda sit, sequentem
 quoque iam prospiciat necesse est: an si fugienda non est, redimenda

*Jonas à deo
transfretare
conatus*

*Diaconi
Presbyteri
Episcopi*

CLERVVS

*Prepositus
ecclesiæ*

certe sit. Vltro igitur & de hoc tibi suggeram, definiens persecutionē quam constat non esse fugiendam, proinde nec redimendam. Precium interest.

Fuga Redemptio Cæterum sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio nummaria fuga est. Certè & huius, timiditatis consiliū est. Quod times, redimis, ergo fugis. Pedibus stetisti, curristi nummis. Hoc ipsum quod stetisti ex redemptione, fugisti. Ut autem redimas hominem tu nummis, quem sanguine suo redimit Christus, quām indignum deo & dispositionis eius, qui filio suo nō pergit pro te, ut fieret maledictū pro nobis, quia maledictus qui pependerit in ligno : qui tanquam ouis ad victimam ductus est, & tanquam agnus ante condentē, sic non aperuit os: sed posuit dorsum suum in flagella, maxillas autem in palmas, & facie non auertit à sputaminibus, & inter iniquos deputatus est, & traditus est in mortem, mortem autem crucis. Totum hoc, ut nos à peccatis lucraretur. Sol cessit diem emptionis nostræ. Apud inferos emancipatio nostra est, & stipulatio nostra in caelis: subleuatæ sunt portæ sempiternæ, ut introiret rex gloriae, Dominus virtutum, hominem de terris, immo ab inferis, mercatus in caelos. Quis est nunc qui aduersus illum reluctatur, immo depreciat, & mercedem eius tam magno comparatam preciosissimo scilicet sanguine, commaculat? Iam ergo melius fugere quām fieri uilerem, si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit domino. Et dominus quidem illum redemit ab angelis munditenentibus potestatibus, à spiritualibus nequiciæ, à tenebris huius ævi, à iudicio æternio, à morte perpetua.

Proverb. Sub tunica & sinu II Tu autem pro eo pacifceris cum Delatore, uel Milite, uel furunculo aliquo Præside, sub tunica & sinu (quod aiunt) ut furtiuo, quem coram toto mundo Christus emit, immo & manu misit. Hunc ergo liberum precio æstimabis, & precio possidebis, nisi eodē quanto (ut diximus) domino cōstītit, sanguine suo scilicet. Ut quid ergo de homine Christum redimis in homine in quo Christus est: Non aliter & Simon facere tentauit, cum pecuniam Apostoli obtulit pro spiritu Christi. Audiet ergo & iste qui se redimens, Christi spiritum redemit: Pecunia tua tecum sit in interitum: quotiam gratiam dei, precio consequēdam putas? Quis tamen abnegatore spernat? Quid enim **Concussor** dicit ille Concussor: Da mihi pecuniam, certè ne eum tradat: siquidem non aliud uenditat, quām quod præstaturus est præmio tuo. Cum das, utiq; ne tradaris uoluisti. Non traditus autem, traduci habebas: ergo dum nolendo tradi non uis traduci, nolendo negasti, quod te esse traduci nolueisti. Immo, inquis, dum nolo traduci quod sum, cōfessus id esse quod nolo traduci: id est, Christianū. Potes itaq; te martyrem uendicare, cōstanter ostendisse Christum. Redimens, non ostendi. Apud unū si forte confessus es, ergo & apud plures nolendo confiteri, negasti. Ipsa salus iudicabit hominem excidisse, dum euadit. Excidit ergo qui maluit euasisse. Negatio est etiam martyrij rebus. Christianus pecunia saluus est: & in hoc nummos habet ne patias tur

tur, dum aduersus deum erit diues. At enim Christus sanguine fuit diues pro illo. Felices itaq; pauperes, quia illorum est, inquit, regnum cœlorū, qui animam solam in confiscato habent. Si non possumus deo seruire & Mammonæ, possumus & à deo redimi & à Māmona? Quis enim magis seruiet Mammonæ quam quem Mammonas redemit? Postremo quo exemplo uteris in redemptionem traditionis? Apostoli tractantes persecutionibus agitati, quando se pecunia liberauerunt? quæ illis utiq; non deerat ex prædiorum precijs ad pedes eorum depositis, certè multis locupletibus credentib; viris ac fœminis, qui his etiā refrigeria subministrabant. Quādo Onesiphorus, aut Aquila, aut Stephanus, hoc modo eis in persecutione succurserunt? Paulus quidēm cum Felix præses pecunias accepturum se pro eo à discipulis sperasset, de quo & ipse in secreto tractauit cū ipso, neq; ipse profese, neq; discipuli pro eo numerauerunt. Illi utiq; discipuli qui flentes quād Hierosolymam tendere perseveraret, & persecutiones prædicatas illic non præcaueret, postremo inquiunt, Fiat uoluntas dei. Quæ ista uoluntas? utique ut pateretur pro nomine domini, non ut redimeretur. Oportet enim quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo & à nobis: nec tantum pro ipso, imò etiam pro fratribus propter ipsum.

Quod Ioannes docens, non & pro fratribus numerandum, sed moriendum potius pronunciauit. Nihil interest, siquem Christianum redimere non debetas aut emere. Et adeo uoluntas dei sic est, Ab apice regnorū & imperiorū, utiq; à deo disposito statu, in cuius manu cor regis, tanta cottidie æratio augendo prospiciuntur remedia censuū, uectigaliū, collationū, stipendiorū: nec unq; usq; adhuc ex Christianis tale aliquid prospectū est, sub ali, quam redemptionē capitī & sectæ redigendis, cum tantæ multitudinis nemini ignorantiae fructus ingens meti posset. Sanguine empti, sanguine numerati, nullum nummū pro capite debemus: quia caput nostrū Christus est. Nō decet Christū pecunia constare. Quomodo & martyria fieri possent in gloriam domini, si tributo licentia sectæ compensaremus? Itaq; qui eam præmio paciscitur, dispositioni diuinæ aduersatur. Cū igitur nihil nobis Cæsar indixerit in hunc modum stipendiariæ sectæ, sed nec indici unquam tale quid possit, Antichristo iam instantे, & in sanguinem non in pecuniā hī ante Christianum, quomodo mihi proponere potest scripturam esse, Red dite quæ sunt Cæsari Cæsari? Miles me, uel Delator, uel Inimicus concudit, nihil Cæsari exigens, imò contrā faciens cum Christianum legibus humanis reum, mercede dimittit. Alius est denarius quem Cæsari debeo, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius tributarij scilicet, non à liberis debitus. Aut quomodo reddā quæ sunt dei deo, utiq; proinde imarginem & monetam ipsius, inscriptam nomine eius: id est, hominē Christianum? Quid autem deo debeo sicut denarium Cæsari, nisi sanguinem quem pro

pro me filius fudit ipsius? Quod si deo quidem hominem & sanguinem
meum debeo, nūc uero in eo sum tempore, ut quod deo debeo expostuler,
utiq; fraudem deo facio, id agens ne quod debeo soluam. Bene obseruaui
præceptum, Cæsari reddens quæ sunt Cæsaris, deo uero quæ sunt dei ab-
negans. Sed & omni petenti me dabo in causa eleemosynæ, non in concus-
suræ. Petenti inquit. Porro qui incutit, non petit. Qui comminatur si non ac-
Eleemosyna ceperit, non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam expectat, qui non
miserandus, sed timendus uenit. Dabo igitur misericordiæ non timiditatis
meæ nomine, ubi qui accepit, deum honorat, & benedictionem mihi red-
dit: non ubi amplius se benefactum præstisſe credit, & prædam suam aspi-
ciens dicit: De reatu. + irascar & inimicum. Sed inimiciæ & alios habent
titulos. Non tamen dixit traditorem, aut persecutorem, aut concussorem:
nam huic quanto magis carbones aceruabo super caput, si non me redeme-
ro? Proinde, inquit, Qui tibi tunicam sustulerit, uel etiam pallium concede.
Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæsierit. Conce-
dam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam

*Dominice sen-
tentie* 13 reposcam. Omnia iam-nunc Dominicarum suæ sunt & causæ & regulæ
termini, non infinitum, nec ad omnia spectant. Atq; adeo omni petenti da-
ti iubet, ipse signum petentibus non dat. Alioquin si omnibus passim peten-
tibus dandum putas, tu mihi uideris, non dico uinum febricitanti, sed etiam

*Hunc Euāges-
ij locū allega-
redemptionē,
ut licitam ex-
lussam defen-
debant* uenenum aut gladiū mortem desideranti daturus. Facite autem uobis ami-
cos de Mammona, quomodo intelligendum sit, parabola præmissa te do-
bant illi qui ceat, ad populum Iudaicum dictum, qui commissam sibi rationem domini
cum male administraſſet, deberet de Mammonæ hominibus, quod nos era-
mus, amicos sibi potius proſpicere, quam inimicos: & releuare nos à debitib;
peccatorum, quibus deo detinebamur, si nobis id dominica ratione conſer-
tent: ut cum coepiſſet ab hiſ deficere gratia, ad nostram fidem refugientes re-
ciperentur in tabernacula æterna. Quamuis nunc puta aliam interpretatio-
nem parabolæ & sententiae istius, dum ſcias veriſimile non esse ut Concus-
fores nostri in amicitiam redacti per Mammonam, recipiant tunc nos in ta-
bernacula æterna. Sed quid non timiditas persuadebit, quali & fugere scri-
ptum permittat, & redimere præcipiat? Parum deniq; est, si unus aut aliis
ita eruitur. Massaliter totæ Ecclesiæ tributum sibi irrogauerunt. Nescio do-

*Beneficiarij
Curiosi* leendum an erubescendum sit, cum in matricibus Beneficiariorum & Curio-
ſorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearū, & aleones, & lenones,

- Christiani quoq; uectigales continentur. Hanc Episcopatui formam Ape-
Ironia. stoli prouidentius condiderunt, ut regno suo securi frui poſſent sub obtenti-
Saturnalicia. procurandi. Scilicet enim talement pacem Christus ad patrē regrediens man-
*Dominica fo-
lennia* dauit à militibus per Saturnalicia redimendā. Sed quomodo colligemus,
inquis, quomodo Dominica solennia celebraſſimus? Vtique quomodo &
Apostoli

Apostoli, fide, non pecunia tuti: quæ fides si montem transferre potest, multo magis Militem. Esto sapientia, non præmio cautus. Neque enim statim & à populo eris tutus, si Officia militaria redemeris. Una ergo tibi & Fides, officia militaria & Sapientia, ad tutelam opus est: quibus non adhibitis, & redemptionem tuam potes perdere: adhibitis, haud redemptionem desiderare. Postremo si colligere interdiu non potes, habes noctem, luce Christi luminosi aduersus eam. Non potes discurrere per singulos, sit tibi & in tribus ecclesia. Meilius est turbas tuas aliquando nō uideas, quām addicas. Serua Christo uirginem sponsam. Nemo quæstum de ea faciat. Hæc tibi frater dura forsitan & intolerabilia uidetur. Sed recita deum dixisse, Qui capit, capiat: id est, qui nō capit, discedat. Non potest qui pati timet, eius esse qui passus est. At qui pati non timet, iste perfectus erit in dilectione, utiq; dei. Perfecta enim dilectio foras mittit timorem. Et ideo multi uocati, pauci electi. Non quæritur qui latam uiam sequi paratus sit, sed qui angustam. Et ideo paracletus necessarius deductor omnium ueritatum, exhortator omnium toleranter Montanicus: Quem qui receperunt, neque fugere persecutionem, neque redire nouerunt, habentes ipsum qui pro nobis erit, sicut locuturus in interrogacione, ita iuuaturus in passione.

ARGUMENTVM LIBRI SEQUENTIS

PER BEATVM RHENANVM.



Vm Scapula præses Carthaginis Christianis ultima minaretur, nō Christū eiurarent, & non tam confessos damnaret, aut torqueret ne-gantes, quām confessos negare cogeret, Tertullianus nomine Christianorum, hunc libellum uelut deprecatorium ad illum scripsit: non quod sibi timerent, quibus nihil erat optatius, quām pro Christo mor tem oppetere: sed ut illum admoneret, ne pergens exequi quod instituerat, iram dei mereretur, imò tota Carthago cœlesti vindictæ fieret obnoxia: quando persecutoribus Christianorū ultio diuina sæpe præsto fuit. Itaq; de disciplina nostræ religionis meminit, & quid quibusdam Præsidibus acciderit in Christianos grassatis, etiam commemorans quām clementer quidam cum Christianis egerint.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTEM.

Qum ad hanc sectam.) Secta, de religione Christiana, ceu diximus in Anno I collationibus libri præcedentis. Pacti ante cum anima nostra, & autorati in has pugnas accedimus.) Mendosam sententiam restituimus ad fidem Gorziensis collationis, hoc modo, Pacti uenerimus, ut etiam animas nostras autorati in has pugnas accedamus. Quum & hostię ab animo libenti expostulentur.) Ab animo libenti, hoc est, non inuito. Tamen unquā Albiniiani, nec Nigeriani, uel Cassiani inueniri pot. Christ.) Clodius Albinus, ut Spartanus scribit, aduersus Seuerum Imperatorem rebellauit in Gallia. Vicitus est die xi. Calend. Mart. apud Tinurtium, & cadaver ante domum eius propriam iam diuisum, in Rhodanum fluuium abiectum est. Non dissimili fato Pescennius Niger à Syria cis

cis legionibus Imperator appellatus contra Seuerum, tandem apud Cyzicum ab eodem est interemptus. At Auidius Cassius ex familia Cassiorum qui in C. Iulium conspirauerant, L. Vero Imperatori insidias struxit, occisus tandem non iubente illo sed tamen non uetante. Hinc Albinianos, Nigrianos & Cassianos uocat Tertullianus defectionum istorum consciens. Sic in Apologetico, Vnde, inquit, Cassij, & Nigri, & Albinis? Vnde qui inter duas lauros obseruent Cæsarem?

Sed idem ipsi qui per Genios eorum in pridie usq; iurauerant.) Ita in Apologetico, Atq; adeo omnes illi sub ipsa usq; impietatis eruptione, & sacra faciebant pro salute Imperatoris, & Genium eius deierabant, alij toris, alij intus. Cæterum ab hac per Genios Cæsarum deierandi cōsuetudine, video natum ut postea apud Christianos principes per salutem regis aut liberorū eius iuraretur. quod tamen 2 in Legibus Francorum seuerè prohibitum constat. Tamdiu enim stabit.) Hoc colligitur ex illis Apostoli uerbis. Qui tenet nūc teneat, donec de medio fiat. Secunda ad Thessalonic. cap. 2. Verum & reuincimus.) Sic in De Corona militis. Et quos, inquit, interdiu exorcismis fugauit, noctibus defensabit, incumbens & requiescens super lunchum quo per eossum est latus Christi. Cyprianus martyr aduersus Demetrianum, O si audire illos uelles & uidere, quando a nobis adiurantur, & torquentur sp̄iritualibus flagris, & uerborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur, quando eiulant & gementes uoce humana & potestate diuina flagella & uerbera sentientes, uenturum iudicium confitentur.

Pars penè ciuitatis.) Ex Gorziensi collatione scripsimus, Pars penè maior ciuitatis. Item, Ea nos pati quæ optamus. Et paulo post, Sicut & sub Hilario Pre side. Quod nulla ciuitas impune latura sit.) Hinc illud Cypriani martyris, Nec unquam, inquit, impiorum scelere in nostrum nomen exurgitur, ut non statim diuinitus vindicta comitetur. In cōuentu Vticensi.) Utica Africæ oppidum ciuium Rom. Catonis morte nobile, ut est apud Plinium. Apparet autem & Africam distinctam fuisse in Conuentus instar Hispaniæ. Quam citeriore in conuentus septem diuisam fuisse Plinius autor est, sicut Baeticā in quatuor. Eos idem uocat Iuridicos, quod illī suo quicq; oppido finitimi disceptarent. Istiusmodi conuentus hodie referunt apud Christianos oppida episcopij insignia, quantum ad causas attinet ecclesiasticas. Igitur conuentum Uticensem accipe pro toto traciu qui Iurisdictioni Uticensium subiectus erat. Positus in suo hypsomate & domicilio.) Utitur uocabulis Astrologorum loquens de eclipsi quadam solis non ordinaria sed prodigiosa. Vulgus Astrologorum hodie uocat altitudinem & dominum. Ad hanc secundam.) Secta, ut ante, de religione Christiana.

Solo prætorio suo.) Docuit nos collatio Gorziensis scribendum, Solusq; in prætorio suo. Est autem prætorium uilla urbana, quæ differt à rustica propter elegantiam & nitorem. Suetonius in Caio Cæsare, in extictionibus, inquit, uillarum & prætoriorum, omni ratione post habita, nihil tam efficere cupiebat, quam quod effici posse negaretur. Proinde diuus Hieronymus dolium illud uersatile Diogenis eleganter Prætorium uocat, aduersus Iouinianum libro secundo. Quumq; inquit, se contorqueret in dolio, uolubilem se habere domū vocabatur, & se cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolij uertebat in meridiem, æstate ad Septentrionem: & uicunq; sol se inclinauerat, Diogenis simul prætorium uertebatur. Porro res ista accidit ruri, alioqui latere non potuisset. Aut spe Christianæ.) 3 Hæc uerba non sunt in codice Gorziensi. Sed uelim & omnes.) Nos, ut omnes etiam in proxima æditione. Quam lectionem confirmat collatio Gorziensis. μὴ θεομαχέν.) Hoc est ne pugnet cum deo. Hoc uerbum legitur Actorum 23 in Grecis sane exemplaribus εἰ τὸν μὲν ἐλέλεσθαι κύριον, οὐ τὸν θεομαχῶν, id est

id est, quod si spiritus loquutus est illi, aut angelus, ne pugnemus cum deo. Simile est illud Gamalielis Actorum quinto capite, ἥτις θρησκέας περήντα, id est, Et cum deo pugnantes reperiamini. Ut confessos negare cogatis.) Hoc amplius Tertullianus deplorat in Apologetico, & Cyprianus martyr aduersus Demetrium. Si crimen est, inquit, quur non interficis confitentem? Si crimen non est, quid persequeris innocentem? Torqueri enim debui, si negarem. Et reliqua.

Ad elidendos nos.) Hoc est, ut fidem nostrā elidatis. Ut situr hoc uerbo in proximo libro qui hunc praecedit. Et item alibi. Quasi tum multuo sum. Seditionem intelligit. Et statim deiectum.) Id est quum esset animo delectio. Desponderet animum. Mox scripsimus, dolere se incidisse in hanc causam.

In elogio concusione eius intellecta.) Elogium testificationem de aliquo significat. Hic accipit pro charta qua huiusmodi testimonium continetur: Sicut & Suetonius in Caligula. Et custodiarum, inquit, seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum medium, a caluo ad caluum duci impetravit. Sparianus in Seuero. Fustibus eum sub elogio eiusdem praeconis cecidit: Legatum P.R. homo plebeius temere amplecti noli. Sensus est. Ex literis quas simul cum Christiano captiuo acceperat, intellexisse Praesidem, quod ille prius a delatore siue milite fuisse spoliatus. Et sic misericordia motum, dimisisse hominem, tuelut antea satis afflictum. Hoc Iureconsulti uocant, cum elogio mittere res, quem admodum Martianus in l. diuus de custodia & exhibitione reorum. Mox scripsimus, se auditurum hominem, Et paulopost, Nam & Proculum Christianum. Ex collatione Gorziensi. Secundum mandatum.) Hoc est secundum rescriptum Imperiale. Ut ante. Quid enim amplius tibi mandatur. Et, Videtis ergo quomodo ipsi uos contra mandata faciatis. Et quanti honesti uiiri.) Quanti pro quo & honesti pro honoratis. Sic paulo ante, Quantii autem Praesides & constantiores, & crudeliores. Item infra, Quantis ignibus quantis gladiis opus erit:

Remediatii sunt.) Hoc uerbo usus est & in De resur. Car. Vitiorum, inquit, a domino remediatorum. Item in Præscriptionibus. Vel transmutatione remediamur. Hinc illud Hieronymi in uita Hilarionis, Igitur post annū doctus ab Aesculapij uatibus, non remediantis animas, sed perdentis. Eodem utitur rursus in Iouinianum. Nam cum Proculum qui Torpacion cog.) Restituimus lectio nem ex collatione Gorziensi, Nam & Proculum Christianum q. T. c.

Euhodeæ.) In Gorziensi legitur, Euhode. Proprium nomen est.

Non enim & Clariss.) In Gorziensi legitur, Sed & Clariss.

Clarissimas foeminas.) Clarissimorum virorum uxores Clarissimæ erant, nam foeminæ nuptæ mariti dignitate censentur, ut est apud Vlpianum Iurecons. & meminimus ante. Senatores quibusdam clarissimi fuerunt. Nonnullis hic ordo disponitur, Illustrium, Spectabilium, Clarissimorum, & Perfectissimorum.

Huius sectæ esse.) Iterum habes sectam de religione Christiana. Ut paulopost, Viderint qui sectam mentiuntur, Item. Nec tamen deficiet hæc secta.

In Germanica expeditione.) Nempe in bello aduersus Marcomannos gesto. Huius rei meminit & in Apologetico, At nos, inquit, contrario ædimus protectorem. Si literæ Marci Aurelii grauissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum forte militum prectionibus impetrato imbre discussam contestatur, sicut non palam ab eiusmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, & quidem tertiore. Hæc illic. Julius Capitonius tribuit hoc ipsi Imperatori M. Antonino, Fulmen, inquit, de cœlo precibus suis contra hostium machina-

mentum extorsit, suis pluvia impetrata quum siti laborarent. Ei legioni postea non
men factum aiunt *κεραυνοθόλως*, id est, fulminatrici.

Quando non geniculationibus.) Sic in De Corona militis, Die Dominico,
inquit, iejunium nefas ducimus, uel de geniculis adorare. Nam stantes die Domini
nico precabantur. Vnde Stationum nomen, quarum antea facta mentio.

Propter haec.) Nos scripsimus, Præter haec. Ex Gorziensi.

Indigentibus refrigeramus.) Refrigerare indigenti, uocat refrigerium afferre
4. indigenti, siue subuenire. Quam incestam.) Propter mendacium Gentilium,
de promiscuo cum matribus & sororibus concubitu.

Quam crudelem.) Propter infanticidium. Cremamur quod nec sacrilegi,
n.b. p.u.n.t.m.r. pati solent.) Hinc in Martyribus dixit, Et summam ignium pœnam.
Nec hostes publici ueri.) Intelligit hostes Imperatorum Romanorum
& populi Romani qui insidiarentur saluti eorum. Nam uulgas ipsos quoq; Christianos appellabat hostes publicos. Sed hi ueri hostes non erant, immo potius amici.

Hoc nomen.) Id est Professio Christiana. Mandatum est animaduerti in
huiusmodi.) Vnde legimus in uita Cypriani martyris, Sententia ex tabella recisata
est ita, Thascius Cyprianus gladio feriatur.

Maiora præmia.) Nos, maiora sequuntur præmia. Item paulopost, Christiani ante tribunalia eius. Ex Gorziensi collatione.

Reliquis ait &c.) Tandem ex confusissimis uestigijs peruestigauimus
ueram lectionem hanc: *Ἄλλοι εἰδέντες ἀποθίνειν, οὐκονούσι βρόχους ἔχειν.* Præses
quasi miserans insaniam uulgi, & auersans tantam carnificinam, O miseri, inquit,
si libet perire, num uobis rupes restes ue desunt. Grace autem dicere maluit, nimis
rum græcis Asiaticis. Quid facies decem mil.hom.) Scripsimus ex annota-
tiunculis collationis Gorziensis, Quid facies de tantis millibus.

Q. SEPTIMII FLOREN

T I S T E R T U L L I A N I , A D S C A /

P U L A M L I B E R .



*Magis gaude-
mus damni, absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed
quād absoluti uobis & omnibus inimicis nostris, nedum amicis: Ita enim disciplina iube-
tur diligere inimicos quoque, & orare pro eis qui nos persequuntur: ut
hæc sit perfecta & propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim
diligere*

diligere omniū est, inimicos autē solorū Christianorū. Qui ergo dolemus *christianis*
 de ignorantia uestra, & miscremū erroris humani, & futura prospicimus,
 & signa eorū cottidie intentari uidemus, necesse est uel hoc modo erumpere
 ad proponenda uobis ea, quæ palātū nō uultis audire. Nos unum deum
 colimus, quē omnes naturaliter nostis: ad cuius fulgura & tonitrua cōtremi-
 scitis, ad cuius beneficia gaudetis. Ceteros & ipsi putatis deos esse, quos nos
 dæmonas scimus. Tamen humani iuris & naturalis potestatis est unicuiq;
 quod putauerit colere: nec alijs obest, aut prodest alterius religio. Sed nec re-
 ligionis est cogere religionē, quæ sponte suscipi debeat, non ui:cū & hostiæ *Religio nost*
cogenda
 ab animo libenti expostulentur. Ita & si nos compuleritis ad sacrificadūm,
 nihil præstabitis dijs uestris: ab inuitis enim sacrificia nō desiderabunt, nisi si
 contentiosi sunt. cōtentiosus aut̄ deus non est. Deniq; qui est uetus, omnia
 sua ex æquo, & prophanis, & suis p̄fstat. Ideoq; & iudicium cōstituit æter-
 num de gratis & ingratis. Tamen nos quos sacrilegos existimatis, nec in fue-
 to unquam deprehendistis, nedum in sacrilegio. Omnes autem qui templa
 despoliant, & per deos iurant, & eosdem colunt, & Christiani non sunt, & sa-
 crilegi tamen deprehēduntur. Longum est si retexamus quibus alijs modis
 & derideantur & contemnuntur omnes dij ab ipsis cultoribus suis. Sic & cir-
 ca maiestatem Imperatoris infamamur, tamen nunc Albiniani, nec Nigrī
Albiniani
Nigriani
Cassiani
Per Genios
Cesarum iurare
 ani, uel Cassiani inueniri potuerūt Christiani: sed ijdcm ipsi qui per Genios
 eorum in pridie usque iurauerant, qui pro salute eorum hostias & fecerant
 & uouerant, qui Christianos s̄æpe damnauerant, hostes eorum sunt re-
 perti. Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris: quem sciens à deo
suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat, & reuereatur, & honoret, & sal-
uum uelit, cum toto Romano Imperio, quousq; seculū stabit, tamdiu enim
stabit. Colimus ergo & Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi ex-
 pedit, ut hominem à deo secundum: & quicquid est, à deo cōsecutum, solo
deo minorem. Hoc & ipse uolet. Sic enim omnibus maior est, dum solo ue-
to deo minor est. Sic & ipsis dijs maior est, dū & ipsi in potestate sunt eius.
 Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, sed deo nostro & ipsis: sed *sacrificadūm*
 quomodo præcepit deus, pura prece. Non enim eget deus conditor uniuersitatis
pura prece
 odoris, aut sanguinis alicuius. Hæc enim dæmoniorum pabula sunt.
 Dæmones autem non tantum respuimus, uerum & reuincimus, & cottidie
 traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. Ita nos
 magis oramus pro salute Imperatoris, ab eo eam postulantes, qui præstare
 potest. Et utiq; ex disciplina patientiae diuinæ agere nos satis manifestū es-
 uobis potest, cum tanta hominum multitudo pars penè maior civitatis cu-
 iusq; in silentio & modestia agimus, singuli forte noti magis quam omnes,
 nec aliunde noscibiles quam de emendatione uitiorum pristinorum. Absit
 enim ut indignè feramus ea nos pati quæ optamus, aut ultione à nobis ali-

Hh 2 quam

quā machinemur, quam à deo expectamus. Tamen (sicut supra diximus) doleamus necesse est, quod nulla ciuitas impune latura sit sanguinis nostri

*Anno sepoli-
turum. Gentiles messi-
bus caruerunt
obnoxios
Christianos*

effusionem: Sicut & sub Hilariano Praefide, cum de arcis sepulturatum no- strarū adclamasset: Areæ nō sint: areæ ipsorum non fuerunt. Messes enim suas non egerunt. Cæterum & imbre anni præteriti quid cōmeruerit genus humanum apparuit, cataclysmum scilicet & retro fuisse propter incredulitas & iniurias hominū: & ignes qui super incensia Carthaginis proximè pependerunt per noctem quid minati sint, sciunt qui uiderunt, & pristina totius uera quid sonauerint sciunt qui obduruerunt. Omnia hæc signa sunt imminentis iræ dei, quā necesse est, quoquo modo possumus, ut & annunciemus, & prædicemus, & deprecemur, interim localem esse. Vniuersalē enim & supremam suo tempore sentient, qui exempla eius aliter interpretantur.

*Solito deliquiu-
mū, ut
titudo*

Nam & sol ille in conuentu Uticensi extincto penè lumine adeo portetum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, positus in suo hypso, mate & domicilio. Habetis Astrologos. Possumus & quæ & exitus querundam Præsidū tibi proponere, qui in fine uitæ suæ recordati sunt deliquisse quod uexassent Christianos. Vigellius Saturninus qui primus hic gladiū in nos egit, lumina amisit. Claudio Herminianus in Cappadocia cum indignè ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse, Christianos crudeliter tractasset, solusq; in prætorio suo uastatus peste cum uiuus uermibus ebullisset: Nemo sciat aiebat, ne gaudeant Christiani. Postea cogito errore suo quod tormentis quosdam à proposito suo excidere fecisset, penè Christianus decepsit. Cæcilius Capella in illo exitu Byzantino, Christiani gaudete, exclamauit. Sed qui uidentur sibi impune tulisse, uenient in diem diuini iudicij. Tibi quoq; optamus admonitionem solam fuisse, quod cum Adrumeticum Maulum ad bestias damnasses, & statim hæc uexatio subsecuta est, & nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis. Sed memento de cætero. Non te terremus, qui nec timemus: sed uelim ut omnes saluos facere possumus monendo, μὴ θορυβεῖν. Potes & officio iurisdictionis tuæ fungi, & humanitatis meminisse: uel quia & uos sub gladio estis. Quid enim amplius tibi mandatur, quām nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta reuocare? Videtis ergo quomodo ipsi uos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. Adeo confitemini innocentes esse uos, quos damnare statim ex confessione non uultis. Si autem contenditis ad elidendos nos, iam ergo innocentiam expugnatis. Quantū autem Praefides & constantiores & crudeliores, dissimulauerunt ab huiusmodi causis:

*Cincius Se-
uerus. ut Cincius Seuerus, qui Thistri ipse dedit remedium quomodo responde-
vespronius
Candidus. num quasi tumultuosum ciuibus suis satisfacere dimisit: ut Asper qui modi-
Asper. cè uexamum hominem, & statim deiectum, nec sacrificium compulit facere,
ante*

Hoc est, ne cū
deo pugnant

*Cincius Se-
uerus.*

*Vespronius
Candidus.*

Asper.

ante professus inter Aduocatos & Adseffores, dolere se incidisse in hanc causam. Pudens etiam missum ad se Christianū, in elogio concussione eius. *Pudens intellecta, dimisit, scisso eodem elogio, sine accusatore negans se auditurum hominem, secundum mandatum. Hæc omnia tibi & de officio suggeri possunt & ab eisdem Aduocatis, qui & ipsi beneficia habent Christianorū, licet adclament quæ uolunt.* Nam & cuiusdam Notarius cum à dæmone præci, *Gentiles bene, pitaretur, liberatus est: & quorundā propinquus & puerulus. Et quanti ho, ficio Christianas nesti uiri (de vulgaribus enim non dicimus) aut à dæmonijs, aut ualetudini, norū à demo, bus remediati sunt. Ipse etiā Seuerus pater Antonini, Christianorū metmor nūs & morbi, liberati.* *suit. Nam & Proculū Christianū, qui Torpacion cognominabatur, Euho, septimiū deat procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat requisiuit, & in Seuerus.*

palatio suo habuit usq; ad mortem eius: quem & Antoninus optime noue, Antoninus ea racalla, Chris tat lacte Christiano educatus. Sed & Clarissimas foeminas, & Clarissimos viros Seuerus sciens huius sectæ esse, non modo non læsit, uerū & testimo, Scuērus imp. nio exornauit, & populo furenti in os palam restitit. Marcus quoq; Aure, M. Aurelius illus in Germanica expeditione Christianorū militū orationibus ad deum factis, imbræ in siti illa impetravit. Quando non geniculationibus & ieunctionibus nostris etiam siccitates sunt depulsæ? Tunc & populus adclamans D E O D E O R V M, E T Q V I solus potens, in Iouis nomine deo nostro Deus deorum testimonium reddidit. Præter hæc, Depositum non abnegamus, Matrimo Q qis solus nium nullius adulteramus, Pupillos piè tractamus, Indigentibus refrigeramus, Nulli malū pro malo reddimus. Viderint qui sectā mentiuntur, quos & ipsi recusamus. Quis deniq; de nobis alio nomine queritur? Quod aliud negotiū patitur Christianus, nisi suæ sectæ: quam incestam, quam crudelem, tanto tempore nemo probauit. Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro ueritate, pro deo uiuo, tremamur: quod nec sacrilegi, nec hostes publici ueri, nec tot maiestatis rei pati solent. Nam & nunc à Præside Legionis, & à Præside Mauritanæ uexatur hoc nomen, sed gladiotenus, sicut & à primordio mandatum est animaduerti in gladiotenus huiusmodi. Sed maiora certamina, maiora sequuntur præmia. Crudelitas nostra gloria est nostra. Vide tantum ne hoc ipso, quod talia sustinemus, ad hoc solū videamur erumpere, ut hoc ipsum probemus, nos hæc nō time re, sed ultro uocare. Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt: cum ille paucis duci iussis, reliquis ait, ὁ Δελτοὶ οἱ θελεῖς ἀποθυήσουσιν οὐδέχουσιν οὐδέχεται. Hoc si placuerit & hic fieri, quid facies de tantis milibus hominū, tot uiris ac foeminas, omnis sexus, omnis ætatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi? Quantis ignibus, quantis gladijs opus erit? Carthago deinde Quid ipsa Carthago passura est decimāda à te, cum propinquos, cum con cimanda tubernales suos illuc unusquisq; cognouerit, cum uiderit illuc fortasse & tui

ordinis uires & matronas, & Principales quascq; personas, & amicorū tuorum uel propinquos uel amicos. Parce ergo tibi, si non nobis. Parce Cathaginī, si non tibi. Parce Provinciæ, quæ uisa intentione tua obnoxia facta est concussionibus & militum & iniuriorum suorum cuiuscq;. Magistrum neminem habemus, nisi deum solum. Hic ante te est, nec abscondi potest, sed cui nihil facere possis. Cæterū quos putas tibi magistros, homines sunt & ipsi, morituri quandoq;. Nec tamen deficiet hæc secta, quam tunc magis ædificari scias, cum cædi uidetur. Quiscq; enim tantam tolerantiam speans, ut aliquo scrupulo percussus, & inquirere accenditur, quid sit in causa, & ubi cognouerit ueritatem, & ipse statim sequitur.

ARGUMENTVM LIBRI SEQVENTIS,
PER BEATVM RHE NANVM.



Cur Tertullianus & multi veterum pauci iniquiores fuerint matrimonio

Vadet amico cuidam qui uxorem amiserat, ut à secundis nuptijs si bi temperet. Atq; inter disputādum eò prouehitur, ut tandem secundas nuptias damnare incipiat. Dissuadens utcunq; ferri poterat, at damnans ipse quoque damnari meruit. In hac re deceptus est peruersio Montani dogmate, secundas nuptias pro stupro habentis. Autor est diuus Hieronymus, librum de Castitate aduersus ecclesiam scriptum. Quāquam ueteres omnes atq; adeo Hieronymus ipse, matrimonio parum æqui fuerint, virginitatem & castitatem maximi facientes: cum quod putabant ultimū illum diem nō procul abesse, memores illius Paulinæ sententia, Tempus in collectio est. Tum quod uidebant ex coniugijs multa nasci impedimenta, quæ puritatem Christianismi uiolarent, id temporis præsertim cum inter ethnicos agerent Christiani, & ethnici per matrimonium copularentur. Certe constat Hieronymum haec de causa Romæ male audisse.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEQUENTIEM.

ET utiq; consiliū digere.) Juxta annotatiunculas Gorziensis collationis scripsimus, De exitu singularitatis cogitare, & utiq; consilium dirigere.

Tanquam aduocatum.) Hoc est tanquam accerūtum aut simpliciter, aut tanquam in aduocationem. Circumscribi potest.) Hoc est reprimi, tolli potest, superari potest. Imaginem suam nos.) Hoc est qui sumus imago ipsius.

Contemnere uim.) Ita in Defuga in persecutione, Sed potius cōtemnit, confidens scilicet de tutela domini. In nos.) Hoc est, erga nos. Si continuemus.) Id est si hoc mordicus tenere uoluerimus. Et ibi definito.) Hoc est tanquam certum quid pronunciato, istam destructionem esse. Istiūmodi sententiam. Et eternitatis mercede dispungit.) Usitatus Tertulliani sermo quem usurpat creberrime. Sic in de resur. Carnis, Aliam, inquit, substantiam operari, aliam mercede dispungi. Voluntatē eius imposuit.) Nos, uoluntatē eis imposuit. Ex Gorziensi. Alte impressæ.) Fieri potest ut aduerbiū Altè fuerit

2 expositio eius quod sequitur Impressæ, & ē margine libri irrepserit in contextum. Sic in de Carne Christi. Et ut impressius dixerim. Eodem libro, Hoc quidem impressius, quod factum dicit, quām natum. Quat enim manifesto.) Hoc est, in manifesto. Vult nos deus sibi placita.) Subaudi uelle. In quibus nō indulgentia operatur, patrocinatur.) Nostrum secuti iudicium operatur uertimus in operatori. In quibus non indulgentia operatori patrocinatur. Mox scripsimus, Ista præponit utiq; quæ mag. y. Ex Gorziensi collatione. Taxāda esse.) Hoc est

est astimanda. Proinde habenda sunt. Id est, proinde pluris facienda sunt.
 Negauimus meram cui indulgenda est causa.) Pro indulgenda maluimus supponere, indulgentia. De quo lector sit monitus. Negabimus meram scilicet uoluntatem. Præteritum enim in futurum uertimus. Præscriptu.) Iuxta quartā inflexionem. Nam & cum debuisset innuptis.) Contra consensum exemplarum maluimus scribere. Nam & quum de uiduis & innuptis. Id quod lectorem nolumus latere. Bonum ita & si per se.) Melius, Bonū ita est, si per se nomen hoc obtinet. Auferendī dictionem comparationis.) Supposuimus, Aufer deniq̄ dictionem comparationis. In recogitationem excussus sui.) Ex Gorziensi scriptissimus, excessus sui. Hoc est nimia indulgentia. Vsurpat autem in recogitationem pro incogitantia siue inconsiderantia, quo posteriori uocabulo Transquillus etiam utitur in Claudio Cæsare. Cum sollicitudinem nuptorū committit.) Hoc est confert & comparat inter se. Juuenalis, Committit uates, & comparat inde Maronem. Diuus Hieronymus aduersus Heluidium in fine molestias nuptarum cōmittit cum libertate uirginū, & earum quæ matrimonio defunctæ sunt. Et hoc ne primo matrimonio.) Sensus est. Et hoc, ne primo matrimonio irretiantur. Sed non omnes, fideles, Apostolicum ergo.) Ausi sumus 4 scribere. Sed non omnes fideles, Apostoli. Cur ergo quā fidelē d. Fastigii.) Hoc est dignitatem & excellentiam. Non consiliū diuini spiritus.) Legerim, consilium. Eiō parem necessariam.) Parem id est comparē siue sociam. Substantiū. Et infabricabiles manus in deo.) Nos, infatigabiles. Ex Gorziensi. Vnis inter se nuptijs defuncti sunt.) Elegantissimē dīcūm. Sic Liuius, Defuncta morbis capita salubriora esse cōspere. Suetonius in Nerone, Britannia Armentiaq̄ amissa ac rursus utraq̄ recepta, defunctū se fatalibus malis existimabat. De hoc loquendī modo diximus in Annotationib⁹ librorum præcedentium.

Si coniunctio & concretio dum in unitate semel fiat.) Exigit sensus ut pro dum scribatur duum, id est duorum. Nam sequitur, Et erunt iam non duo in unam carnem. Duplicatam & exaggeratam esse nobis unius matrimonij tam s.g.fu. Deest, accusatiuus. Sed & benedicti, inquis, Patriarchæ.) Sic benedictum uocauit Eleutherium martyrem pontificem Romanum, & martyres benedictos, & mulieres Christianas benedicias. Continentiam indicens.) Subaudi uox. Pro, indicente & compescente. Absoleficit.) Actiuē pro absolefacit siue abolet. Et repastinationē in ultimo.) Repastinationē opponit propagationi 5 & accipit eā pro amputatione & euulsione siue recisione. Ut in De cultu foeminarum, Non repastinantes diuitiarum uestrarum uel elegantiarū usum, quæ ad gloriam faciunt. Quæ uerba pauloante exponens ipse, dixerat, Proinde uobis curanda est amputatio & decussio redundantioris nitoris. Ex quo iuuenuit.) A iuuuescendo. Postea pristinis præualere.) id est prioribus constitutionibus atq̄ decretis. Nam uidemus antiquas Imperatorum leges per posteriorum aequitatem emendarī. Sic Iustinianus in Authenticis multa abrogat quæ priores Cæsares sanxerant. Idem & alij fecere. De qua re amplius in Apologetico.

Apud nos pl. atq̄ str. præscribitur.) Alludit ad locum Pauli in epistola ad Titum, unius uxoris uir. Memini dicamus loco deiectos.) Scripsi, digamos.

Ergo cæteris licet.) Hoc est, Laicis. Cōmicatur actione sacerdotis.) Nos, cōmunicatur actione sacerdotis. Ex Gorziensi. Deniq̄ dicamus.) Reposuimus, deniq̄ digamos reprehendi & necessitate administrantes, hoc est in necessitate. Cæterū administrādi uerbū ecclesiasticis adhuc est in usu, quā loquuntur de exhibitione sacramentorum. Et ubiq̄ sanctionis eius obeundi disciplina.) Malim legere, ut ubique sanctiones eius obeundi disciplina.

6 Quia bonum permittrit non expectat.) Ausi sumus scribere, Quia bonum permittit non expectat. Reddit enim rationem quare aliquid non statim bonum censeri debeat, quia licet. Sed adsumi permittitur, aut quod, an bonum sit indubitum est.) Et ista uerba, mendis non carent. Ego satis religiose sum hactenus in auctoribus uersatus, nec libenter muto, & quam potest fieri minimum, tamen ut aliud lucis affulgeat lectori, libuit pro aut supponere ut, & pro indubium duas uoces in dubio. Vtilitatis praesentiam.) Nempe in hoc mundo, nam coelestia præmia in futurum expectantur. Licentia plerumq; tentatione disciplinae.) Ex Gorziensi collatione scripsimus, tentatio est disciplinae. Et mox tentatio per licentiā operatur. Sed quibus reus non est.) Et haec castigatio nostra est. Supposuimus enim pro quibus, qui hijs reus non est, hoc est ob circumduciam uxorem, & mercedem de euangelij prædicatione acceptam. In occasionem.) Ne alij idem facitarent. Abstinentiae præstruxerit superiorem.) Subaudi sensum. Id est de abstinendo à matrimonio. Non illud dicendum erit.) Nō pro nonne. Quasi speciem stupri;) Subauditur, esse. Maritos.) Maritorum hic & alibi nomine, coniugatos intelligit tam uirum quam mulierem.

Non subleuaret.) Hoc est prohiberet eam solitudinem quæ de moribus est ceu bonam. Non utiq; de moribus.) Subaudi, inquam dicit. Velit de forma & cultu placere.) Nos, uelut de forma & c.p. Ceterum uteris indulgentiam.) Vt cum accusatio. Itaq; hoc primum scilicet matrimonium diutius uti uolunt. De summo illo iuxere etiam uirginitatis gradu.) Nihil suffragantibus exemplaribus pro iuxere uerbo quod hic locum nō habet, substituimus compositam dictiōnem in uxoræ. Nam ni fallor, in uxora uirginitas est Tertulliano quam ἄγαμη Græci uocant. Per continentiam enim negotiauerimus.) Negotiauerimus sciat lector nos uertisse in negotiabatis.

Cum sua foemina cessat.) Hoc est abstinet à congressu. In propè est cœlo.) In propè ut Depropè. Causantes.) Non uidebatur ullus elici posse sensus, nisi scriberemus causatus. Cui etiam clariorem reseruans affectionem.) Aut, cui etiam clariorem reseruas affectionem, Aut, ei etiam clariorem reseruans aff. Pro qua Oblationes annuas reddas.) In De corona militis, Oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Et offers pro duabus.) Scripsimus, Et offeres. Nam præcedit Stabis & commemorabis.

Circundatum Virginis uniuiris.) Nos, Virginibus ac un. Ex Gorziensi. Et ascendit sacrificium t. lib. f. & inter c. uol. b.m.) Ironia est. Regendam loculos.) Nos, regendos loculos. Ex Gorziensi. Lanificandis dispensandum.) Castigauimus, lanificium dispensandum. Perierunt cœlibum.) Et hec Ironia. Hinc illud Hieronymi qui Tertulliani scriptis pectus suum refererat, Ad Gerontiam, Scilicet perierunt domus cœlibum. Et reliqua.

Militum aut peregrinantium sine uxoribus.) Et hoc transcripsit Hieronymus in eandem de Monogamia epistolam, Ergo milites, inquit, & peregrinantes, sine uxoribus sua hospitiola non reguntur. Forsan reipub. prosp. ag.) Ironia.

Ne commercia delabantur.) Quæ colunt diuites isti Christiani. Ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines.) Hoc ipsum alij uerbis dixit Ad uxorem libro primo, Quærenda nobis, inquit, onera sunt, quæ etiam à Gentiliū prophanis uitantur, quæ legibus coguntur, sic enim illuc legendū pro locantur. Nam hic est compelluntur. Exponit quodammodo haec loca in Apologeticō, quum inquit, Nonne uanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliæ matrimonium contrahit. Legum ergo nomine, Papiam illā Poporam in primis intellige, & alias De poenitē cœlibum sanctiones.

Quid

Quid ergo facies si nolis.) Sensus est, Quid ergo facies, si nolis, subaudi habere liberos. Puto nobis non licere nascentem necare quam & natum.) In nascentem subauditur tam. Huius formulæ multas iam orationes in Tertulliani præcedentibus libris passim indicauimus, usq; ad fastidiū. Nobis scilicet Christianis.

Quid interpositum recusasti.) Emēdauimus haud inepte ceu putamus, Quod in te positum recusasti, id est, in tua potestate. Vel etiam anus quis enixa.) Mendoza uox est, quis, legendum sèpius enixa.

Et si auspici initium est.) Hoc est, dum Auspex initiatum.

Nam quod ipsi Pontifici Maximo.) Quod coniunctionem, uertimus in accusatum duo. Nam duo ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet, quod Monogamia gloria est. Sic in Præscriptionibus. Quid quod & summum Pontificem, in unis nuptijs statuit?

Cum autem deus summus tantum.) Deus tantum summus est, nam non possunt esse duo summa, ut est in Marcionem libro primo.

Qua diabolo quidam stant.) Non ignoret lector, pro quidam stant, supposuisse nos, qua diabolo qui antistant. Ut sit antistant, pro antistites agunt deorum scilicet gentilium. Nunc uirginitate, nunc uiduitate periuant.) Inuitus ab exemplarum lectione discedo, sed tamen hic pro periuat ausus sum scribere euirant. Cuius mutationis hæc est ratio. Videbam uerbum periuant hic non habere locum. Deinde memineram annotasse Erasmus nostrum in scho lijs ad Gerontiā, in uerustis Hieronymi codicibus legi, Hierophanta apud Athenas euirat uirum. Ut sit figura Græca, euirat uirum id est secundum uirum, & euirat accipiatur absolute pro desinit agere uirum. Hinc inductus sum ut hoc loco pro periuant supposuerim, euirant. Nec docti improbabunt, ut spero. Siquidem Tertullianum imitatus est Hieronymus. Quod uero dicit hic, nunc uirginitate, nunc uiduitate euirant, idem scripsit in Præscriptionibus de Diabolo dei amulatore, Habet, inquit, & uirgines, habet & continententes.

Nouerā uirgines Vestæ apud Achanum.) Quid si legas apud Acharnenses. Et atrocis apud Delphos.) Sic habent exemplaria. Catonem uocat Horatius atrocem hoc est constantem, ut exponit Acron Grammaticus. An hic sit Pythij epitheton propter constantiam in conficiendo dracone, nescio. Nec liquet an ἀπειρος quod uerum significat, quo uocabulo Pindarus utitur, mutatum sit in atroc.

Quibus locis.) Subaudi sunt. Et quidem Taurillius Aegyptij antistites.) Hieronymus ad Gerontiam post Tertullianum istius rei meminit, Hierophanta apud Athenas, inquit, euiratur, siue potius, euirat uirum (ut modo ostendimus) & æterna debilitate fit castus. Flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur: Flaminea quoque unius mariti eligitur uxor. Ad tauri Aegyptij sacra semel maritus assumitur. Ut omittam uirgines Vestæ & Apollinis, lunonisq; Achiuæ & Dianæ ac Mineruæ, quæ perpetua sacerdotij uirginitate marcescunt. Porro repetit hæc in fine libri de Monogamia. Et dixit ante Ad uxorem libro priore.

Post luxuriam castitatem perditricem.) Nos, castitatis perditricem. Ex Gorziensi. Aut diuino.) Supposuimus, ut Dido. Hæc quum post mortem Sichæi mariti, insidias timens profugisset nō sine thesauris suis in Aphricam, & Carthaginem iam moliretur, noluit tamen Hiarba regi ditissimo nubere, qui ipsam miris modis ambiebat, sed sibi mortem adacto gladio consciuit, cuius corpus in pyram iniectum est, quam extrui ipsa iussérat, & crematum.

Vbi nuptias regis solo ultrò optasse.) Ablatiuum solo deleuimus.

Maluit cōtrario nubere.) Sic est in exemplaribus. In libro de Monogamia ubi hac

hæc repetuntur, sic scriptum est, maluit è contrario urì quam nubere.

Quæ & semel per uim.) Scripsi, quæ ut semel. Plura exempla certa de nō stris inueniam.) De nostris hoc est de Christianis. Q. D. Plura exempla proferre possim longè uerioris castitatis ex numero Christianorum. Siquidem Gentilium castitas tantum corporis est, at Christiani mente & corpore castitatem exhibent, quæ tanto operosior est & difficilior, quanto minus laudis habet, uitam statim uiō lente finire, quam per castitatem & alias uirtutes, quoad deo uisum fuerit, eandem laboriose transfigere. Ordinari in Ecclesia solent.) Nam ordinabantur uirgines, ut colligimus ex libro De uelandis uirginibus, quas ipse Virgines dei uocat. Et habebant quidem suum ordinem indubie. Deinde ordinabantur uiduæ, quæ in numerū illum uiduarum allegabantur, quas Paulus in epistola ad Timotheum non minores sexagenarijs esse uult & uniuiras. Huius rei meminit Tertullianus antè ad uxorem libro priori, loquens de Apostolo, Quum uiduam, inquit, allegi in Ordinationem, nisi uniuiram, non concedit. Quod inter Paradisum non potuit admitti.) Nos, intra paradisum. Ex Gorziensi.

Q. SEPTIMII FLOREN

T I S T E R T U L L I A N I , E X H O R /

T A T I O A D C A S T I T A E M .

Singularitas
Fides
Necessitas
carnis



ON dubito frater te post uxorem in pace præmis-
sam ad compositionem animi cōuersum, de exitu
singularitatis cogitate, & utiq; consilium dirigere.
Quanquam & huiusmodi cum fide sua conloqui
debeat unusquisque, eiusq; uires consulere: tam
quoniam in ista specie, carnis necessitas cogitatum
mouet querere apud eandem conscientiam quæ
fidei resistit, opus est fidei extrinsecus consilium,
tanquam aduocatum aduersus carnis necessitatem. Quæ quidem necessitas
circumscribi potest, si uoluntas potius dei, quam indulgentia consideretur.
Nemo indulgentiam audendo prometetur, sed uoluntati obsequēdo. Vo-
sanctificatio luntas dei est sanctificatio nostra. Vult enim imaginem suam nos etiam si
militudinem fieri, ut simus sancti, sicuti & ipse sanctus est, inquit. Id bonum,
Sanctificationem dico, in species distribuit complures, ut in aliqua eam
Virginitas à deprehendamur. Prima species est, Virginitas à natuitate. Secunda Virgi-
nitas (ut ex arbitrio suo uidua maneat) id est, à lauacro aquæ aut in matri-
monio purificat ex compacto, aut in uiduitate perseverat ex arbitrio. Ter-
tius gradus superest monogamia, cum post matrimonium unum interce-
ptum, exinde sexui renunciatur. Prima felicitas prima virginitas est, nō nos
se à quo postea optabis liberari, in totum. Secundæ virginitatis est, contem-
nere uim quam optime noris. Reliqua species hæc tenus nubendi post ma-
trimonium morte disiunctum, præter uirtutes etiā modestiæ laus est. Mo-
destiæ

destix enim laus est, ablatum non desiderare, & ablatum à deo domino, si
ne cuius uoluntate nec foliū de arbore labitur, nec passer assis unius ad terrā
cadit. Quād deniqz modesta illa uox est, Dominus dedit, dominus abstu-
lit: ut domino uisum est, ita factū est: Ideo si nuptias ablatas restauremus, si
ne dubio cōtra uoluntatē dei nitimur, uolentes habere rursus quod habete
uos noluit. Si enim uoluisset, nō abstulisset. Nisi & in hoc uoluntatem dei
interpretamur, quasi rursus uellet in nos, qđ iam noluit deus. Nō est bonæ
& solidæ fidei, sic omnia ad uoluntatē dei referre: & ita adulari unūquēqz, di Aliquid est in
cendo, nihil fieri sine iussione eius: ut non intelligamus aliquid esse in nobis nobis p̄fis
ipsis. Ceterū excusabitur omne delictū, si cōtinuerimus, nihil fieri à nobis si
ne dei uolūtate. Et ibi definito, istā destructionē totius disciplinæ etiā ipsius
dei, si & quæ nō uult de sua uolūtate producit, aut nihil est quod deus non
noluit. Sed quomodo uetat quædā, quibus etiā suppliciū æternū cōminatur?
Vtqz etiā quæ uetat nō uult, à quibus & offendit: sicut & quæ uult, præci-
pit, & accipit, & æternitatis mercede dispungit. Itaqz cū utrūqz ex præceptis Mercede æter-
eius didicerimus, quid uelit, & quid nolit, iam nobis est uoluntas eligendi al nitatis dispu-
terum, sicut scriptum est, Ecce posui ante te bonū & malum: gustasti enim gere.
de arbore agnitionis. Et ideo non debemus quod nostri expositum est arbi-
trio, in dei referre uoluntatem, quos uult ipse & uelle, qui malum non uult.
Ita nostra est uoluntas, cum malum uolumus aduersus dei uoluntatem, qui
bonum uult. Porro si quæris, unde ueniat ista uoluntas, qua quid uolumus
aduersus dei uoluntatem: Vt dicam: Ex nobis ipsis. Nec temerè, semini tuo
respondeas necesse est. Siquidem ille princeps generis & delicti Adam uo-
luit, quod deliquit. Neqz enim diabolus uoluntatem eis imposuit delinquen-
di, sed materiam uoluntatis subministravit. Cæterum uolūtas dei in obau-
dientiam uenerat. Proinde & tu si obaudieris deo, qui te proposito præce-
pto liberæ potestatis instituit, per uoluntatis libertatem uolens deuergis in Libertas no-
id quod deus noluit. Ita te putas à diabolo subuersum, qui & si uult te uelle luntatis
quod deus nō uult, nō tamen facit ut & uelis: quia nec tunc inuitos Proto-
plastos ad uoluntatem delicti subegit, immò neque inuitos neqz ignorantes
quid deus nollet. Vtqz enim nolebat fieri, cui admisso mortem destinabat.
Ita diaboli opus unū est, tentare quod in te est, an uelis. At ubi uoluisti, se-
quitur ut te sibi subigat, non operatus in te uoluntatem, sed nactus posses-
sionem uoluntatis. Igitur cum solum erit in nobis uelle, in hoc probatur no-
stra in deum mens, an ea uelimus quæ cum uoluntate eius sapiant. Altè im-
prese recogitandam esse dico dei uoluntatem, quid etiam in occulto uelit.
Quæ enim manifesto, scimus omnes. Eaç ipsa qualiter in manifesto sint
perspiciendū est. Nam si quædam uidentur uoluntatem dei sapere dum à
deo permittūtur, non statim omne quod permittitur, ex mera & tota uolun-
tate procedit eius qui permittit. Ex indulgentia est, quodcunqz permittitur.

Quæ

Quæ & si sine uoluntate non est, quia tamen aliquam habet causam in le-
 Voluntas co cui indulgetur, quasi de inuita uenit uoluntate passa causam sui, quæ co-
 inuita git uoluntatem. Vide qualis sit uoluntas eius, cuius altera sit causa. Secunda
 Voluntas iterum species consideranda est puræ uoluntatis. Vult nos deus sibi placita
 pura in quibus non indulgentia operatori patrocinatur, sed disciplina dominatur.
 Si tamen alia, ista præponit utiqz quæ magis uult, dubium ne est ea nobis
 taxanda esse, quæ mauult, quam ea, quæ minus uult. Qui alia magis uult,
 Minor proinde habenda sunt. Nam ostendendo quæ magis uelit, minorem uolun-
 uoluntas tamet maiore deleuit. Quantoqz notitia tuæ utrancqz proposuit, tanto defi-
 Maior niuit id te sectari debere quod paruit eū magis uelle. Ergo si ideo declara-
 uoluntas uit uti se ceteris quod magis uult, sine dubio nisi ita facis, contra uoluntatem
 eius sapiens, sapiendo cōtra potiorem eius uoluntatē, magisqz offendis quam
 promereris. Quod uult quidem faciendo, quod mauult respundo, ex par-
 te delinquis, non tamen promereris. Porro & promereri nolle, delinquere
 est. Secundum itaqz matrimonium, si ex illa dei uoluntate quæ indulgentia
 cogitur, negabimus meram cui indulgentia est causa: si ea cui potior alia præ-
 ponitur, continentiae magis appetendæ, didicerimus non potiorem à potio-
 re scindi. Hæc præstruxerim, ut iam Apostoli uoce decurrat. In primis aut
 non videbor irreligiosus, si quid ipse profitetur continentiae magis appeten-
 dæ didicerim. Iam animaduertam omnem illam indulgentiam nuptiarum
 de suo, id est, de humano sensu, non de diuino præscriptu induxisse. Nam
 & cum de uiduis & innuptis definiuit uti nubant, si continere non possunt,
 quia melius est nubi, quam uri, conuersus ad aliam speciem, Nuptis autem
 denuncio, inquit, non ego, sed dominus. Ita ostendit, extra rationem perso-
 næ suæ dominum: & quod supra dixerat, id non ex persona domini, sed ex
 sua pronunciasse, Melius esse nubi quam uri. Quæ vox licet ad eos perti-
 neat, qui sunt nupti, uel uiduae, qui tamen nubendi licentiam amplectuntur,
 uelim retractare, quale bonum ostendat quod melius est pœna: quod non
 potest uideri bonum, nisi pessimo comparatum: ut ideo bonum sit nubere,
 quia deterius est ardere: Bonū ita est, si per se nomen hoc obtinet, sine com-
 paratione non dico mali, sed etiam boni alterius: ut & si bono alijs compara-
 tur, & ab alio adumbratur, nihilominus remaneat in boni nomine. Cæterū
 si per mali collationem cogitur dici, non tam bonum est quam genus mali
 inferioris, quod à superiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur.
 3 Aufer deniqz dictionem comparationis, ut non dicas, melius est nubere qz
 uri: & quæro, an dicere audeas melius est nubere, non adiiciens quid sit id
 quo melius est. ergo quod non melius, utiqz nec bonum, quia abstulisti & re-
 mouisti dictionem comparationis, que dum melius illud facit alio, ita bonum
 haberit cogit. Melius esse nubi quam uri, sic accipiendum est, ac si melius uno
 oculo quam duobus carere. Si tamen à comparatione discedas, non erit me-
 lius

lius unum oculum nō habere, quām & bonum. Nemo igitur captet ex hoc capitulo defensionē, quod propriè ad nuptos & uiduas spectat, quibus nulla adhuc coniunctio numeratur. Quanquam ostenderim etiam illis numerandam esse permitti conditionem. Cæterum de secundo matrimonio scimus tamē Apostolum pronunciasse: Solutus es ab uxore, ne quæsieris uxori. Sed & si duxeris, non delinques. Proinde tamen & huius sermonis ordinem, consilio suo, non de diuino præcepto introducit. Multum autem interest inter dei præceptum, & consilium hominis. Præceptum dei, inquit, non habeo, sed consilium do, quasi misericordiam consecutus fidelis esse. quoniam neq; in Euangelio neq; ipsius Pauli Epistolis ex præcepto dei inuenias permittam matrimonij separationem. Vnde unum habendum confirmatur, quia quod à domino permisum non inuenitur, id agnoscitur interdictum. Adde quod & hæc ipsa huius consilij interiectione quasi intrecognitionem excessus sui passa, statim se refrenat & reuocat, cum subiungit: Veruntamen huiusmodi, pressurā carnis habebunt: Cum parcere se eis dicit: Cum tempus in collecto esse adjicet, quo oporteat etiā habentes matrimonia pronon habentibus agere: Cum sollicitudinem nuptorum committit. Per hæc enim docens cur non expediāt nubere, dissuadet ab eo quod supra induſſerat. Et hoc ne primo matrimonio, quāto magis secundo. Cum nos vero ad exemplum suum hortatur, utiq; ostendens quid nos uelit esse, id est continentes, pariter declarat quid nos esse nolit. Id quod non uult, nec sponte nec ueritate permittit. Si enim uellet, non permisisset, immo imperasset. Sed ecce rursus, Mulierē defuncto marito dicit nubere posse, si cui uelit, tantū in domino. At enim felicior erit, inquit, si sic perseverauerit secundum meum consilium. Puto autem, & ego spiritū dei habeo. Videmus duo consilia, quo supra nubendi ueniam facit, & quo postmodum continentiam nubendi indicat. Cui ergo, inquis, consilio adsentabimur? Inspice & lege. Cum ueniam facit, hominis prudentis consilium allegat. Cum continētiā indicat, Spiritus sancti consilium adfirmat. Sequere admonitionem cui diuinitas patrocinaatur. Spiritū quidem dei etiā fideles habeat, sed non omnes fideles Apostoli. Cur ergo cum fidelem dixerit, adjicet postea, spiritum se dei habere, quod nemo dubitat etiam de fidelis: idcirco hoc dixit, ut sibi Apostoli fastigium redideret. Propriè enim Apostoli spiritū sanctum habent, qui plenè habent in operibus Prophetiarum efficaciam uirtutum, atq; documentorū linguam, non quasi ex parte, quod cæteri. Ita spiritum sanctum autoritate ad eandem species adire fecit, cui nos magis obsequi uoluit: & factum est iam non consilium diuini spiritus, sed pro eius maiestate præceptum. Ad legem semel nubendi dirigam. Ipsa origo humani generis patrocinatur, contestans quid deus ab initio constituerit, in formam posteritatis recensendam. Nam cum hominem figurasset, eiꝝ parem necessariam prospexit, unam de costis

Apostoli

Origo humani
generis Mo
nogamie pat
rocinatur

Ii eius

*Adam & Eva
unis inter se
nuptijs de/
functi sunt*

*Lamech pri/
mus Diga/
mus.
Patriarche
polygami*

*Concubitus, se/
minarium ge/
neris.
Sementē gene/
ris emisit in/
dultis cōiugio/
rum habens*

*Licentia sepi/
us nubendi, in/
poteri lege ca/
strata*

cius mutuatus, unam illi foemina m̄ finxit, cum utiq; nec artifex, nec materia defecisset: plures constat in Adam, & infatigabiles manus in deo, sed nō plus res uxores apud deum. Et ideo homo dei Adam, & mulier dei Eva unus inter se nuptijs defuncti sunt. Formam hominis dei, de originis autoritate, & primam dei uoluntatem sanxerunt. Erunt duo, inquit, in una carne: non tres, nec quatuor. Alioquin iam non una caro, nec duo in una carne. Tunc erunt, si coniunctio & concretio duum in unitate semel fiat. Si uero rursus, aut s̄epius, iam una esse desit: & erunt iam non duo in unam carnem, sed una planè caro in plures. At cum Apostolus in ecclesiam & Christū interpretatur, erunt duo in una carne, secundū spiritales nuptias ecclesiae & Christi, unus Christus & una eius ecclesia, agnoscere debemus duplicatā & exageratā esse nobis unius matrimonij tam secundū generis fundamētum, quam secundum Christi firmamentum. Vno matrimonio censemur utrobiq; & carnaliter in Adam, & spiritualiter in Christo: Duarum nativitatum unum est monogamiae pr̄scriptum. Vtraq; degenerat, qui de monogamia exorbitat. Numerus matrimonij à maledicto uiro cœpit. Primus Lamēch duabus maritatus, tres in unam carnem effecit. Sed & benedicti, inquis, Patriarchæ non modo pluribus uxoribus, uerum etiā concubinis coniugia miscuerunt. Ergo propterea nobis quoq; licebit in numerum nubere. Sanè licebit si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti supersunt, quos nuptiæ tuæ figurent: aut si etiam nunc locus est uocis illius, Crescite & multiplicamini, id est, si nondum alia uox superuenit, Tempus iam in collecto esse, restare ut & qui uxores habent tanquam non habentes agant. Vtique enim continentiam indicens, & compescens concubitum seminarium generis, abs solescit Crescite illud & multiplicamini. Ut opinor autem unius & eiusdem dei utraq; pronunciatio & dispositio est, qui tunc quidem in primordio fermentem generis emisit indultis conjugiorum habenis, donec mundus repletur, donec nouæ disciplinæ materia proficeret: nunc uero cum extremitatibus temporum cōpreslit quod emiserat, & reuocauit quod indulserat, nō sine ratione propagationis in primordio, & repastinationis in ultimo. Semper initia laxantur, fines contrahuntur. Propterea syluam quis instituit, & crescere sinit, ut tempore suo cædat syluā. Erat uetus dispositio, quæ in Evangelio nouo deputatur, in quo & securis ad radicem arboris posita est. Sic & oculum pro oculo, & dentem pro dente, iam sensit: ex quo iuuenuit, Malum pro malo nemo reddat. Puto autem etiam humanam constitutionem atque decretum postea pristinis præualere. Cur autem de pristinis exemplis non ea potius agnoscamus quæ cum posteris communicant disciplinæ, formam uetus statis ad nouitatem transmittunt? Ecce enim in ueteri lege animaduerto castratam licentiam s̄epius nubendi. Cautum est in Leuitico, Sacerdotes mei non plus nubent. Possum dicere, etiam illud plus esse quod

quod semel non est. Quod non unum est, numerus est. Deniqe post unum incipit numerus. Num autem omne quod semel est. Sed unius Christo servatur, sicut in ceteris, ita in isto quoque legis plenitudo. Inde igitur apud nos plenius atque structius prescribitur, unius matrimonij esse oportere, quos a legi in ordinem Sacerdotalē. Vsqe ad quosdam memini digamos loco deie^ctos. Sed dices, ergo ceteris licet, cum quibus non liceat excipit. Vani erimus si putauerimus quod Sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne & laici Sacerdotes sumus; scriptum est Regnum quoque nos & sacerdotes, deo & patri suo fecit. Differentiam inter Ordinem & Plebem constituit Ecclesiæ auOrdo
toritas, & honor per Ordinis confessum sanctificatus a deo. Vbi ecclesiasti
ci ordinis non est confessus, & Offert & Tinguat Sacerdos qui est ibi solus.
Sed & ubi tres, ecclesia est, licet laici. Vnusquisque enim de sua fide uiuit. Nec
est personarum acceptio apud deum: quoniam non auditores legis iustifi-
cabuntur a deo, sed factores, secundum quod & Apostolus dicit. Igitur si ha-
bes ius Sacerdotis in temetipso, ubi necesse est habeas, oportet etiam disci-
plinam Sacerdotis necesse sit habere ius sacerdotis. Digamus tinguis, diga-
mus offerts: quanto magis laico dicat, quo ad salutem erit agere pro sacerdo-
te: quam ipsi sacerdoti dicitur, qui eo facto excommunicatur actione sacer-
dotis. Sed necessitatibus, inquis, indulserit. Nulla necessitas excusat, quae po-
test non esse necessitas: deniqe Digamos reprehendi & necessitate adminis-
trantes quod non licet. Dicam, omnes nos deus ita uoluit dispositos esse,
ut ubique sanctiones eius obeundi sit disciplina. Vsqe adeo nisi laici ea obser-
uent per quae Presbyteri allegantur, quomodo erunt Presbyteri qui de lai-
cis alleguntur: Ergo præferre debemus ante laicum iussum a secundo matri-
monio retinere, dum presbyter esse non aliud potest quam laicus qui semel
fuerit maritus. Liceat nunc denuo nubere, si & omne quod licet, bonum est.
Idem Apostolus exclamabat, Omnia licent: sed non omnia pro salute. Quod
non prodest, oro te, potest bonum dici? Si licita sunt & quae non pro salu-
te, ergo & quae non bona sunt, licita sunt. Quid autem magis uelle debebis,
quod ergo bonum est quia licet, an quod ergo quia prodest? Multum exi-
stimo esse inter licentiam & salutem. De bono non uincis, scilicet quia bonum
permitti non expectat. Sed adsumi permittitur, ut quod an bonum sit in
dubio est, quod potest etiam non permitti, si non habeat aliquam sui causam
primam. Quia propter incontinentiae periculum permittitur nubere secun-
dum: quia nisi licentia alicuius non bona rei subiaceret, non esset in quo pro-
baretur, qui diuinæ uoluntati, & qui suæ potestati obsequatur: quis nostrum
utilitatis præsentiam segetur, & quis occasionem licentiae amplexetur: quis
diuinæ uoluntati, & quis suæ uoluntati obsequatur. Licentia plerunque tenta-
tio est disciplinæ, quoniam disciplina per temptationem probatur, tentatio per
licentiam operatur. Ita fit ut omnia licent, sed non omnia expediant: dum

Ii 2 tentatur

tentatur cui permittatur, & uincatur dum in permissione tentatur. Licebat & Apostolis nubere, & uxores circumducere. Licebat & de Euangelijs uiue re. Sed qui hijs usus non est in occasionem, ad exemplum nos suum prouocat docens in eo esse probationem, in quo licentia experimentum. Abstinentiae praestruxit superiorem, ne sensus eius interpretetur. Non illud dicendum erit, secundum matrimonium quasi speciem stupri. Cum enim dicat maritos hoc in sollicitudinem habere quoniam modo sibi placeant: non utiqz de moribus (nam ut bonam sollicitudinem non subleuaret) sed de cultu, & ornatu, & omni studio formae, ad illecebras mouendas sollicitos iungit. uelut de forma & cultu placere carnalis concupiscentiae ingenium sit, qua etiam stupri causa est. Ecquid uidetur tibi stupri adfine esse matrimonium, quoniam ea in illo reprehendo qua stupro cōpetunt. Interim dominus ipse dicit, qui uiderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam stupravit eam in corde suo. Qui autem ad ducendum uiderit, minus perfecit: quid si etiam duxerit: quod non faceret, nisi ad ducendum concupisset. Nisi potest duci uxor, quam & si non uideris, at cōcupieris saltē cum ipsam ducere cōperis. Multum sanè abest maritus ab zelo, non concupiscens. Omnis mulier zeliuira est quandiu aliena, nec per alium fit marita nisi per quem & adultera. Legis uidetur matrimonij & stupri differentia. alioquin res & uiris & foeminis eadem imponit: est enim & matrimoniū & stuprum cōmixtio carnis. scilicet certandum cuius concupiscentia nos stupro adæquauit. Ergo, inquis, iam & primas, id est unas nuptias destruis. Nec immerito: quoniam & ipsæ ex eo constant quod est stuprum. Et ideo optimum est homini mulierem non tangere, quia cara est stupri affinitate. Sed cum hæc etiam de pri mis & unis nuptijs p̄tendti ad causam continentiae possint, quanto magis secundo matrimonio recusando p̄tuidebuntur: Gratus esto, si semel tibi deus indulxit nubere. Gratus enim eris, si & iterum indulsisse tibi nescias. Ceterum uteris indulgentiam, cum nec modestiam uteris. Modestia à modo dicitur. Non tibi sufficit de summo illo inuxoræ etiam uirginitatis gradu in secundum deliquisse nubendo, sed in tertium adhuc deuolueris, & futuris impelli potes, qui in secunda statione continens non fuisti, quia nec prohibere plures nuptias uoluit qui de secundis prouocandis retractauit. Nabamus igitur cotidie & nubentes ab ultimo die deprehendamur, tanquam Sodoma & Gomorra: quo die adimplebitur Væ illud super prægnantes & lactantes, id est, maritos incontinentiae. de nuptijs enim uteri & tubera infantis. Et quādo finis nubendi: Credo post finem subandi. Renuncient tandem carnalibus fructibus, ut aliquando spiritualia retractemus. Ruppe occasionem & si non exoptatissimā, attamen desisti habere cui debitum solueres. O te felicem debitorem, simile damnum, quid diximus damnum: lucrum sentientem. Per continentiam enim negotiaberis, magnam substantiam

substantiam necessitatis parsimoniae carnis seruientis acquirens. Recogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quam alius alium se homo sentiat, cum sua foemina cessat. Si orationem facit ad dominum, in propere est cœlo. orationem fa
cere ad dos
minum. Si scripturæ incumbit, totus illic est. Scriptura in
cumbere. Si psalmum canit, placet sibi. Ideo Apostolus purificationi orationem commendauit, causatus id quod ad tempus per miserat: semper nobis exercendū esse, quod semper prospicit. Si cotidie omni momento oratio hominibus necessaria, utique & continentia, quae orationi necessaria sit. Oratio de conscientia procedit. Si conscientia erubescit, erubescat oratio. Spiritus dicit orationē ad deum. Si spiritus reus apud se sit, conscientia erubescit, quomodo audebit orationem ducere ad altare? Sic etenim est Prophetica uox ueteris testamenti: Sancti erimus, quia & deus sanctus, & rursus: Cum sancto sanctificaris, & cum viro innocentem innocens eris, & cum electo electus eris. Debemus enim ita ingredi in disciplina domini, ut deo dignum fructum non secundum carnis & exsqualientiae cōcupiscentiam. Ita enim & Apostolus dicit, quod sapere secundum carnem, mors est, secundum spiritum uero sapere, uita æterna sit in Christo Iesu domino nostro. Si hæc obtusio, etiam cum in unis nuptijs in nos carnis exercetur, spiritum sanctum auertit, quanto magis cum in secundo matrimonio agitur? Duplex enim iste rubor est: quia in secundo matrimonio duæ uxores eundem circumstant maritum: una spiritu, alia carne. Nec enim pristinam poteris odisse, cui etiam clariorem reseruas affectionem. Et iam repeate apud deum pro cuius spiritu postules, pro qua Oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad deum cum tot uxoribus, quot illas oratione cōmemoras: & Offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per Sacerdotem de Monogamia ob pristinum de uirginitate sancitum, circumdatum Virginibus ac Vniuersitatem: & ascendet Sacrificium tuum libera fronte: & inter cæteras uoluntates bonæ mentis postulabis tibi & uxori castitatem. Scio quibus excusationibus coloremus insatiabilem carnis cupiditatem: ex quibus necessitates adminiculorum descendunt: administrâdam familiam, regendos loculos, claves custodiendas, lanificium dispensandum, uictum procurandum, curas domesticas. Scilicet solis maritorum domibus bene est. Perierūt cœlibum familiæ, spadonum, militum, aut peregrinantium sine uxoribus. Nō enim & nos milites sumus, eo quidem maioris disciplinæ quo & tanti Imperatoris? Non & nos peregrinantes in isto seculo sumus? Cur autem ita dispositus est Christianus, ut sine uxore non possit? Num & consortium onerum domesticorum necessarium est? Habe aliquam uxorem spiritalem. Adsumne de uiduis, fide pulchram, paupertate dotaram, ætate signatam. Bonas nuptias fecerit huiusmodi uxor. Haste plures habere deo gratum est. Sed de posteriori tempore cogitant Christiani, quibus crastinum non est. Hæredes dei seruus considerabit, qui semetipsum de seculo exhæreditavit. Ut ergo quid repetit matrimonium

Consortium
rum domesticorum

trimonium cum de pristino nō habeat liberos? Itaq; hoc primū diutius uti uolunt, ipso Apostolo festinante ad dominum + in persecutionibus, constantissimum in martyrijs, promptissimum in communicationibus rerum, temperatissimum in adquisitionibus, postremo usuris, morte relinquendis, filijs. Forsan Reipublicæ prospectu aguntur, ne diuites deficiant, si soboles non habent: ne leges, ne iura, ne commercia delabantur, ne templa derelinquantur, ne non sint qui exclament, Christiani ad bestias. Hæc enim audire desiderant, qui filios querunt. Sufficiat ad consilium uiduitatis uel ista præcipua causa, importunitas liberorum. Ad quos suscipiédos legibus compelluntur homines: quia sapiēs quisq; nunquā libens filios desiderasset. Quid ergo facies, si nolis, si uxorem de tua conscientia impleueris, dissoluturus es medicamine conceptum? Puto nobis non licere nascentem necare, quām & natum. Sed forte illo tempore prægnantis uxoris remedium à deo petes. Tanta solitudine à deo petere audebis, quod in te positum recusasti: Optinet aliquid sterilis prospicietur, uel etiam anus sæpius enixa. Quid à domino magis euenire potest, si quis præsumptionem eius pro dei æmulatione prouocaret. Scimus denique quendam ex Patribus cum propter familiam suam, secundo matrimonio sterilem captasset uxorem, tam iterum patrem factum quām & iterum maritum. Ad hanc meam contentionem, frater dilectissime, uideamus etiam seculi exempla, quæ sæpe nobis etiam in testimonio posita sunt, cum quod bonum & deo placitum uidetur, testimonio oneratur. Monogamia apud ethnicos in summo honore est, ut & virginibus legitimè nubentibus uniuira Pronuba adhibetur, & si auspici initium est. Item in quibusdam Solennibus & Auspicj, ut prior sit Vniuiræ locus. Certè Flaminia non nisi uniuira est, quæ Flaminia lex est. Nam duo ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet, quod Monogamiæ gloria est. Cum autem deus summus tantum, Satanas ad perficiendum prouocationem nostra, immo subfusio pigrissimorum ad continentiam deo exhibendam, qua diabolo qui antistant, nunc uirginitate, nunc uiduitate evirant. Nouerat uirgines Vestæ apud Achanum, & atrocis apud Delphos, & Mineruæ, & Dianæ, quibus locis. Noueram continentes viros, & quidem Tauri illius Ægyptij antistites: Fœminas uero Cereris Aphricanæ, cui etiam sponte abdicato matrimonio ad senescunt, exinde adempto contactu masculorum, usq; ad oscula filiorum. Inuenit diabolus, post luxuriam castitatis perditricem, quomodo reus sit Christianus, qui castitatem recusauerit conservatricem. Erunt nobis in testimonium & fœminæ quedam seculares, ob

Dido
Lucretia san-
guine suo ma-
sulatā carnem
abluat mel per uim & inuita aliud virum passa est, sanguine suo maculatā carnem abluat

abluit, ne uiueret iam non sibi Vniuira. Plura exempla certa de nostris inueniam, & quidem tanto potiora, quanto maius est uiuere in castitate, quam pro ea mori: hoc est animæ id bonum miseri, quam uiuendo separari animam. Quæc igitur & quæ in Ecclesijs Ordinarii in Ecclesia solent, quæ deo nubete maluerunt, quæ carnis suæ honorem instituerunt, quæc se iam illius pudoris filias dicauerunt, occidentes in se concupiscentiâ libidinis, & totum illud quod intra Paradisum non potuit admitti. Vnde præsumendum est hos qui intra paradisum recipi uolunt, tandem debere cessare ab ea re, & qua Paradisus obstructus est. Gratia ergo cum intelligenti hæc. Memento in orationibus tuis Tertullianj ad hæc exhortantis.

ARGUMENTVM LIBRI SEVENTIS
PER BEATVM RHENANVM.



Vod alibi suadere tantum uifus est, hic tanquam dogmatistes præcipit, secundas nuptias aperte damnans, & in Monogamia persuadenda egregie ineptiens. Standum est nobis ab orthodoxorum patrum sententia, nec uiolente Paulinorum uerborum interpretationi ullo modo adhærendum. Diuus Hieronymus epistolam ad Titum enarrans, Montanus, inquit, & qui Nouati schisma sectantur, nomen sibi munditia præsumpsere: putantq; secunda matrimonia ab ecclesiæ cōmunione prohibenda, cum Apostolus de episcopis & presbyteris hoc præcipiens, utiq; in cæteris relaxarit: non quod hortetur ad secunda matrimonia, sed quod necessitatî carnis indulget. Scripsit & Tertullianus de Monogamia librum hæreticum, quem Apostolo contraire, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit. Idem in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum refert hunc librum aduersus ecclesiam scriptum. Quæ uerba uelut antidotum libuit præmittere, quo lectoris animus præmunitus, absq; detimento uerioris sententiæ tutus transcurrat.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEVENTEM.

Hæreticî nuptias auferunt.) Intelligit Marcionitas. Disputans enim aduersus Marcionem libro primo, Non tingitur apud illum, inquit, caro nisi uirgo, nisi uidea, nisi cœlebs, nisi diuortio baptisma mercata. Ceu alibi etiam memismus. Physici ingerunt.) Physicos uocat omnes qui à Monogamia & peruersa Montani doctrina abhorrebant, commentitium illum Paracletū non agnoscentes. A quo spiritu se Spiritalis iudicabant & nominabant Montanistæ. Erant ergo orthodoxi illis Physici hoc est naturam sequentes quæ uoluptati corporis dita est, & afflictionem martyrij refugit, idq; quum propter iteratas nuptias, tum quod in persecutione fugitabat. Physicorum mentionem antè fecit aduersus Præxean. Deniq; cauerat pristinum, inquit, doctor de emendatione sua: & manet chirographum apud Physicos, apud quos tunc gesta res est, exinde silentium. Et nos quidem postea agniti Paracleti atque defensio, disiunxit à Physicis. Sic enim usus trobiq; legitur in Gorziensi uolumine tametsi Hirsaugiense exemplar habet illuc Psychicos & Psychicis. Sed tamen idem sensus est, siue Naturales nos uocet siue Animales, iuxta Paulinā illam consuetudinem, Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus dei. Huc enim ea respicit appellatio, eeu diximus in Annot. eius libri.

II 4 Inter

Inter alienos spadones.) Sic uocat Marcionitas quod à nuptijs abstinerent in star spadonū, & extra ecclesiam essent eieci, nempe hæretici. Igitur alieni, nec ad legē amplius pertinentes. Et aurigas tuos.) Marcionitas uocauit alienos tan quam separatos. De orthodoxis dicit, tuos. Eis aurigarum nomen accommodat ob tumultum matrimonij quasi coniugatus necessitatibus cottidianis impellentibus transuersus interdum agatur, quemadmodum equi nonnunquam aurigam alio pertrahunt quām constituerat ipse. Porro magna Romanos aurigandi in Cirro tenebat insania. Vnde aurigarum illæ factiones coloribus quoq; distinctæ.

Consistendum sit.) Hoc est pes figendus hic. Nec transiliendum.

An capiat Paracletum aliquid tale docuisse.) Græcum illud uerbum γράψατε multis locis usurpat, Latinè capit reddens, quod poterat hijs modis uertere, probabile est, usuuenit, contingit, fieri potest: ut hic an capiat, hoc est an possibile sit, quemadmodum in præcedentibus libris abundè declarauimus.

- 2 Necessè stet.) Nos, necesse est. Nihil enim bono cont.n.m.) Et hæc Hieronymus transcripsit. Quare id bonum intelligendum quod melius est & pœna.) Coniunctionem & diſpunximus, aduerbio quare in quale mutato.

Cæterum si per malī cogitationem cogitur bonum dici.) Nos, per malī collationem. Ut dicas.) Maluimus etiam in æditione proxima scribere, ut non di-

- 3 cas. Caro autem docet sanctitatem.) Ex Gorziensi collatione docetur scripsimus. Igitur si omnia ista oblitterant licentia nubendi.) Nos oblitterat licentiam nubendi. Hoc enim malum quām scribere, Obliterantur licentia nub. Etiam si Gorziensis collatio nulla admonuisset. Iam carni fibulā imponere.) Fibula imponere prouerbialiter dictum de eo quod astringitur uelut dissolutum, opus possum illi Laxare fibulam, quo usus est in De corona militis, Cæterum subuerit, inquit, totam substantiam sacramenti causatio eiusmodi, ut etiam uoluntarij delictis fibulā laxet. nisi mauis referre ad fibulā penis, de qua apud Celsum mentio. Soluitur his magno comœdi fibula, inquit Iuuenal. Retraclare suetus.) Nos, retractares, Vetus hæc disciplina sit præmonstrata. Hoc est, possit esse præmonstrata. Nam modus potentialis est. Quod & abstulisse docuisset.) Mutauiimus posterius uerbum & pro eo scripsimus decuisset. Confirmat castigatio,

- 4 nem nostram Gorziensis collatio. Siquidem Prophetiæ dictum est.) Nos, Prophetice. Ex eadem. In autoribus generis.) Autores generis humani uocat Adamum & Euam. In fratricidio dedicatum.) Hoc uerbo libenter utitur. Et post hunc Cyprianus martyr, & diuus Hieronymus. Ita in De resur. Carnis, De materia potius subiacente uolunt ab illo uniuersitatem dedicatam. Et paupero post in hoc ipso de Monogamia libro, In imaginē domini, inquit, dedicatus est.

- Mœchia.) Mœchia pro adulterio. Duas Græciæ literas sibi induit dominus.) Eleganter dictum. Sic Tacitus, Etiam aduersus nos hostilia induerat. Item, magnum animum induisse. Et de Agrippina Germanici Cæsaris uxore, Munia ducis per eos dies induerat. Tertullianus in Apologetico, Honestæ res est, solennitate publica exigente induere domui tuæ habitū alicuius noui lupanaris. Sic enim

- 5 illuc legendum pro inducere. In qua & Christus in nuptijs in totum.) Castigaueram in æditione proxima, In qua & Christus innuptus in totum. Nec adhuc displicet castigatio. In Christo nouas censem, non p.e.s.m. deferret nisi carnis is quod quod spiritus ille est l. & q.f. in c. esse debuerit.) Deprauatam sententiam sic restitueram in æditione proxima. In Christo nouans censem, non possis eum sine Monogamiæ professione deferre, nisi carne sis quod spiritu ille est: licet & quod fuit in carne, eque esse debueris. Qua lectione meliorē non inuenio. Nam à collatione Gorziensi prorsus hic destituimur. Nisi malis legere, possit, & sit, & debuerit

debuerit. Nec planè refert. Non enim passiuus tibi census est in illo.) Passiuum censem uocat censem infinitum, uagum, liberum, & licentem siue licentiosum. Sic in præcedentibus libris dixit passiuum nomen dei, passiuum conuictum, passiuos discipulos & passiuam licentiam. Hoc uocabulo diuus quoq; Hieronymus utitur. Et Iulius Firmicus libro quinto Matheos, In oculorum tamen illecebras, oculoru[m] passiuis cupiditatibus incurrens. Tametsi in æditione Firmici uulgata scriptum est possiuis pro passiuis. De hoc & antè diximus.

6Aut si posteriorem Abraham patrem se quæri sat est, Digamum.) Mensus locus est, & nihil adiuuant exemplaria. Scripsi, Aut si posteriorem Abraham patrem sequeris ut & digamum, recipe & Circumcisum. Posset etiam legi, Aut si p.A.p. sequeris, & digamum recipe & Circumcisum. Digamia circumcisio, ne scorsus est.) Restituimus locum ex collatione Gorziensi, Digamus à circumcisione esse orsus est. Mox scripsimus, Teneris & Monogamiæ. Adeo autè Monogami Abraham filius es. Nam ut ita legatur sensus exposcit. Paulopost castigauimus, filij habebat deputari Abraham. Ex collatione. Alicuius dabit etiam persanguinem nescias sibi ingerentis. Apparet pro dabit legendum Dauid, sicq; nos mutauimus. Sic autem dixit hic, Alicuius Dauid, ut paulo ante, Nostri alicuius autoris, Et in De carne Christi, In Lazaro aliquo. Item in aliquo Zacharia. Rursum, aliqui Lucanus. Et hic mox, alicuius Salomonis. Et infra, secundum aliquid Epicurum. Item ad finem, Sed Hermogenem aliquem, Et mox, Nec Iohannes aliqui Christi spado. Sensus uerborum est, Alicuius Dauid etiam per sanguinem id est cædem, uidelicet Vræ, nescias sibi ingerentis, id est alienas & incognitas uxores ad se accersentis. Bethsabeam intelligit. Nam sequitur, alicuius Salomonis etiam uxoribus diuitis. Alludit ad locum qui est 2. Reg. cap. ii. Vbi legimus, Misit ergo rex & requisiuit quæ esset mulier. Atque hoc est quod hic ait, Nescias, nam erat ei incognita. Sequitur deinde, Missis itaque Dauid nuncijs tulit eam. Hoc sibi uolunt hæc uerba, Sibi ingerentis.

Habes Moysen dei de proximo arbitrum.) Propriè & eleganter hic usus est arbitrii uocabulo. Arbiter enim interdum obseruatorè significat. Liuus, Per deos foederum arbitros & testes. Cyprianus martyr ad Donatum, Ac ne eloquium nostrum arbiter prophanus impeditat. Tertullianus in Apologetico, Quum semper etiam impiæ initiationes arceant prophanos, & arbitris caueat. In De pallio, Quâ Iordanis amnis finium arbiter, uastitas ingens. Secundus quoq; Moyses. Item Nauæ intelligit. Qui imaginem nostram in promissionem.) Figura Greca. Hoc est, secundū imaginē nostram. Instrumenta regalium scripturarum.) Castigauimus, Legalium scripturarum. Nam mox sequitur, Interdū nihil sibi dicunt esse cum lege. Nostra paratura.) Hoc est, de nostra paratura. Paratura uocabulum Tertulliani quo frequenter utitur. Mox scripsimus pro quæ uoluit, quæ uolunt. Item, quæ nec patres sustinere ualuerunt, pro uoluerunt.

Concessarint.) Hoc uerbo etiā in præcedentibus libris usus est. Decutrere habebat.) Verbū Tertulliani. Mox scripsimus, At mortis preuentu. pro, & mort.

7Vicaria & quasi posthumā soboles supparabatur.) Supparādi uerbū nō est infrequens in Tertulliani scriptis. Ita in De cultu foeminarū, Ne exuuias, inquit, alie ni capit is forsitan immundi, forsan nocentis & gehennæ destinati, sancto & Christiano capiti suppares. In Valentiniānis, Quantū lupæ foeminae formam cottidie supparare solène est. Significat enim sufficere, substituereq;. Inde Supparaturæ uocabulum. In De resur. carnis, Nec generis supparatura grauis erit membris.

Et desirūt uua acerba.) Gorziēsem collationē secuti scripsimus, Et desirūt uua acerba à patribus manducata f. d. obſt. Locus est Hieremia cap. 31.

Contrarium

Contrarium eius obtinuit.) Hoc est euauit. Quasi in limine duo n.a.C.s. occurunt.) Videlicet apud Lucam. Sapit autem prouerbium, Quasi in limine occurrere. Quis enim corpus domini dignius iniiciaret.) Eleganter dictum. Inticare corpus domini. De baptismo. Ut uterque titulus sanctitatis in Christi censu dispungeretur.) Formula loquendi Tertulliano frequentissima. Si in De resurrectione carnis, Vita est enim causa iudicij, per tot substantias dispungenda, per quot & functa est. Tales arbitros infans dominus expertus.) Venustè dictum. Ita ante, Habes Moysen dei de proximo arbitrum. In Apologetico, Eo magis, inquit, quia nec uerebatur extraneos arbitros. Collatus.) Aut collocaturus.

Non etiam obire meminissent.) Hoc est, exequi. Sic in De fuga in persecutione, Quo facilius de obitu eius constare possit. Et alibi, Obeundæ grauitatis. Vbi tamen scriptum est Obediendæ grauitatis, ni fallor. Tunc de ceteris argumentis.) Sensus est, Tum ob cetera argumenta. Non capit elogium adulterij.) Hoc est nomen sive titulum & infamiam adulterij. Hoc uocabulo libenter utitur Tertullianus. In Apologetico, Ut de nostris elogis loquar.

Aut iunctos deprehendens.) De gentibus. Necesitas uel occasio.) Scriptimus, Ne necessitas uel oc.t.c. irrumptat. Si forte praeuenerit.) Præuenerit mutauimus in prouenerit, non male ceu putamus. Hoc est, acciderit, videlicet adulterium. Ut apud Romanos post annum sexcentesimum V. C.) Seruus Sulpitius in libro quem composuit de dotibus, tum primū cautiones rei uxoriæ necessarias esse uillas scripsit, quum Sp. Carbilius cui Ruba cognomentum fuit, uir nobilis cum uxore diuortium fecit: quia liber ex ea, corporis uitio non gigneretur, Anno urbis conditæ quingentesimo uicesimo tertio, M. Atilio, P. Valerio cass. Ex Aulo Gellio. Septimus noster in Apologetico, Vbi est, inquit, illa felicitas matrimoniorum, de moribus utiq; prosperata, qua per annos fermè sexcentos ab urbe condita nulla repudium dormus scripsit.

10 Video iam hinc nos Apostolum prouocantem.) Sic scriptimus iuxta fidem Gorziensis collationis, Ad præpositione erafa. Accusandi siquidem casu Nos dictum. Prouocantem nos. A quo repudium non audijt.) Per illa renunciationis uerba, Tuas res tibi habeto, Tuas res tibi agito. Habet secum animi licentiam.) Hoc est potestatem. Imaginario fructu repræsentat.) Imaginem talium rerum animo obijciens. Sic L. Florus Andricum uocat imaginariū & scenicum regem. Inuictus quoq; inquit, non à ueris regibus sed ab illo imaginario & scenico rege superatus est. Ergo hoc magis euincta est cum qua.) Restitui mus locum ex indice ad nos missæ collationis, Ergo hoc magis ei iuncta est cum quo habet apud deum causam. Hoc est litem propter discordiam illam.

Enimuero anima eius orat, & refrigerium interimat, postulat enim &.) Coniunctione sic castigandum, quando nihil est ab exemplaribus præsidij, & pro anima eius oret, & refrigerium interim apostulet ei, & in prima resurrectione consortium. Sicq; reposui. Et offerat annuis diebus dormitionis eius.) Huius ueterū consuetudinis meminit quum in De corona militis, tum in De exhortatione castitatis. Idem factitari solitum indicat Cyprianus martyr. Quod si credidimus m. r. utiq; tenebitur.) Nos in prioribus aëditionibus legendū uideri monuimus, Cedimus & Tenebimur. Idq; confirmat Gorziensis collatio. Paulopost scriptimus, Licet merces uaria. Ex eadem. Aliud & in carne.) Et pro etiam.

11 Quomodo buccellas.) Ad uxorem libro secundo dixit, Non sciet maritus, quid secretò ante omnem cibum gustes. Et si sciuerit panem, non illum credit esse qui dicitur. De illis buccellis, ut coniunctione, loquitur, quas domum ferendas ab ecclesiæ ministris accipiebant. Alienis iam dotalibus scriptum.) Ita ad uxorem libro

librō. An ideo sit inuestis dotalibus, cui deus censum suum credidit. Mox scripsi
mus, propter quem deo placere nō maluisti. Ex Gorziensi. Hæc Physici u/
lunt.) Sicut uocat impugnatores Monogamiae nempe Orthodoxos, ceu diximus
ante. Imò & plurimi.) Numerosum matrimonium intelligit. Omne
obnoxium est numero.) Sensus est. Vnumquodq; quod semel esse desijt, obno/
xiūm est numero. Italia tirocinium nouæ & q.o.e.) pro Italia supposuimus
ex nostro iudicio, ut alia, id est ut alia multa. Prae angustijs temporum impe/
dimenta matrimonij recusantibus.) Nam angustiae temporum ultimorū recusant
farcinas matrimonij, puta liberos & similia. De impedimentis in hunc sensum dixi
mus iam bis in librīs præcedentibus. In usum exigit.) Nos, exijt. Astipulante
etiam Gorziensi collatione. Sua fronte proponit.) Hoc est, non coacte, & 12
in unam partem torquendo, sed liberè & aperte. Sapit prouerbium.

Sicut ille uester Vthinensis.) Vthina oppidum est Africæ, colonia Romano/
rum. Non agnoscebat autem, ut uidetur, nouam Montani prophetiam Vthinens/
sis ecclesia. Notat autem episcopum de illicita Venere, quum dicit, nec Scanti/
niā timuit. P. Scantinus legem tulit qua pæderastæ graui supplicio afficiuntur.

Et aliquandiu affectatae.) Hoc est, ad tempus pio uiduitatis & continentiae affe/
ctu præditæ. Et professæ eam.) Hic habes professionis uocabulum. 14.

Quo sensu iste q.t.b.e.) Nos, quo sensus iste. Item, pro alter ei, alteri, ei.

Adulterij te præiudicat.) Præiudicare cum genitio. Sic Livius dixit iudicatum
pecuniae, Centurionem, inquit, nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniae
quum duci uidisset, medio foro occurrit. Paulopost scripsimus propter duritiam
cordis. Ex Gorziensi. Plus hæc sibi Paulum defendit, quam illa non sensi.) 15
Exigente sensu scripsi, quam illa Moysen: si tamen defendit, q.ind. Quæ po/
tiores sententias & perpetuas uoluntates eius uelut id quæ non sinit. Ausi sumus
scribere pro uelut id, eludit, hoc modo, Quæ potiores sententias & perpetuas uo/
luntates eius eludit: quæ non sinit nos hoc Apostolo prestatre, quod mauult. Mox
scripsimus, donec Paracletus operaretur. Ex Gorziensi collatione.

Non deest.) Hæc clausula de margine libri in contextum est recepta. Fortas/
se scriptū fuit in aliquo uetus exemplari unde nostra ista quibus sumus usi uelut
per traducē sint propagata. Portare posse. Ergo quispiam annotare uolens legen/
dum, Portare nō posse, ascripsit in margine codicis. Nō, deest. Paulopost seruitio
mutauimus in uitio, De arbitrij cuiuscunq; liberi uitio. Aliud est referre.) Nos,
auferre. Nam præcedit, Nos uero non magis nuptias auferimus. Et reliqua.

Vtq; enim illam magis excusari capit.) Ethic uerbum capit quod Græcis est
γένεται. Hoc est cōtingit, probabile est, fieri solet. Cōueniens est. Sic circa initium
huius libri, An capiat Paracletum aliquid tale docuisse. Quum tormentis ex/
pugnata est in Negationem.) Hac de causa multi fugiebant tempore Persecutio/
nis ne cogerentur negare, ui tormentorum adacti. Subans.) Subare uerbum
obscoenum est coeuntium nixus significans, tractum à suis. Hieronymus in Io/
uinianū lib. primo, Qui post castitatem & diuturnā continentiam subant ad coitum,
& pecudū more lasciūunt. Talis infirmitas & tertio.) Ironia est. Sed Her/
mogenē aliquem.) Aduersus hunc Hermogenē Polygamum & pictorē afferentē
deo coœuā esse materiā librū edidit Tertullianus, qui inter præcedentes habetur.

Exhibitionis causa nubentem.) Exhibitionē uocat necessariorū ad uitā submi/
nistrationem passiue. Sic in hoc ipso libro pauloante uictuariam exhibitionē di/
xit. Et ad uxoriē libro secundo, Vnde nisi à diabolo maritū, inquit, petant, bonum
exhibendæ sellæ, & mulibus, & cinerarijs peregrinæ proceritatis.

Cogitetis de minimis.) Emendaram in æditione proxima, Cogitet iisdem ani/
mis. Nec adhuc uideo quod melius quadret.

Hæredes scilicet Christianus queret.) Hæc quæ nunc sequuntur sunt in Exhortatione ad castitatem ad finem, sed in commendatione quam hic.

Legibus Iulijs agi credunt.) Papiam Poppæam legem intelligit, quæ postquam ab Augusto emendata est, etiam Iulia dici coepit. Iuuenalis, Non placet Vrsidio lex Iulia. Solidum non posse capere.) Hoc est ut ex asse sint hæredes, & integrum adeant hereditatem. Ita ad uxorem libro primo circa principium, Tu modo, inquit, ut solidum capere possis hoc meæ admonitionis fidei commissum, deus faciat. • Nubant igitur h.) Ironia est. Satis oportunus.) Ironia.

Et infantes pipantes.) In illum locum in Valentianis, Cœlestes imbræ pipa uult Achamoth, annotauimus, Pipationem esse clamorem plorantis Oscorum lingua, autore Festo. Vnde hic infantes pipantes dixit. Habebunt plane Christo quod legent.) Legent hoc est allegent, carnis usq; quæ imbecillitatem. Speciem sum priuilegium. Omnia sunt ironie plena. Quid si Tertullianus scripsit, allegent.

Sed hanc.) Subaudi, carnem. Aliqui Christi spado.) Aliqui pro aliquis.

Fuerunt & quæ p. u. n. idolis.) Subaudi inter Gentiles matronas. Dedicabant enim se templis deorum. Certe & in Monogamia & uiduitas appetit.) Suspicio Tertullianum scripsisse, Certe & in Monogamia & uiduitas appetit. Ut sit Defectiva oratio in qua subaudiatur ablatius statu uel uita aut similis aliis.

In quo definiri uocaris.) Nos, in quod è fini reuocaris.

Exhibe te tertium Adam.) Ironia est.

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTULLIANI, DE MONO-

GAMIA LIBER.

Marcionite.

Physici



AERETICI nuptias auferunt, Physici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubut. Quid agis Lex creatoris? Inter alienos spadones & aurigas tuos tantundem quereris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneo: proinde te ledunt qui abutuntur, quemadmodum qui non abutuntur. Verum neque continentia eiusmodi laudanda, quia hæretica est, neque licentia defendenda, quia Physica est.

Illa blasphemat, ista luxuriat. Illa destruit nuptiarum deum, ista confundit.

Spiritales, Penes nos autem quos Spiritales merito dici faciunt spiritalia charismata, Montaniste, continentia religiosa est cum Licentia uerecunda, quandoquidem ambæ cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, Licentia temperat.

Illa non cogitur, ista regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum. Unum matrimonium nouimus, sicut unum deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, ubi habet & pudore. Sed Physicis non recipientibus spiritum, ea quæ sunt spiritus non placent.

Ita quibus quæ sunt spiritus non placent, ea quæ sunt carnis placebunt, contraria spiritus. Caro, inquit, aduersus spiritum concupiscit, & spiritus aduersus carnem. Quid autem concupiscet caro, quam quæ

quæ magis carnis sunt? Propter quod & in primordio extranea spiritus facta est. Non, inquit, permanebit spiritus meus in istis hominibus in ænum, eo quod caro sint. Itaq; Monogamia disciplinam in hæresim exprobant. Nec ulla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quam dum existimant nouæ discipline institutorem, & quidem durissime illis, ut iam de hoc primum consistendum sit ut generali retractatu, An capiat Paracletum aliquid tale docuisse; quod aut nouum deputari possit aduersus Catholicam traditionem, aut onerosum aduersus leuem sarcinam? De utroq; autē ipse dominus pronunciauit. Dicens enim adhuc multa habeo quæ loquar ad uos, sed nondum potestis portare ea: cum uenerit Spiritus sanctus, ille uos ducet in omnem ueritatem: satis utiq; prætendit ea acturū illum quæ & noua existimari possint, ut nunquam retrò ædita, & aliquanto onerosa, ut idcirco non ædita. Ergo, inquis, hac argumentatione quiduis nouum & onerosum Paracleto adscribi poterit, & si ab aduersario spiritu fuerit. Non utiq;. Aduersarius enim spiritus ex diuersitate prædicationis appetet, primò regulam adulterias fidei, & ita ordinem adulterans disciplinæ: quia cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est Fidei, quæ prior est disciplina. Autem quis de deo hæreticus sit necesse est, tunc de instituto. Paracletus autem multa habens edocere quæ in illum distulit dominus, secundum præfinitio-
nem, ipsum primò Christum contestabitur, qualem credimus, cum toto or-
dine dei Creatoris, & ipsum glorificabit, & de ipso commemorabit: & sic de
principaliter regula illa, multa quæ sunt disciplinarum reuelabit, fidem dicente
pro eis integritate prædicationis, nouis, quia nunc reuelantur: licet onerosis,
quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi quam qui habere se
dixit & alia multa, quæ à Paracleto edocerentur, non minus istis onerosa
quam illis à quibus non dum tunc sustinebantur. Sed onerosam monoga-
miam uiderit adhuc impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc in-
terim constet. Illud enim amplius dicimus, etiam si totam & solidam uirgini-
tatem siue continentiam Paracletus hodie determinasset, ut ne unis quidem
nuptijs feruorem carnis despumare permitteret, sic quoq; nihil noui indu-
cere uideretur, ipso domino spadonibus aperiente regna cœlorū, ut & ipso
spadone: quem spectans & Apostolus, propterea & ipse castratus, conti-
nentiam mauult. Sed saluo inquis iure nubendi. planè saluo. & uidebimus do.
quousque. Nihilominus tamen ex ea parte destructo qua continentia præ-
fert. Bonum, inquit, homini mulierem non cōtingere. Nihil enim bono con-
trarium nisi malū. Ideoq; supereesse, ut & qui habeant uxores, sic sint, quasi
non habentes: quo magis qui non habent, habere non debeant, Reddit
etiam causas cur ita suadeat: quod innupti de deo cogitent: nupti uero quo-
modo in matrimonio quis suo placeat. Et possum contendere, non merè
bonum esse, quod permittitur. Quod enim merè bonū est, non permittitur,

*Monogamie
disciplina, hæ-
resis.*

Kk sed

sed ultrò licet. Permissio habet causam, aliquando & necessitatis. Deniq; in hac specie non est uoluntas permittētis nubere. Aliud enim uult: Volo uos, inquit, omnes sic esse quomodo & ego. Et cum ostendit melius esse, quid uerique se uelle cōfirmat, quām quod melius esse p̄̄misit. Et ita si aliud quām quod uoluit permittit, non uoluntate, sed necessitate permittens, non merē bonum ostendit, quod inuitus indulxit. Deniq; cum dicit, melius est nubere quām uiri, quale id bonum intelligendum quod melius est poena? quod non potest uideri melius nisi pessimo comparatum? Bonum illud est quod per se hoc nomen tenet, sine comparatione non dico mali, sed etiam boni akerius: ut & si alio bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine. Cæterum si per mali collationem cogitur bonum dici, nō tam bonum est quām genus mali inferioris, quod ab altiore malo obscuratum ad nomen boari impellitur. Aufer deniq; conditionem, ut non dicas, melius est nubere quām uiri, & quæro an dicere audeas, melius nubere, non adiūcens quo melius sit. Ergo iam non melius, & dum non melius, nec bonum, sublata conditione, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberī cogit. Melius est unum oculū amittere quām duos. Si tamen discedas à comparatione utriusq;, non erit melius unū oculum habere, quia nec bonum. Quid nunc, si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est, de humano sensu accommodat ex necessitate qua diximus, quia melius sit nubere quām uiri? Denique conuersus ad alteram speciem dicendo, Nuptias aut̄ denuncio, nō ego, sed dominus: Ostendit illa quæ supra dixerat nō dominicæ autoritatis fuisse, sed humanæ æstimationis. At ubi ad continentiam reflectit animos, Volo autem uos sic esse omnes, Puto autem, inquit, & ego spiritum dei habeo: ut si quid indulserat ex necessitate, id spiritus sancti autoritate reuocaret. Sed Ioannes monens sic nos incedere debere quemadmodū & Dominus, utiq; etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere, adeò manifestius. Et omnis, inquit, qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut & ipse castus est. Nam & alibi, Estote sancti, sicut & ille sanctus fuit, scilicet carne. De spiritu enim non dixisset, quia spiritus ultiro sanctus agnoscitur, nec species stat sanctitatis admonitionem quæ propria natura est eius. Caro autē docetur sanctitatem, quæ & in Christo fuit sancta. Igitur si omnia ista oblituant licentiam nubendi, & conditione licentiae inspecta, & prælatione continentiae imposita, cur non potuerit post Apostolos idem Spiritus supernus ad deducendam disciplinam in omnem ueritatem, per gradus temporum (secundum quod Ecclesiastes, Tempus omni rei, inquit, super terram) iam carni fibulam imponere, iam non oblique à nuptijs auocans, sed exercitare, cum magis nunc tempus in collecto factū sit, annis circiter CLX. exinde productis? Nonne ipse apud te retractares, Vetus hæc disciplina sit præmonstrata iam tunc in carne domini, & uoluntate, dehinc in Apostolorum eius

Dominica au-
toritas.

Humanæ exi-
statio

Carni fibu-
lam imponere

eius tam consilijs quam exemplis. Olim sanctitati huic destinabamur. Nihil noui Paracletus inducit. Quod præmonuit, definit. Quod sustinuit exposcit. Et nunc recogitans ista, facile tibi persuadebis multo magis unicas competisse Paracleto prædicare qui potuit & nullas: Magisq; credendum temperasse illū quod & abstulisse decuisset, si quæ uelit Christus intelligas. In hoc quoq; Paracletum agnoscere debes aduocatum, quod à tota contumacia infirmitatem tuam excusat. Secedat nunc mentio Paracleti, ut nostri alicuius autoris. Euoluamus cōmunia instrumēta scripturarū pristinarum. Hoc ipsum demonstratur à nobis, neq; nouā, neq; extraneam esse Monogamiz disciplinam, imò & antiquam & propriā Christianorum, ut Paracletum restitutorem potius sentias eius quam institutorem. Quod pertineat *Census humāni generis* ad antiquitatem, quæ potest antiquior forma proferri, quam ipse *census generis* humani: Vnam fœminā masculo deus finxit, una costa eius decerpta, & utiq; ex pluribus. Sed & in præfatione ipsius operis, Non est, inquit, bonus homini, solum eū esse: faciamus adiutoriū illi. Adiutores enim dixisset, si pluribus eum uxoribus destinasset. Adiecit & legem de futuro. Siquidem Propheticè dictum est: Et erunt duo in unam carnem, nō tres, neq; plures. 4 Cæterum iam non duo, si plures. Stetit lex. Deniq; perseverauit unio coniugij in autoribus generis ad finem usq;, non quia nō erant fœminæ aliæ, sed quia ideo non erant, ne primitiæ generis duplī matrimonio contaminarentur. Alioquin si deus uoluisset, & esse potuisset, certè de filiarum suarum numerositate sumpfisset, non minus ex ossibus & ex carne sua quam Euam, si hoc pie fieret. At ubi primū scelus, homicidium, in fraticidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit, quam duæ nuptiæ. Neq; enim re *Homicidium* *Duo nuptiæ* fert duas quis uxores singulas habuerit, an pariter singulæ duos fecerint. Idem numerus coniunctorū & separatorum. Semel tamen uitæ passa insti- *Lamech*, pri- *Reformatio seculi generis humani.*
tutio dei per Lamech, constitit postea in finem usq; gentis illius. Secundus *mus digamus* Lamech nullus extitit, quomodo duabus maritus. Negat scriptura quod non notat. Aliæ diluvium iniuriantes prouocauerunt, semel defensæ quales fuerunt, non tamen septuagies septies: quod duo matrimonia metuerunt. Sed & reformatio secūdi generis humani Monogamia matre censemur. Ite, *Noe*.
Mæchia rum duo in unam carnem crescere & redundare suscipiunt. Noe & uxor, si hinc eorum in unicis nuptijs. Etiam in ipsis animalibus Monogamia recognoscitur, ne uel bestiæ de mœchia nascerentur. Ex omnibus, inquit, bestijs, ex omni carne, duo induces in arcam, ut uiuant tecum masculus & fœmina. erunt de animalibus uolatilibus secundum genus, & de omnibus serpentibus terræ, secundum genus ipsorum: duo ex omnibus introibunt ad te, masculus & fœmina. Eadem forma & septena ex binis adlegi mandat ex masculo & fœmina uno & una. Quid amplius dicam? Immundis quoque alibus cum binis fœminis introire non licuit. Hæc quantum ad primordiorum
Kk 2 testimo-

Patrocinium originis nostrae patrocinium, & diuinæ institutionis prædictum. Quæ utiq; lex est, non monumentū, quoniam si ita factum est à pri
stre
Præjudicium institutionis divine mordio, inuenimus nos ad initium dirigi à Christo, sicut in quæstione repu
dij, dicens, illud propter duriciam ipsorū à Moysē esse permisum, ab initio
coniunxit in unā carnē duos: hodie homo non separabit. Dicit & Aposto
lus scribēs ad Ephesios, deum proposuisse in semetipso ad dispensationem
ad impletionis temporū, ad caput, id est, ad initium reciprocare universa in
Christo, quæ sunt super cœlos & super terras in ipso. sic & duas Græcię sum
mam literam & ultimam sibi induit dominus, initij & finis concurrentium
in se figurat: ut quemadmodum & replicatur, ita ostenderet in se esse &
initij decursum ad finē, & finis recursum ad initium: ut omnis dispositio in
eum desinens per quē cœpta est, per Sermonem scilicet dei qui caro factus
est, proinde desinat quemadmodum & cœpit: & à deo in Christo omnia
reuocarentur ad initium: ut & fides reuersa sit à circumcisione ad integratatem
illius, sicut ab initio fuit: & sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit:
& matrimonij indiuiduitas, sicut ab initio fuit: & repudij cohibitio, quod ab
initio non fuit: & postremò totus homo in Paradisum reuocaretur, ubi ab
initio fuit. Cur ergo uel Monogamum illum debeat Adam referre, qui nō
potest tam integrum q; inde demissus est? Quantum pertinet itaq; ad ini
tij restitutio[n]ē, id à te exigit & dispositionis, & spei tuæ ratio, quod ab ini
tio fuit, secundum initium quod tibi & in Adam censemur. Elige in quo eorum
initium tuū deputes. In ambobus te sibi Monogamia censura defendit. Sed
& si initium transmittit ad finē, ut & , quomodo finis remittit ad initium,
atq; ita census noster transfertur in Christū, animalis in spiritalem, quia nō
primo quod spiritale est, sed quod animale, dehinc quod spiritale: proinde
uideamus an id ipsum debeas huic quoq; censi secundo, an in eadē te for
ma cōueniet nouissimus quoq; Adam in qua & Christus innuptus in toū,
quod etiam primus Adam ante exilium. Sed donato infirmitati tuæ, car
nis suę exemplo, perfectior Adam, id est Christus, eo quoq; nomine perfe
ctior quā integrior, uolenti quidem tibi spado occurrit in carne. Si uero non
sufficis, Monogamus incurrit in spiritu, unam habēs ecclesiam sponsam, se
cundum figuram quam Apostolus illud magnum sacramentum interpre
tatur, in Christum & ecclesiam, competentes carnali Monogamia, per spi
ritalem. Vides igitur quemadmodum etiam in Christo nouans censem, nō
possis eum sine Monogamia professio[n]e deferre: nisi carne sis quod spiritu
ille est: licet & quod fuit in carne, æque esse debueris. Sed adhuc nobis quæ
ramus aliquos originis principes. Non placent enim quibusdam Monoga
mi parentes Adā & Noc, fortasse nec Christus. Ad Abraham deniq; pro
uocant prohibiti patrem alium præter deum agnoscere. Sit nunc pater no
ster Abraham. sic & Paulus, In euangelio, inquit, ego uos generaui. Et iā
Abrahæ

Abrahæ te filium exhibe. Non enim passiuus tibi census est in illo. Cætum ^{Passiuus}
tempus est, quo tuus pater est. Si enim ex fide filij deputemur Abrahæ, ut ^{census}
Apostolus docet, dicens ad Galatas: Cognoscitis nempe, quia qui ex fide,
isti sunt filij Abrahæ: quando credidit Abraham deo, & deputatum ei in
iustitiam: opinor adhuc in Monogamia, quia in circumcisione nondum.
Quod si postea in utruncq; mutatus est, & in Digamiam per ancillæ concu-
binatum, & in Circumcisionē per testamenti signaculum, non potes illū pa-
trem agnoscere, nisi tunc, cum deo credidit. Siquidem secundum fidem filius
eius es, nō secundū carnem. Aut si posteriorem Abrahā patrem sequeris, ut
& Digamū, recipe & Circumcisum. Si rejcis Circumcisum, ergo recusabis
& Digamum. Duas dispositiones eius binis inter se modis diuersas, miscere
non poteris. Digamus à circumcisione esse orsus est, Monogamus cū Præpu-
tiatione. Recipis Digamiam, admitte & Circumcisionem. Tueris Præputia-
tionem, teneris & Monogamiæ. Adeo autem Monogami Abrahæ filius es
sicut & præputiati, ut si circūcidaris, iam non sis filius, quia non eris ex fide,
sed ex signaculo fidei in præputatione iustificatæ. Habes Apostolum, di-
isce cum Galatis. Proinde & si Digamiam iam tibi intuleris, non es illius, cu-
ius fides in Monogamia præcessit: nam & si postea pater multarum natio-
num nuncupatur, sed earum quæ ex fide Digamiam præcedente filij habe-
bāt deputari Abrahæ. Exinde res uiderint. Aliud sunt figuræ, aliud formæ. ^{Figure}
Aliud imagines, aliud definitiones. Imagines transeunt adimpletæ, defini-
tiones permanent adimplendæ. Imagines prophetant, definitiones guber-
nant. Quid Digamia illa Abrahæ portendat, idem Apostolus edocet inter-
pretator utriuscq; testamenti, sicut idem semen nostrum in Isaac uocatū de-
terminat. Si ex libera es, ad Isaac pertines, hic certe unū matrimonium per-
tulit. Isti itaq; sunt (ut opinor) in quibus censeor. Ceteros nescio. Quorum si
exempla circumspicio, alicuius Dauid etiam per sanguinem nescias sibi inge-
rentis, alicuius Salomonis etiam uxoribus diuinitis: meliora sectari iussus, ha-
bes & Ioseph Monogamum, & hoc nomine audeo dicere, patre meliorem. ^{Imagines}
Habes Moysen dei de proximo arbitrū. Habes Aaronem principalem sa-
cerdotem. Secundus quoq; Moyses populi secūdi, qui imaginem nostram
in promissionē, in imaginem domini dedicatus est, non fuit Digamus. Post
uetera exempla originalium personarum, æque ad uetera trāseamus instru-
menta Legalium scripturarum, ut per ordinem, per omnia, nostra paratura
retractemus. Et quoniam quidam interdum nihil sibi dicunt esse cum lege,
quam Christus non dissoluit, sed adimpleuit: interdū quæ uolunt legis arri-
piunt: planè & nos sic dicimus deceſſisse legem, ut onera quidem eius secun-
dum sententiam Apostolorum, quæ nec patres sustinere ualuerunt, conces-
ſarint: quæ uero ad iustitiam spectant, non tantum reseruata permaneant,
uerum & ampliata: ut scilicet redundare possit iustitia nostra super Scriba-

Kk 3 rum

rum & Pharisæorum iusticiâ. si iustitia utiqz & pudicitia. Si ergo quoniam in lege præcipitur, ut quis fratri sui uxorem sine liberis defuncti in matrimonium adsumat, ad suscitâdum fratri suo semen: idqz sæpius evenire in unam personam potest secundum callidam illam quæstionem Sadducæorum: ideo & aliâs putant permittam frequentiam nuptiarum: intelligere debebunt primo rationem ipsius præcepti, & ita scient illam rationē iam cessantem ex eis esse quæ evanescuta sint. Necessario succeedendum erat in matrimonio steriles ignominiosi, apud Iudeos decurrere habebat. Crescite & redûdate. Dehinc, quoniam patrum delicta vicariam & etiam de filiis exigebâtur: Tertio quoniam spadones & steriles ignominiosi posthumâs, si habebantur. Itaqz ne proinde maledicti iudicarentur, qui nō naturæ reprobâlem suppaurari at mortis præuentu, orbi dececesserint, ideo illis ex suo genere, uicaria & quasi posthumâ soboles supparabatur. At ubi & Crescite & redûdate euauit extremitas temporum, inducente Apostolo: Supereft, ut & qui habent uxores, sic sint, ac si non habeant: quia tempus in collecto est, & defierunt uiræ acerbæ à patribus māducatae filiorū dentes obstupefacere: Vnuſ spadones enangelici quisqz enim in suo delicto morietur: & spadones non tantu ignominia caruerunt, uerum & gratiam meruerunt, inuitati in regna cœlorū: sepulta lege succeedendi in matrimonium fratri, contrariū eius obtinuit non succeedendi in matrimonium fratri. Et ita ut prædictimus quod cessavit ualere, cessante ratione, non potest alij argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto viro uxor, fratri utiqz nuptura, si nupserit. Omnes enim nos fratres sumus: & illa nuptura in domino habet nubere, id est, non ethnico, sed fratri: quia & uetus lex adimit coniugium allophylorum. Cum autem & in Leuitico cautum sit, Quicunqz sumpserit fratri uxorem, immundicia est, turpitudo, sine liberis morietur: sine dubio dum ille prohibetur denuo nubere, & illa prohibetur, non habens nubere nisi fratri. Quomodo ergo Apostolo conueniet & legi, quam quomodo in totum impugnat, cum ad epistolam ipfius ueneris, ostendetur. Interim quod pertineat ad legem, magis nobis competunt argumentationes eius. Deniqz prohibet eadem, Sacerdotes denuo nubere: Filiam quoqz sacerdotis iubet uiduam uel electam, si semen nō fuerit illi, in dotum patris sui regredi, & de pane eius ali. Ideo si semen non fuerit illi, non ut si fuerit, denuo nubat: quanto magis enim non nubet, si filios habeat: sed ut si habuerit, à filio potius alatur qz à patre, quo & filius præceptum dei exequatur: Honora patrem & matrē. Nos autem Iesus summus sacerdos & magnus patris de suo uestiens (quia qui in Christo tinguntur, Christum induerunt) sacerdotes deo patri suo fecit, secundū Ioannem. Nam & illum adolescentem festinâtem ad exequias patris ideo reuocat, ut ostendat sacerdotes nos uocari ab eo, quos lex uerabat parentum sepulturę adesse: Super omnem, inquit, animam defunctam sacerdos non introribit, & su-

per

per patrem suum, & super matrem suam non contaminabitur. Ergo & nos hoc interdictū obseruare debemus: Non utiqz. Viuit enim unicus pater noster deus, & mater ecclesia: & neque mortui sumus qui deo uiuimus, neque mortuos sepelimus, quia & illi uiuunt in Christo. Certe sacerdotes sumus à Christo uocati Monogamiæ debitores, ex pristina dei lege, quæ nos tunc in suis sacerdotibus prophetauit. Nunc ad legem proprie nostram, id est, Euangelium cōuersi, qualibus excipimur exemplis dum ad sententias per Euangelium venimus: Ecce statim quasi in limine duo nobis antistites Christianæ sanctitatis occurrunt Monogamia & Continentia: alia pudica in Zacharia sacerdote: alia integra in Ioanne antecursore: alia placans deum, alia prædicās Christum: alia totū prædicans sacerdotem, alia plus præferens q̄b prophe-tans, scilicet eum qui non tantū prædicauerit aut demonstrauerit corām, uectū etiā baptizauerit Christū. Quis enim corpus domini dignius iniciaret, q̄b eiusmodi caro, qualis & cōcepit illud & peperit: Et Christū quidē virgo enixa est, semel nuptura ob partum, ut uterq̄ titulus sanctitatis in Christi censu dispungeretur, per matrē & virginē & uniuiram. At ubi infans tēplo ex Titulum hibetur, quis illum in manus suscipit: quis in spiritu primus agnoscit? Vir dispungi iustus, & cautus, & utiqz non Digamus: uel ne dignius mox Christus à fœminina prædicaretur ueterē uidua & uniuira, quæ & templo dedita satis in se met ipsa portendebat, quales spiritali tēplo, id est, Ecclesiæ debeat adhære-re. Tales arbitros infans dominus expertus, nō alios habuit & adultus, Petrus Arbitri infan-trū solū inuenio maritū per socrū: Monogamū præsumo per Ecclesiā, qua tis Christi super illū omnē gradū ordinis sui de Monogamis erat collaturus. Cæteros ritus cum maritos non inuenio, aut spadones intelligam necesse est, aut cōtinentes. Nec enim si penes Græcos cōmuni uocabulo censemur mulieres & uxō γυναι-tes pro consuetudinis facilitate (cæterū est proprium uocabulum uxorum) ideo Paulū sic interpretabimur, quasi demonstrasset uxores Apostolos habuisse. Si enim de matrimonij disputasset (quod in sequētibus facit, ubi magis Apostolus aliquod exemplū nominare potuisset) recte uideretur dice-re: Nō enim habemus potestatē uxores circūducendi, sicut cæteri Apostoli & Cephas: At ubi ea subiungit, quæ de uictuaria exhibitione abstinentiā exhibito eius ostendūt, dicentis: Nō enim potestatē habemus manducandi & bibendi uictuaria di: non uxores demonstrat ab Apostolis deductas: quas & qui nō habent, γυναικes potestatem tamen manducādi & bibendi habent: sed simpliciter mulieres, quæ illis eodem instituto quo & dominū comitātes ministrabāt. Iam uero si Christus reprobat Scribas & Phariseos, sedētes in cathedra Moysi, nec facientes quæ docerent, quale est ut & ipse super cathedrā suam collocaret, qui sanctitatē carnis præcipere magis non etiam obire meminissent, quam illis omnibus modis insinuarat & docendā & agendam: in primis suo exemplo, tunc de cæteris argumentis: Cum puerorum dicit esse regnū cælorum:

Kk 4 cum

cum consortes illis facit alios post nuptias pueros: cum ad simplicitatem columba
 lumbæ prouocat, aus nō tantū innocue, uerū & pudicæ, quam unam unus
 masculus nouit: cum Samaritanæ maritum negat, ut adulterū ostendat nu-
 merosum maritū: cum in revelatione gloriæ suæ de tot sanctis & prophetis
 Moyse & Heliam secum mauult: alterum Monogamum, alterum spado-
 nem: non enim aliud fuit Helias, quam Ioannes, qui in uirtute & spiritu ue-
 nit Heliæ: cum ille uorator & potator homo, prandiorum & coenarum cum
 publicanis & peccatoribus frequētator, semel apud unas nuptias coenat mul-
 tis utiq; nubentibus. Totiens enim uoluit celebrare eas, quotiēs & esse. Sed
 Argumētatio
 nes de coni-
 ecuris coactis
 hæ argumentationes potius existimentur de conjecturis coactæ, si non &
 sentētiae astiterint, quas dominus emisit in repudiij retractatu, quod permis-
 sum aliquando iam prohibet: in primis, quia ab initio non fuit, sicut matri-
 monij numerus: tunc, quia quos deus coniunxit, homo non separabit: non
 autem per duriciam repudiij, quam exprobat & compescit, sed per debitum
 mortis. Si quidē unus ex passeribus duobus non cadit in terram sine patris
 uoluntate. Igitur si quos deus cōiunxit, homo non separabit repudio, atque
 consentaneum est, ut quos deus separauit morte, homo non coniungat ma-
 trimonio, proinde contra dei voluntatem iuncturus separationem, atque
 si separasset coniunctionem. Hoc quantum ad dei uoluntatem non destru-
 endam, & initij formam restruendam. Ceterum & alia ratio conspirat, imò
 non alia, sed quæ initij formam imposuit, & uoluntatem dei mouit ad pro-
 hibitionem repudiij: quoniam qui dimiserit uxorem suam, præterquam ex
 causa adulterij, facit eam adulterari. Et qui dimissam à viro duxerit, adul-
 teratur utique: nam & nubere legitime non potest repudiata: & si quid tale
 9 commiserit, sine matrimonij nomine, non capit elogium adulterij, quâ adul-
 Elogium terium in matrimonio crimen est. Deus aliter censuit, citra quam homines,
 adulterij ut in totum siue per nuptias, siue uulgo alterius viri admisso, adulteriū pro-
 nuncietur à deo. Videamus enim quid sit matrimonij apud deum: & ita co-
 Matrimonij gnoscamus quid sit atque adulteriū. Matrimonij est cum deus iungit duos
 in unā carnē: aut iunctos deprehendens in eadē carne, coniunctionē signa-
 Adulterium uit. Adulteriū est cum quoquo modo disiunctis duobus, alia caro, imò aliena
 miscetur, de qua dici non possit: Hæc est caro ex carne mea, & hoc os ex
 ossibus meis. Semel enim hoc factum & pronunciatum sicut ab initio, ita &
 nunc in aliam carnē nō potest cōuenire. Itaq; sine causa dices deū uiuo ma-
 rito nolle repudiātā alij viro iungi, quasi mortuo uelit: quādo si mortuo nō
 tenetur, proinde nec uiuo, tam repudio matrimonij dirimenter, quam mor-
 te nō tenebitur ei cui quod tenebatur abreptū est. adeo nō interest uiuo an
 mortuo viro nubat. Neq; enim in illū delinquit, sed in semetipsum. Omne
 delictum quod admiserit homo extra corpus est: qui autem adulteratur, in
 corpus suum delinquit. Adulteratur autem, sicut supra præstruximus, quia
 uiuam

uiuam carnē sibi immiscet super uiuam pristinam, quā deus aut coniunxit
 in duos, aut coniunctam deprehendit. Ideoq; abstulit repudium quod ab
 initio non fuit, ut quod ab initio fuit, muniat duorum in unam carnem per-
 seuerantiam, ne necessitas uel occasio tertiae cōcarnationis irrumpat, soli cau-
 sē permittens repudium, si fortè prouenerit, cui p̄rcauetur. Adeo autem re-
 pudiuū à primordio non fuit, ut apud Romanos post annū sexcentesimum
 Vrbis conditæ id genus duricīæ cōmissum denotetur. Scd illi etiā nō repu-
 diantes adulteria cōmiscent, nobis & si repudiemus ne nubere quidem lice-
 bit. Video iam hinc nos ad Apostolum prouocantē. Ad cuius sensum faci-
 lius perspiciendū, tanto instantius p̄acculandum est, mulierem magis de-
 functo marito teneri, quo minus aliū virū admittat. Recogitemus enim re-
 pudium, aut discordia fieri, aut discordiam facere: mortem uero ex lege non
 ex hominis offensa euenire, idq; omnium esse debitum, etiam non marito-
 rum. Igitur si repudiata quæ per discordiam, & iram, & odium, & causas eo-
 rum iniuriam uel contumeliam, uel quamlibet querelam, & anima & corpo-
 re separata est, tenetur inimico ne dicam marito: quāto magis illa quæ neq;
 suo neq; mariti uitio, sed Dominicæ legis euentu, matrimonio non separa-
 ta, sed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam de-
 bet. A quo repudium non audiit, non diuertit: cui repudiū nō scripsit, cum
 ipso est: quem amississe noluit, retinet. Habet secū animi licentiā, qui omnia
 homini quæ nō habet imaginario fructu repräsentat. Ipsam deniq; interro-
 go sc̄minā: Dic mihi soror, in pace p̄misiſti virum tuū? Quid respondeſ
 bit: An in discordia? Ergo hoc magis ei iūcta est, cū quo habet apud deum sentatio
 causam. Non discessit, quę tenetur. Sed in pace. Ergo perseueret in ea cū illo
 necesse est, quę iam repudiare nō poterit, ne sic quidē nuptura si repudiare
 potuisset: & pro anima eius oret, & refrigerium interim apostulet ei, & in
 prima resurrectione consortiū, & Offerat annuis diebus dormitionis eius.
 Nam hæc nisi fecerit, uere repudiauit quātum in ipsa est: & quidem hoc ini-
 quius, quanto quomodo potuit, quia non potuit: & hoc indignius, quanto
 iam indignius, si quia non meruit. Aut nunquid nihil erimus post mortem
 secundum aliquem Epicurum, & non secundum Christum? Quod si credi-
 mus mortuorum resurrectionem, utiq; tenebimur, cum quibus resurrectu-
 ri sumus rationem de alterutro reddituri. Si autem in illo æuo neq; nubent
 neq; nubentur, sed erunt æquales angelis: non ideo non tenebimur coniugi-
 bus defunctis, quia nō erit restitutio coniugij. Atquin eo magis tenebimur,
 quia in meliorem statum destinamur, resurrecti in spiritale consortium,
 agniti tam nosmetipſos quām & nostros. Cæterū quomodo gratias deo
 in æternum canemus, si non manebit in nobis sensus & memoria debiti hu-
 ius: si substantia non conscientia reformabimur. Ergo qui cum d̄eo erimus,
 simul erimus, dum omnes apud deum unum, licet merces uaria, licet mul-
 tæ

Repudiū post
 an. D.C. urbis
 cōdite primo
 commissum

Repudium ex
 discordia.

Mors ex lege
 debitum
 omnium.

Repudij causa

Imaginary
 fructus repre-
 sentatio

Origo Annis
 uersariorum
 pro defunctis.
 Quā rem cen-
 nuper institu-
 tam ridemus
 hodie

Spiritale con-
 sortium

tæ mansiones penes patrem eundem, uno denario eiusdem mercedis opera
ti, id est, uitæ æternæ: in qua magis non separabit, quos cōiunxit deus, qui in
ista minore vita separari uerat. Cū hæc ita sint, quomodo alij viro uacabit,
quæ suo etiā in futurum occupata est? Vtricq; autem sexui loquimur, & si ad
alterum sermo est, quia una disciplina p̄ficit. Aliud habebit in spiritu, aliud
& in carne. Hoc erit adulteriū, unius fœminæ in duos viros conscientia. Si al-
ter à carne disiunctus est, sed in corde remanet, illuc ubi etiam cogitatus sine
carnis congressu, & adulterium ante perficit ex concupiscentia, & matrimo-
nium ex uoluntate. Usque adhuc maritus est, ipsum illud possidens per
quod & factus est, id est animū, in quo si & alius habitabit, hoc erit crimen.
Cæterum non est exclusus, si à uiliore cōmercio carnis discessit. Honoratior
maritus est, quanto mundior factus est. Ut igitur in deo nubas secūdum &
Apostolum, (si tamen uel hoc curas) qualis es id matrimonium postulans,
quod eis à quibus postulas non licet habere, ab Episcopo Monogamo, à
Presbyteris & Diaconis eiusdem sacramenti, à Viduis, quarū sectam in te
recusasti? Et illi planè sic dabunt viros & uxores, quomodo buccellas. Hoc

¹¹ Nota de bucc/
cellis

enim est apud illos, omni petenti te dabis. Et coniungent uos in Ecclesia vir-
gine, unius Christi unica sponsa. Et orabis pro maritis tuis, nouo, & ueteri:
Elige cui te adulterā p̄festo. Puto, ambobus. Quod si sapias, taceas defun-
cto. Repudium sit illi, silentiū tuum, alienis iam dotalibus scriptū. Hoc mo-
do nouum promereberis maritū, si aeteris obliuiscaris. Debes magis illi pla-
cere, propter quem deo placere non maluisti. Hæc Physici uolunt Aposto-
lum probasse, aut in totum non recogitasse, cum scriberet: Mulier iuncta est
inquantum temporis uiuit uir eius: si aut̄ mortuus fuerit, libera est: cui uult,
nubat: tantum in domino. Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam secun-
di matrimonij, imo & plurimi, si secundi: quod enim semel esse desit, omne
obnoxium est numero. Quo aut̄ sensu Apostolus scripsit, ita relucebit, si
prius cōstet, nō hoc illū sensu scripsisse, quo Physici utuntur. Constatit aut̄
si quis ea recordetur, quæ huic capitulo diuersa sunt & apud doctrinam, &
apud uoluntatē, & apud propriam ipsius Pauli disciplinam. Si enim secun-
das nuptias remittit, quæ ab initio non fuerunt, quomodo affirmat omnia
ad initium recolligi in Christo? Si uult nos iterare coniugia, quomodo semel

Ordo Ec/
clesie

nostrū in Isaac semel marito autore defendit? Quomodo totum Ordinem
Ecclesiæ de Monogamis disponit, si non hæc disciplina p̄cedit in laicis, ex
quibus Ecclesiæ Ordo proficit? Quomodo in matrimonio adhuc positos &
fructu matrimonij auocat? dicens in collecto esse tempus, si per mortem
matrimonio elapsos, iterum in matrimonium reuocat? Hæc si diuersa sunt
ei capitulo, de quo agitur, constabit (ut diximus) non hoc illum sensu scrip-
sse, quo Physici utuntur. Quia facilius est, ut aliquam rationem habeat
unum illud capitulū, quā cum cæteris habeat, quam ut Apostolus diuersa
inter

inter se docuisse videatur. Eam ratione in ipsa materia poterimus recognoscere, qua ista materia Apostolo fuit scribenda, ut alia, tirocinium nouae & quammaxime orientis ecclesie, quam lacte scilicet educabat, nondum solidi cibo ualidioris doctrinæ: adeo ut præ illa infantia fidei ignorarent adhuc quid sibi agendum esset circa carnis & sexus necessitatem: Cuius etiam ^{Necessitas carnis & sexus} ipsas species ex rescriptis intelligimus, cum dicit: De his autem quæ scribitur: Bonum est homini mulierem non attingere, propter fornicationes autem unusquisque uxorem suam habeat. Ostendit fuisse qui in matrimonio à fide deprehensi, uerebatur ne non liceret eis matrimonio suo exinde uti: quia in carnem sanctam Christi credidissent. Et tamen secundum ueniam concepit, non secundum imperium: id est, indulgens, non præcipiens ita fieri. Cæterum malebat omnes id esse quod & ipse. Proinde & de repudio rescribens, demonstrat quosdam de isto quoque cogitasse: uel maximè, quia & in ethnici matrimonij non putabant post fidem perseuerandum. Quærebant & de uirginibus consilium (præceptum enim domini non erat) Bonum esse homini si sic permaneat: utique quomodo à fide fuerit inuentus. Vinctus es enim uxori, ne quæsieris solutionem. Solutus es ab uxore, ne quæsieris uxorem. Si autem acceperis uxorem, non deliquisti. Quia ante fidem soluto ab uxore, non numerabitur post fidem secunda uxor, quæ post fidem prima est. A fide enim etiam ipsa uita nostra cœsetur. Sed hic parcere se dicit illis. Alioquin pressuram carnis subsequuturam, præ angustijs temporū impedimenta matrimonij recusantibus. Quin potius de domino sollicitudinē habendā procurando, quam de marito. Et ita reuocat quod permisit. Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definit unūquemque, in qua uocatione uocabitur, in ea permanere debere: adiçies, Mulier uincta est quam diu uiuit vir eius: si autem dormierit, libera est: cui uolet nubat, tantum in domino: hanc quoque eam demonstrat intelligendā, quæ & ipsa sic fuerit inuēta, soluta à viro, quomodo & vir solutus ab uxore: per mortem utique, non per repudium facta solutione: quia repudiatis non permetteret nubere aduersus pristinum præceptum. Itaque mulier si nupserit, non delinquet: quia nec hic secundus maritus deputabitur, qui est à fide primus, & adeò sic est, ut propterea adiecerit, tantum in domino, quia de ea agebatur quæ ethnicum habuerat, & amissio eo crediderat, ne scilicet etiam post fidem ethnicō se nubere posse presumeret: licet nec hoc Physici current. Sciamus planè non sic esse in Græco authenticō, quomodo in uestrum existat per duarum syllabarū aut callidā aut simplicem euersionē: Si autem dormierit vir eius, quasi de futuro sonet: ac per hoc uideatur ad eam pertinere, quæ iam in fide virū amiserit. Hoc quidē si ita esset, in infinitum emissa licentia, toties virū dedisset, quoties amissus esset, sine ullo pudore nubendi, etiā ethnicis cōgruēte. Sed si ita esset quasi de futuro: Si cuius maritus moritus fuerit: tantundem & futurū ad eam pertineret, cuius ante fidem morietur maritus

maritus. Non euertas. Nam cum & illa sententiae cedant, Seruus uocatus es, ne curaueris: impræputiatus es, ne circumcidaris: circumcisus uocatus es, ne adduxeris: quibus concurrit, Vinctus es uxori, ne quæsieris solutionem: solutus es ab uxore, ne quæsieris uxore: satis manifestum est ad eos hæc pertinere, qui in noua & recenti uocatione constituti de his consulebant, in quibus à fide fuerant deprehensi. Hæc erit interpretatio capituli istius de hoc examinanda, an & tempori, & causæ, & tam exemplis & argumentis præcedentibus, q̄z & sententijs & sensibus subsequentibus, & in primis, an ipsius Apostoli & consilio proprio cōgruat & instituto: nihil enim custodiendum est, quâ diuersus sibi deprehendatur. Audi & subtilissimam econtrario argumentationem. Adeo, inquit, permisit Apostolus iterare cōubium, ut solos qui sunt in Clero Monogamiæ iugo astrinxerit. Quod enim quibusdā præscribit, id nō omnibus præscribit. Nunquid ergo & quod omnibus præcipit, solis episcopis non præscribit: si quod Episcopis præscribit, non & omnibus præcipit? An ideo omnibus, quia & Episcopis: & ideo Episcopis, quia & omnibus? Vnde enim Episcopi, & Clerus, Nonne de omnibus? Si non omnes Monogamiæ tenentur, unde Monogami in Clerum? An ordo alius seorsum debet institui Monogamorū, de quo allectio fiat in Clerū? Sed cū extollimus & inflamur aduersus Clerū, tunc unū omnes sumus, tunc omnes Sacerdotes: quia sacerdotes nos deo & patri fecit. Cū ad peræquatio-

Deponimus nē discipline Sacerdotalis prouocat, deponimus infulas, & pares sumus.

infulas De Ecclesiasticis Ordinibus agebatur, quales ordinari oporteret. Oportet

¹³ bat igitur omnem communis disciplinæ formam sua fronte proponi, ediv-

etum quodāmodo futurum uniuersis impressione: quo magis sciret plebs

Prepositi eum ordinem sibi obseruandum, qui faceret Præpositos: & ne uel ipse ho-
Honoris nor aliquid sibi ad licentiam, quasi de priuilegio loci blandiatur. Prospicie-
cerdotalis bat Spiritus sanctus dicturos quosdam, Omnia licent Episcopis, Sicut ille

Privilegium loci uester Vthinensis nec Scantiniā timuit. Quot enim & ex digamia Præsi-

Scantinia lex dent apud uos, insultantes utiqz Apostolo: certe nō erubescentes, cum hæc in pædicones sub illis leguntur: Age iam qui putas exceptionem Monogamiæ de Episco-

pis factam, recede à reliquis titulis disciplinæ, qui cum Monogamia episco-

pis ascribuntur: Noli esse irreprehensibilis, sobrius, bene moratus, ordinatus,

hospitalis, docibilis: quin uero & uiño deditus, & manu promptus ad caeden-

placates dum, & pugnax, & pecunia amans, & domum non regens, nec filiorum cu-

rans disciplinam, sed nec ab extraneis bonam famam sectans. Si enim suam

habet Episcopi legem circa Monogamiā, etiā cætera quæ monogamiæ acce-

dere oportebit, Episcopis erūt scripta. Laicis uero quis Monogamia nō con-

uenit, cætera quoqz aliena sunt. Euasisti Physice, si uelis, uincula discipline to-

tius. Præscribe constanter, non omnibus præcipi quæ quibusdam sint præ-

cepta: aut si cætera quidem cōmunia sunt, Monogamia uero solis Episcopis

imposita

Impoſita eſt, nunquid illi ſoli Christiani pronunciandi, in quibus tota disciplina collata eſt? Sed & Timotheo ſcribens, uult iuueniculas nubere, filios ſuſcipere, matres familiæ agere. Ad eas dirigit quales ſupra denotat, iuuenicas iuiduas quæ in uideuitate deprehensæ, & aliquandiu affectatæ, poſtquam in delitijs habuerunt Christum, nubere uolunt, habētes iudicium quod priuato fidem reſciderunt, illam uidelicet à qua in uideuitate inuentæ & profeſiſſam, non perſeuerant. Propter quod uult eas nubere, ne primam fidem ſuſceptæ uideuitatis poſtea reſcindant: non ut totiens nubane, quotiens in uideuitate tentaada, immo & in delitijs habita, noluerint perſeuerare. Legimus eum & ad Romanos ſcribentem: Quæ autem ſub viro eſt mulier, uilementi uiuo uincta eſt: ſi autem obierit, euacuata eſt à lege viro. Nempe ergo uivente viro adulterare putabitur, ſi uincta fuerit alteri viro. Si uero obierit viro, liberata eſt à lege, quod non ſit adultera facta alij viro. Sed & ſequentia refogit, nosce, quò ſenſus iſte qui tibi blanditur, euadat. Itaque, inquit, fratres mortificamini & uos legi per corpus Christi, ut efficiamini alteri, ei ſcilicet q. à mortuis reſurrexit, uū fructum feramus deo. Cum enim eramus in carne, paſſio-nes delictorū, quæ per legem efficiebantur in membris noſtris ad fructum ferendum morti: nūc aut euacuati ſumus à lege, mortui in quo tenebamur, ad ſeruendum deo in nouitate ſpiritus, & non in uetusitate literæ. Igitur ſi mortificari nos iubet legi per corpus Christi, quod eſt ecclesia, quæ ſpiritu nouitatis conſtat, non per literam uetusſatis, id eſt legis, auferens te à lege, quæ nō tenet uxorē marito defuncto, quo minus alij viro fiat, ad contraria te redigit conditionem, ne amitto viro nubas: quantumq. non deputareris adultera facta alteri viro poſt mortem mariti, ſi adhuc in lege agere debes, tanto ex diuersitate conditionis adulterij te præiudicat poſt mortē mariti alij nubentem: quia iam mortificatae legi, non potest tibi licere, cum recessisti ab ea apud quā tibi licebat. Nunc ſi & abſolutè Apoſtolum permifit in fide amitto matrimonio nubere: proinde feciſſet quemadmodū & cætera quæ aduersus formam regulæ ſuę pro conditione temporum geſſit, circumcidens Timotheum propter ſuperductitios falſos fratres: & falſos quosdam inducens in templum propter obſeruationem Iudeorum, ille qui Galatas in lege uolētes agere caſtigat. Sed ita res exigebat, ut omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret: parturiens illos donec formaretur Christus in iphis, & calefaciens tanquam nutrix paruulos fidei, docendo quædā per ueniam, non per imperium: aliud eſt enim indulgere, aliud iubere: proinde temporalem licentiā permittens denuto nubendi propter infirmitatē carnis, quæadmodū Moyses repudiandi propter duritiam cordis. Et hic itaque redemus ſupplementum ſenſus iſtius. Si enim Christus abſtulit quod Moyses præcepit, quia ab initio non fuit ſic, nec ſic ideo ab alia ueniente reputabitur Christus: cur non & Paracletus abſtulerit, quod Paulus induxit:

LI quia

videlicet
ueneſtIndulgere
iubere

quia & secundum matrimonium ab initio non fuit, nec ideo suspectus habendus sit, quasi spiritus alienus: tatum ut deo & Christo dignum sit quod superducitur? Sed deo & Christo dignum fuit duritiam cordis reporte exempli compescere. Cur non dignius sit & deo & Christo infirmitate carnis tempore iam collectiore discutere? Si iustum est matrimonium non separari, utique & non iterari honestum est. Denique apud seculum, utrumque in bona disciplina depuratur, aliud Concordiae nomine, aliud Pudicitiae. Regnabit duritia cordis usque ad Christum. Regnauerit & infirmitas carnis usque ad Paracletum. Noua lex abstulit repudium, habuit quod auferret. Noua propheta secundum matrimonium, non minus repudium prioris. Sed faciliter duritia cordis Christo cessit, quam infirmitas carnis. Plus haec sibi Paulus defendit, quam illa Moysen: si tamen defendit, quum indulgentem eum capiat, presribentem recusat: quae potiores sententias & perpetuas voluntates eius eludit: quae non finit nos hoc Apostolo praestare, quod manuit. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseverabit. Tempus eius donec Paracletus operaretur fuit, in quem dilata sunt a domino, quae tunc sustineri non poterant, quae iam nemini competit portare posse. Quam diu causabitur carnem: quia dixit dominus, Caro infirma. Sed præmisit, & spiritus promptus: ut vincat spiritus carnem, ut cedat quod infirmum est fortiori. Nam & qui potest capere, capiat, inquit, id est, qui non potest, discedat. Discessit & ille diues qui non ceperat substantiae dividendae regnis præceptum, & dimissus est sententiae sue a domino. Nec ideo duritia imputabitur Christo de arbitrii cuiuscunq; liberis uictio: Ecce, inquit, posui ante te bonum & malum, Elige quod bonum est: si non potes, quia non uis (posse enim te si uelis ostendit, quia tuo arbitrio utrumq; proposuit) discessas oportet ab eo cuius non facis voluntatem. Quae igitur hic duritia nostra, si non facientibus uoluntatem dei renunciamus? Quæ haeresis, si secundas nuptias ut illicitas iuxta adulterium iudicamus? Quid est enim adulterium, quam matrimonium illicitum? Notat Apostolus eos, qui in totum nubere prohibebant, qui & de cibis interdicebant, quos deus condidit. Nos uero non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quam cibos reprehamus, si saepius ieunamus. Aliud est auferre, aliud temperare: aliud est legem non nubendi ponere, aliud est modum nubendi statuere. Planè qui exprobrant nobis duritiam uel haeresim in hac causa, si intantum fouent carnis infirmitatem, ut in nubendo frequenter sustinendam putent, cur illam in alia causa neque sustinent neque uenia fouent, cum tormentis expugnata est in Negationem? Vtique enim illam magis excusari capit, quæ in prælio cecidit, q; quæ in cubiculo: quæ in equuleo succubuit, quam quæ in lectulo: quæ crudelitati cessit, quam quæ libini: quæ gemens devicta est, quam quæ subans. Sed illam quidem à Communicatione depellunt, quia non sustinuit in finem

finem: hanc uero suscipiunt, quasi & haec sustinuerit in finem. Propone quid Negatores de
 utraq; non sustinuerit in finem, & inuenies eius causam honestiorem, quæ pellebantur à
 sauitiam, quām quæ pudicitiam sustinere nō potuit. Et tamen nec crūtam
 cōmunicatio/
 ne
 defectionem infirmitas carnis excusat, nedum impudicam. Rideo autē cum
 infirmitas carnis opponitur, quæ summa fortitudo dicenda est. Iterum nu-
 bēre, est res uirium: resurgere in opera carnis de continētiæ otio, substantia
 est laterum. Talis infirmitas, & tertio, & quarto, & usq; septimo forsitan ma- 16
 trimonio sufficit: ut quæ totiens fortior, quotiens fuerit infirmior, habitura
 iam non Apostolum autorem, sed Hermogenem aliquem plures solitum
 mulieres ducere, quām pingere. materia enim in illo abundat: unde & ani-
 mam esse præsumens multo magis spiritum à deo non habet, iam nec Phy-
 sicus. Quid si inopiam quis causetur, ut carnem suam aperte prostitutā pro/
 sitetur, exhibitionis causa nubentem, oblitus de uictu & uestitu nō esse co/
 gitandum: habet deum etiam corporum educatorem, etiam florum excul/
 torem. Quid si solitudinem domus ostendat, quasi una mulier frequentiam
 præstet, homini ad fugam proximo: habet uiduam utiq;, quam assumat
 licebit. Non unam generis huius uxorem, sed iam plures habere concessum
 est. Quid si de posteritate quis cogitet ijsdem animis, quibus oculis uxor
 Lothi, utq; ideo quis repeatat matrimonium, quia de priore liberos non ha-
 buit: hæredes scilicet Christianus quæret, seculi totius exhæres: habet fra/
 tres, habet ecclesiam matrem. Aliud est si & apud Christū legibus Iulijs agi
 credunt, & existimant cœlibes & orbos ex testamento dei solidum nō posse
 capere. Nabant igitur huiusmodi in finem usq; ut in ista confusione carnis,
 sicut Sodoma, & Gomotra, & diluuij dies, ab illo ultimo exitu seculi de/
 prehendantur. Adhucant tertium dictum: Manducemus, & bibamus, &
 nubamus, cras enim moriemur: non recogitantes Væ illud prægnantibus
 & lactantibus multo grauius & amarius euenturum in concussione totius
 mundi, quām evenit in uastatione unius particulæ Iudææ. Satis oportunos vbera fluitan/
 nouissimis temporibus fructus iteratis matrimonij colligāt, ubera fluitan/
 tia, & uteros nauseantes, & infantes pipantes. Parent Antichristo in quo li/
 bidinosius sauiat. Adducet illis carnifices obstetrics. Habebūt planè Chri/
 sto quod legent, speciosum priuilegium, carnis usquequaq; imbecillitatem. vterinau/
 Sed hanc iudicabunt iam non Isaac monogamus pater noster, nec Ioānes
 aliqui Christi spado, nec Judith, nec filia Merari, nec tot alia exempla sati/
 torum: solent ethnici iudices destinari: Exurget regina Carthaginis, & de/
 cernet in Christianas, quæ profuga, & in alieno solo, & tantæ ciuitatis cum
 maxime formatrix, cum regis nuptias ultro optasse debuisse, ne tamen se/
 cundas eas experiretur, maluit econtrario uri quām nubere. Assidebit & illi
 matrona Romana, quæ & si per uim nocturnā nihilominus experta aliū
 uirum, maculam carnis suo sanguine abluit, ut monogamiā in semetipsam
 L 2 vindicaret

vindicaret. Fuerunt & quæ post uiros nuberent Idolis : his certe Monoga-
Fortuna mu-
liebris mia & uiduitas appareat. Fortunæ Muliebri coronam non imponit, nisi
Mater matuta Vniuira, sicut Matri Matutæ. Pontifex Maximus & Flaminica nubunt se-
Pontifex Max. mel. Cereris sacerdotes uiuentibus etiam uiris & consentientibus, amica se-
Flaminica paratione uiduantur. Sunt & quæ de tota continentia iudicent nos, uirgines
Cereris sa-
cerdotes Vestæ, & Iunonis Achaicæ, & Dianaæ Scythicæ, & Apollinis Pythiæ. Etiam
Vestales bouis illius Ægyptij antistites de continentia infirmitatem Christianorum
Virgines Iu-
nonis Achea, iudicabunt. Erubescere caro quæ Christum induisti. Sufficiat tibi semel nube-
& Diana, & re, in quod à primordio facta es, in quod è fini reuocaris. Redi in Adam
Apollinis uel priorem, si in nouissimum nō potes. Semel gustauit ille de arbore, semel
 concupiit, semel pudenda protexit, semel deo erubuit, semel ruborem suum
 abscondit, semel de paradiſo sanctitatis exulauit, semel exinde nupsit. Si in
 illo fuisti, habes tuam formam: si in Christum transiſti, melior esse debebis.
 Exhibe te tertium Adam, & hunc Digatum, & tunc poteris esse quod in-
 ter duos non potes.

ARGUMENTVM LIBRI SEVENTIS

PER BEATVM RHENANVM.



Vb tempora Apostolorum, uerisimile est Christianos simplici cultu
 calceatus fuisse usos. Id quod etiam multis seculis obseruatum con-
 stat. Nam ueterum monachorum uestes, qualibus Benedictini utun-
 tur, communes omnibus olim Christianis ætate diuini Benedicti qui-
 dam fuisse putant. Itaq; cum Tertullianus reiecta toga pallio uestire-
 tur, ut simplicitati religionis responderet simplicitas cultus, à quodam inconstan-
 tiæ notatus est. Proinde hac oratione pallij uestustatem et cōmodum usum edocet,
 nō esse mirandum, dicēs, si uestem mutarit, hoc est, dimissa toga pallium afflūmpe-
 rit, quando totus hic orbis mutationi sit obnoxius. Tempora, Stelle, Cœlum, Ma-
 re, Terra, Regna, Populi, Bestiæ, ut Pauus, Serpens & Chamæleon, etiam homo
 ipse. Pallium porrò uestē augustam appellat, super omnes exuicias & peplos, su-
 perq; omnes apices et titulos, postq; Christianā sapientiam, quæ uanissimis super-
 stitionibus renunciat, primum cœpit uestire. Jam quoniam Græcorum gestamen-
 erat pallium, ut toga Romanorū, & Christiani frugalitatis gratia pallio uestieban-
 tur tanquam ueste simpliciore & philosophica, factum est ut uulgari conuicio qui
 nostris sacris initiati forent, Græci uocarentur, & ab iniectione pallij quod tunicae
 superimponebant, etiam imponentes, ut ita dixerim, siue impositores. Nam pal-
 lium, ut Tertullianus inquit, interulæ supereſt, cuius tota molitio, operire solutum
 id est uno circumiectu. Quoties ergo Christianus aliquis prodiſſet, statim illud è
 triuio audiebat, ὁ γραυὸς ὥδετος. Id simpliciter accipiebat indoctum uulgu ob
 pallij superimpositionem, cæterum literati figuratum mortuum intelligebat in uo-
 cabulo ὥδετος, in quo fieret ad impostoris nomē apud Latinos tacita allusio, hoc
 est deceptoris & hominis sanctitatem mētientis. Atq; hoc est quod Hieronymus
 ad Furiam scribens, Vbicunq;, inquit, uiderint Christianū, statim illud de triuio,
 ὁ γραυὸς ὥδετος, uocant impostorem, detrahunt. Quanquam ut Erasmus noster
 illuc annotauit illa duo uerba, uocant impostorem, non sunt in exemplaribus uetu-
 stioribus

stioribus indubie pro glossa primum ascripta in margine, deinde recepta in contextum. Sensum sc̄omatis idem Hieronymus expressit in epistola ad Marcellā, de Christianis agens qui propter uestitū uiliorē à gentilibus, nonnunq; etiam à pseu dochristianis riderentur. Nos, inquit, quia Serica ueste non utimur, Monachi iudi camur; quia ebr̄i non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, Continētes uocamur & tristes. Si tunica nō canduerit, statim illud è triuio, Impostor & Gr̄ecus est. Vbi uides ad uestem pertinere dīclerium qua Philosophi Gr̄ecorum peculiariiter ute rentur, & post illos Christiani, quū inquit, Sí tunica nō canduerit. Porro ob suam & utentium eo simplicitatem pallium in contemptum uenit, ut fieret dīclerio los cus apud Carthaginenses quemadmodum ex hoc libello appetat. A toga ad pallium, de mutatione uitæ splendidioris in frugalem, & magnarū opum in paupertatem, simile illi, Ab equis ad asinos. Inde natum quod summa apud gentiles au toritatis uiri relicto paganismo Christianæ religioni frequenter nomen dantes pallio uestirentur. Horum alicui forte fortuna obuius factus Ethnicus quispiam, Ita ne à toga ad pallium, inquit, nam mira tunc nostrorum erat & simplicitas & frugalitas. Athodie commutatis in diuersum rebus apud nos non solum à pallijs ad togas uerum etiam ad diadema & sceptrum emiserunt, quos tamen uita frugalior sanctiorē in primis deceret, ueluti priorem Dominici gregis partem.

A N N O T A T I O N E S I N L I B R U M S E Q U E N T E M.

TAm prosperos temporum.) Sic infra dicit, insignes libidinum.

Iuuat habitus denotare pacis.) Denotare, Tertullianus usurpat pro nota re siue taxate, quemadmodum & supra admonuimus: Vnde paulopost, Pallium tamen, inquit, generaliter uestrum immemores denotatis. Et mox rursus, Laudās igitur, inquit, orbem mutantem, quid denotas hominem? Hinc & denotatum in quarta declinatione pro denotatione siue reprehensione, in hoc libro dixit, quantum, inquit, denotati passiuitas offert. Et sicubi alibi in Aphrica Tyros.) Significat cultum istum peculiarem fuisse Poenis in Aphrica.

Soror ciuitas.) Vtica quam Strabo secundam Tyriorum coloniam esse tradit.

Studijs asperrima belli.) Hemistichium est Vergilianum. Vt Silenus penes aures Midæ blatit.) Huius rei meminit & in lib. aduersus Hermogenem, Ni si, inquit, & Sileno illi apud Midam regem adseueranti de alio orbe, credendum est, autore Theopompo. Porro Blatre uetus uerbum est, incondite & inaniter loqui significans autore Marcello, utitur hoc & Plautus. Nostra certè metatio.) Mundum hunc sublunarem intelligit, in quo nos consistimus. A uerbo metari, quo in praecedentibus librīs etiā usus est. Vnde & Metata dicuntur Iureconsultis hospitia. Et Metatores qui praecedentes castris locum eligunt, ut Vegetius autor est. Et statim de Decumanis inquietat.) Decumani fluctus dicuntur magni. Nam decimum fluctū ferri maximum aiunt. Mutauit & totus orbis aliquando.) Sic dicit, orbis mutauit, sicut dicimus, Terra mouit, Mutare uerbum absolute usurpando. Sic in Valentinianis: & Demiurgus tunc de Hebdomade cœlesti in superiora mutabit. Et in hoc libro paulopost, Mutant, inquit, & bestia pro ueste formam. Et iterum, Tamen, inquit, & Chamæleon mutat totus.

Adhuc maris conchæ & buccinæ.) Concharum ad purpuras & conchyliæ eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Duo sunt genera, Buccinum minor Concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus æditur, unde & causa nomini, rotunditateoris in margine incisa. Ex Plinio.

Et Tuscia Vulsinios pristinos deusta.) Figura Græca. Vt mox, erepta Pompeios. Speret pro timeat. Maiorem ambitū terra cassa.) Figura Græca, hoc

L 1 ; est

est secundum maiorem ambitum. Educatur.) Educari pro educari.

Præsentis Imperij triplex uirtus, deo tot Augustis in unum fauente.) Apparet hunc librum scriptum fuisse Septimij Seueri principatu: ut per triplicem Imperij uirtutem, & quod, inquit, deo tot Augustis in unum fauete, Seuerum Augustum intelligat, & Pescennium Nigrum, ac Clodium Albinum Cesares, quorum ille in

Senerus Aug. Orient ab exercitibus Syriacis Imperator est appellatus inuito Seuero, hic in Gallia propemodum assidente Augusto Cæsar dicitur est. Nam scribit Spartianus Seuerum de Clodio Albino sibi substituendo cogitasse. Sed uerissimum est quod dixit Lucanus, Omnisq[ue] potestas Impatiens consortis erit. Neque enim Pescennium Nigrum modo occidit Seuerus, sed & Clodium Albinum paulopost sustulit. Cæterum hic libellus conscriptus uidetur antequam Pescennium & Albiniu[m] Seuerus hostes declarasset. Nam ostendit concordes fuisse, quum inquis, Deo tot Augustis in unum fauente. Quo tempore Tertullianus Christo nomen dedit. Siquidem statim ut nostram religionem amplexus est & dimissa toga pallium induitus, hoc scriptum inconstantie & nouationis deprecatorium primoris reipublicæ Carthaginensis indubie exhibuit. Hac eadem ratione colligimus librum Ad Scapulam Præsidem Carthaginem, post hunc fuisse æditum. Nam illic Albiniariorum & Nigrianorū, ac Cassianorum meminit ceu factiosorum &

Cassiani qui contra maiestatem Imperatoris peccassent. Erant autem Cassiani qui Auidij Cassij partes sequebantur, eius qui Marco Antonino principe, titulū imperij uen dicare est ausus. Et omni patagio inauratior.) Patagiū autore Marcellō, chla

Patagium mydem auream significat, quæ preciosis uestibus immitti solet. Vnde Patagiati, Patagiati, patagijs induiti. Et Patagiarij qui huiusmodi uestes faciunt.

Testudo pa- Est & quadrupes, tardigrada.) Versiculus est Pacuvij poetæ. Cuiusmodi
cuviana tres à Cicerone referuntur, nempe hijs
Sanguine cassa, domiporta, terrigena traditur,
Quadrupes, tardigrada, agrestis, humili, aspera,
Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci.

Chamæleontem.) Theodoricus Ostrogotus Romanorū rex ad Habundatum præpositū scribens de quodā Frontoso decoctore & debita maligne soluente, Merito Chamæleonti bestiæ conferendus, quæ paruorū serpentum formæ cōsimilis, aureo tantū capite, & reliquis membris subalbentis Praſini colore distinguitur. Hæc quoties humanos aspectus incurrit, dum ei fugiendi uelocitas denegatur, nimia timiditate confusa, colores suos multipharia qualitate cōmutat, ut modo Veneta, modo Blattea, modo Praſina, modo possit Cyanea reperi. Et res liqua. De ouibus dico Milesijs, & Selgicis.) Selga Pisidarum urbs est, qui

4 Lyciae Ciliciæq[ue] contermini sunt. Tantam igitur paraturā materiarum.) Sic enim restituimus Ex collatione Gorziensi. Paratura, uocabulum Tertullianī.

Gentilitus Quarū pars gentilitus inhabitantur.) Aduerbiū est, gentilitus, pro gentiliter, sicut mox, passiuus pro passiuē (hoc est cōmuniter, promiscue) & ni fallor, planitus, paulopost pro planē. o elegantiā Africānam. Follicans ruminat.) Imitatus Tertullianū Hieronymus dixit caligas follicates. Ad Eustochiū enim scribēs, Apud hos, inquit, affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicates, uestis crassior, crebra suspiria. Et pauloante, Omnis, inquit, his cura de uestib. si bene oleat, si pes laxa pelle nō folleat. Sic & Ambrosius loquitur. Vnde & nominis consti

Achilles, unde lium, quandoquidē labijs uacuerat ab ubertū gustu.) Ostendit unde dictus sit Achil

boc nomen les, & etymologiā nominis. Aiunt aut̄ appellatū Achillē Αχιλλεύς, χέλεται χε-

sortitus λῆς, ὁ διαβοφός, hoc est, ob id quod labijs nutrimentū non attigerit. Nā illi lactis aliu-

monia defuit, à Chirone medullis tantū ceruinis enutrito. Proinde Myrmidores

hoc

hoc eū nomine uocarūt, ut autor est Euphorion. Atq; hoc est quod Tertullianus dicit illū uacuisse labijs ab uberū gustū, id est, nō suxiſſe lac nutricis. nā usurpat, ua cuerat, more suo pro uacauerat. Scrupea schola.) Hoc est saxeа. Antrū Chironis *Scrupea* intelligit. Scytalosagittipelliger.) Mirabilis cōpositio. Sic appellat Herculē eo *schola* quod clauā, sagittas & pellē gestaret. nā σκυτάλη Grecis etiā baculū significat. Nō *Scytalosagittipelliger* est dissimilis cōpositionis uocabulū illud, pari etiam syllabarum numero, quo Cy- clops in Epigrāmatib⁹ Grecis θυροίγυασμψιτων appellatur, hoc est feræ & *Scytale* flexijugæ frontis. Vbi Geryon: Vbi Cerberus:) Castigauimus locū deprauatum, adiuuāte Gorziensi collatione, Vbi Geryon ter unus: Cerebris adhuc eorū, claua fœtere malebat. Loquitur de claua Herculis quæ malebat fœtere cerebris eo rum hoc est, Diomedis, Busiridis, & Geryonis. Aut pelino spero factum.) Fortassis telino legendum aut phyllino. Nomina sunt unguentorum. Faciunt ad hunc locum quæ apud Senecam in Tragœdia leguntur, nempe hæc,
Fortem uocemus, cuius ex humeris Leo
Donum puellæ factus, & claua excidit,
Fulgitq; pīclum ueste Sidonia latus.
Fortem uocemus, cuius horrentes comæ
Maduerunt nardo. Laudemus qui ignotas manus
Ad non uirilem tympani mouit sonum,
Mitra ferocem Barbara frontem premens.

Genuinos inter antias.) Antias uocat capillos anteriores & à fronte pendentes. *Antie*
Qualis ille Hercules in Sericho Omphales fuerit.) Lego, in Theristro Ompha *Theristrum* les. Est aut̄ Theristrū θεριστρόν μένον, hoc est, æstiu uestis, cuius meminit Iul. Pollux lib. 7. Diuus Hieron. in cōmentarijs in Esaiā, Habent, inquit, mulieres & theristra, quæ nos palliola possumus appellare: quibus obuoluta est & Rebecca, & hodie quoq; Arabiae & Mesopotamiae operiūtur fœminæ, quæ dicuntur Græcè Théristra ab eo quod in θεριστρον, hoc est, in æstate & caumate corpora protegant fœminarū. Hactenus ille. Quam aut̄ decebat Herculem Theristrū uestis tenuissima, tam ornabat Omphalen Leonina pellis. Nam hoc est, quod Tertullianus uult dicere.

Pugil Cleomachus.) Hic Magnesius fuit, qui quū in amore cuiusdam Cinædi incidisset, & orationē & mores Cinædorū imitatus est. Ita & Endromis solo- cem:) Endromis uestis erat hirsuta & uilli longioris, quo in balneis & gymnaſijs præcipue solebant uti ueteres. Sic dicta quod apta cursui foret. Nam ἀρούρων Græci cursum uocant. Conuenit aut̄ hic Endromis pugili & cursori Cleomacho. Porro Solox lanam crassam significat, auctore Festo. Aliqua multitia synthesi extruxit.) Erant Multitia uestimenta subtilliſſimis filis contexta. Synthesim uero seruilem uestē fuisse constat, breuem & expeditā ac ex diuersis lanarū coloribus cōpositam, quod nomē ipsum arguit, qua nō indecorū erat uti senatores quoq; & equites Romanos, sed in Saturnalibus tantum. Hic Multitiā synthesim adiectiū uideatur usurpare pro subtilli ueste. In captiua Sarabara.) Sarabara uestis est 6 Persica. Et crepidam æratus incessit.) Hoc tradit & Laertius in uita Empedo clis, solitum illum ære calceari. Indicauit etiam hunc in ignes Aetnæ montis insi- luisse, ex crepidulis altera, uel flammariū ad exteriora reiecta. Quò se coniecerat latenter absq; arbitris, ut deus factus putaretur, dum mortuus ignoratur. Hinc ridet illū Tertullianus, quod contēpta hominū sorte diuinitatē impudēter affeclarit, dīgnū asserens qui à Diogene illo liberimō philosopho, nō lutulentis pedibus impe- tatur, sed in ipsa adyta deę impurissimæ Cloacinæ, & mulierum ei seruentiū rapia- tur. Quantū denotatiū passiuitas offert.) Passiuitatis nomine promiscuā frequētiā intelligit. Ita dixit in Apologetico; suppeditāte materias passiuitate luxuriæ.

Lecticarij Domesticè ac secrete habebantur.) Ab ipsis lecticis, dicti sunt Lecticarij qui matronas in lecticis gestabant, quorum fit apud Iureconsultos mentio cui meminimus antè. Ostendit Tertullianus libro primo Ad uxore suam, Germanos ad hanc operam adhiberi solitos, quum inquit, nec Germanicos baiulos præsume.

Frictrices.) Frictricū nomine τὰς πριεῖδες intelligit, quarum obscenissimam foeditatem quamlibet scurrilis Lucianus explicare supersedet. Ex hoc loco motus arbitrari in De resur. carnis legendum. Sed frictricis uel archigalli, uel gladiato-

ris aut carnificis spiritu infectum. Ob cultum omnia candidatum.) Figura Græca, hoc est, secundum omnia. Quām in calceo unicipedem.) Posset etiam

legi, unguipedem. Quingenariam promulsidē ædificat.) Videtur appellare

Promulsis promulsidem, ipsum promulsidarium, hoc est, uas quo promulsis, quæ mulsi portio est, continetur. Fit promulsidariorum mentio Iureconsultis. Eleganter autem dixit, ædificat, tanquam operosum quid subostendens. Mutuatus est hoc exem-

plum à Plinio Tertullianus. Cuius libro nat. hist. xxxiii. cap. xi. haec sunt uerba, Nostra ætas, inquit, fortior fuit. Claudi principatu, seruus eius Drusillianus nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ citerioris quingenariam lance habuit, cui fabricadæ officina prius exædificata fuerat. Et comites eius octingentas quinquaginta octo libraram. Quare quæfori nisi ut quām multi eas conserui inferrent, aut quibus coenantibus? Haec ille. Vocat autem lanceam quam Septimius noster promulsidem dixit. Et est illuc Drusillianus, non Rusilianus, quemadmodum & nos castigauimus.

Qua Vedius Pollio.) De hoc sic scribit Plinius lib. 9. cap. 23. Inuenit, inquit, in hoc animali documenta Vedius Pollio eques Rom. examinis Augusti, uiuarijs earum immersens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat.

Qua Hortensius Orator.) Payonem cibī gratia Romæ primus occidit orator Hortensius, aditiali cœna sacerdotij. Plinius lib. x. cap. xx. Qua Aufidius Lurco.) Saginare primus instituit circa nouissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, exq; eo quæstu reditus seftertiū sexagenaria. M. habuit. Plinius etiam libro, & capite eodem.

Qua Aesopus Celer nulli unius obſ. sex detulit.) Opinor scriptū fuisse sex hs. ut intelligat sex seftertiū millibus. Sanè de hac re nō cōuenit apud autores. Nam octo millib. emptū scribit Plinius, Macrobius septē, Iuuenal. uero Sat. quarta ait, Nullum sex millibus emit,

Aequantem sanè paribus seftertia libris:

Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur.

Qua Aesopus histrio.) Huius rei meminit Plinius lib. x. cap. l. & rursus lib. xxxv cap. xij. Qua filius eius.) Habes apud Plinium lib. nono cap. xxxv.

Impuritatē Scauri.) Opinor eum loqui de M. Aemilio Scauro, quē Salustius autor est, hominē fuisse nobilem, impigrum, factiosum, audacem, & qui sciret uitia sua callide occultare. Et aleæ Curij.) Asconius Pedianus in commentarijs in orationem M. Tullij Ciceronis quam aduersus C. Antonium & L. Catilinam habuit, adnotauit, Q. Curium notissimum aleatorem fuisse, & postea damnatum, celebratumq; à Caluo poeta huiusmodi uersiculo,

Et talis Curius pereruditus.

Q. SEPTIMII FLOREN

T I S T E R T V L L I A N I , D E P A L /

L I O , L I B E R .



ALEXANDER DICGENES
R I N C I P E S semper Aphricæ uiri Carthaginenses, uerustate nobiles, nouitate felices, gaudeo uos tam prosperos temporum, cum ita uacat ac iuuat habitus denotare pacis. Hæc & annona & ocia ab imperio & à cœlo. Bene est. Tamen & uobis habitus aliter olim tunicæ fuere, Et quidem in fama de ^{Tunice Carr} subtegminis studio, & luminis consilio, & mensuræ ^{thaginensem} temperamento, quod neq; trans crura prodige, nec intra genua inuercunde, nec brachijs pare, nec manibus arte, sed nec cingulo sinu diuidere expeditū, beate quadrata iustitia. In uiris autem pallij ex, ^{Pallium supra} trinsecus habitus & ipse quadrangulus, ab utroq; laterū regestus, & ceruici, ^{tunicam} bus circustructus, in fibulæ morsu humeris acquiescebat. instar eius hodie Aesculapio iam uestro sacerdotiū est. Sic & in proximo soror ciuitas uestiebat, & sicubi alibi in Aphrica Tyros. at cum seculariū sortiū domina Fortuna, & Romanis deus maluit, soror quidē ciuitas suapte arbitrio mutare pro perauit, ut ad pulsum Scipionē ante iam de habitu salutaret, Romana præcoqua. Vobis uero post iniuriæ beneficium, ut seniū non fastigium exemptis, post Gracchi obscenæ omnia, & Lepidi uiolenta ludibria, post trinas Pompei aras, & lōgas Cesaris moras, ubi mœnia Statilius Taurus imposuit, solennia Sentius Saturninus enarrauit, cum concordia Iubæ, toga oblata est. Pró quantū circummeauit, à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, ut ab humeris sublimioris populi Carthaginenses cōplete retur. Exinde tunicam longiore cinctu arbitrâte suspeditis, & pallij iam teretis redundantiam tabulata cōgregatione fulcitis, & si quid præterea conditio uel dignitas, uel temporalitas uestit. Palliū tamē generaliter uestrū immemores etiā denotatis. Evidē haud miror præ documento superiore. Nā & arietē (nō quē) Laberius reciprocicornē & lanicutem & testitrahum, sed trabes machina est quæ ^{Arietis inventores} muros frangere militat) nemini unq; adhuc libratus, illa dicitur Carthago studijs asperima belli, prima omniū armis in oscillū pēduli impetus, commentata uim tormēti, de bile pecoris capite uindicatis. Cū tamen ultimarēt tempora patriæ, & aries iam Romanus in muros quondā suos auderet, stu puere illico Carthaginenses ut nouū extraneum ingenium. Tantum æui longinqua ualet mutare uerustas. Sic deniq; nec pallium agnoscitur. Sit nunc aliunde res, ne Poenicum inter Romanos aut erubescat aut doleat, certe habitum uertere naturæ totius solenne munus est, fungitur & ipse mundus ^{Natura} interim iste quem incumbimus. Viderit Anaximander si plures putat, uide ^{Mundus} rit

rit si quis uspiam alias ad Meropas, ut Silenus penes aures Midæ blatiſt, ap-
tas sane grandioribus fabulis. Sed & si quem Plato æstimat, cuius imago
hic sit, etiam ille habeat necesse est proinde mutare: quippe si mundus ex di-
uerſis ſubſtantij officijs, conſtabit ad formam eius quod mundus hic
eft. Neq; enim mundus, si non ut mundus. Proinde diuersa in unum, ex de-
mutatione diuersa ſunt. Deniq; diuerſitatis discordiam uices foederant, ita
mutando erit mundus omnis qui ex diuerſitatibus corporatus & uicibus
temperatus. Noſtra certe metatio (quod clauſis uel in totum Homericis o-
culis liquet) totum uerſiforme eft, dies & nox inuicem uertant ſolſtitionibus

Mundus sub/ lunalis annuis. Luna modulationibus menſtruis uariat, ſyderum diſtincta confu-
ſio interdum deſicit quid, interdum reuocat, cœli ambitus nunc ſub diuo
ſplendidus, nunc nubilo ſordidus, aut imbræ ruunt, & ſi qua miſſilia cum im-
Mare bribus. dehinc ſubſtillum, & denuo ſudum. Sic & mari fides infamis, dum
& flabris æquè mutantibus de tranquillo probum, de fluſtris temperatum,

& ex templo de decumanis inquietat. Sic & terram ſi recēſas temporatim
Terra ueltiri amantem, prope ſis eandem negare, memor viridem cum conſpicis
flauam, mox uifurū & canam. Cæteri quoq; eius ornatus quid non aliud
ex alio mutant: & montium ſcopulæ decurrendo, & fontium uenæ ebulan-
do, & fluminum uiæ obumbrando. Mutauit & totus orbis aliquādo aquis

Buccina omnibus obſitus, adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in monti-
bus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitaffe: ſed & enatando rut-
ſus infirma mutauit, rursus orbis aliis. idem mutat & nunc localiter habitus
Insulae cum ſitus laeditur, cum inter insulas nulla iam Delos, harenæ Samos, & Si-
bylla non mendax, Aeon in Atlantico Libyam aut Asiam adæquās qua-
ritur nunc, Italiae quondam latus, Hadria Tyrrhenoc; quaffantibus medio
tenus interceptum, reliquias Siciliam facit: cum tota illa plaga diſcidij, con-
tentiosos æquorum coitus, anguſtij retorquens, nomen uitij mari induit,

Continens non expuentis naufragia ſed deuorantis. Patitur & continens de cœlo aut
Paleſtina de ſuo. Aspice ad Palæſtinam quā Iordanis amnis finium arbiter, uastitas
Iordanis ingens, & orba regio, & fruſtra ager. Et urbes retro, & populi frequentes, &
ſolus audiebat. Dehinc ut deus censor eſſet, impietas igniū meruit imbræ:

Sodoma haec tenus Sodoma, & nulla Gomorra, & cinis omnia, & propinquitas ma-
Gomorra riſ iuxta cum ſolo mortem bibit. Ex huiuscemodi nubilo & Tuscia Vulſi-
Tuscia nios pristinos deuſta, quo magis de mótiibus ſuis Campania ſperet erepta
Vulſinij Pompeios. Sed abſit, utinam & Asia ſecura iam ſit de ſoli ingluuie. Utinam
Speret pro timeat & Afrika ſemel uoragine pauerit unicis caſtris fraudatiſ expiata. Multa &
Bella alia huiusmodi detriuenta habitum orbis nouauere ſitusq; mouere. Bellis

Regnorum quoq; plurimum licuit. Sed piget tristia non minus quam regnorum uices
wices recenſere, quotiens & iſta mutauerint, iam inde à Nino Beli progenie, ſi ta-
men Nodus regnauit primus ut autumat ſuperiorum prophanitas, fermè
apud

apud uos ultra stilus non solet : ab Assyriis si forte æui historiæ patescunt. *Affyriorum regnum, pris mūm*
 Qui uero diuinæ lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus: sed læta iam malo, quippe & læta mutat. Deniq; si quid mare diluit, cœlum texit, terra subduxit, gladius detotodit, aliâs uersura compensato redit. Iam & primijs maiorem ambitum terra cassa & uacans hominum, & sicubi alii tatorum infre
 qua gens occuparat, sibi metu soli erat. Itaque cogitans omnia sibi domum, in quæntia
 telligēs alibi stipatrem copiam, alibi deserentem, runcare atq; ruspare con-
 suluit, ut inde uelut ex furculis & propaginibus populi de populis, urbes de
 urbibus, per ubique orbis patgerentur. Transvolauere redundantium gen-
 tium examina, Seythæ exuberant Persas, Phœnices in Africam eructant,
 Romanos Phryges pariunt, Chaldeum semen in Ægyptū educatur. De/
 hinc cum inde transducitur Iudea gens est. Sic & Herculea posteritas, qui *Chaldei Aegyptij Iudei*
 Temeno pariter Peloponesum occupando prōducunt. Sic & Iones Nilee
 comites Asiam nouis urbibus instruunt. Sic & Corinthij cum Archia mu-
 niunt Syracusas. Sed uanum iam antiquitas, quando curricula nostra co-
 tam. Quantum reformauit orbis seculum istud? Quantum orbium aut
 produxit, aut auxit, aut reddidit præsentis Imperij triplex uirtus, deo
 tot augustis in unū fauente? quot census transcripti? quot populi propagati?
 quot ordines illustrati? quot barbari exeluti? Reuera orbis cultissimum
 huius Imperij rus est, eradicato omni aconito hostilitatis, & tacto & rubo
 fabdolæ familiaritatis, cōsūtum & amoenum super Alcinoi pomētū, & Midæ
 rosetum. Laudans igitur orbem mutantē, quid denotas hominem? Mutat
 & bestiæ pro ueste formam, quanquam & pauo pluma uestis, & quidē de *Bestie mutant pauus*
 cataclitis, itm̄ omni conchylio depresso quā colla florent, & omni pata-
 gio inauratior quā terga fulgent, & omni syrmate solutior quā caudæ iacet,
 multicolor, & discolor, & uersicolor, nunquam ipsa, semper alia, & si semper
 ipsa quādo alia, totiens deniq; mutanda quōtiens mouenda. Nominandus
 est & serpens licet ponē pauum. Nam & iste quod fortitus est conuertit co/
Serpens
 rium & æuū. Siquidem ut seniū persensit, in angustias stipat, pariterē spe/
 cum ingrediens & cute egrediens, ab ipso statim limine eralus exquiris ibi. *Ab ipso li-*
 dem relictis nouus explicat. cum squamis & anni recursantur. *Hyænam si mine*
 obserues sexus annalis est, marem & fœminam alternat. Taceo ceruum
 quod & ipse ætatis suæ arbiter, serpente pastus, ueneno languescit in iuu-
 tutem. Est & quadrupes, cardigrada, agrestis, humilis, aspera. testudinem
 Pacuianam putas. non est, capit & alia bestiola uersiculum, de medio,
 cribis oppidō, sed nomen grande: chamaeleonem qui audieris, haud ante *Chameleon*
 gmarus, iam timebis aliquid amplius cum Leone. At cum offenderis apud
 uineam fermè sub pampino totum, ridebis illico audaciam & Græci iam
 nominis: quippe nec succus est corpori, qui minutioribus multo licet. cha-
 maleon pellicula uigil, capitulum statim à dorso: nam deficit ceruix.
Itaq;

Itaque durum reflecti, sed circumspectu emissicij ocelli, immo luminis puncta, uertiginant. hebes, fessus, uix a terra suspendit: molitur incessum stupens, & promouet gradum magis demonstrat quam explicat, iejunus scilicet semper & inde fessus: oscitans uescitur, follicans ruminat, de quento cibus, tamen & chamæleon mutare totus, nec aliud ualerit. Nam cum illi coloris proprietas una sit, ut quid accessit, inde suffunditur: hoc soli chamæleonti datum,

De corio suo quod uulgo dictum est, de corio suo ludere. Multa dicendum fuit, ut ad hoc

ludere minem praestuctum perueniretur. hunc quoquo primordio accipitis, nra

Homo dus certe & inuestis figulo suo constiuit, post decimam sapientiam haud digne

Adam licitam, præceptam potitur. ibidem quod in novo corpore indebitum ad

huc pudori erat, protegere festinans, sicut uis folijs interim circundat. De-

hinc cum de originis loco exterminat, quippe deliquerat, pellitus orbi ut me-

talio datur: sed arcana ista, nec omnium nosse. Cedo iam de uestro, quod

Aegyptij narrant, & Alexander digerit, ea tempestate Ostris

dis qua ad illum ex Libya Ammon uasit ouium diues. Denique cum ipsius

Mercurius an- Mercurium autumant forte palpati arletis mollitie delectatum, digubasse

tor prime oculam: dumque pertentat quod facilitas materiae suadebat, tractu prose-

uestis quente filum aliquasse, & in uestis pristinæ modu quam phylira tenui uin-

xerat, texuisse. Sed uos omnia lanitatem dispensatione structuramque telarum

Mineruæ maluistis, cum penes Arachnen diligentior officina, exinde mate

ria, nec de oculibus dico Milesiis & Selgiis & Altiois, aut quis Tarentum,

uel Betica cluet, natura colorante. Sed quoniam & arbusta uestiunt, & lini

herbida post uitorem lauacrum uiescut: nec satis tunicam pangere & se-

ttere, ni etiam piscari uestimentum contigisset. nam & de mari uellera, quæ musco-

sæ lanositatis lauiores conchæ comant. prorsus haud latet bombicem (uer-

Idoneus. Com miculi genus est) quæ per aerem aliquando araneorum more scopis ido-

paratinum est pius distendit dehinc deuorat, mox & que reddere, perinde si tiecaueris ani-

mata iam stamine aluo. *Tanquam igitur paraturam materiarum ingenia quo-*

Vestificinam que uestificinæ prosecuta, primum tegendo homini quam necessitas præcess-

uocat artem sit, dehinc & ornando immo & inflando, quam ambitione succedit, uarias in-

uestiu facien- dumentorum formas promulgauere. quarum pars gentilitus inhabitan-

darum tur, cæteris incommunes. pars uero passiuus omnibus utiles, ut hoc pal-

lium, & si Græcum magis, sed lingua iam penes Latium est. cum uoce uestis

intravit. atque adeo ipse qui Græcos pellendos urbe censebat, literas eorum

uocemque senex iam eruditus, idem Cato iuridicinæ suæ in tempore hume-

rum exertus, haud minus palliato habitu Græcis fauit. Quid nunc si est Ro-

manitas omnis alia, nec uestis tamen? admodum Græci uestis. At non ita est.

Vnde gentium in prouincijs melius exercitis, quas natura agro potius elu-

ctando commodauit, studia palæstra male senescentia & cassum laboran-

tia, & lutea unctio, & puluera uolutatio, & arida saginatio. Vnde apud ali-

quos

quos Numidas etiam equis caesariatos iuxta cutem tonsor, & cultri vertex
solus immuanis? Vnde apud hirtos & hirsutos tam rapax ab ala resina, tam
furax à mento uolsella? Prodigium est. Hæc sine pallio fieri illius est. Hæc
tota res Asiae. Quid tibi Libya & Europa cum exoticis mundicis quas ue-
stire non nosti? Reuera enim quale est Græcatim depalari magis quam a-
miciri? habitum transferre ita demum cultus probrum est, si non consuetu-
do, sed natura mutetur. sat refert inter honorem temporis, & religionē dei.
consuetudo fidem tempori, natura deo. Naturam itaq; concusit Larissæus
Heros in uirginem mutando, ille ferarum medullis educatus, unde & nomi
nis consilium, quandoquidem labrys uacuerat ab uberum gustu: ille apud ru-
picem & syluicolam & monstrorum eruditorem scrupula schola eruditus. Chiron Cen-
taurus
Feras in pueru matris sollicitudinem. patiens certe iam ustriculas, certe iam
uirum alicuius clanculo functus, adhuc sustinet stolam fundere, comā strue-
re, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoq; for-
tu effeminatus, quod illi apud Sigæum statua seruat. Planè postea miles
est. Necesitas enim reddidit sexū, de prælio souuerat, nec arma lōge. ipsum,
inquit, ferrum uirum attrahit. Cæterum si post incentiuū quoq; puella per-
seuerasset, potuit & nubere. Ecce itaq; mutatio monstrum equidem gemi-
num, de uiro fœmina, mox de fœmina uir, quando necq; ueritas negari de-
buisset, neq; fallacia confiteri. Vterq; habitus mutandi malus, alter aduer-
sus naturam, alter contra salutem. Turpius adhuc libido uirum cultu trans-
figurauit quam aliqua materna formido, tametsi adoratur à uobis qui eru-
bescendus est Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum
muliebri cultu compensauit. Tantum Lydiæ clanculariæ licuit ut Hercules
in Omphale, & Omphale in Hercule, prostitueretur. ubi Diomedes & crue-
ta præsepio? Vbi Busiris & bustuaria altaria? Vbi Gerion ter unus: cerebris
adhuc eorum claua foetere malebat, cum unguētis offenderetur. Vetus iam
hydræ Centaurorumq; sanguis in sagittis, pumice speculi excludebatur,
insultante luxuria, ut post monstra transfixa coronam forsitan fuerent. Ne
sobriæ mulieris quidem aut uiraginis alicuius scapulæ sub exuicias bestiæ
xatae introire potuissent, nisi diu mollitas & euigoratas & exodoratas, quod
apud Omphalen balsamo aut telino spero factū. Credo & iubas pectinem
passas, ne ceruicem enerueret stiria leonina, hiatus crinibus inferos,
genuinos inter antias adumbratos. tota oris contumelia mugiret, si posset:
Nemea certe, si quis loci Genius, ingemebat. tunc enim se circumspexit leo-
nem perdidisse. Qualis ille Hercules in Serico Omphales fuerit, iam Om-
phale in Herculis scorto designata descripsit. Sed & qui arte Tyrinthiū ac-
cesserat pugil Cleomachus, post olympia cum incredibili mutatu de mascu Cleomachus
lo fluxisset, inter cutem cæsus & ultra, inter fullones iam Nouianos coronan Pugil
dus, meritoq; mimographo Lentulo in Chatiniēsibus cōmemoratus, utiq;
Mm sicut

sicut uestigia cæstuū viria occupauit, ita & endromidis solocem aliqua mol
Physcon ticia synthesi extrusit. Physconem & Sardanapalum tacendum est, qui nisi
Sardana/ insignes libidinum, aliás reges nemo nosset. Tacendum autem ne quid & illi de
palus Cæsaribus quibusdam uestris obmussit, pariter propudiosis: nec magnaz
 forte constantie mā datum sit, impuriorem Physcone molliorem Sardana/
Obmussitare palo cæsarem designare, & quidē sub Nerone. Nec tepidior uis uanæ quo
 que gloriae mutandis indubij, etiam uero saluo. Calor est omnis affectus:
 uerum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor est.

Alexander Habes igitur ex isto somite æstuantem magnum regem, sola gloria minor
Magnus rem. Vicerat Medicam gentem, & uictus est Medica ueste. triumphalē cō

6 taphractem amolitus, in captiuā sarabara deceſſit: pectus squamarum sig-
 naculis disculpum, textu pellucido tegendo nudauit, anhelum adhuc ab o-
 pere belli, & ut mollius uentilāte serico extinxit. Non erat satis animi tumēs
 Macedo ni illum etiam uestis inflatiō delcetasset, nisi quod & philosophi
 puto ipsi aliquid eiusmodi affectant. Audio enim & in purpura philosopha-
 tum. Si philosophus in purpura, cur nō & in baxa tyria calciare, nisi aurum
 minime Græcos decet. Atquin aliis & sericatus & crepidam æratus inceſſ-
 sit: digne quidem ut bacchantibus indumentis aliquid subtiniret, cymbalo

Empedocles inceſſit. Quod si iam tunc locorū Diogenes de dolio latraret, non coenulen-
in crepidis tis pedibus ut thori Platonici sciunt, sed omnino totum Empedoclen in ady-
eratis inceſſit ta Cloacinarū detulisset: ut qui se cœlē delirarat, forores prius suas, dehinc
 homines deas salutaret. Tales igitur habitus qui de natura & modestia trās-
 ferunt, & acie figere, & digito destinate, & nutu tradere, merito sit. Proſus si
 quis Menadrico fluxu delicatā ueste humi protrahat, audiat ponē se quod
 & Comicus, Qualem demens iste chlamydem disperdit? Enim uero iam du-
 dum censoriæ intentionis epischyrio disperso, quātum denotatui passūitas

Matronarum offert, libertinos in equeſtribus, subuerbustos in liberalibus, dedititios in inv-
indeces cultus

Cecina genuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus. Ve-
Lentulus spillo, leno, lanista, tecum uestiuntur. Conuerte & ad fœminas. Habes spe-

Augur. Etare quod Cecina Seuerus grauiter senatui impressit, matrona sine stola
 in publico. deniqz Lentuli Auguris consultis, quæ ita ſe exautoraffet, pro-
 stupro erat poena: quoniā quidem indices custodesqz dignitatis habitus,
 ut lenocinij factitandi impedimenta, ſedulo quædā desuefecerant. At nūc
 in ſemetipſas lenocinando quo planitus adeantur, & stolam, & ſupparum,
 & crepidulum, & calliandum, ipsas quoqz iam lecticas & ſellas quis in pu-
 blico quoqz domeſtice ac ſecrete habebantur, eierauere. Sed alius extinguit

Meretricum sua lumina, alius non ſua accendit. Aspice lupas popularium libidinū nun-
cultus matro- nalis dinas, ipsas quoque frictrices, & ſi præstat oculos abducere ab eiusmodi

Friſtrices propudijs occide in publico castitatis. Aspice tamen uel ſublimis iam, matro-
 nas uidebis & cum latinarum antifites ſericum uentilat, & immundiorum
 loco

loco cervicem monilibus consolatur, & armillas quas ex virorum fortium
 donis ipsæ quoque matronæ temere usurpassent, omnium pudendorū con-
 scias manus inserit, impuro cruri purum aut mulleolū inducit calceum. Cur 7
 istas non spectas? uel illos item habitus, qui nouitate uestitus religionem Cereris Bleus
 mentiuntur, cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam uitæ, & pri finie cultus
 uilegium galeri, Cereri initiantur: cum ob diuersam affectionem tenebricæ
 uestis, & tetrici super caput uelleris in Bellonæ montes fugantur: cum latio_{tus} pri
 ris purpuræ ambitio, & galatice ruboris superiectio, Saturnum commédat: Cerdus
 cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum, & crepidæ Græcatae græca/
 ãm Aesculapio adulantur. Quanto tunc magis arguas illud, & urges oculis
 etiam Simplicis & in affectate tamen superstitionis reū. Enim uero cum hanc
 primum sapientiam uestit, quæ vanissimis superstitionibus renuit, tunc cer-
 tissime palliū super omnes exuias & peplos augusta uestis, superque omnes Sapiëtia, Chri-
 apices & titulos sacer suggestus deducit oculos. suadeo reverere habitum, Pallium, ues-
 unius interim erroris tui renunciatorem. Tamen inquis, ita à toga ad palliū? tis Christia-
 Quid enim si & à diademate, & à sceptro? an aliter mutauit Anacharsis cū norum
 regno Scythia_e philosophiam præuertit: nulla in melius transgressis sint lig-
 na: Est habitus iste quod faciat. prius etiam ad simplicē specta telam eius. Palliū simplicit-
 nullo rædio constat. adeo nec artifice necesse est qui pridie rugas ab exordio
 formet, & inde deducat in tilias, totumque contracti umberis figuratum
 custodibus forcipibus assignet: dehinc diluculo tunica prius cingulo corre-
 pta, quam præstabat moderatiorem texuisse, recognito rursus umberi &
 si quid exorbitauit reformato, partem quidem de levo promittat, ambitum
 uero eius ex quo sinus nascitur iam deficientibus tabulis retrahat à scapulis,
 & exclusa dextera in lèuam adhuc congerat cum alio pari tabulato in tergo
 deuoto, atque ita hominem sarcina uestiat. Conscientiam denique tuam per-
 rogabo, quid te prius in toga sentias, indutum an ne onustum? habere uer-
 stem, an baiulare? Si negabis, domum consequar. uidebo quid statim à li-
 mine properes, nullius profecto alterius indumenti expositio quām togæ
 gratulatur. Calceos nihil dicimus, proprium togæ tormentum, immundissi-
 tam pedum tutelam, uerum & falsam. quem enim non expeditat in algore
 & ardore rigere nudipedem quām in calceo unguipedem. magnum incus
 sui munitum sutrinæ ueneriae prospexere, perones effeminatos. At enim
 pallio nihil expeditius, etiam si duplex quod Cratetis more nusquam ue-
 stiendo componitur. quippe tota molitio eius operire est solutum, id est uno
 circumiectu, licet euidem nusquam inhumano, ita omnia hominis simul
 contegit. Humerum uelans exponit, uel includit, cætero quā in humerum
 adhæret nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide labo-
 rat, facile sese regit, facile reficit. etiam cum exponitur, nulli cippo in crasti-
 num dimandatur. Si quid interula_s superest, uacat zona tormentum. si quid

Mm 2 calceatus

calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis, certè nū
tiles magis quam in calceis. Hæc pro pallio interim, quantum nomine con-
sitaſti. Iam uero & de negocio prouocat. Ego, inquit, nihil foto, nihil cam-
Pallium lo-
quitur po, nihil curiaſe debeo : nihil officio aduigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla
prætoria obſeruo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, iura non
conturbo, cauſas non elato, non iudico, non milito, non regno, ſeceffi de po-
pulo. imò unicum negocium mihi eſt, nee aliud nunc euro quam ne curem.
Vita meliore magis in ſecfuſ fruare quam in promptu. Sed ignaua infa-
miç. ſclicet patriæ, & imperio reiç pub. uiuendū eſt. Errat olim iſta ſenten-
tia. Nemo alij naſcitur, moriteruſ ſibi. Certe cum ad Epicuros & Zenonas
uentum eſt, ſapienſes uocas, totum quietis magiſterium, qui eam ſumma
atque unicæ uoluptatis nomine conſeruatere. Tamen propemodum mihi
quocq licebit in publicum prodeſſe. ſoleo de qualibet marginē uel ara medi-
cinaſ moribus dicere, quaſ felicius publicis rebus & ciuitatibus & imperijs
bonas ualeſudines conſeruent, quam tuæ operæ. Quippe ſi pergam ad acuta
tecum, plus togæ laſſete rem pub. quam loricae. Atquin nullis uitrijs adulor,

Ambitio, nullis ueternis parco, nulli impetigini adulor, adigo cauterē ambitioni, qua
laxum M. Tullius quingentis millibus non unum orbem citri emit, qua bīſ ran-
M. Tullius tum Aſinius Gallus pro mensa eiusdem Mauritaniæ numerat. Hem quan-
Aſinius tis facultatibus æſtimauere ligneas maculas? Item qua lanceſ ceterarij pou-
Gallus deris Sylla molitur. Vereor fanè ne parua ſit iſta trutina, cum Drusillanus,
& quidem ſeruus Claudijs, quingenariam promulſidem ædificat, ſupraſcri-
Acerbitas ptis fortaffe an mensis neceſſariam: cui ſi officina extructa eſt, debuit & tri-
Vedius clinium. Itmergo æque ſcalpellum acerbitati ei qua Vedijs Pollio ſeruos
Pollio mureniſ inuadendoſ obiectabat. noua ſclicet ſauitia delectato terrenæ be-
ſtiae exedentulæ & exunguis & excornis, de pifcibus placuit feras cogere,
utiq statim coquendis, ut in uisceribus earum aliquid de ſeruorum ſuorum
Gula corporibus & ipſe guſtaret. Præcidam gulam, qua Hortenſius orator pri-
Hortenſius mus pauum cibi cauſa potuit occidere, qua Aufidijs Lurco primus ſagina
Orator corpora uitauit, & coactis alimentis in adulterium prouexit ſaporem, qua
Aufidijs Aſinius Celer nulli unius obſoniuſ VI h—s detalit, qua Aſopus hiftrijs
Lurco

Aſinius Celer ex auibus eiusdem preſciositatis ut canoris & loquacibus quibusq centum
Clodius millium patinam confiſcauit: qua filius eius poſt tale pulpamentum potuit
Aſopus aliqd ſumptuofius eſutire. margarita nāq uel ipſo nomine preſcioſa dehaue-
Aſopi F. sit, credo ne mēdicius patre coenasset. Taceo Nerones & Apitios & Rufos.
Dabo catharticum impuritatſ Scauri, & aleæ Curij, & uiolentiaſ Antonij.
Et memento iſtos interim ex multis togatos fuſſe, quales apud pallium
nōgym' ἐπι/
ους φαρμα/
κη σοφεωτά/
τη & ſi eloquium quiescat, aut infantia ſubductum, aut uerecundia retentum,
nam

(nam & elingua Philosophia uita contenta est) ipse habitus sonat. Sic de, *Elinguit*
nigra auditur Philosophus dū uidetur. de occursu meo uitia suffundo. Quis *philosophia*
non æmulum suum cum uidet patitur? quis oculis in eum potest in quæm
mentibus non potest? grande pallij beneficium est, sub cuius recognitatu im
probi mores uel etubescunt. Viderit nunc Philosophia quid prosit. Nec
enim sola mecum est. Habeo & alias artes in publico utiles. De meo ue
stiuuntur & primus informator literarum, & primus edomator uocis, & pri
mus numerorum harenarius, & grammaticus, & rhetor, & Sophista, & Me
*dicus, & Poeta, & qui Musicam pulsat, & qui stellarem coniectat, & qui uo
*laticam spectat. Omnis liberalitas studiorum quatuor meis angulis tegitur.**

Pallati, libe
rarii discipli
narum pros
fessores

Planè post Romanos equites. Verum & cerdones & omnis gladiatorum
ignominia togata producitur. Hæc nimirum indignitas erit, à toga ad pal
lium. Sed ista pallium loquitur. At ego iam illi etiā diuinæ sectæ ac discipli
næ commercium confero. Gaude pallium & exulta, melior iam te Philoso
phia dignata est, ex quo Christianum uestire cœpisti.

Stellaris
Astronomia
Volatilia au
guradi sciætia
Diuina sectæ,
Christianorū

ARGUMENTVM LIBRI SEQVENTIS,
 PER BEATVM RHEANVM.



Vis innocens esse poterit si accusasse sufficiet, respondit olim Iulianus Cæsar Cephidio oratori, imò calumniatori uehementissimo cōtra Numerianum Narbonensem agenti, quum dōcumentis & testi
*monijs destitueretur. Gentiles cum uera crimina non possent inten
 tare Christianis, obijciebant falsa, quod uidelicet infantulum nuper
 natum in sacris suis iugularent, & illius sanguine panem (eucharistiam, uidelicet)*
imbuerent quo uescerentur, ac deinde candelabris & lucernis per canes euersis,
quos in hunc usum offulsi quibusdā alere dicebantur, cum matribus & sororibus
inceustum committerent. Quale quiddam de Cataphrygibus refert Aur. Augustinus. Præterea obijciebant caput asinīnum à Christianis adorari, unde asinarij di
cti Christiani: quidam crucem, quod uerum erat: quidam solem, quod ad Orientem precarentur, & solis diem festum agerent. Ad hæc incessebātur, ut infructuosí
*in negocijs, & qui nihil conferrent in fiscum templorū. Nam apud ethnicos quo
 que βωμολόχοι sacerdotes pro tutela sacrarum ædium pecuniam à plebe extorque
 bant, quam ipsi priuatim insumerent. Nec h̄i tantum ob detrimentum quaestus*
*de Christianis conquerebantur, sed & lenones, pēductores, aquarioli, tum sica
 ri, uenenarij, magi, item aruspices, arioli, mathematici, graues scilicet uiiri ac san
 ctū, quod ad ipsos à Christianis nihil lucri rediret. Sed istis infructuosos esse, mag
 nus fructus est. Appellabantur insuper desperati & perditi, quod tam fortiter pro*
*Christo morerentur, & Sarmentitij & Semissij, quia ad stipitē dimidijs assis reuin
 ctū, sarmentorum ambitu exurerentur. Itaq; causam Christianorum agit hoc Apo*
*logetico, cum uiua uoce non liceret, calumnias ethniconū refutans, ac in ipso ster
 torquens: quos absq; negocio superstitionis conuincit, Christianis il
 libatam pietatem uindicando. Est autem Apologeti
 cus libellus defensorius.*

INDEX EORVM QVAB IN APOLOGETICO
CAPITATIM TRACTANTVR.

De ignorantia.	Cap.	I
Quod nomen in Christianis damnetur, non crimen.	Cap.	II
Odiosissimum sine causa Christianum esse nomen.	Cap.	III
De legibus Romanorum, quod quotidie ueteres abrogantur, & nouæ fer- runtur.	Cap.	IV
Quod Romani principes Christianum nomen probarint, & qui oderint, & Tyberij decretum de Christo adorando.	Cap.	V
Quantū à pietate, & maiorū suorū moribus Romani desciuerint. Cap. VI		
Quod grauissimis accusati sceleribus Christiani, nunquam tamen conuicti sint.	Cap.	VII
Non esse credendum famæ.	Cap.	VIII
Quod quæ de infanticidij obijciuntur nobis, falsa omnino sint, & quod sa- cra humano sanguine ipsi potius polluant.	Cap.	IX
Deos, quos colunt, non esse Deos.	Cap.	X
Quomodo ueterū dīj planè mortales fuere: & quare, cum homines essent, facti sint ab hominibus dīj.	Cap.	XI
Quām uana Deorum simulachra.	Cap.	XII
De Laribus.	Cap.	XIII
De sacrificandi ritu, & quid poetæ de dījs fabulati sint.	Cap.	XIV
Quām sint fœda quæ in theatris ac scena de dījs repræsentātur. Cap. XV		
De capite Aginino, & cæteris insignibus, quorum cultura Christianis obij- ciebatur.	Cap.	XVI
Quod unus sit deus, & uerus, multis argumētis probari posse. Cap. XVII		
Quod Ptolemæi Philadelphi opera sacræ literæ in Græcam linguam sint tralatæ.	Cap.	XVIII
Quanta sit sacræ scripturæ antiquitas, & de Mosis, cæterorumq; prophetarum etate.	Cap.	XIX
Quod & uetusissimis scriptoribus, & rerum prædictarum euentu ueritas probetur.	Cap.	XX
Quid Christiani differant ab Hebræis, & quisnam Christus, quomodoue passus.	Cap.	XXI
De Christo, & dæmonibus, eorūq; uirib; & actionibus. Cap.	XXII	
De Phantasmatisbus magicis, & dæmonijs.	Cap.	XXIII
De religione Romanorum.	Cap.	XXIV
De regno Deorum.	Cap.	XXV
De regno Dei.	Cap.	XXVI
De spiritu dæmoniaco.	Cap.	XXVII
Quod plus honoris Imperatoribus suis exhibeant quā deis. Cap. XXVIII		
	An	

An possint prodeesse idola.	Cap.	xxix
Imperatores à Deo esse, quorum salutem Christiani à deo uero supplices petant, qui eam dare solus potest.	Cap.	xxx
De oratione pro iniunctis.	Cap.	xxxi
Quare etiā pro Imperij Ro. salute Christiani orent. Cap.		xxxii
Imperatorem hominem esse, non deum.	Cap.	xxxiii
Nec Dñm nisi more cōmuni Imperatorē esse appellandū. Cap.	xxxiv	
De Solennibus Cæsarum.	Cap.	xxxv
Quod Christiani æque omnes amant.	Cap.	xxxvi
Ne malum contra malum.	Cap.	xxxvii
De cœtu.	Cap.	xxxviii
De disciplina Christianorum.	Cap.	xxxix
De aduersis urbium.	Cap.	xl
Quod Deus spernitur, & statuæ adorantur.	Cap.	xli
Contra eos, qui infructuosos dicebant Christianos. Cap.		xlii
Qui de Christianis conquerantur.	Cap.	xliii
Quantū incōmodi Resp. patiatur ex morte innocētiū Christianorū. xliv		
De innocentia Christianorum.	Cap.	xlv

Q. SEPTIMII FLOREN

TIS TERTULLIANI, APOLOGETIV

CVS ADVERSVS GENTES.

DE IGNORANTIĀ, CAPV T PRIMVM.



I N O N licet, uobis Romani Imperij Antistites, in aperto, & ædito ipso ferè uertice ciuitatis præsidentibus ad iudicandum, palam describere, & coram examinare, quid sit liquidò in causa Christianorum: *Causa Christianorum* si ad hanc solā speciem autoritas uestra de iustitiae diligentia in publico aut timet, aut erubescit inquirere: si deniq; quod proxime accidit, domesticis *Domesticis* indicis nimis operata sectæ huius infestatio ob*in*struit uiam defensioni, liceat ueritati uel occulta via tacitarū literarum ad aures uestras peruenire. *Nihil illa de causa sua deprecatur, quia nec de cōditio ne miratur.* Scit le peregrinā in terris agere: inter extraneos, facile inimicos inuenire. Cæterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatē in cœlis habere. *Inimici, Des* Vnum gestit interdum, ne ignorata damnetur. Quid hinc deperit legibus latores

in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, quod etiam inauditam damnabunt ueritatem? Cæterum inauditam si damnent, præter inuidiam iniuitatis, etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiæ, nolentes audire, quod auditum damnare non possint. Hanc itaq; primâ causam apud uos collocamus iniuitatis, odium erga nomen Christianum.

Iniquitas Gentilium Odium Gentium erga non men Christi, num Ignorantia Quam iniuitatem idem titulus & onerat, & reuincit, qui uidetur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines quod ignorant: etiam si res merecetur odium? Tunc etenim merecetur, cum cognoscitur an mereatur. Vacante autem meriti noritia, unde odij iustitia defenditur, quæ nō de euentu, sed de consciëtia probanda est:

Cum ergo propterea oderint homines, quia ignorant quale sit quod oderunt, cur non liceat eiusmodi illud esse, quod non debeant odiisse: Ita utrūq; ex alterutro redargimus, & ignorare illos, dum oderunt, & iniuste odiisse, dum ignorant. Testimonium ignoratiæ est, quæ iniuitatem dum excusar, condemnat: cū omnes qui retro oderant, quia ignorabant quale esset quod oderant, simul ut desinat ignorare, cessent & odiisse. Ex his fiunt Christiani

Querele gen tiliū aduersus Christianos utiq; de comperto, & incipiunt odiisse quod fuerat, & profiteri quod oderat: & sunt tanti, quanti & denotantur. Ciuitatē obſeſſam uociferantur: In agris, in castellis, in insulis Christianos: Omnem sexum, ætatem, conditionem,

& dignitatē transgredi ad hoc Nomen quasi detrimēto mœrēt: Nec tamen hoc ipso modo ad æſtimationem alicuius latentis boni promouet animos.

Vrbanae curiositas Anacharsis Non licet rectius suspicari. non libet propius expediri. Hic tantum urbana curiositas torpescit. Amant ignorare, cum alij gaudeant cognouisse. Quantu magis hos Anacharsis denotasset, imprudentes de prudentibus judicantes, quam non musicos de musicis: Malunt nescire, quia iam oderūt. Adeo quod nesciunt, præiudicant id esse: quod si sciāt, odiisse non poterāt: quando si nullum odij debitum deprehendatur, optimum utiq; sit desinere iniuste odiisse: si uero de merito constet, non modo nihil odij detrahatur, sed amplius acquiratur. Ad perseverantiam, etiam iustitiae ipsius autoritate abutuntur. Sed non ideo, inquiunt, bonum, quia multos conuertit. Quanti enim ad malum præformantur: quanti transfugæ in peruersum: Quis negat? Tamen quod uere malum est, ne ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timore, aut pudore natura perfudit.

Deniq; malefici gestiunt latere, deuitant apparete, trepidant deprehensi, negant accusati: ne torti quidem, facile, aut semper confitentur: certe condemnati mœrent: dinumerant in semetipſos: mentis malæ impetus, uel factio, uel astris imputat: nolunt enim suum esse, quia malum agnoscunt. Christianus uero quid simile? Neminem pudet, neminem poenitet, nisi planè retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur: si accusatur, non defendit. Interrogatus, uel ultrò confiteretur: damnatus, gratias agit. Quid hoc mali est, quod natu ram

curam mali non habet, timorem, pudorem, tergiuersationem, pœnitentiam, deplorationem? Quid hoc mali est, cuius reus gaudet? cuius accusatio, uotum est: & pœna felicitas? Non potes dementiam dicere, qui reuinceris, ignorare. Si certum est deniq; nos nocentissimos esse, cur à uobis ipsis aliter tractamus, quām pares nostri, id est, cæteri nocentes, cum eiusdem no~~xx~~ eadem tractatio deberet prouenire? Quodcunq; dicimur, cum alijs dicuntur, & proprio ore, & mercenaria aduocatione utuntur ad innocentiae suæ commendationem: respondendi, altercandi facultas patet: quādo nec liceat indefensos & inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis nihil permittitur loqui, quod causam purget, quod ueritatem defendat, quod iudicem non faciat inustum. Sed illud solū expectatur, quod odio publico necessarium est, confessio Nominis, non examinatio criminis: quando, si de aliquo nocente cognoscitis, non statim confessio eo nomine homicidæ, uel sacrilegi, uel incesti, uel publici hostis (ut de nostris elogijs loquar) contenti sive ^{Elogia Christianorum} ad pronunciandum, nisi & consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, conscos, socios.

Quod nomen in Christianis damnetur, non crimen. Cap. 11

De nobis nihil tale. Cum æque extorquere oporteret (cum falso iactatur) quot quisq; iam infanticidia degustasset, quod incesta contenebrasset: qui cocí, qui canes affuissent? O quanta illius Praesidis gloria, si eruisset aliquem, qui centum iam infantes comedisset. At qui inuenimus inquisitionem quoq; in nos prohibitā. Plinius enim Secundus, cum Provincia regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem, allegans præter obstatinam nō sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quām coetus antelucanos ad cauendum Christo & deo, & ad confederandam disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem nō esse, oblatos uero puniri oportere. O sententiam necessitate confusam. Negat inquirendos, ut innocentes: & mandat puniendos ut nocentes. Parcit, & sequit: dissimulat, & animaduertit. Quid temetipsum censura circumuenis? Si damnas, cur nō & inquiris? Si nō inquiris, cur non & absoluvis? Latronibus uestigandis per uniuersas prouincias militaris statio sortitur. In reos maiestatis, & publicos hostes omnis homo miles est: ad socios, ad conscos inquisitio usq; extenditur. Solū Christianum inquire non licet, offerri licet: quasi aliud esset actura inquisitio, q; oblatio. Damnatis ergo oblatū, quem nemo uoluit requisitum, qui puto iam nō meruit ideo pœnā, quia nocēs est, sed quia nō requirendus, inuentus est. Itaq; nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod cæteris negatibus adhibetis tormenta ad

ad confitendum, solis Christianis ad negandum: cum si malum esset, nos quidem negaremus, vos uero confiteri tormentis compelleretis. Neque enim ideo non putaretis requirenda quæstionibus scelera, quia certi essetis admitti ea ex Nominis confessione, qui hodie de confessio homicida, scientes homicidium quid sit, nihilominus ordinem extorquetis admissi. Quo peruersius, cum præsumatis de sceleribus nostris ex Nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, ut negantes Nomen pariter utique negemus & scelera, de quibus ex cōfessione Nominis præsumperatis. Sed, opinor, nō uultis nos perire, quos pessimos creditis. Sic enim soletis dicere homicidæ, negati laniari iubere sacrilegū, si cōfiteri perseuerauerit. Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocētissimos iudicatis, cum quasi innocētissimos nō uultis in ea cōfessione perseuerare, quam necessitate, nō iustitia damnandā à uobis sciatis. Viceratur homo, Christi agnus sum. Quod est, sum dicit: tu uis audire quod nō est. Veritatis extorquendæ Præsides, de nobis solis mendaciū elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod queris a sim. Quid me torques in peruersum: confiteor, & torques. Quid faceres, si negarem? Planè alijs negantibus non facile fidē accommodatis: nobis, si negauerimus, statim creditis. Suspecta fit nobis ista peruersitas, ne qua uis lateat in oculo, quæ nos aduersus formā, aduersus naturā iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret. Nisi enim fallor, leges malos erui iubent, non abscondi confessos damnari præscribunt, nō absoluunt. Hoc Senatus consultum, hoc Principum mandata definiunt, hoc Imperium, cuius ministri estis. Civilis, nō tyrrannica dominatio uestra est. Apud tyrannos enim tormenta etiā pro persona adhibentur, apud uos, soli quæstioni temperantur. Vestram illis seruire legem usque ad confessionem necessarium, & si confessione præueniantur, uocabunt. Sententia opus est. Debito pœnae nocens expungendus est, nō exi mendus. Denique illum nemo gestit absoluere: nobis nō licet hoc uelle. Ideo nec cogitur quisquam negare. Christianū hominem omniū scelerum reum, deorum, Imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum existimas: & cogis negare, ut absoluas, quem non poteris absoluere, nisi negauerit. Preuaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem, ut eum facias innocentem, & quidem inuitum, nec de præterito reum? Vnde ista peruersitas: ut etiam illud non recognitus, sponde confessio magis credendum esse, quam per vim negantur, vel ne compulsus negare, non ex fide negarit: & absolutus, ibidem post tribunal de uestra rideat emulatione inter Christianos. Cū igitur in omnibus in nos aliter disponitis, quam in cæteros nocentes, id unum contenditis, ut de eo nomine excludamur (excludimur enim, si facimus quæ faciunt non Christiani) intelligere potestis, non scelus aliquod in causa esse, sed Nomen, quod quædam ratio emulæ operationis insequitur, hoc primum agens ut homines nolint scire pro certo, quod se nescire pro certo sciunt.

Ideo

Ideo & credunt de nobis quæ non probantur: & nolunt inquiri, ne probentur non esse, quæ malunt credidisse: ut Nomen illius emulationis inimicum, præsumptis non probatis criminibus de sua sola confessione dānetur. Ideo torquemur confitentes, & punimur perseuerantes, & absoluimur negantes, quia Nominis prælrium est. Deniq; quid de tabella recitatis illum Christianum, cur non & homicidā? Sed homicida Christianus, cur non & incestus, uel quodcūq; aliud nos esse creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis omnibus scelerum pronunciare. Christianus, si nullius criminis reus est, nomen ualde infestum, si solius Nominis crimen est.

Odiosissimum sine causa Christianum esse nomen. Cap. III.

 Vid, quod ita pleriq; clausis oculis in odii eius impingunt, ut bonum alicui testimoniu ferētes admisceant Nominis exprobationem: Bonus vir Caius Seius, sed malus tautum quod Christianus. Item alius: ego Lucium sapiētem uirū repente factum Christianū defero. Nemo retractat, nō ideo bonus Caius, & prudēs ^{Non pro nominis} Lucius, quia Christianus: aut ideo Christianus, quia prudēs & bonus: Laudant, quæ sciunt: uituperant, quæ ignorant: & id quod sciunt, eo quod ignorant, corrūpunt: cum sit iustius occulta de manifestis præjudicare, quam manifesta de occultis prædamnare. Alij quos retro ante hoc Nomen uagos, uiles, improbos nouerant, ex ipso denotant quo laudant, cæcitate odij in suffragium impingunt, quod mulier, quod lascivua, quod festiua, quod iuuenis, quod Lucius Quinti amasius, facti sunt Christiani. Ita Nomen emendationi imputatur. Nonnulli etiam de utilitatibus suis cum odio isto pacifuntur, contenti iniuria, dum ne domi habeant quod oderunt. Vxorem iam pudicam maritus iam non zelotypus, filium subiectum pater retro patiens abdicauit: seruum iam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegauit. Ut quisque hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non est bonum esse, quanti odium Christianorum. Nūc igitur, si Nominis odium est, quis Nominis reatus: quæ accusatio uocabulorum: nisi aut Barbarum sonat aliqua uox nominis, aut infaustum, aut maledicuum, aut impudicum. Christianus uero quantum interpretatio est, de unctione deducitur. Sed & cum perperam Chrestianus pronūciatur à uobis, nam nec nominis est certa notitia penes uos, de suauitate uel benignitate compositum est. Oditur ergo in hominibus innocuis, etiam Nomen innocuū. At enim secta oditur in nomine, utique sui autoris. Quid noui, si aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit: Nōnne Philosophi de autoribus suis nuncupantur Platonicī, Epicurei, Pythagorici: etiam à locis conuenticulorum & stationum suarum, Stoici, Academicī: atq; Medici ab Erasistrato, & Grammatici ab Aristarcho, Coci etiam ab Apicio: nec tamen quenquam offendit professio nominis cum institutione trāmissa ab institutore. Planè

si qui probat malam sectam, & ita malum & autorem, is probauit & Nomen malum dignum odio de reatu sectæ & autoris. Ideoq; ante odium non minis competebat prius de autore sectam recognoscere, ne& autorem deserta. At nunc utriusq; inquisitione & agnitio neglecta, Nomen detinetur, Nomen expugnatur: & ignotam sectam, ignotum & autore uox sola praedamnat, quia nominatur, non quia reuincitur. Atq; ideo quasi prefatus hec ad sugillandam odij erga nos publici iniquitatē, iam de causa innocentias consistam: nec tantum refutabo, quæ nobis obijciuntur: sed etiam in ipsis retorquebo, qui obijciunt: ut ex hoc quoq; sciant omnes in Christianis non esse, quæ in se nesciunt esse: simul ut erubescant accusantes non dico pessimi optimos, sed iam, ut uolunt, cōpares suos. Respondebitus ad singula, quæ in occulto admittere dicimus, quæ illos palam admittentes inuenimus, in quibus scelesti, in quibus uani, in quibus damnandi, in quibus irridendi deputamur. Sed quoniam, cum ad omnia occurrit ueritas nostra, postremò legum obstruitur autoritas aduersus eam: ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratissimas obsequijs præferatur ueritati: de legibus prius concurram uobiscum, ut cum tutoribus legum.

De legibus Romanorum, quod quotidie ueteres abrogantur, & nouæ ferontur. Cap. IIII.

Dum primum, quām dure definitis dicendo: Non licet esse uos. Hoc si sine ullo retractatu humaniore præscribitis, uim profiterinti, & iniquam exercetis dominationem, si ideo negatis licere, quia uultis, non quia debuit non licere. Quod si quia non debet, ideo non uultis licere: sine dubio id non debet licere, quod male fit: & utiq; hoc ipso præiudicatur licere, quod bene fit. Si bonum inuenero esse, quod lex tua prohibuit, nonne ex illo præiudicio prohibere me non potest: quod Leges bus si malum esset, iure prohiberet. Si lex tua errauit, puto ab homine concepta mane est, neq; enim de celo ruit. Miramini hominem aut errare potuisse in lege Lycurgus condenda, aut resipuisse in reprobanda: Non enim & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmonijs emendatae tantum autori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicarit: Nōnne & uos quotidie experimetis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam ueterem & squalidem sylluam legum nouis Principalium rescriptorum & edictorum securibus tractatis & cæditis: Nōnne uanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi co-gunt, quām Iuliæ matrimoniu contrahi, post tantæ autoritatis senectutem, Sub Seuero heri Seuerus constantissimus Principum exclusit: Sed & iudicatos in partibus fecari à creditoribus leges erant: consensu tamē publico crudelitas postea eraſa est, & in pudoris notam, capitis poena conuersa est, bonoru adhibita proscriptione. Suffundere maluit hominis sanguinem, quām effundere. Quot adhuc uos repurgandæ leges latent, quas neque annorum numerus

*Secures editorum
Sub Seuero floruit Ter-
tullianus*

merit, neq; conditorum dignitas cōmendat, sed æquitas sola. Et idem, cum iniquæ recognoscuntur, merito damnantur, licet non damnentur cum ini- quas dicimus; smò si nomen puniunt, etiam stultas. Si uero facta, cur de solo nomine puniunt facta, quæ in alijs de admisso, non de nomine pro- bata defendunt? Incestum cur non requirunt? Infanticidia cur non extor- quent? In Deos, in Cæsares aliquid committo: cur nō audior? quid habeo quod purger? Nulla lex uetus discuti, quod probibet admitti: quia neq; iur- dex iustè ulciscitur, nisi cognoscatur admissum esse, quod non licet: neq; quis fideliter legi obsequitur, ignorans quale sit, quod ulciscitur lex. Nulla lex sibi soli conscientiam iustitiae suæ debet, sed eis, à quibus obsequium expectat. Cæterum suspecta lex est, quæ probari se non vult. Improba autem, si non probata dominetur.

Quod Romani Principes Christianum nomen probarint, & qui oderint: & Tiberij decretum de Christo adorando. Cap. v

NT de origine aliquid retractemus eiusmodi legum. Vetus erat decretum, ne qui deus ab Imperatore consecraretur, nisi à sena- tu probaretur: ut M. Æmilius de deo suo Alburno. Facit & Alburnus hoc ad causam nostram, quod apud uos de humano arbitra- tu diuinitas pensatur. Nisi homini deus placuerit, deus nō erit. Homo iam deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cuius tempore Nomen Christia- num in seculum introiuit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina quæ illic ue- ritatem ipsius diuinitatis reuelauerat, detulit ad senatum cum prærogativa suffragij sui. Senatus, quia non ipse probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Consulite cōmentarios Nestros, illic reperietis primū Neronē in hanc sectā tum maxi- me Romæ orientem Cæsariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore dam- tor persecutio nationis nostræ etiam gloriemur. Qui enim scit illum, intelligere potest non nisi aliquid bonū grande à Nerone damnatum. Tentauerat & Domitianus ^{nō} Nero, dedicas- portio Neronis de crudelitate, sed quia & homo, facile cœptum repressit, re- stitutis etiam quos relegauerat. Tales semper nobis insecutores, iniusti, im- prij, turpes, quos & ipsi damnare consuestis, à quibus damnatos restituere soliti estis. Cæterum de tot exinde Principibus ad hodiernum, diuinum hu- manumq; sapientibus, ædite aliquem debellatorem Christianorum. At nos contrario ædimus protectorem. Si literæ Marci Aurelii grauissimi impera- toris requirantur, quiibus illam Germanicam sicut, Christianorum forte mi- litum precationibus impetrato imbre discussam cōtestatur, sicut non palam ab eiusmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, & quidem tetrore.

No Quantum

Quantum à pietate, & maiorum suorum moribus Romani
desciuerint. Cap. VI

Traianus  Vales ergo traces leges iste, quas aduersus nos soli exercent ius
Hadrianus pñj, iniusti, turpes, dementes, uani: quas Traianus ex parte sua
Vespasianus stratus est, uetando inquiri Christianos: quas nullus Hadrianus,
Antoninus quanquam curiositatum omnium explorator nulius Vespa-
Pius sianus, quanquam Iudeorum debellator: nullus Pius, nullus Verus impres-
Verus **Antoninus** Facilius utiqz pessimi ab optimis quibusq; ut ab æmulis, quæm à seis so-
nibus cjs eradicandi iudicarentur. Nunc religiosissimi legum, & paternorum insi-
Leges sumptuariae tutorum protectores, & cultores, respondeant uelim de sua fide, & honore,
& obsequio erga maiorum consulta: si à nullo desciuerunt: si in nullo exor-
bitauerunt: si non necessaria, & aptissima quæq; disciplinæ obliterauerunt:
Quoniam illæ leges, abierunt, sumptum, & ambitionem comprimentes: quæ
centum æra non amplius in coenam subscribi uolebant, nec amplius quæm
unam inferri gallinam, & eam non saginatam: quæ patricium, quod decem
pondio argenti habuisset, pro magno titulo ambitionis senatu summuerebat:
quæ theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant: quæ dignita-
tum, & honestorum natalium insignia non temere, nec impunè usurpari si-
nebant. Video enim & Centenarias coenas à centenis iam scstertijs dicen-
das: & in lances, parum est si senatorū, & nō libertinorum uel adhuc flagra-
rum pentium, argentaria metalla producta. video & theatra nec singula fa-
tis esse nec nuda: nam ne uel hyeme uoluptas impudica frigeret, primi La-
cedemonij penulam ludis excogitarunt. video & inter matronas atq; pro-
stibulas nullum de habitu discriminem relictum. Circa foeminas quidē etiam
illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocina-
bantur: cum aurum nulla norat præter unico dito, quæ spottus oppigno-
rasset pronubo annulo: cum mulieres usque adeo uino abstinerent, ut ma-
tronam ob resignatos cellæ uinariæ loculos, sui inedia necarint. Sub Romu-
lo uero quæ uinum attigerat, impune à Mecenio marito trucidata est. Idcirco
& oscula propinquis offerre necessitas erat, ut spiritu indicaretur. Vbi est
illa felicitas matrimoniorū, de moribus utiqz prosperata, qua per annos fer-
mè sexcentos ab urbe condita nulla repudium domus scripsit? At nunc ia-
foemini præ auro nullum leue est membrum: præ uino nullum liberum est
osculum: repudium uero iam & uotū est, quasi matrimonij fructus. Etiam
circa ipsos deos uestros, quæ perspectè decreuerant patres uestri, idem uos
Liber pater obsequentissimi rescidiſtis. Liberum patrem cum mysterijs, Consules sena-
Serapis tus autoritate nō modo Urbe, sed uniuersa Italia eliminauerūt. Serapidem,
Isis & Isidem, & Harpocratē cum suo Cynocephalo, Capitolio prohibitos in
Harpocrates ferri, id est curia deorum pulsos, Piso & Gabinius Coss. non utiqz Christia-
ni, euersis etiam aris eorum abdicauerūt, turpium & otiosatum superstitio-
num

dum uitia cohibentes. His uos restitutis summā maiestatem contulistiſ. Vbi religio; ubi ueneratio maioribus debita à uobis? Habitū, uictu, & instructu, sensu, ipſo deniq; sermone proauis renunciaſtis. Laudatiſ ſemper antiquitatem, & noue de die uiuitis. Per quod ostenditur, dum à bonis maiorum iuſtitutis deceditis, ea uos retinere, & custodire, quæ non debuiftis, cum quæ debuiftis, non custoditiſ. Adhuc quod uidemini fideliffimè tueri à patribus traditiū, in quo principaliter reos transgressionis Christianos definiſtis, ſtudium dico deorū colendorū, de quo maxime errauit antiquitas, licet Serapi di iam Romano aras restruxeritis, licet Baccho iam Italico furias ueſtras immolaritis, ſuo loco oſtendam, proinde despici & negligi & deſtruī à uobis aduersus maiorū autoritatem. Nunc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, ut iam inde ad manifestiora pergam.

Studium deorum
rum colendorum
rum

Quod grauiſſimiſ accuſati ſceleribus Christiani, nunquam
tamen conuicti ſint. Cap. viii

Dicimur ſceleratiffimi de ſacramento infanticidij, & pabulo inde, Hec criminis & post conuiuum inceſto, quod euangloſores luminū canes, leno, Christianis obneſ ſciliſet, tenebrarum & libidinarij, impiarum inuercundiam iyciebantur procurent. Dicimur tamen ſemp., nec uos quod tandiu dici-
mur erucre curatis. Ergo aut eruete, ſi creditiſt: aut nolite credere, qui nō eruixiſtis. De uestra nobis diſſimulatione preſcribitur non eſſe, quod nec ipli au-
detiſ eruere. Longe aliud munus carnificij in Christianos imperatiſ: non ut dicant quæ faciunt, ſed ut negēt quod ſunt. Cenſus iſtius disciplinæ, ut iam ſicut opificij aedidiſimus, à Tiberio eſt. Cū odio ſui cœpit ueritas: ſimil atq; apparuit ini-
mica eſſe. Tot hostes eius, quot extranei: & quidem proprii, ex xemulatione Iudei: ex concuſſione milites: ex natura ipli: etiam domesticis noſtriſ quoq;
die obſideſt, quotidie prodiſt: in ipli plurimū cœribus, & congregatio-
nibus noſtriſ oppriſt: quiſ unquam taliter uagienti infanti ſuperue-
dit. quiſ cruenta, ut inuenierat, Cyclopum & Sirenum ora iudici reſerauit:
quiſ uel in uxoriibus aliqua immunda ueltigia deprehendit: quiſ talia faci-
nora, cum inueniſſet, cœlauit, aut uēdidiſ, ipli trahens homines. Si ſemper latemus, quādo prodiſt eſt quod admittiſtus? Imo à quibus prodi potuit?
Ab ipli enim reis non utiq; cum uel ex forma omnibus mysterijs ſilentij fi-
des adhibeatur. Samothracia, & Eleufinia retiſcentur. Quanto magiſ talia
prodita interiū etiam humana animaduersione prouocabunt, quām dum
diuinæ ſeruantur. Si ergo non ipli proditores ſui, ſequitur, ut extranei. Et omniſ de extraneis notitia: cum ſemper etiam impiæ initiationes arceat profanos,
& arbitris caueant; niſi ſi impij minus metuunt.

Non eſſe credeadum famæ. Cap. viii

Natura famæ omnibus nota eſt. uestrū eſt, Fama malū, quo non aliud uelocius illum. Cur malum fama: quia uelox, an quia plu-
nū Mm z timum

rimū mendax quæ ne tunc quidē, cum aliquid ueri afferr, sine mendaci
uitio est, detrahens adiiciens, demutans de ueritate. Quid, quod ea illi con-
ditio est, ut non, nisi cum mentitur, perseueret: & tandem uixit, quamdiu non
probat. Siquidē ubi probauit, cessat esse, & quasi officio nunciandi functa,
rem tradit: & exinde res tenetur, res nominatur. Nec quisquam dicit verbi
gratia, Fama est hoc Romæ factum, aut, Fama est illum prouinciam sorti-
tum: sed sortitus est ille prouinciam, & hoc factum Romæ. Fama incerti est:
locum non habet, ubi certum est. An uero fama credat, nisi incōsideratus:
quia sapiens non credit incerto. Omnia est aestimare quā tacunq; illa am-
bitione diffusa sit, quā tacunq; assueeratione constructa, quod ab uno aliis
quando principe exorta sit necesse est, exinde in traduces linguarum & au-
rium serpat. Et ita modici seminis uitium cætera rumoris obscurat, ut nemo
recogitet ne primum illud os mendacium seminauerit: quod sæpe fit aut in-
genio æmulationis, aut arbitrio suspicionis, aut non noua, sed ingenita quib;
busdam mentiendi uoluptate. Bene aut quod omnia tempus reuelat, testi-
bus reuelat bus etiam uestris prouerbijs, atq; sententijs, ex dispositione naturæ: quæ ita
ordinauit, ut nihil diu lateat, etiam quod fama non distulit. Merito igitur fa-
ma tandem conscientia sola est scelerum Christianorū. Hanc indicem aduersus
nos profertis: quæ, quod aliquando iactauit, tantoq; spatio in opinionem
corroborauit, usq; adhuc probate non ualuit.

Quod quæ de infanticidijs obijciuntur nobis, falsa omnino sint, & quod
sacra humano sanguine ipsi potius polluant. Cap. ix

Verum fidei naturæ ipsius appellem aduersus eos, qui talia creden-
da esse præsumunt, ecce proponimus horum facinorum merce-
dem uitam æternā, repromittunt: credite interim. De hoc enim
quæro an & qui credideris, tanti habeas ad eam tali conscientia
peruenire: Veni, demerge ferrum in infantem nullius inimicū, nullius reum,
omnium filium: uel si alterius officium est, tu modo affilie morienti homi
niante quām uixit: fugientem animam nouam expecta: excipe rudem san-
guinem, eo panem tuum satia, uescere libenter. Interea discubens dinume-
ra loca, ubi mater, ubi soror, nota diligenter: ut cum tenetbra ceciderint canis-
uæ, non erres: piaculum enim admireris, nisi incestū feceris. Talia initiatus
& consignatus uiuis in æuum. Cupio respondeas, si tanti æternitas: aut si
non, ideo nec credenda. Etiam si credideris, nego te uelle: etiam si uolueris,
nego te posse. Cur ergo alij possunt, si uos non potestis: cur non possitis,
si alij possunt: Alia nos, opinor, natura Cyclopes aut Sciapodes, alij or-
dines dentium, alij ad incestam libidinem nerui. Qui ista credis de homi-
ne, potes & facere. Tu homo es & ipse, quod & Christianus. Qui non po-
tes facere, nō debes credere. homo est enim & Christianus, quod & tu. Sed
ignorantibus subiectur, & imponitur. nihil enim tale de Christianis afflue-
rati

rari sciebant, obseruandum utiq; sibi, & omni uigilantia inuestigandū. At, ^{Paterfa-}
 qui uolentibus initiari moris est (opinor) prius patrem illum sacrorum adi- ^{crorum}
 re, quæ præparanda sint describere. tum ille infans tibi necessarius adhuc te-
 ter, qui nesciat mortem, qui sub cultro tuo rideat. Item panis, qui sanguinis
 virulentiam colligat, præterea candelabra, & lucernæ, & canes aliqui, & offa-
 læ, quæ illos ad euersionem lumen extendant: ante omnia cum matre &
 sorore tua uenire debebis. Quid si noluerint, uel nullæ fuerint? quid deniq;
 singulares Christiani? nō erit (opinor) legitimus Christianus, nisi frater, aut
 filius. Quid nunc? & si ista omnia ignaris præparantur, certe postea cognos-
 cant, & sustinent, & ignoscunt. Timent plecti, si proclamēt, qui defendi me-
 rebuntur, qui etiam ultro perire malint, quam sub tali conscientia uiuere. Age
 nūc timeāt, cur etiā persevererēt? Sequitur enim ne ultra uelis id te esse, quod
 si prius scisses, non fuisses. Hæc quo magis refutauerim, à uobis fieri ostendat,
 partim in aperto, partim in occulto, per quod forsitan & de nobis cre-
 didistis. Infantes penes Africā Saturno immolabantur, palam usq; ad pro- ^{Saturno infan-}
 consulatum Tiberij, qui eosdem sacerdotes in eisdem arboribus templi sui ^{tes immolati}
 obumbratricibus scelerum, uotiuī crucibus exposuit, teste militia patrieno ^{in Africa}
stræ, quæ idipsum munus illi proconsuli functa est. Sed & nunc in occulto
 perseverat hoc sacrū facinus. non soli uos contemnunt Christiani, nec ullum
scelus in perpetuū eradicatur, aut mores suos aliqui deus mutat. quum pro-
 prijs filijs Saturnus non pepercit, extradeis utiq; non parcendo persevera-
 bat, quos quidē ipsi parentes sui offerebant, & libentes exponebāt, & infan-
 tibus blandiebātur, ne lachrymatites immolarentur. & tamen multū homi-
 cido parricidiū differt. Maior ætas apud Gallos Mercurio prosecatur. Re-
 mitto Tauricas fabulas theatris suis. Ecce in illa religiosissima urbe Ætna/
 darum piorum est Iupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sati-
 guine. Sed bestiariorū, inquitis. Opinor hoc minus quam hominis. an hoc
 turpius, quod mali hominis? certe tamen de homicidio funditur. O Iouem
Christianum, & solum patris filium de crudelitate. Sed quoniam de infan-
 ticidio nihil interest, sacro an arbitrio perpetretur, licet parricidium homici-
 dio intersit, conuertar ad populū. Quot uultis ex his circumstantibus, & in
 Christianorum sanguinem hiantibus, ex ipsis etiam uobis iustissimis & se-
 uerissimis in nos præsidibus apud conscientias pulsem, qui natos sibi liberos
 enectent? Siquidem & de genere necis differt, utiq; crudelius in aqua spiri-
tum extorquetis, aut frigori, & fami, & canibus exponitis. ferro enim mori-
 ætas quoq; maior optabit. Nobis uero homicidio semper interdicto, etiam
 conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissoluere nō
 licet. Homicidij festinatio est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat
animam, an nascētem disturbet. Homo est & qui est futurus, etiam fructus
 omnis iam in semine est. De sanguinis pabulo, & eiusmodi Tragicis ferculis

legite, nec ubi relatum sit: est apud Herodotum (opinor) diffusum brachij sanguinem ex alterutro degustatum nationes quasdam foederi comparasse. Nescio quid & sub Catilina degustatum est. Aliunt apud quosdam gentiles Scytharum, defunctū quenq; à suis comedunt. Longe excorro: hodie istic Bellonæ sacratus sanguis de femore proscisso in palmulam exceptus, & suis datus signatis. Item illi, qui munere in arena noxiorum iugulatorum sanguinem recentem de iugulo decurrentem exceptū auida siti comitiali morbo medentes auferunt: ubi sunt item illi, qui de arena ferinis obsonijs coenant: qui de apro, qui de ceruo petunt: Aper ille, quem cruentauit, luctando detergit. Ceruus ille, in gladiatoris sanguine iactauit. Vrforū aluei appetuntur trucidantibus adhuc se uisceribus humanis. Ructatur proinde ab homine caro pasta de homine. Hæc qui editis, quantū abestis à coniuījs Christianorum: Minus aut & illi faciunt, qui libidine fera humanis membris inhiant, quia uiuos uorant: minus humano sanguine ad spurcitiam consecrantur, quia futurum sanguinem lambunt: nō edunt infantes planè, sed magis puberes. Erubescat error uester Christianos, qui ne animalium quidem sanguinē in epulis esculentis habemus: qui propterea quoq; suffocatis, & mortificijs abstinemus, ne quo sanguine contaminemur uel intra uiscera sepulso. Deniq; inter tentamenta Christianorum, botulos etiam cruento distentos admouetis, certissimi scilicet illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos uultis. Portò quale est, ut quos sanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis: nisi forte suauorem eum experti. Quem quidem ipsum proinde examinatorem Christianorum adhiberi ut foculum, ut acerat oportebat: proinde enim probarentur sanguinem humanum appetendo, quemadmodum sacrificium respuendo: alioquin necandi si non gustassent, quemadmodum si immolassent. Et utiq; non deesset uobis in auditiorne custodiarum, & damnatione, sanguis humanus. Proinde incesti qui magis, q; quos ipse Iupiter docuit: Perlas cum suis matribus misceri Ctesias refert. Sed & Macedones suspecti, quia cum primū Oedipum Tragoediā audissent, ridentes incesti dolorem, μεμυτε dicebant. Nam nunc recognoscit quantum liceat erroribus ad incesta miscenda suppedante materias passuitate luxuriae: In primis filios exponitis suscipiendos ab aliqua præterente matre extranea, uel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alieni generis necesse est quandoq; memoriam dissipari: & simul error impenetrabilis exinde iam tradux proficiet incesti, serpente genere cum scelere. Tu ne deinde quocunq; in loco, domi, peregre, trans freta comes est libido: cuius ubiq; saltus facile possunt alicubi ignoris filios pagere, uel ex aliqua seminis portione, uti aspersum genus per commercia humana concurrat in membrarias suas, neq; eas cœtus incesti sanguinis agnoscat. Nos ab isto euentu diligenterissima & fidelissima castitas sepserit: quantūq; ab stupris, & ab omni post matrimonio

Castitas Christianorum

matrimonium excessu, tantum & ab incesti casu tuti sumus. Quidam multo securiores totam uim huius erroris virginea continentia depellunt, senes, pueri. Si haec in uobis esse consideraretis, proinde in Christianis non esse per spiceretis. Iudicem oculi renunciassent utruncq. sed cæcitatibus duæ species concurrunt, ut qui non uident quæ sunt, & uideantur quæ non sunt. Sic per omnia. Nunc de manifestioribus dicam.

Deos, quos colunt, non esse deos. Cap. x.

DEOS, inquitis, non colitis, & pro Imperatoribus sacrificia non petitis. Sequitur, ut eadē ratione pro alijs non sacrificemus, quia nec pro nobis ipsis. Scimus deos non colendos. Itaq; sacrilegijs, & maiestatis rei conuenimur. Summa haec causa imò tota est, & utiq; digna cognosci, si non præsumptio, aut iniquitas iudicet: altera quæ desperat, altera quæ recusat ueritate. Deos uestris colere desinimus, ex quo illos non esse cognoscimus. Hoc igitur exigere debetis, uti probemus non esse illos deos, & idcirco non colendos, quia tunc demū colidebuisserit, si dñi fuisse. Tunc & Christiani puniendi, si quos non colerent, quia putarent non esse, constaret illos deos esse. Sed nobis, inquitis, dñi sunt. Appellamus & pro uocamus à uobis ad conscientiam uestram, illa nos iudicet, illa nos damnat, si poterit negare omnes istos deos uestris homines fuisse. Sed & ipsa inficias si ierit, de suis antiquarum instrumentis reuincetur, de quibus eos didicit, testimoniū perhibetib; ad hodiernū & ciuitatibus, in quibus nati sunt: & regionibus, in quibus aliquid operati, uestigia reliquerūt, in quibus etiam sepulti demonstrantur. Num ergo per singulos decurram, tot ac tantos, no uos, ueteres, seruos, Barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captiuos, ad optiuos, proprios, cōmunes, masculinos, fœminas, rusticos, urbanos, nauticos, militares? otiosum est etiā titulos persequi, colligam in compendiu, & hoc non quo cognoscatis, sed recognoscatis. certe enim oblitos agitis.

Quomodo ueterum dñi planè mortales fuere, & quare, cum homines essent, facti sint ab hominibus Dñi. Cap. xi.

ANTE SATURNUM Deus penes uos nemo est. Ab illo cesus totius ^{Saturnus} uel potioris, uel notioris diuinitatis. Itaq; quod de origine constiterit, id & de posteritate cōueniet. SATURNUM itaq;, quantum literæ docēt, neq; Diodorus Græcus, aut Tallus, neq; Cassius Seuerus, aut Cornelius Nepos, nec ullus commentator eiusmodi antiquitatum aliud quam hominem promulgauerunt. Si quæras rerum argumenta, nusquam inuenio fideliora, quam apud ipsam Italiam, in qua SATURNUS post multas expeditiones, postq; Attica hospitia, consedit, exceptus ab Iano, uel Ianu, ut Salij uolunt. Mons quem coluerat, SATURNIUS dictus: ciuitas, quam debellauerat, SATURNIA usq; nunc est: Tota deniq; Italia post Oenotriam, SATURNIA cognominabatur. Ab ipso primum tabula, & imagi-

No 4 ue

ne signatus numus, & inde ærario præsidet. Tamen si homo Saturnus, qui ex homine: & quia ab homine, nō utique de cœlo, & terra. Sed cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorū filium dici, quorum & omnes possumus uideri. Quis enim non cœlum, & terram, matrem ac patrem uenerationis & honoris gratia appelle, uel ex consuetudine humana, qua ignoti, uel ex in-

De cœlo opinato apparentes, de cœlo superuenisse dicuntur. Proinde Saturno repen-

uchit tino aduentu ubique cœlitem contigit dici. Nam & terræ filios uulgas uocat,

Terre filius quorū genus incertū est. Taceo quod ita rudes adhuc homines agebant, ut cuiuslibet noui uiri aspectu, quasi divino commouerentur: cum hodie iam politi, quos ante paucos dies luctu publico mortuos sint confessi, in deos cōfacent. Satis iam de Saturno, licet paucis. Etiā Iouem ostendemus tam hominem quam ex homine, & deinceps totum generis examen tam mortale, quam seminis sui par est: quotiā sicut illos homines fuisse non audetis negare, ita post mortem Deos factos instituistis asseuerare. Causas, quæ hoc exegerint, retractemus. In primis quidē necesse est, concedatis esse aliquem

Mancipis di- uinitatis sublimiorem deū, & mancipem quidem dignitatē, qui ex hominibus deos fecerit. Nam neque sibi illi potuissent sumere diuinitatē, quam non habebant, nec aliis præstare eam nō habentibus, nisi qui propriè possidebat. Ceterū si nemo esset, qui deos faceret, frustra præsumitis deos factos auctorando factorem. certè quidem si ipsi se facere potuissent, nunquam homines fuisse, possidentes scilicet melioris conditionis potestatem. Igitur si est qui faciat deos, reuertor ad causas examinandas faciendorum ex hominibus deorum: nec ullas inuenio, nisi si ministeria & auxilia officijs diuinis desiderauit ille magnus deus. Primo indignum est, ut alicuius opera indigeret, & quidem mortui, cum dignius ab initio deum aliquē fecisset, qui mortui erat operam desideraturus. Sed nec operæ locum uideo. Totum enim hoc munus corpus sive innatum & infactum secundum Pythagoram, sive natum & factum secundum Platonem, semel utique in hac constructione dispositum, & instructum, & ordinatum, cum omni rationis gubernaculo inuentum est, imperfectum non potuit esse, quod perficit omnia. Nihil Saturnum, & Saturniam gentē expectabat. Vani erunt homines, nisi certi sint à primordio, & pluuias de cœlo ruisse, & sydera radiasse, & lumina flotuisse, & tonitra mugisse, & ipsum Iouem, quæ in manu eius ponitis, fulmina timuisse. Item omnem frugem ante Liberum, & Cererem, & Mineruam, imò ante illum aliquem principem hominem de terra exuberasse, quia nihil continendo & sustinendo homini prospectum post hominem potuit inferri. Denique inuenisse dicuntur necessaria ista uitæ, non instituisse. quod autē inuenitur, fuit: & quod fuit, non eius deputabitur qui inuenit, sed eius qui instituit. Erat enim ante, quam inueniretur. Cæterum si propterea Liber Deus, quod uitæ demonstrauit, male cum Lucullo actum est, qui primus cerasa ex Pon-

Lucullus

to

to Italizæ promulgauit, quod non est propterea consecratus, ut nouæ frugis autor, quia inuentor & ostensor. Quam ob rem si ab initio & instrueta, & certis exercendorum officiorum suorum rationibus dispensata universitas constitit, uacat ex hac parte causa allegendæ humanitatis in diuinitatē. quia quas illis stationes & potestates distribuistis, tam fuerunt ab initio, quam & fuissent, etiam si deos istos non creassetis. Sed conuertimini ad causam a liam, respondentes collationem diuinitatis meritorum remunerandorum fuisse rationem. Et hinc cōcedetis opinor illum deum deificum iustitia p̄tē Deus d̄ificus cellere, qui nec temere, nec indignè, nec prodigè tantum præmium dispen farit. Volo igitur merita recensere, an eiustmodi sint, ut illos in cœlum extulerint, & non potius in imum Tartarum miserent, quem carcerē pœnarum infernarum cum uultis affirmatis. Illuc enim abstrudi solent impij quicq; in parentes, & in sorores incesti, & maritarum adulteri, & uirginum raptore, & puerorum contaminatores, & qui læuiunt, & qui occidunt, & qui furantur, & qui decipiunt, & quicunq; similes sunt alicuius dei uestrī: quem neminem integrum à criminē aut uitio probare poteritis, nisi hominem negaueritis? Atqui ut illos homines fuisse non possitis negare, etiam istæ notæ accedunt, quæ nec deos postea factos credi permittūt. Si enim talibus uos p̄niendis præsidetis, si commercium, colloquium, conuictum malorum & turpium probi quique respuitis, horum autem pares deus ille maiestatis suæ consortio adstruit: quid ergo damnatis quorum collegas adoratis? Sug gillatio est in cœlo uestra iustitia. Deos facitis criminofissimos quosque, ut placeatis dījs uestris. illorū est honor, consecratio coæqualium. Sed, ut om̄ tam huius indignitatis retractatum: probi & integri & boni fuerint, quot tam potiores viros apud inferos reliquistis, aliq; de sapientia Socratē, de iustitia Aristidem, de militia Themistoclem, de sublimitate Alexandrū, de felicitate Polycratem, de copia Crœsum, de eloquētia Demosthenē: Quis ex illis dījs uestris grauior & sapientior Catone: Iustior & militarior Scipione: Quis sublimior Pompeio: Felicior Sylla, copiosior Crasso, eloquētior Tullio: Quanto dignius istos deus ille assumendos expectasset, præficius utiq; potiorum: Properauit, opinor, & cœlum semel clusit, & nunc utiq; melioribus apud inferos missantibus erubescit.

Quam uana deorum simulachra. Cap. xii

 Esso iam de istis, ut qui sciam me ex ipsa ueritate demonstratum quid nō sint, cum ostendero quid sint. Quantum igitur de Dījs uestris, nomina solummodo uideo, quorum ueterū mor tuorum & fabulas audio, & sacra de fabulis recognosco. Quantum autem de simulachris ipsis, nibil aliud reprehendo, quam matres, sorores esse uascularū, instrumentorumq; communium, uel ex ijsdem uasculis & instrumētis quasi fatum consecratione myrantes, licetia artis transfigurante & quidem

& quidem contumeliosissime, & in ipso opere sacrilege: ut re uera nobis, maxime qui propter deos ipsos plectimur, solatium poenarū esse possit, quod eadem & ipsi patiuntur, ut fiant. Crucibus, & stipitibus imponitis Christianorum. Quod simulachrū non prius argilla deformat, cruci & stipiti superstruimus. Quod simulachrū non prius argilla deformat, cruci & stipiti superstruimus. Quod simulachrū non prius argilla deformat, cruci & stipiti superstruimus.

Pœne Chri-
ftianorum
Cruces &
Stipites
Vngula
Bestie
Ignes
Metalla
Insulae

Senecca volu-
mē scripsit de
superstitione
Gentilium, cu
ius meminit
Aur. August.

eta: in patibulo primū corpus Dei uestri dedicatur. Vngulis deraditis latebra Christianorum. At in deos uestros per omnia membra validius incumbunt asciæ, & runcinæ, & scobinæ. Cervices ponimus: ante plumbum & glutinum & gomphos, sine capite sunt dñi uestri. Ad bestias impellimur: certè, quas Libero & Cybele & Cereri applicatis. Ignibus urimur. hoc & illi à prima quidē massa. In metalla damnamur. inde censemur dñi uestri. In insulis relegamur. solet & in insula aliquis Deus uester aut nasci, aut mori. Si per hæc constat diuinitas aliqua, ergo cum qui puniuntur, consecratur, & numina erunt dicenda supplicia. Sed planè non sentiunt has iniurias, & contumelias suæ fabricationis dñi uestri, sicut nec obsequia. O impiæ uoces, o sacrilega conuictia. Infrendite, insputate, h̄dem estis qui Senecā aliquē pluribus & amarioribus de uestra superstitione perorâtem reprehendistis. Igitur si statuas, & imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milui & mures & araneæ intelligunt, nōnane laudem magis quam pœnam merebatur repudiū agniti erroris? Possumus enim uideri lædere eos, quos certi sumus omnino non esse. Quod non est, nihil ab ullo patitur, quia non est. Sed nobis dñi sunt, inquitis. Et quotmodo uos è contrario impij, & sacrilegi, & irreligiosi erga Deos uestros deprehendimini? qui quos præsumitis esse, negligitis: quos timetis, destruitis: quos etiam uindicatis, illuditis. Recognoscite, si mettiar, primo, quia cum alijs alios colitis, utiq; quos nō colitis, offenditis. prælatio alterius. sine alterius contumelía non potest procedere, quia nec electio sine reprobatione. Iam ergo contemnitis, quos reprobatis, quos reprobando offendere nō timetis. Nam ut supra perstrinximus, status dei cuiusq; in senatus æstimatione pendebat. Deus non erat, quē homo consultus noluisset, & nolendo damnasset.

De Laribus.

Cap. xiii

Cacabulus, di-
minutuum à
cacabo



Omesticos Deos, quos Lares dicitis, dōmestica potestate tractatis, pignerando, uenditando, demutando, aliquando in cacobulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua, ut quisq; contritus atq; concussus est, dum diu colitur: ut quisq; dominus sanctiore expertus est domesticam necessitatem. Publicos æque publico iure foedatis, quos in hastario uectigales habetis. Sic Capitolium, sicut Olitorium forū petitur: sub eadē uoce praconis, sub eadē hasta, sub eadē annotatione Quæstoris diuinitas addicta cōducitur. Sed enim agri tributo onusti uiiores, hominū capita stipendio censa ignobiliora, nam hæc sunt notæ caritatis: Dñi uero, qui magis tributarij, magis sancti: imò qui magis sancti

et, magis tributarij. Maiestas quæstuaria efficitur. Circuit cauponas religio mendicans. exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri. nō licet deos noste gratis, uenales sunt. Quid omnino ad honorādos eos facitis, quod nō etiā mortuis uestris cōferatis? ēdes proinde, aras proinde: idē habitus, & insignia in statuis. ut ètas, ut ars, ut negotiū mortui fuit, ita Deus est. quo differt ab Epulo Iouis Silicerniū: à Simpulo Obba: ab aruspice Pollinctor: Nā & aruspex mortuis appetet. Sed digne imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicatis, quibus & viuentibus eum addicitis. accepto ferent dīj ue-
stri, imò gratulabūtur, quod pares eis fiant domini sui. Sed cum Larentiam publicum scortū, uelim saltē Laidem aut Phrynen, inter Iunones & Ceres ac Dianas adoratis: cum Simonē magū statua & inscriptione S A N C T I D E I inauguratis, cum de paedagogijs aulicis nescio quē cinādū deum facitis, licet nō nobiliores dīj ueteres, tamen contumeliam à uobis deputabūt, hoc & alijs licuisse, quod solis antiquitas contulit.

Simō Magus
Antinous
Adriani Ces.

De sacrificandi ritu, & quid poetæ de dījs fabulati sint. Cap. xiiii

 Olo & ritus uestros recensere, non dico quales sitis in sacrificando, cū enecta, & tabida, & scabiosa quæq; mactatis: cū de opimis & integris superuacua quæq; truncatis, capitula & unguinas, quæ domi quoq; pueris uel canibus destinassetis: cū de decima Herculis nec tertiā partē in aram eius imponitis, laudo magis sapietiam, quod de perditō aliquid eripitis. Sed conuersus ad literas uestras, qui bus informamini ad prudentiā, & ad liberalia officia, quanta inuenio ludi. *Liberalia bria:* Deos inter se propter Troianos & Achiuos, ut gladiatorū paria con officia gressos depugnasse. Venerem humana sagitta sauciata, quod filium suum Æneam penè interfectū ab eodē Diomede rapere uellet. Martē tredecim mensibus in vinculis penè consumptum. Iouem ne eandē uim à cæteris cœli tibus experiretur, opera cuiusdā monstri liberatū, & nunc flentē Sarpedonis casum, nunc fœde subantem in sororem sub cōmemoratione nō ita dilectorum iam pridem amicarum. Exinde quis non Poeta ex autoritate principis sui dedecorator inuenitur Deorum: Hic Apollinem Admeto Regi passentis pecoribus addicit, Ille Neptuni structorias operas Laomedonti locat. Est & de Lyricis (Pindarum dico) qui Æsculapium canit auaritiae me-
rito, qua medicinam nocēter exercebat, fulmine vindicatum. malus Iupiter, si fulmen illius est, impius in nepotem, inuidus in artificem. *Hæc neq; uera prodi, neq; falsa configi apud religiosissimos oportebat.* Nec Tragici quidem aut Comici parcunt, ut non erumnas uel errores domus alicuius dei præferant. Taceo de philosophis, Socrate cōtentus, qui in contumeliā deorum, Quercum & Hircum & Canem deierabat. Sed propterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat. Planè olim, id est semper, ueritas odio est. Tamen cum pœnitentia sententiæ Athenienses, & criminatores Socratis postea

Socrates

postea affixerint, & imaginem eius autem in templo collocarint, rescissa
damnatio testimonium Socrati reddidit. Sed & Diogenes nescio quid in
Varro, Cynis Herculem ludit, & Romanus Cynicus Varro trecentos Ioues, siue Iupiter
Romanus res dicendum, sine capitibus introduxit.

Quām sint fœda quæ in theatris, ac scena de dīs re/
præsentantur. Cap. xv

Lētulus et Ho/
stilius, Mimo/
graphi



Æteria lasciuiae ingenia etiam voluptatibus uestris per deorum
dedecus operantur. Dispicite Lentulorum, & Hostiliorum uenu-
states, utrum mimos an deos uestros in iocis & strophis rideas-
tis: Mœchum Anubim, & masculum Lunam, & Dianam flagel-
latam, & Iouis mortui testamentum recitatum, & tres Hercules famelicos ir-
tisos. Sed & histrionum literæ omnem fœditatem eorum designant. Luget
Sol filiū iactatum de cœlo latantibus uobis. & Cybele pastorem suspirat
fastidiosum nō erubescensibus uobis. & sustinetis Iouis elogia cantari. & Iu-
nonem, Venerem, Mineruam, à pastore iudicari. Quid, quod imago dei ue-
stri ignominiosissimum caput, & famosum uestit: quod corpus impurum, &
ad istam artem effeminatione productū Mineruam aliquā, uel Herculem
repræsentat: nōne uiolatur maiestas, & diuinitas cōstupeatur laudantibus
uobis: Planè religiosiores estis in cauea, ubi super sanguinem humanū, su-
per inquinamenta poenarum proinde saltant dīj uestri, argumenta & histo-
rias noxījs ministrantes, nisi quod & ipsos deos uestros sāpe noxij induūt.
Vidimus aliquando castratum Atyn illum deū ex Pessinunte. & qui uiuus
ardebat, Herculem induerat. Risiimus & inter ludicas meridianorū crudeli-
ties, Mercurium mortuos cauterio examinantē. Vidimus & Iouis fratrem
gladiatorum cadavera cum malleo deducētem. Singula ista, quæcū adhuc
quis posset inuestigare, si honorē inquietant diuinitatis, si maiestatis uesti-
gia obsoletant, de contemptu utiq̄ censem̄, tam eorū qui eiusmodi factitātē,
quām eorū quibus factitātē sed ludicra ista sint. Cæterū, si adiūciam quæ nō
minus conscientiæ omniū recognoscant, in templis adulteria componi, intēr
aras lenocinia tractari, in ipsis plerunq̄ edituorū & sacerdotum tabernacu-
lis, sub ijsdem uittis & apicibus & purpuris thure flagrante libidine expun-
gi, nescio ne plus de uobis dīj uestri, quām de Christianis querantur. Certe
sacrilegi de uestris semper apprehenduntur. Christiani templa nec interdiu
torunt, spoliarent forsitan ea & ipsi, si & ipsi ea adorarent. Quid ergo colūt,
qui talia non colunt? Iam quidem intelligi subiacet, ueritatis esse cultores,
qui mendacijs nō sint. Nec errare amplius in eo, in quo errasse se recogno-
scendo cessauerint. Hoc prius capite, & omnem hinc sacramenti nostri ordi-
nem haurite, repercuſſis tamen opinionibus falsis.

De

De capite asinino, & cæteris insignibus, quorum cultura Christiani obijciebatur. Cap. xvi

Nam quidam somniastris caput asinum esse deum nostrum. hæc Cornelius Tacitus suspicione eiusmodi inseruit. Is enim in quinto historiarum suarum bellum Iudaicum exorsus ab origine gentis, etiam de ipsa tam originie quam de nomine & religione gentis qua uoluit argumentatus, Iudeos refert Egypto expeditos, sive ut putavit extortos vastis Arabiæ in locis aquarum egentissimos, cum siti macerarentur. Onagris, qui forte de pastu potum petituri aestimabatur, indicibus, fontibus usos, ob eam gratiam consimilis bestiæ effigiem consecrassæ. Atq[ue] ita inde (opinor) præsumptum, nos quoq[ue], ut Iudaicæ religionis propinquos, eidem simulachro iniciari. At enim idem Cornelius Tacitus, sane ille medius Cor. Tacitus ciorum loquacissimus in eadem historia refert Cn. Pompeium, cum Hierusalem cepisset, proptereaq[ue] templum adisset speculandis Iudaicæ religiosis arcans, nullum illic reperisse simulachrum. Et utiq[ue] si id colebatur, quod aliqua effigie representabatur, nusquam magis q[ue] in sacrario suo exhiberetur, eo magis quia nec uerebatur extraneos arbitros quanquam uana cultura. Sois enim sacerdotibus adire licitum, & conspectus cæterorum uelo oppenso interdicebatur. Vos tamen non negabitis & iumenta omnia, & totos cantheatos, cum sua Hippona coli à uobis. Hoc forsitan improbandum, quod inter cultores omnium pecudum bestiarumq[ue] Asinarij tantum sumus. Sed & qui crucis nos religiosos putat, consecraneus noster erit. Cum lignum aliquod propitiatur, uiderit habitus, cum materiae qualitas eadem sit: uiderit forma, dum id ipsum dei corpus sit. & tamen quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica & Ceres farrea, quæ sine effigie rudi palo, & informi ligno prostat? Pars crucis est omne robur, quod erecta statione defigitur, nos si forte integrum & totum deum colimus. Diximus originem deorum uestrorum à plastis de cruce induci. Sed & uictorias adoratis, cum in trophæis crucis intestina sint trophæorum. Religio Romanorum tota castrensis, signa ueneratur, signa iurat. omnibus diis præponit. omnes illi imaginum suggestus insignes, monilia crucium sunt. Sypara illa uexillorum & Labarorum, stolæ crucium sunt. Laudo diligentiam, noluitis nudas & incultas crucis consecrare. Alij planè humanius & uerisimilius Solem credunt deum nostrum. Ad Persas si forte deputabimur, licet solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum ubiq[ue] in suo clypeo. Deniq[ue] inde suspicio, quod innoverit nos ad orientis regionem precari. Sed & pleriq[ue] uestrū, affectatione aliquando & cœlestia adorandi, ad solis ortum labia vibratis. Æque si diem Solis Laritiae indulgerimus, alia longe ratione quam religione Solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio & uictui decernunt, exorbitantes & ipsi à Iudaico more, quem ignorant. Sed noua iam Dei nostri in ista ciuitate Oo proxime

Afinerij uoca
ti Christiani.
Religiosissi-
cis

Sole quidam pu-
tabant Chri-
stianorum esse
deum

Dies Solis
Dies dominis
cws

proxime æditio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestijs mercenarius noxius picturam proposuit cum eiusmodi inscriptione:

DEVS CHRISTIANORVM ONONYCHITIS.

Erat auribus asininiis, altero pede unguilatus, librum gestans & togatus. Risus & nomen & formā. Sed illi debebant adorare statim bifforme numen, qui & canino, & leonino capite cornitos, & de capro, & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes, & plāta uel tergo alites deos receperunt. Hæc ex abundanti, ne quid rumoris inrepercussum, quasi de conscientia, præterissemus, quæ omnia conuersi iam ad demonstrationem religionis nostræ repurgabimus.

Quod unus sit Deus, & uerus multis argumentis probari posse. Cap. XVII



Vod colimus, deus unus est, qui totā molem istam cum omnī instrumento elementorum corporum, spiritū, verbo, quo iussit, ratione, qua dispositus: uirtute, qua potuit, de nihilo expressit in ornamenti maiestatis suæ, unde & Græci nomen mundo nō, ^{ad} modum accommodauerunt. Inuisibilis est, & si uideatur, incomprehensibilis, & si per gratiam repræsentetur, inæstimabilis, & si humanis sensibus æstimetur. Ideo uerus, & tantus est. Cæterū quod uideri cōmuniter, quod cōprehendi, quod æstimari potest, minus est, & oculis, quibus occupatur, & manibus, quibus contaminatur, & sensibus, quibus inuenitur. Quod uero immensus est, soli sibi notum est. hoc quod est deum æstimari facit, dum æstimari nos

^{videlicet} capit. ita enim uis magnitudinis, & notum hominibus obiecit, & ignotum. & hæc est summa delicti nolētium recognoscere, quē ignorare nō possunt.

Vultis ex operibus ipsius tot, ac talibus, quibus contineuntur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur: vultis ex animæ ipsius testimonio cōprobemus: quæ licet carcere corporis preſta, licet institutionibus prauis circuſcripta, licet libidinibus & cōcupiſcentijs evigorata, licet falsis dñis exancillata, cum tamē respicit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex alijs qua ualetudine, & sanitatē suam parit, & deum nominat folum, quia pro-

Quod deus prie uerus hic unus deus, bonus & magnus, & Quod deus dederit, omnium dederit. uox est. Iudicem quoq; contestatur illum, Deus uidet, & Deo cōmendo, &

Deus uidet. Deus mihi reddet. O testimonium animæ naturaliter Christianæ. Dèniq; Deo cōmendo pronuncians hæc, nō ad Capitolium, sed ad cœlum respicit. Nouit enim se-

reddet dem dei uiui. ab illo, & inde descendit. Sed quo plenius & impressius tam

Instrumentū ipsum, q̄ dispositions eius & uoluntates adiremus, Instrumentū adiecit liberaturæ, si qui uelit deo inquirere, & inquisito inuenire, & inuenito credere,

Prophecie, & credito deseruire. Et viros enim iustitia ac innocentia dignos deū nosse

& ostendere, à primordio in seculū emisit spiritu diuino mūdatos, quo prædicarent deum unicum esse, qui universa cōdiderit, qui hominem de humo

instruxerit

instruxerit: hic enim est uerus Prometheus, qui seculū certis temporū dispositionibus & exitibus ordinauit: exinde quæ signa maiestati suæ vindicandæ addiderit per imbræ, per ignes: quas demerendo sibi disciplinas determinauerit: quæ ignoratis, & deserritis, & obseruandis his præmia destinari: & qui producto tuo isto iudicaturus sit suos cultores in vita æternæ retributio nem, profanos in ignem æque perpetem, suscitatis omnibus ab initio defunctis, & reformatis, & recensitatis ad utriusq; meriti dispunctionē: Hæc & nos tñsumus aliquando, de uestris suimus. Fiunt, non nascuntur, Christiani.

Verus Pro metheus

Quod Ptolemæi Philadelphi opera sacræ literæ in Græcam linguan sunt tralatæ. Cap. XVIII

 Vos diximus prædicatores, Prophetæ de officio præfandi uocantur. uoces eorum, itemq; virtutes, quas ad fidem diuinitatis ædebat, in thesauris literarum manent, nec istæ latent. Ptolemæo, rum eruditissimus, quem Philadelphum supernominant, & omnis literatu ræ sagacissimus, quum studio bibliothecarū Pisistratum (ut opinor) æmula retur, inter cæteræ memoriarum, quibus aut ueritas, aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demetrii Phalerei grammaticorum tunc probatissimi, cui præfecturam mandauerat, libros à Iudæis quoq; postulauit, proprias scilicet atq; uernaculae literas, quas soli habebant. Ex ipsis enim & ad ipsos semper Prophetæ perorauerat, scilicet ad domesticam dei gentem ex patrum gratia, Hebræi retro, qui nunc Iudæi.

Ptolemeus
Philadelphus

Demetrius
Phalereus

Hebrei
Iudei

Quanta sit sacræ scripturæ antiquitas, & de Moysis cætero, rumq; prophetarum ætate. Cap. XIX

 Gitur & literæ Hebrææ, & cloquium. Sed ne noritia uacaret, hoc quoq; Ptolemæo à Iudæis subscriptum est septuaginta & duobus interpretibus indultis, quos Menedemus quoq; philosophus prouidentiæ uindex de sententiæ communione suspexit. Affirmauit hæc uobis etiam Aristæas, ita in Græcum stilum ex aperto monimento reliquit. Hodie apud Serapeum Ptolemæi bibliothecæ cum ipsis Hebraicis literis exhibentur. Sed & Iudæi palam lecit. Vectigalis libertas. uulgo aditur Sabbatis omnibus: qui audierit, inueniet deum. qui etiam studuerit intelligere cogetur & credere. Primam instrumentis istis autoritatem summa antiquitas uendicat. Apud uos quoq; religionis est instar, fidem de temporibus asserere. Omnes itaq; substantias, omnesq; materias, origines, ordines, uenas veterani cuiusq; stili uestri, gentes etiam plerasq;, & urbes insignes, historias & causas memoriarū, ipsas deniq; effigies literarum indices, custodesq; rerum, & (puto adhuc minus dicimus) ipsos inquam deos uestros, ipsa templa, & oracula, & lacra, unius interim prophetæ Icriui seculis uicit: in quo uidetur thesaurus collocatus totius Iudaici sacrameti, & inde etiā nostri. Siquidé auditis interim Moylen Argiuo Inacho paré ætate octin

LXXII. in terpretes
Menedemus

Aristæas

Vectigalis
libertas
Instrumenta

Moyses

Oo 2 gentis

gentis penè annis ante Vrbē Con. Centū septuaginta Danaū ipsum apud uos uetustissimū præuenit, trecentos circiter cladē Priami antecedit possem etiā dicere quingētis amplius & Homerū, habēs quos sequat. Cæteri quoq; prophetæ, & si Moy si posthumant, extremissimi tamē eorū non retrosiores deprehenduntur primoribus uestris sapientibus legiferis, & historicis.

Quod & uetustissimis scriptoribus, & rerum prædictarum eveni-
tu ueritas probetur. Cap. xx

Hec quibus ordinibus probari possint, non tam difficile est nobis exponere, q̄z enorme & arduū. Sed interim longum multis instrumentis cum digitorū supputarijs gesticulis assidendū est. Reserāda antiquissimarum etiam gentium archivia, Ägyptiorum, Chaldæorū, Phœnicum aduocandi eorū municipes, per quos notitia subministrata est, aliqui Manethon Ägyptiū, & Berosus Chaldæus, sed & Hieronymus Phœnix Tyri rex, Sectatores quoq; eorū Mendesius Ptolemæus, & Menander Ephesiū, & Demetrius Phalercus, & rex Iuba, & A*Josephus.* pion, & Tallus, & qui istos aut probat, aut reuincit, Iudæus Iosephus *anti-*
Censuales *quitatum Iudaicarū uernaculus uindex:* Græcorū etiam censuales conferendi, & quæ quando sīnt gesta, ut cōcatenationes temporū aperiātur, per quæ
Grechorum luceant annaliū numeri. Peregrinandū est in historias, & literas orbis. Et tamen quasi partē iam probatoris intulimus cum per quæ probari possint, aspersimus. Verū differre præstat, ne uel minus persequamur festinādo, uel diutius euagemur persequendo. Plus iam offerimus pro ista dilatione, maiestatē scripturarū, si nō ueristarē: diuinās probamus, si dubitatur antiquas, nec hoc tardius, aut aliunde descendū. Corām sunt quæ docebūt, Mundus & Seculum & Exitus. Quicquid agitur, prænunciabatur. quicquid uidetur, audiebatur. Quod terræ uorancubes, quod insulas maria fraudant, quod externa atq; interna bella dilaniant, quod regnis regna compulsant, quod fames & lues & locales quæq; clades effrenuentū pletunq; montiū uastant, quod humiles sublimitate, sublimes humilitate mutantur, quod iustitia rare scit, & iniquitas increbrescit, bonarū omnium disciplinarum cura torpescit, quod etiā officia temporū & elementorū munia exorbitātur, quod & monstros, & portentis naturaliū forma turbatur, prouidenter scripta sunt. Dum patimur, leguntur: dum recognoscimus, probantur. idoneum opinor testimoniū diuinitatis, ueritatē diuinationis. Hinc igitur apud nos futūrorū quoq; fides tuta est, iam scilicet probatorū: quia cum illis, quæ quotidie probantur, prædicebantur. Eadem uoces sonant, eadem literæ notant, idē sp̄itus pulsat, unū tempus est diuinationi, futura præfari. apud homines si forte distinguitur, dum expungitur: dum ex futuro præsens, dehinc ex præsen-
ti præteritū deputatur. Quid delinquimus (oro uos) futura quoq; credētes, qui iam didicimus illis per duos gradus credere?

Quid

Quid Christiani differant ab Hebreis, & quisnam Christus,
quomodo ue passus.

Cap. xxii.



Ed quoniam ædidimus antiquissimis Iudaorum instrumentis
sectam istam esse sufficiam, quam aliquando nouellam, ut Ti-
berij temporibus pleriq; sciunt, profitentibus nobis quoq; for-
tasse an hoc nomine de statu eius retractetur, quasi sub umbra
culo insignissimæ religionis, certæ licentiæ aliquid, & propriæ præsumptio-
nis abscondat, vel quia præter ætatem neq; de uictus exceptionibus, neq; de Ceremonie in
solenitatibus dierū, neq; de ipso signaculo corporis, neq; de cōfertio nomi, daice
nis cum Iudeis agimus, quod utiq; oporteret si eidem deo manciparetur.
Sed & uulgas iam scit Christū, ut aliquē hominū, qualē Iudæi iudicauerū:
quio facilius quis nos hominis cultores existimauerit. Verum neq; de Christo
erubescimus, cum sub nomine eius depurari & damnari suarū: neq; de
deo aliquid præsumimus aliter. Necessæ est igitur pauca de Christo, ut de
deo totū. Iudeis erat apud deū gratia, ubi & insignis iustitia, & fides otigi
naliū autorum. unde illis & generis magnitudo, & regni sublimitas floruit,
& tanta felicitas, ut de dei uocibus, quibus edocebatur, de promerendo deo,
& non offendendo, præmonerentur. Sed quanta deliquerint, fiducia patrū
inflati, ad declinandū deriuantes à disciplina in profanum modū, & si ipsi
nō cōfiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum. Dispersi, palabundi, &
sceli & soli sui extorres vagantur per orbem, sine homine sine deo tege, qui
bis, nec aduenarum iure terram patriam saltem uestigio salutare concedi
tur. Cum haec illis sanctæ uoces præminaretur, eadem semper omnes inge-
rebant, fore uti sub extimis curriculis seculi, ex omni iam gente & populo &
loco cultores sibi allegeret deus multo fideliores, in quos gratiam transfer-
ret pliorem quidem ob disciplinæ altioris capacitatē. Venit igitur, qui ad
reformādam, & illuminandam eam uenturus à deo prægunciabatur Christus
ille filius dei. Huius igitur gratiae, disciplinæ cō arbitre & magister, illig-
minator atq; deductor generis humani filius dei annunciat, non qui-
dem ita genitus, ut erubescat in filij nomine, aut de patris semine, non de so-
roris incesto, nec de stupro filiæ, aut coniugis alienæ, deum patrem passus
est, squamatum, aut cornutum, aut plumatum, amatorem in auto conuer-
sum Danaes. Louis & ista sunt numina uestra. Ceterum dei filius nullam de
impudicitia habet matrem: etiam quam uidetur habere, nupserat. Sed prius
substatiam edisseram, & iam natuitatis qualitas intelligetur. Iam ediximus
Deum uniuersitatem hanc mundi Verbo & Ratione & Virtute molitur.
Apud uestros quoq; sapientes λόγοι, id est, sermonem, atq; rationem con- λόγοι
stat artificem uideri uniuersitatis. Hunc enim Zenon determinat factitato-
rem, qui cūcta in dispositione formauerit, eundem & fatū uocari, & Deum,
& animū Louis, & Necessitatem omniū rerū. Hæc Cleantes in spiritu

Oo ; congetic

cōgerit, quēm permeatorem uniuersitatis affirmat. Et nos etiam Setmoni, atq; Rationi, itemq; Virtuti, per quā omnia molitū Deum ediximus, propria substantiam spiritus inscribimus, cui & sermo insit prænuncianti, & ratio ad sit disponenti, & virtus præsit perficieni. Hunc ex Deo prolatum dicimus, & prolatione generatum, & idcirco filium dei, & Deum dictū ex unitate substantiæ. Nam & Deus spiritus. Etiā cum radius ex sole portigatur, portio ex summa. Sed Sol erit in radio, quia Solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de spiritu spiritus, & de Deo Deus. Vt hinc genere lumine accensum manet integra & indefecta materiæ matrix, & si plures inde traduces qualitatū mutueris: ita & quod deo profectum est, Deus est, & Dei filius, & unus ambo. Ita de spiritu spiritus, & deo deus modulo alterū numerū gradu nō statu fecit, & à matrice nō recessit, sed ex cœlis. Iste igitur dei radius, ut retro semper prædicabatur, delapsus in Virginem quandā, & in utero eius caro figuratus nascitur homo Deo missus. Cato spiritu instruēta nutritur, adolescit, affatur, docet, operatur, & Christus, est. Recipite intetim hanc fabulā, similis est uestris, dum ostendimus quorū modo Christus probetur, & qui penes uos eiusmodi fabulas emulas ad destructionē veritatis istiusmodi præministrauerint. Sciebant & Iudæi uenturum esse Christū, scilicet quibus prophetæ loquebātur. nam & nunc aduentum eius expectāt. nec alia magis inter nos & illos cōpulsatio est, quā quod iam uenisse non credunt. Diabolus enim aduentibus eius significatis, primo, qui iam expunctus est in humilitate conditionis humanæ, secundo, qui cōcludendo seculo imminet in sublimitate diuinitatis exerte, primum nō intellegendo, secundum, quem manifestius prædicatum sperant, unū existimaverunt. Ne enim intelligerēt pristinum, credituri si intellexissent, & consecutari salutem, si credidissent, meritum fuit delictorum. Ipsi legunt ita scriptū: multatos se sapientia, & intelligentia, & oculorum & aurium fruge. Quem igitur solum hominem modo præsumperat de humilitate, sequebatur ut: Magum astimarent de potestate, cum ille uerbo dæmonia de hominibus excuteret, cęcos illuminaret, leprosos purgaret, patalyticos restringeret, mortuos deniq; uerbo redderet uitæ, elementa ipsa famularet, compescens procellas, & freta ingrediens, ostendens se esse uerbū dei, id est, Λόγος, illud primordiale primogenitum uirtute & ratione comitū, & spiritu instrūtum, eundem, qui uerbo omnia & faceret, & fecisset. Ad doctrinā uero eius quia reuincebantur magistri, primoresq; Iudæorum, ita exasperabantur, maxime quod ad eum ingens multitudo deflesteret, ut postremo oblatum Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana procurati violentia suffragiorum in crucē Iesum dedi sibi extorserint. Prædixerat & ipse ita facturos. Parum hoc, si non & prophetæ retro etiā. Tamen suffixus multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum cum uerbo sponte dimisit præuenient carnificis

cartifícis officio. Eodem momento dies medium orbem signat. Sole subducta est. Deliquum utiq; putauerunt, qui id quoq; super Christo prædicatum non sciebant: & tamen cum mundi casum relatum in archivis uestris habetis. Tunc Iudæi detractum, & sepulchro conditum magna etiam militari manu custodiae diligentia circumfederunt, ne quia prædixerat tertia die resurrectum se à morte, discipuli furtu amoliti cadaver falleret suspectos. Sed ecce die tertia concussa repente terra, & mole reuoluta, quæ obstruxerat sepulchrum, & custodia paurore disiecta, nullis apparentibus discipulis, nihil in sepulchro repertū est, præterq; exuuiæ sepulti. Nihilominus tamen primores; quorum intererat & scelus diuulgare, & populum uestigalem & familiarem sibi ad fidem reuocare, surreptū à discipulis iactitauerunt. Nam nec ille se in vulgus eduxit, ne impiorum errore liberarentur, ut & fides non mediocri præmio destinata diffundate constaret. Cū discipulis aut quibusdam apud Galilæam Iudææ regionē ad XL. dies egit, docens eos quæ docerent. Dehinc ordinatis eis ad officium prædicandi per orbem, circumfusa nube in cœlum est receptus, multo uerius quam apud uos assuerare de Romulo. Protuli solent. Ea omnia super Christo Pilatus, & ipse iam pro sua cōscientia Christianus, Cæsari tunc Tiberio nunciauit. Sed & Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent seculo necessarij, aut si & Christiani potuissent esse Cæsares. Discipuli quoq; diffusi per orbem ex præcepto magistri Dei paruerunt, qui & ipsi à Iudæis insequentibus multa perpeſi, utiq; pro fiducia ueritatis libenter, Romæ postremo per Neronis fæuitiam sanguinem Christianum seminauerunt. Sed monstrabimus uobis idoneos testes Christi ipsos illos, quos adoratis. Multum est, si eos adhibeam, ut creditis Christianis, propter quos non creditis Christianis.

De Christo, & dæmonibus, eorumque uiribus & actionibus. Cap. xxi.

Inferior hic est ordo nostræ institutionis. Hunc ædidimus & seruæ & nominis censum cum suo autore. Nemo iam infamiam incutiat, nemo aliud existimet, quia nec fas est ulli de sua religione mentiri. Ex eo enim, quod aliud à se colit dicit, quam colit, negat quod colit: & culturam, & honorem in alterum transfert: & transferendo iam non colit, quod negavit. Dicimus, & palam dicimus, & uobis torquentibus lacerati & cruentii uociferamus: Deum colimus per C H R I S T U M. illum hominem putari: per eum, & in eo se cognosci uult Deus & colit. Ut Iudæis respondeamus, & ipsi Deum per hominem Moysen colere didicerunt. Ut Græcis occurram, Orpheus Pieriæ, Musæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Bœotiaæ initiationibus homines obligauerunt. Ut ad uos quoque dominatores gentium aspiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operosissimis superstitionibus onerauit. Licuevit & Christo commentari diuinitatem rem propriam, non qui rupices

Qo 4 & adhuc

& adhuc feros homines multitudine tot numinum demerendorum attoritos efficiendo, ad humanitatem temperaret, quod Numa: sed qui iam expolitos, & ipsa urbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet. Quare ergo si uera est ista diuinitas Christi. Si ea est, qua cognita quis reformetur ad bonum, sequitur ut falsa renuncietur comperta in primis illa omni ratione, quæ delitescens sub nominibus & imaginibus mortuorum, quibusdam signis & miraculis & oraculis fidem diuinitatis operatur. Atq; adeo dicimus esse substantias quasdam spiritales, nec nouum est nomen. Sciunt dæmones philosophi, Socrate ipso à dæmonio arbitriū expectante. Quidni: cum & ipsi dæmonium adhæsisse à pueritia dicatur, dehortando planè à bono. Omnes sciunt Poetae. Etiam vulgus indoctum in usum maledictis frequet. Nam & Satanā principem huius mali generis, proinde de propria conscientia animæ, eadem ex sacramento uoce pronūciat. Angelos quoq; etiam Plato nō negauit. Vtriusq; nominis testes esse, uel magos afferūt. Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens datum euaserit damnata à deo cum generis autoribus, & cum eo quem diximus principe, apud literas sanctas ordine cognoscitur. Nunc de operatione Malitia spiritalis satis erit exponere. Operatio eorum est hominis euersio, sic malitia spiritalis à primordio auspicata est in hominis exirium. Itaq; corporibus quidem & ualetudinibus infligunt, & aliquos casus acerbos: animæ uero repenitnos & extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad utrancq; substantiam hominis laetendam subtilitas & tenuitas sua multum spiritualibus uiribus, licet & inuisibilis & insensibiles in effectu potius q; in actu suo apparet. Si poma, si fruges nescio quod auræ latens uitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat: si cæca ratione tentatus aer pestilentes haustus suos effundit: eadem igitur obscuritate cōtagionis, aspiratio dæmonum & angelorum mentis quoq; corruptelas agit furoribus, & amentis foedis, ac saepi libidinibus cum erroribus uarijs, quorū iste potissimum, quod eos ipsos captis & circumscriptis hominū mentibus comedat: ut & sibi pabula propria nidoris & sanguinis procuret, simulachris imaginibus oblata, & quæ illi accurrior pascua est, qua hominem è cogitatu uerae diuinitatis auertat præstigijs falsis: quas & ipsas quomodo operetur, experdiāt. Omnis spiritus ales est. Hoc angeli & dæmones. Igitur momento ubi que sunt, Tonus Orbis illis locus unus est, quid ubiq; geratur, tā facile sciunt quām enunciant. uelocitas, diuinitas creditur: quia substantia ignoratur. Sic & autores interdū uideri uolunt eorū, quæ annunciant. & sunt planè malorum nonnunq; bonorum tamen nunquam. Dispositiones etiam dei, & nunc prophetis condonantibus excerpunt, & nunc lectionibus resonantibus carpeunt. Ita & hinc sumentes quasdam temporū sortes emulatur diuinitatem, dum furantur diuinationem. In oraculis aut quo ingenio ambiguitates temperent.

*Idem, Au/
gustinus*

perent in euentus, sciunt Croësi, sciunt Pyrthi. Cæterū testudinem decoqui cum carnibus pecudis, Pythius eo modo renuntiauit, quo supra diximus: momento apud Lydiā fuerat. Habent de incolatu aeris, & de vicinia syde-
rum, & de commercio nubium cœlestes sapere paraturas, ut & pluuias, quas
iam sentiunt, repromittant beneficij plane, & circa curas ualeitudinū. lædunt enim primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua, siue contraria.
Postea desinunt lædere, & curasse creduntur. Quid ego de cæteris ingenij,
uel etiā viribus fallaciæ spiritualis edisserā, phantasmatu Castorum, & aquam
cribro gestatam, & nauem cingulo promotā, & barbam tactu irrufatam: ut
& numina lapides crederentur, & deus uerus non quereretur.

De phantasmatibus magicæ & dæmonij. Cap. x. xiiii

Porrò si & Magi phantasmatu ædunt, & iam defunctorum in-
clamat animas, si pueros in eloquium oraculi eliciunt, si multa
miracula circulatorij præstigij ludunt, si & somnia immittunt,
habentes semel inuitatorum angelorum & dæmonum assisten-
tem sibi potestatē, per quos & capræ & mensæ diuinare consueuerūt: quan-
to magis ea potestas de suo arbitrio, & pro suo negotio, studeat totis viri-
bus operari, quod alienæ præstat negotiationis: aut si eadem & angeli & de-
mones operatur, quæ & dij uestri, ubi est ergo precellētia diuinitatis, quam
utiq̄ superiorem omni potestate credendum est: Non ergo dignius præsu-
metur ipsos esse, qui se deos faciant, cum eadem ædant, quæ faciant deos
credi, quām pares angelis, & dæmonibus, deos esse: Locorum differētia di-
stinguitur, opinor: ut à templis deos existimetis, quos alibi deos non dici-
tis: ut aliter dementare videatur, qui sacras turrem peruolat, aliter qui tecta ui-
ciniæ transilit: & alia uis pronuntietur in eo, qui genitalia, uel lacertos, alia,
qui sibi gulam prosecat, cum pat exitus furoris, & una ratio est instigationis.
Sed hactenus uerba, iam hinc demonstratio rei ipsius, qua ostendemus
unam esse utriusque nominis qualitatem. Edatur hic aliquis sub tribunali-
bus uestris, quem dæmone angi constet: iussus à quolibet Christiano lo-
qui, spiritus ille tam se dæmonem confitebitur de uero, quām alibi deum de-
falso. Äque producatur aliquis ex ijs, qui deo pati existimantur, qui ae-
ris maleficum numen de nidore concipiunt, qui ructando curantur, qui an-
helando profantur. Ista ipsa uirgo Cœlestis pluuiarū pollicitatrix, iste ipse
Äsculapius medicinarum demonstrator, alias demorituris seordi, & dena-
tij & asclepiodoti subministrator, nisi se dæmones confessi fuerint, Christia-
no mentiri non audentes, ibidem illius Christiani procacissimi sanguinem
fundite. Quid ista opere manifestius: quid hac probatione fidelius: simili-
citas ueritatis in medio est. uirtus illi sua assistit, nihil suspicari licebit magia,
aut aliqua eiusmodi fallacia fieri. Dictis non stetis, si oculi uestri & aures
permiserint uobis. quid autem nisi potest aduersus id, quod ostenditur
nuda

nuda synceritate: si altera parte uere dei sunt, cur se se dæmonia mentionantur? an ut nobis obsequantur? Iam ergo subiecta Christianis diuinitas uestra. nec diuinitas deputanda est, quæ subdita est homini, & si quid ad decus facit æmulis suis. Si altera parte dæmones sunt, uel angeli, cur se alibi pro dijs agere respondent. Nam sicut illi, qui dij habentur, dæmones se dicere non uissent, si uere dij essent, scilicet ne de maiestate se deponerent. Ita & isti, quos directo dæmones nostis, non auderent alibi pro dijs agere, si aliqui omni, no dij essent, quorum nominibus utuntur. Vererentur enim abuti maiestate superiore, sine dubio & timendorum. Adeo nulla est diuinitas ista, quam tenetis: quia si esset, neq; à dæmonijs affectaretur in confessione, neq; à dijs negaretur. Cum ergo utracq; pars cōcurrat in confessione deos esse negans, agnoscite unum genus esse, id est, dæmonas. Verū utrobiq; iam deos quæritate: quos enim præsumperatis, dæmonas esse cognoscitis. Eadem uero opera nostra ab eisdem dijsuestris non tantū hoc detegentibus, quod neq; ipsi dij sint, neq; ulli alij, etiam illud in continentia agnoscitis, qui sit uere deus, & an ille, & an unicus, quem Christiani profitemur. & an ita credendus, colendusq; ut fides, ut disciplina disposita est Christianorum. Dicent ibidem, ec quis ille Christus cum sua fabula, si homo communis conditionis, si magus, si post mortem de sepulchro à discipulis surreptus, si nunc denique penes inferos, si non in cœlis potius, & inde uenturus cū totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planetu omniū, si non Christianorū, ut dei virtus, & dei spiritus, & sermo, & sapientia, & ratio, & dei filius. Quod cum ridetis, rideant & illi uobiscum. Negent Christum omnem ab æuo animam restituto corpore iudicaturū. Dicant hoc pro tribunali, si forte Minorem, & Radamantum secundum cōsensum Platonis & Poetarum hoc esse sortitos, suæ saltē ignominiæ & damnationis notā refutent. Renunciant se immundos spiritus esse, quod uel ex pabulis eorum, sanguine & fumo & putidis rogis pecorum, & impurissimis linguis ipsorū uatum intelligi debuit. Resuunt ob malitiam prædamnatos se in eundē iudicij diem cū omnibus cultribus & operatoribus suis. Atqui omnis hæc nostra in illos dominatio & potestas de nomine Christi ualeret, & de commemoratione eorum, quæ si bi à deo per arbitrū Christū imminutia expectant. Christum timentes in deo, & deum in Christo, subiiciuntur seruis dei, & Christi. ita de contactu, deq; afflatu nostro cōtemplatione & repræsentatione ignis illius correpti, etiā de corporibus nostris imperio excedunt inuiti, & dolentes, & uobis præsentibus erubescentes. Credite illis, cum uerū de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad Tuum dedecus metitur, quin potius ad honorem. Magis fides prona est aduersus semetipſos cōfidentes, quām pro semetipſis negantes. Hæc deniq; testimonia deorum uestrorum Christianos facere consueuerunt: quia plurimum illis credendo, in Christo domino credimus.

Ipsī

Ipsi literarum nostrarum fidem accendunt: ipsi spei nostræ fiduciam ædificant. Colitis illos, quod sciam, etiam de sanguine Christianorum. Nollent itaq; uos, tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, uel ne à uobis quandoq; Christianis fugentur, si illis sub Christiano uolente uobis ueritatem probare, mentiri liceret. Omnis ista cōfessio illorū, qua se deos negant esse, quaq; non alium deum respondet præter unum, cui nos mancipatur, satis idonea est ad depellendū crimen Iesu maxime Romanæ religionis. Si enim nō sunt dei pro certo, nec religio pro certo est. Si religio nō est, quia nec dñs, nec pro certo rei sumus lœsæ religionis. At è cōtrario in uos exprobratio resultabit, qui mendaciū colentes ueram religionem ueri dei non modo negligendo, quin insuper expugnando deum uerum, cōmittitis crimen ueræ irreligiositatis. Nam ut constaret illös deos esse, nōne conceditis de æstimatione cōmuni aliquem esse sublimiore, & potentiores, uelut principem mundi perfectæ peritiæ & maiestatis: nā & sic pleriq; disponunt diuinitatē, ut im perium summe dominationis esse penes ubiū, officia eius penes multos uident. ut Plato Iouem magnum in cœlo cōstitutū exercitu describit deorū pariter, & dæmonum. Itaq; oportere & procurantes, & præfectos & præsides pariter suscipi. Et tamen quod facinus admittit, qui magis ad Cæsarem pro merendum & operā & spem suam transfert, nec appellationē dei, ita ut imperatoris in aliquē principē confitetur, cum capitale esse iudicetur aliū præter Cæsarem & dicere, & audire: Colat aliis deum, aliis Iouem, aliis ad cœlum supplices manus tendat, aliis ad aram Fidei manus, aliis, si hoc putatis, nubes numeret orans, aliis lacunaria, aliis suam animā deo suo uoueat, aliis hirci. Videte enim, ne & hoc ad irreligiositatis elogium concurrat, adiutare libertatē religionis, & interdicere optionem diuinitatis, ut non liceat mihi colere quem uelim, sed cogar colere quem nolim. Nemo se ab inuitō colluellet, ne homo quidem. atq; ideo & Ägyptis permitta est tam uanæ superstitionis potestas auibus & bestijs consecrandis, & capite damnandi, qui aliquem huiusmodi deū occiderit. Vnicuiq; etiam prouinciaz, & ciuitati suus deus est, ut Syriæ Astartis, ut Arabiæ Diasares, ut Norico Tibilenus, ut Africæ Cœlestus, ut Mauritaniæ reguli sui. Romanas (ut opinor) prouincias ædidi, nec tamen Romanos dominos earū, quia Romæ nō magis coluntur, quam qui per ipsam quoq; Italiam municipali consecratione censemur, Crustuminiensis Deluentinus, Narrienis Viridianus, Äsculanorū Ancaria, Volsiniensis Nursia, Otriculanorū Valentia, Sutrinorū Nortia, Faliscorū Iuno curitis & pater Curis, unde accepit cognomen Iuno. Sed nos soli asemur à religionis proprietate. Lædimus Romanos, nec Romanis habemur, quia nō Romanorū deū colimus. Bene quod omniū deus est, cuius uelimus aut nolimus omnes sumus. Sed apud uos quoduis colere ius est, præter deum uerum, quasi non hic magnus omniam sit deus, cuius omnes sumus.

De

De religione Romanorum.

Cap. XXIIII

Satis mihi quidem videor probasse de falsa & uera diuinitate, cum demonstravi, quemadmodum probatio consistat nō modo disputationibus, nec argumētationibus, sed ipsorum etiam testimonij, quos deos creditis, ut nihil iam ad hanc causam sit retractandum. Quoniam tamen Romani nominis proprie mentio occurrit, non omittam congressionem, quam prouocat illa præsumptio dicentium, Romanos pro merito religiositatis diligentissimæ in tantū sublimitatis elatos, ut orbem occupant: & adeo deos esse, ut præter cæteros florent, qui illis officium præter cæteros faciant. Si ista merces Romanis à dījs pro gratia expensa est, Sterculius, & Mutinus, & Larentia prouexit imperium. Peregrinos enim deos non putem extraneæ genti magis fautom uoluisse quam suæ: & patrium solum, in quo nati, adulti, nobilitati, sepultiq; sunt, transfractis dedisse. Viderit Cybele si urbem Romā, ut memoriam Troiani generis adamauit, uernaculis suis scilicet aduersus Achiuorum arma protectis: si ultro ad eos transire prospexit, quos sciebat Græciā Phrygiæ debellatum subacturos. Itaq; maiestatis suæ in urbem collatae grande documentum nostræ etati proposuit, cum M. Aurelio apud Syrmium reipub. exempto die xvi. Calend. Aprilis, archigallus ille sanctissimus die xxi. Calend. earundem, quo sanguinem impurum lacertos quoq; castrando libabat, pro salute imperatoris Marci iam interempti, solita æquè imperia mandauit. O nuntios tardos, o somniculoſa diplomata, quorum uitio excessum imperatoris non autè Cybele cognouit, ne deā tales riderent Christiani. Sed non statim & Iupiter Cretam suam Romanis fascibus cōcuti sineret, oblitus antrum illud Idæum, & æra Corybantia, & iucundissimum illici autricis suæ odorem, nonne omni Capitolio tumulum suum præposuisset, ut ea potius orbi terra præcelleret, qua: cineres Louis rexit? Vellet Iuno Punicam urbem posthabita Samo dilectam ab Aeneadarum utiq; genere dereli: quod si hic illius arma, Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse, Siqua fata sinant, iam tum tenditq; fuetq;: misera illa coniunx Louis & soror aduersus fata non ualuit. Planè Fato stat Iuppiter ipse. Nec tantum tamen honoris Romanii dicauerunt Fatis dederunt sibi Carthaginem aduersus destinatum uotumq; Iunonis, quantum prostitutissimæ lupæ Larentiæ.

De regno Deorum.

Cap. XXV



Lures deos uestros regnasse certum est. Igitur si conferendi Imperii tenent potestate, cum ipsi regnarent, à quibus acceperant eam gratiam? Quem coluerat Saturnus & Iupiter: aliquē opifex Sterculium, sed Romæ postea cum indigenis cultoribus suis

suis. Etiam si qui non regnarent, tamen regnabatur ab alijs nondum cultori bus suis, ut qui nondum dñi habebantur. Ergo aliorum est regnū dare, quia regnabatur multo ante, quam isti dñi inciderentur. Sed quam uanum est fastigium Romani nominis religiositatis meritis deputare, cum post imperiū, siue adhuc regnum, prouectis iam rebus religio proficeret. Nam & si à Numina concepta est curiositas superstitionis, nondum tamen aut simulachris, aut templis res diuina apud Romanos constabat: frugi religio, & pauperes ritus, & nulla capitolia certantia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, & uasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & deus ipse nusquam. Nondum enim tunc in genia Græcorum atque Tuscorum fingendis simulachris urbem intundaue fuit. Ergo non ante religiosi Ro. q̄z magni: ideoq; non ob hoc magni, quia religiosi. Atqui quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de irreligiositate prouenit? Ni fallor enim omne regnum uel imperium bellis quætitur, & uictorijs propagatur. Porro bella, & uictoriae, captis & euersis pluri mūni urbibus constant. Id negotium sine deorum iniuria nō est, cædes, strages mœnium & templorum, pares cædes ciuium & sacerdotum, nec dissimiles rapinæ sacrarum diuinitatum & profanarum. Tot igitur sacrilegia Roma norum, quot trophyæ, tot de dñs, quot de gētibus triumphi, tot manubiae, vquot manent adhuc simulachra captiuorum deorum. Et ab hostibus ergo suis sustinent adorari, & illis imperium sine fine decernunt, quorum magis iniurias quam adulatio[n]es remunerasse debuerant. Sed qui nihil sentiunt, tam impunè lædūtur, q̄z frustra coluntur. Certe nō potest fidei couehire, ut religionis meritis excreuisse videatur, qui ut suggestum religionē aut lædere creuerūt, aut crescendo læserunt. Etiā illi, quo[r]u regna conflata sunt in imperij Romani summā, cum ea amitterent, sine religionibus non fuerunt.

De regno dei.

xxvi

Vide te igitur ne ille regna dispenset, cuius est & orbis qui regnat, & homo ipse qui regnat: ne ille uices dominationum ipsi temporibus in seculo ordinauerit, qui ante omne tempus fuit, & seculum corpus temporū fecit, ne ille ciuitates extollat, aut deprimat, sub quo fuit aliquando sine ciuitatibus genus hominū. Quid erat: prior est quibusdā dñs suis sylvestris Roma. ante regnauit, q̄z tantum ambitum Capitolij extuleret. Regnauerūt & Babylonij ante Pontifices, & Medi ante xv viros, & Aegyptij ante Salios, & Assyrij ante Lupercos, & Amazones ante Virgines Vestales. Postremo si Romanæ religioes regna præstant, nūcq; retro Iudæa regnasset despectrix communium istarum diuinitatum, cuius & Deum victimis, & templū donis, & gētem scederibus aliquandiu Romani honorasti, nūcq; dominaturi eius, si deo nō deliquerisset, ultimò in Christum. Satis hæc aduersus intentionem læsa diuinitatis, quod non uideamus kēdere eam quam ostendimus non esse.

Pp De spiritu

De Spiritu dæmoniaco, Cap. XXVII.

Obstruere
gradum.

Gitur prouocati ad sacrificandum obstruimus gradum pro si, de conscientiæ nostræ, qua certi sumus, ad quos ista perueniant officia, sub imaginum prostitutione, & humanorum nominum consecratione. Sed quidam dementiam existimant, quod cum possimus & sacrificare in præsenti, & illæsi abire manente apud animū proposito, obstinationem saluti præferamus. Datis scilicet cōsilium, quo uobis abutamur. Sed agnoscimus unde talia suggerantur, quis totum hoc agiter, & quomodo nunc asturia suadendi, nunc duritia sæviendi ad constantiam nostram dericiendam operetur. Ille scilicet spiritus dæmoniacæ & angelicæ paraturæ, qui noster ob diuortium æmulus, & ob dei gratiam inuidus, de mentibus uestris aduersus nos præliatur, occulta inspiratione modulatis & subornatis ad omnem, quam in primordio exorsū sumus, & iudicandi peruersitatem, & sæviendi iniquitatem. Nam licet subiecta sit nobis tota uis dæmonum, & eiusmodi spiritus, ut nequam tamen serui metui nonnunquam contumaciam miscent & laddere gestiunt, quos aliás uerentur: odium enim etiam timor spirat: præterquam & desperata conditio eorū ex prædamnatione, solatum reputat fruendæ interim malignitatis de pœnæ mora, & tam apprehensi subiguntur, & conditioni suæ succidunt, & quos de longinquo oppugnant, de proximo obsecrant. Itaq; cum vice rebellantium erga stulorum, siue carcerum, uel metallorum, uel hoc genus pœnalis servitutis erumpunt aduersum nos, in quorum potestate sunt, certi impares se esse, & hoc magis perditos, ingratis resistimus, & æquales repugnamus, perseuerantes in eo quod oppugnant: & illos nunquam magis detriumphamus, quam cum pro fidei obstinatione damnamur.

Quod plus honoris imperatoribus suis exhibeāt q̄d deis. Cap. XXVIII.



Voniam aurum facile iniquum uideretur liberos homines intios urgeri ad sacrificandum (nam & aliás diuinæ rei facienda libens animus inducitur) certe ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur ad honorem deorum, quos ulro sui causa placere deberet, ne præ manu esset iure libertatis dicere, nolo mihi Iouem proprium: tu qui es: me conueniat Ianus iratus, ex qua uelut fronte: quid tibi mecum est: formati estis ab ipsis utiq; spiritibus, ut nos pro salute imperatoris sacrificare cogatis: & imposta est tam uobis necessitas cogendi, quam nobis obligatio periclitandi. Ventum est igitur ad secundum titulum lafæ augustioris maiestatis. Siquidem maiore formidine, & callidiore timiditate Cæsarem obseruat, quam ipsum de Olympo Iouem: etiam merito, si scitis. Quis enim ex uiuentibus non cuilibet mortuo potior? Sed nec hoc uos ratione facitis, potius quam respectu præsentanæ potestatis. Adeo & in isto irreligioso Deos uestros erga deprehendimini, cum plus timoris humano

no dominio dicatis. Citius deniqz apud uos per omnes deos, qz per unum
Genium Cæsaris peieratur.



An possint prodeesse idola.

Cap. xxix

Per Genium
Cæsaris

Onstet igitur prius, si isti quibus sacrificatur, salutem imperato-
ribus, uel cuilibet homini impertiri possunt, & ita nos criminis ma-
iestatis addicite. Si angeli aut dæmones substantia pessimi spiri-
tus beneficium aliquod operantur, si perditi conseruant, si dam-
nati liberant, si deniqz (in conscientia nostra est) mortui uiuos tuentur, iam
utiqz suas primo statuas & imagines & ædes tueretur, quæ (ut opinor) Cæ-
sarum milites excubij salua præstant. Puto autem hæ ipsæ materiæ de me/
tallis Cæsarum ueniunt, & tota templa de nutu Cæsaris constant. multi de-
niqz dñi habuerunt Cæsarem iratum. Facit ad causam, si & propicius illis aliis
quid liberalitatis, aut privilegij confert. Ita qui sunt in Cæsaris potestate, cu-
jus & toti sunt, quomodo habebunt salutē Cæsaris in potestate, ut eam præ-
stare posse uideantur, quam facilius ipsi à Cæsare consequuntur?

Imperatores à deo esse, quorum salutem Christiani à deo uero
supplices petant, qui eam dare solus potest. Cap. xxx



Deo ergo committimus in maiestatem Imperatorum, quia il-
los non subiçimus rebus suis: quia non ludimus de officio salu-
tis ipsorum, qui eam non putamus in manibus esse plumbatis:

Sed uos irreligiosi, qui eam queritis ubi nō est: petitis, à quibus
dari non potest: præterito eo in cuius est potestate. Insuper eos debellatis,
qui eam sciunt petere, qui etiam possunt impetrare, dum sciunt petere. Nos
enim pro salute Imperatorum Deum uocamus æternum. Deum uerum, &
Deum uiuum, quem & ipsi Imperatores propitium sibi præter cæteros ma-
lunt. Sciunt quis illis dederit imperium. Sciunt qui homines, qui & animas sen-
tiunt, eum deum esse solum, in cuius solius potestate sunt, à quo sunt secun-
di post quem primi ante omnes, & super omnes deos, quid nichil cum super o-
mnes homines, qui utiqz uiuunt, & mortuis antistent: recogitant quousqz ui-
res imperij ualeant, & ita deum intelligunt: aduersus quæ ualere nō possunt,
per eum ualere se cognoscunt. Cœlum deniqz debellat Imperator, cœlū ca-
ptiuum triumpho suo inuehat, cœlo mittat excubias, cœlo uectigalia impo-
nat. Non potest: ideo magnus est, quia cœlo minor est. Illius enim est ipse,
cuius & cœlum est, & omnis creatura. Inde est imperator, unde & homo an-
te qz Imperator. inde potestas illi, unde & spiritus. Illuc suspiciëtes Christia-
ni manibus expansis, quia innocuis capite nudo, quia non erubescimus, de-
niqz sine monitore, quia de pectore oramus, precates sumus omnes semper
pro omnibus Imperatorib. uitam illis prolixam, imperium securū, domum
tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietū,
& quæcunqz hominis & Cæsaris uota sunt. Hæc ab alio orare non possum,

Ex parte mas-
nibus et nudo
capite precas-
bantur Chris-
tiani

Pp 2 quām

quām à quo scio me consecuturum: quoniam & ipse est qui solus p̄fstan⁹
opima ac mea sum cui imperare debet, famulus eius: qui eum solum obseruo, qui
tor hostia, ora propter disciplinam eius occidor, qui ei offero opimam & maiorem hostiā,
tio de anima quam ipse mandauit, orationem de carne pudica, de anima innocentis, de spi-
innocenti ritu sancto profectam: nō grana thuris unius assis, non Arabicæ arboris la-
profecta chrymas, nec duas meri guttas, nec sanguinē reprobri hominis mori optan-
tis, & post omnia inquinamenta, etiam cōscientiam spurcam: ut mirer, cum
hostiæ probentur penes uos, à uitiosissimis sacerdotibus, cur præcordia pos-
tius victimarum, q̄ ipsorum sacrificantium examinantur. Sic itaq; nos ad
deum expansos ungulae fodiant, crucis suspendant, ignes lambant, gladij
guttura detruncent, bestiæ insilient: paratus est ad omne suppliciū ipse ha-
bitus orantis Christiani. Hoc agite boni p̄fides, extorque animam deo
supplicatē pro Imperatore. Hic erit crimen, ubi ueritas & dei deuotio est.

De oratione pro inimicis.

Cap. xxxi



Dulati nunc sumus Imperatori, & mēriti uota quæ diximus, ad
euadendam scilicet uim. Planè proficit ista fallacia. Admittitis
enim nos probare quodcunq; defendimus. Qui ergo putas ni-
hil nos de salute Cæsarum curare, inspice dei uoces, literas no-
stras, quas neq; ipsi suppressimus, & pleriq; casus ad extraneos transferūc:
scito ex illis, præceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis, etiam
pro inimicis deum orare, & persecutoribus nostris bona precari. Qui magis
inimici & persecutores Christianorū, q̄ de quorum maiestate conueniuntur
in crimen: Sed etiam nominatim atq; manifeste, orate, inquit, pro regibus,
& pro principibus & potestatibus, ut omnia trāquilla sint. Vobiscum enim
concutitur imperium, concussis etiam ceteris membris eius. Utiq; & nos, si-
set extranei à turbis & stimemur, in aliquo loco casus inuenimur.

Quare etiam pro imperij Ro. salute Christiani orent.

Cap. xxxii



St & alia maior necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, et
iam pro omni statu imperij, rebusq; Romanis, quod uim ma-
ximam uniuerso orbi imminentem, ipsamq; clausulam seculiau-
cerbitates horrendas comminantem, Romani imperij cōmea-
tu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Ro-
manæ diuitiati fauemus. Sed & iuramus sicut nō per Genios Cæsarum,
ita per salutem eorum quæ est augustior omnibus genijs. Nescitis Genios
dæmonias duci, & inde diminutiva uoce dæmonia: Nos iudicium dei suspici-
mus in Imperatoribus, qui gentibus illos p̄fecit, id in eis scimus esse, quod
deus uoluit, & pro magno adjuramento habemus. Cæterum dæmonias, id
est genios, adjurare consueuimus, ut illos de hominibus exigamus: non deie-
re, ut illis honorem diuinitatis conferamus.

Impera-

Imperatorem hominem esse, non deum.

Cap. xxxiii

 Ed quid ego amplius de religione, atque pietate Christiana in Imperatorem $\tilde{\text{c}}$ necesse est: Suspiciamus ut eum quem dominus noster elegerit, ut merito dixerim noster est magis Cæsar, ut à nostro deo constitutus. Itaq; ut in eo, plus ego illi operor in salutem. Siquidem non solum ab eo postulo eam qui potest præstare, aut quod talis postulo, qui merear impetrare, sed etiam quod temperans maiestatem Cæsaris infra deū, magis illum cōmendo deo, cui soli subiūcio. Subiūcio autem cui non adæquo. Non enim deum imperatorem dicam: uel quia mentiri nescio, uel quia illū deridere nō audeo, uel quia nec ipse se deū uoleat dici, si homo sit. interest homini, deo cedere. Satis habeat appellari Imperator. Grande & hoc nomen est, quod à deo traditur. negat illum imperatorem, qui deum dicit: nisi homo sit, non est Imperator. Hominē se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggestur enim ei à tergo, R E S P I C E P O S T T E. H O M I N E M M E M E N T O T E. Etiam utiq; hoc magis gaudet tanquam gloria coruscare, ut illi admonitio conditoris suū sit necessaria. Minor erat, si tunc deus diceretur, quia non uerè dicetur. Major est qui reuocatur, ne se deum existimet.

Nec dominū, nisi more cōmuni, Imperatōrē esse appellandū. Ca. xxxiiii

 V gustus Imperij formator ne dominum quidem dici se uolebat. & hoc enim dei est cognomen. Dicam planè Imperatorem dominum, sed more communi, sed quando non cogor, ut dominum dei uice dicam. Cæterū liber sum illi. Dominus enim meus unus est deus omnipotens, æternus, idem qui & ipsius. Qui pater patriæ est, quomodo dominus est: Sed & gratius nomen est pietatis $\tilde{\text{c}}$ potestatis. etiam familiæ magis patres $\tilde{\text{c}}$ domini uocantur. tanto abest, ut Imperator ^{Patres fū} deus debeat dici, quod nō potest credi, nō modo turpissima, sed & pernicio ^{milia} sa adulatio. Tanquā si habens Imperatorem, alterum appelles, nōne maximam, & inexorabilem offensam cōtrahes eius, quem habuisti, etiam ipsi timendam quem appellasti. Esto religiosus in deum, qui uis illū propitium imperatori. Desinē alium deum credere, atq; ita & hunc deū dicere, cui deo opus est. Si non de mendacio erubescit adulatio, eiusmodi hominem deum appellans, timeat saltē de infausto. Maledictum est ante ποθωσιν deum Cæsarem uincupare.

De solennibus Cæsarum.

Cap. xxxv

 Ropterea igitur publici hostes Christiani, quia Imperatorib; nec $\tilde{\text{c}}$ uanos, nec $\tilde{\text{c}}$ mettientes, nec $\tilde{\text{c}}$ temerarios honores dicant, quia ueræ religionis homines etiam solennia eorum, conscientia potius quam lasciuia celebrant. Grande uidelicet officiū fores & choros in publicum educere, uicatim epulari, ciuitatem tabernæ habi-

Pp 3 — tu abo-

tu abolefacere, uino lutum cogere, cateruatum cursitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? Hæc sine solennis dies principū decent, quæ alios dies non decent? Qui obseruant disciplinam de Cæsar's respectu, n̄ eam propter Cæsarem deserunt, & malorum morum licentia pietas erit, occasio luxuriæ religio deputabitur? O nos merito damnados, cur enim uota & gaudia Cæsarum casti & sobri & probi expungimus? cur die læto non laureis postes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Honesta res est, solennitate publica exigente induere domi tuæ habitum alicuius noui lupanaris. Verum tamen in hac quoq; religione secundæ maiestatis (de qua in secundum sacrilegium conuenimur Christiani, non celebrando uobiscū solennia Cæsarum, quo more celebrari, nec modestia, nec ueracundia, nec pudicitia permittunt, sed occasio uoluptatis magis quam digna ratio persuasit) fidem & ueritatem uestram demonstrare, ne forte & istic deteriores Christianis reprehendantur qui nos nolunt Romanos haberi, sed hostes principum Romanorum. Ipsos Quirites, ipsam uernaculam septem collum plebem conuenio, an alicui Cæsari suo parcat illa lingua Romana. Testis & Tyberis, & scholæ bestiarum. Iam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non præcordia inscalpta appareret, ac noui Cæsaris scena cogiario diauidendo præsidentis, etiam illa hora qua acclamant, De nostris annis augeat tibi Jupiter annos.

Tyberis
Scholæ be-
stiarum

Hæc Christianus tam enunciare non nouit, quam de nouo Cæsare optare. Sed uulcus, inquis, ut uulcus, tamē Romani: nec ulli magis depositulatores Christianorum quam uulcus. Planè cæteri ordines pro autoritate religiosi ex fide, nihil hosticū de ipso senatu, de equite, de castris, de palatiis ipsi spirant. Vnde Cassij & Nigri & Albini, unde qui inter duas lauros obseruent Cæsarem: unde qui fauibus eius exprimentis palæstricam exercent: unde qui armati palatium irrumpunt, omnibus Stephanis atque Parthenijs audacieores: de Romanis (ni fallor) id est de non Christianis. Atque adeo omnes illi sub ipsa usq; impietatis eruptione, & sacra faciebat pro salute imperatoris, & Genium eius deierabat, alijs foris, alijs intus: & utiq; publicorum hostiū nomen Christianis dabant. Sed & qui nunc scelestatum partium se eti aut plausores quotidie reuelantur, post uindemiam parricidarū racematio superstes, q; recentissimis & ramosissimis laureis postes præstuebant: quam elatissimis & clarissimis lucernis uestibula enubilabant: quam cultissimis & superbissimis toris forum sibi diuidebant: non ut gaudia publica celebrarent, sed ut uota propria iam ediscerent, & in aliena solennitate exemplum atque imaginem spei suæ inaugurarent, nomen principis in corde mutantates. Eadem officia dependunt, & qui Astrologos & Aruspices & Augures & Magos de Cæsarum capite consultant, quas artes ut ab angelis deseritoribus

Lauree
Lucerne

toribus proditas, & à deo interdictas, ne suis quidem causis adhibent Christiani. Cui autē opus est perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid aduersus illam cogitatur, uel optatur: aut post illam speratur, & sustinetur: Non enim ea mente de charis consulitur, qua de dominis. Aliter curiosa est sollicitudo sanguinis, aliter seruitutis.

Quod Christiani æque omnes amant.

Cap. xxxvi

 Ihæc ita sunt, ut hostes deprehendātur, qui Romani uocabantur, cur nos qui hostes existimamur, Romani negamur? Non possumus & Romani esse, & hostes non esse, cum hostes repellantur, qui Romani habeantur? adeo Pietas & Religio, & Fides Imperatoribus dedita nō in huinsmodi officijs cōsistit, quibus & hostilitas magis ad uelamentum sui pōest fungi, sed in ijs moribus quibus diuinitas imperat, tam uerè q̄ circa omnes necesse habet exhiberi. neq; enim hæc opera bonæ mentis solis imperatoribus debentur à nobis. Nullum bonum sub exceptione personarū administramus, quia nobis præstamus, qui non ab homine, aut laudis, aut præmiij expensum captamus, sed à deo exactore & remuneratore indifferētis benicitatis. Iidem sumus Imperatoribus qui & uiciniis nostris. Male enim uelle, male facere, male dicere, male cogitare de quoquam ex æquo uetamur. Quodcunque nō licet in Imperatorem, id nec in quenq; quod in neminem, eo forsitan magis, nec in ipsum, qui per deum tantus est.

Ne malum contra malum.

Cap. xxxvii

 Inimicos, ut supra diximus, iubemur diligere, quē habebimus odisse: Item si læsi uicem referre prohibemur, ne de facto pares simus, quem possimus lādere? Nam de isto ipsi recognoscite. Quoties enim in Christianos desçuitis, partim animis proprijs, partim legibus obsequentes? Quoties etiam præteritis uobis, suo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus & incendijs, ipsis Bacchanalium furijs? Nec mortuis parcunt Christianis, quin illos de requie sepulturæ, de asylo quodam mortis, iam aliquos, iam nec totos auellant, dissecant, distrahanter. Quid tamen de tam conspiratis unquā denotatis, de tam animatis ad mortem usq; pro injuria repensatis? quando uel una nox pauculis faculis largitatem ultionis posset operari, si malū malo dispungi penes nos liceret. Sed absit, ut aut igni humano vindicetur diuina secta, aut doleat pati, in quo probatur. Si enim hostes extraneos, non tantum uindices occultos agere uellimus, deesset nobis uis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomani, ipsisq; Parthi, uel quantęcumque unius tamen loci & suorum fiuium gentes, quam totius orbis? Externi sumus, & uestra omnia impleuimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurrias, palatium, senatum, forum. Sola uobis relinquimus templa: Cui bello

Aſylum
mortis

Pp 4 non

nō idonei, nō prompti fuissimus, etiam impares copijs, qui tam libenter
trucidamus: si non apud istam disciplinam magis occidi licet, quām occi-
dere. Potuitmus & inermes nec rebelles, sed tantummodo discordes, solius dī
uortij inuidia aduersus uos dimicasse. Si enim tanta nis hominū in aliquem
orbis remoti sinum abrupissemus à uobis, sufficiisset utiqz damnationē ue-
gram tor qualiumcunqz amissio ciuium, imò etiam & ipsa destitutione pu-
nisset. Proculdubio expauisletis ad solitudinē nostram, ad silentiū reorum,
& stuporem quendā: quasi mortuæ urbis reliquias quaesissetis, quibus in ea
imperaretis. Plures hostes ēqz ciues uobis remāssent. nunc enim pauciores
cabantur ho- hostes habetis præ multitudine Christianorum penè omnium ciuium, pe-
stes humani nè omnes ciues Christianos habendo. Sed hostes maluistis uocare generis
generis humani. Quis autem uos ab illis occultis, & usquequaque vastantibus men-
tes, & ualetudines uestrashostibus raperet: à dæmoniorum incuribus di-
co, quæ de uobis sine præmio, sine mercede depellimus. Sufficiisset hoc so-
lum nostræ ultiōni, quod uacua exinde possessio immundis spiritibus pate-
ret. Porro nec tāti præsidij compensationem cogitantes non modo nō mor-
lestum uobis genus, uerum etiam necessariū hostes iudicare maluistis, quia
sumus plane, non generis humani, sed potius tamen erroris.

De cœtu.

Cap. xxxviii

PRoinde nec paulo leuius inter licitas factiones sectā istam depu-
tari oportebat, à qua nihil tale committitur, quale de illicitis factio-
nibus timeri solet. Nisi fallor enim prohibendarum factionū cau-
fa de prouidentia constat, ac modestia publica, ne ciuitas in partes scindere-
tur: quæ res facile comitia, consilia, curias, conciones, spectacula etiam annu-
lis studiorum cōpulsionibus inquietaret, cum iam & in quæstu habere coe-
pissent uenalem & mercenariam homines violentiæ suæ operam. At enim
nobis omni gloriæ & dignitatis ardore frigentib. nulla est necessitas coetus:
nec ulla magis res aliena cō publica. Vnam omnium rempublicam cognos-
cimus mundum. Aequæ spectaculis uestris in tantum renuntiamus, inquan-
tum originibus eorum: quas scimus de superstitione conceptas: cum ipsi re-
bus, de quibus exigūtur, præterimus. Nihil est nobis dictu, uisu, auditu, cum
circi insania, Theatri im-
pudicitia Arene atro-
citas Xysti uanitas infania Cirti, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xysticæ
nitate. Quo uos offendimus, si alias præsumimus uoluptates? Si oblectari
nouisse nolumus, nostra iniuria est, si forte, nō uestra. Sed reprobamus quæ
placent uobis. Nec uos nostra delectant. Sed licuit Epicureis aliquam dece-
nire uoluptatis ueritatem, id est, animi æquitatem, & ampla negotia.

De disciplina Christianorum:

Cap. xxxix

Edam iam nunc ipse negotia Christianæ factionis, ut qui mala:
refutauerim, bona ostendam. Corpus sumus de conscientia re-
gionis, & disciplinæ ueritate, & spei foedere. Coimus in coetus
& aggre-



& aggregationem, ut ad deum quasi manu facta precationibus ambiamus
 orantes. Hæc uis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro mini-
 stris eorum ac potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora fi-
 nis. Cogimur ad literarum diuinatum commemorationem, siquid præsen-
 tium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certe fi-
 dem sanctis uocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, discipli-
 nam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem etiam
 exhortationes, castigationes, & censura diuina. Nam & iudicatur magno-
 cum pondere, ut apud certos de dei conspectu: summumq; futuri iudicij
 præiudicium est, si quis ita deliquerit, ut à communicatione orationis, & Excommunicati
 conuentus, & omnis sancti commercij reletetur. Præsident probati qui, catio
 que seniores, honorem istum non precio sed testimonio adepti. neq; enim Presbyteri
 precio ulla res dei constat, etiā si quod artis genus est. Non de oneraria sum-
 ma quasi redemptæ religionis congregatur: modicam unusquisque stipem
 mestrua die, uel quum uelit, & si modo possit, apponit. Nam nemo com-
 pellitur, sed sponte cōfert. Hæc quasi deposita pietatis sunt, nam inde non Deposita
 epulis, nec poraculis, nec ingratis uoracrinis dispensatur, sed egenis alendis pietatis
 humandisq;, & pueris ac pupillis re ac parentibus destitutis, etateq; domi-
tis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, uel in custo-
 dijs, duntaxat ex causa dei sectæ, alumni confessionis suæ sunt. Sed eiusmo-
 di uel maxime dilectionis operatio, notam nobis meruit penes quosdam.
 Vide, inquiunt, ut inuicem se diligent. Ipsi enim inuicem oderunt. Et ut pro
 alterutro mori sunt parati. Ipsi enim ad occidendum alterutrum paratores
 erunt. Sed & quod fratres nos uocamus, nō aliás (opinor) insaniunt, quām
 quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est.
 Fratres etiam uestri sumus iure naturæ matris unius: & si parum homi- Fratres se no-
 nes uos, quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur, & haben- cabant Chri-
 tur, qui unum patrem deum agnouerunt, qui unum spiritum biberunt san- stiani
 ctitatis, qui de uno utero ignoratiæ eiusdem ad unam lucem expirauerunt
 ueritatis: sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra
 fraternitate tragœdia exclamat, uel quia ex substantia familiari fratres
 sumus, quæ penes uos ferè dirimit fraternitatem. Itaque qui animo ani-
 maq; miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus: omnia indiscre-
 ta sunt apud nos, præter uxores. In illo loco consortium soluimus, in quo
 solo cæteri homines consortium exercent. qui non amicorum solummodo
 matrimonia usurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant: ex illa
 (credo) maiorum, & sapientissimorum disciplina, Græci Socratis, & Roma-
 ni Catonis, qui uxores suas amicis cōmunicauerunt, quas in matrimonium
 duxerant, liberorum causa & alibi creandorum, nescio quidem an inuitas,
 quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donauerant? O sa-
 pientias

pientia Attice, ó Romanæ grauitatis exemplum. Leno est philosophus, & censor. quid ergo mirum, si tanta caritas conuiolatur? Nam & cœnulas nostras præter quām sceleris infames, ut prodigas suggillatis. de nobis scilicet Diogenis dictum est: Megarenses obsonat, quasi crastina die morituri. Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit, quām in suo trabem. Tot tribubus & currjs, & decurjjs ructantibus acescit aer. Alijs cœnaturis creditos erit necessarius. Herculanarum decimarum, pollinctorum sumptus tabularij supputabunt. Apaturis Dionysij mysterijs Atticis coquorum delectus inducitur. Ad sumum cœnae Serapicæ sparteoli excitabuntur. De solo triclinio Christianorum retractatur. Cœna nostra de nomine rationem suam ostendit, uocatur ἄγετη id quod dilectio penes Græcos est. quantiscunq; sumptibus cōstet, lucrum est pietatis nomine facere sumptū. siquidē inopes quoisq; refrigerio isto iuuamus, nō quā penes uos parasiti affectant ad gloriam famulandæ libertatis sub autoramento uentris inter contumelias sagi nandi, sed quā penes Deum maior est contemplatio mediocriū. Si honesta causa est conuicti, reliquum ordinē disciplinæ de causa æstimate, quid sit de religionis officio. Nihil uilitatis, nihil immodestie, admittit nō prius discumbitur, q̄ oratio ad deum prægustetur, editur quātum esfuentes capiunt. Bi bitur quātum pudicis est utile, ita saturatur, ut qui meminerint etiam per nos etem adorandū deum sibi esse. Ita fabulantur, ut qui sciunt dominū audire, Post aquā manualē & lumina, ut quisq; de scripturis sanctis, uel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Aequa oratio cōuiuum dirimit. Inclit disceditur nō in cateruas cœtionum, neq; in classes discursationū, nec in eruptiones lasciviarū, sed ad ean dem curam modestiæ & pudicitiæ, ut qui non tam cœnā cœnauerint q̄ disciplinam. Hæc coitio Christianorū merito sanè illícita, si illícitis par:merito damnata, si quis de ea queritur, eo titulo quo de factionibus querela est. In cuius perniciem aliquando conuenimus: Hoc sumus cōgregati, quod & dispersi, hoc uniuersi, quod & singuli, neminem lædentes, neminem cōtristantes. Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, nō est factio dicenda, sed curia. At è contrario illis nomen factionum accommodandum est, qui in odium bonorum & proborum conspirat, qui aduersum sanguinem innocentium conclamat, prætexentes sanè ad odij defensionē illam quoq; uanitatē, quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis in cōmodi Christianos esse causam. si Tiberis ascēdit in mœnia, si Nilus non ascēdir in arua: si coelū stetit, si terra mouit: si fatus, si lues: statim CHRISTIANOS AD LEONEM acclamatur: tantos ad unum. Oro uos ante Tiberiū, id est ante Christi aduentū, quantæ clades orbē & urbem ceciderūt: Legimus Hierapolim, & Delon & Rhodon & Con insulas, multis cū millibus hominum pessum abñsse. Memorat & Plato maiorem Asiae & Africæ terrām.

Atlantico

De his habes et in libro De pallio

Atlatico mari ereptam. Sed & mare Corinthium terræmotus ebibit, & misundarum Lucaniam Italæ abscessam in Siciliæ nomen relegavit. Hæc utiqz non sine iniuria incolentiu accidere potuerunt. Vbi uero tunc nō dicam deo rum uestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dñi uestri, cum totum or, bēm cataclysmus aboleuit: uel, ut Plato putauit, campestre solūmodo: Po, steriores enim illos clade diluij cōtestantur ipsæ urbes, in quibus nati, mor tuiqz sunt, etiam quas condiderunt. Necqz enim aliās in hodiernū manerent, nisi & ipsæ posthumæ cladi illius. Nondum Iudæū ab Aegypto examen Palaestina suscepérat, nec iam illic Christianæ sectæ origo considerat, cum regiones ac fines eius Sodoma & Gomorra igneus imber exussit. Olet ad, ^{Vulsinij} huc incendio terra, & si qua illic arborum poma orientur oculis tenus, car, rum contacta cinerescunt. Sed nec Tuscia iam tunc, atqz Cāpania de Chri stianis querebantur, cum Vulsinios de cœlo, Pompeios de suo monte, pro fudit ignis. Nemo adhuc Romæ deum uerū adorabat, ^{Pompeij} cum Annibal apud Cannas per Romanos annulos cædes suas modio metiebatur. Oēs dñi ue, stri ab omnibus colebantur, cum ipsum Capitoliū Senones occupauerunt.

De aduersis urbium.

Cap. XL



T bene quod si quid aduersi accidit urbibus, q̄dium clades, tem plorumqz & mœnium fuerunt: ut iam hoc reuincam non à deis euenire, quia & ip̄is euenit. Semper enim humana ḡes male de deo meruit, primo quidem ut in officiis eius, quem cum intelli geret ex parte, non requisiuit, sed & alios insuper sibi commentata est quos coleret. Dehinc quod nō inquirendo innocentia magistrum, & innocentia iudicem & exactorem, omnibus uitij & criminibus incoluit. Cæterū si requi sisset, sequebatur ut cognosceret requisitum, & recognitū obseruaret, & ob seruatum magis propitium experitetur q̄ iratum. Eundem ergo hunc quo que scire debet iratū, quem & retro semper, prius q̄ Christiani nominaren tur: cuius bonis utebatur ante æditis q̄ deos sibi fingeret, cur non ab eo etiā mala intelligat euenire, cuius bona esse nō sensit: Illius rea est, cuius & ingra ta. Etiam tamen si pristinas clades comparemus, leuiora nunc accidunt, ex quo Christianos à deo orbis accepit. Ex eo enim & innocentia seculi iniquita tes temperauit, & deprecatores dei esse coepérūt. Deniqz cum ab imbris æstiua, hyberna luspendūt, & annus in cura est, uos quidem quotidie pasti, statimqz pransuri, balneis & cauponis & lupanaribus operati, Aquilicia Io, ^{Aquilicia!} uī immolatis, Nudipedalia populo denunciatis, cœlum apud Capitolium ^{Nudipedalia} quaritis, nubila de laquearib. expectatis, auersi ab ipso & deo & cœlo. Nos vero ieunij aridi, & omni continentia aspersi, ab omni uitæ fruge dilati, in sacco & cinere uolutates, inuidia cœlum tundimus, deum tangimus: & cum misericordiam extorserimus, Jupiter honoratur.

Quod

Quod deus spernitur, & statuae adorantur.

Cap. XLII

 Os igitur importuni rebus humanis, uos rei publicoru*m* incommodorum, uos malorum illices semper, apud quos deus spernitur, statuae adorantur. Etenim credibilis haberi debet eum irasci, qui negligatur q̄z qui coluntur. An ne illi iniquissimi, si propter Christianos, etiam cultores suos lādunt, quos separare deberent à meritis Christianorū? Hoc, inquitis, & in deum uestrum repercutere est: siquidem & ipse pariatur propter profanos, etiam cultores suos lādi. Admittite prius dispositiones eius, & nō retorquebitis. Qui enim semel & eternū iudicium destinavit, post seculi finem, non præcipitat discretionem, quæ est conditio iudicij ante seculi finem. Aequalis est interim super omne hominum genus, & indulgens & increpans, cōmunia uoluit esse cōmoda profanis, & incōmoda suis, ut pari consortio omnes & lenitatem eius, & severitatem experiremus. Quia æquitatē didicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuitus severitatem, uos contrā, utramq; despicitis. Etiam sequitur, q̄t omnes seculi plagæ nobis forte in admonitionem, uobis in castigationem à deo obueniant. At qui nos nullo modo lādimur, in primis, quia nihil nostra refert in hoc aūo, nīsi de eo q̄z celeriter excedere. Dehinc quia si quid aduersi infligitur, uestris meritis deputatur. Sed & si aliqua uos quoq; perstringunt, ut uobis cohærentes, lātamur magis recognitione diuinarum prædicationum, confirmantium scilicet fiduciam & fidem spei nostrę. Si uero ab eis quos colitis, omnia uobis mala eueniūt nostri causa, quid colere perseveratis tam ingratos, tam iniustos? qui magis uos in dolorem Christianorū iuuare & asserere debuerant, quos separare deberent à meritis Christianorum.

Contra eos quī infructuosos dicebant Christianos. Cap. XLIII

 Ed alio quoque iniuriarum titulo postulamur, & infructuosi in negotijs dicimur. Quo pacto, homines uobiscū degentes, eiusdem uictus, habitus, instructus, eiusdem ad uitam necessitatis? Neq; enim Brachmane, aut Indorum Gymnosophistę sumus syluicole, & exiles uitæ. Meminimus gratiā nos deberè domino deo creatori, nullum fructum operum eius repudiamus, plane temperamus, ne ultro modum, aut p̄pperam uitamur. Itacq; non sine foro, non sine macello, nō gane balneis, tabernis, officiis, stabulis, nūdinis uestris, ceterisq; cōmerēs cohabitamus in hoc seculo. Nauigamus & nos uobiscum, & militamus, & rusticamur, & mercamur, proinde miscemus artes, opera nostra publicamus usui uestro. Quomodo infructuosi uideamur negotijs uestris, cum quibus & de quibus uiuimus, nō scio. Sed ceremonias tuas nō frequento. Attamen illa die homo sum. Non lauor dilitculo, Saturnalib. ne & nocte & diem perdam, Attamen lauor honesta hora & salubri, quæ mihi & colorem & sati quinem seruet. Rigere & pallere post lauacru mortuus possum. Nō in publi co Lii

co Liberalibus discubo, quod bestiaris supraemacoenatibus mos est. Attamen ubi de copijs tuis coeno. Non emo capiti coronam, quid tua interest emptis nihil minus floribus quomodo utar? puto gratius esse liberis, & solutis, & undiq; uagis. Sed & si in coronam coactis, non coronam naribus admouimus. uiderint qui per capillu odorantur. Spectaculis non conuenimus. que tamen apud illos cœtus uenditantur, si desiderauero, liberius de proprijs locis sumo. Thura planè nō emimus. Si Arabiae queruntur, sciant Sabæi plures & carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari, quam dñs sumus gaudis. Certe, inquit, templorum uectigalia quotidie decoquunt. Stipes quoque quisq; iam iactat. Non sufficimus & hominibus, & dñs uestris mendicantibus opem ferre: nec putamus alij quam petentibus impertiendū. Deinde porrigat manum Iupiter, & accipiat: cum interim plus nostra misericordia insumit uicatum, quam uestra religio templatim. Sed cætera uectigalia gratias Christianis agent ex fide dependebitibus debitū, qua alieno fraudendo abstinemus, ut si ineatur quantum uectigalibus pereat fraude & mendacio uestrarum professionum; facile ratio haberi possit, unius speciei querela compensata pro commodo cæteratum rationum.

Qui de Christianis conquerantur.

Cap. XLIII

 Lanè confitebor, qui conquerūtar. Nam si qui forte uere de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erūt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarij, uebenarij, magi, item aruspices, arioli, mathematici. His infructuosos esse magnus fructus est. & tamen quodcunq; dispendiū est rei uestræ per hanc sectā, cum aliquod præsidio cōpensari potest. Quantos habetis nō dico, qui iam de uobis demonia exutiant, non dico iam qui pro uobis quoq; uero deo preces steruant, quia forte non creditis, sed à quibus nihil timere possitis:

Quantum incommodi Respub. patiatur ex morte innocentium Christianorum.

Cap. XLIV

 T enim illud detrimentū reipublicæ tam grande quam uerum nemo circūspicit. Illam iniuriā ciuitatis nullus expendit, cum tot iusti impendimur, cum tot innocētes erogamur. Vestros enim iam contestamur actus, qui quotidie iudicādis custodijs presidetis, qui sententijs elogia dispungitis, tot à uobis nocentes uarijs criminum elogis recensentur, quis illic sicarius? quis manticularius? quis sacrilegus? aut corruptor? aut lauantum prædo? quis ex illis etiam Christianus ascribitur: aut cum Christiani suo titulo offerantur, quis ex illis etiam talis, quales pot nocentes? De uestris semper æstuat carcer, de uestris semper metallū suū spirant, de uestris semper bestiæ saginantur, de uestris semper munierant noxiōrum greges pascunt. Nemo illic Christianus, nisi plane tantum Christianus: aut si & aliud, iam non Christianus.

Qq

De inno-

De innocentia Christianorum.

Cap. XLV

Nos ergo soli innocentes. Quid mirum, si necesse est: Enim vero necesse est, innocentiam à deo edocti, & perfecte eam nouimus, ut à perfecto magistro revelatam: & fideliter custodimus, ut ab incontemptibili dispensatore mandataam. Vobis autem humana aestimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit. Inve de nec plena, nec adeo timenda estis disciplinae ad innocentiae ueritatē. Tanta est prudentia hominis ad demonstrandum bonū, quanta autoritas ad exi gendum: tam illa falli facilis, q̄ ista cōtemni. Atq; adeo quid plenius dicere, non occides, an docere ne irasceris quidē? Quid perfectius, prohibere adulterium, an etiā ab oculis solitariā arcere concupiscentiam? quid eruditius, de maleficio, an de maliloquio interdicere? quid instructius, iniuriā non per mittere, an nec uicem iniuriae sinere? dum tamen sciat ipsas quoq; leges ue stras, quae uidentur ad innocentiam pergere, de diuina lege, ut antiquioris for mae mutuatas. Diximus iam de Mosis ætate. Sed quanta autoritas legum humanarū, cum istas euadere homini contingat, & plerūq; in admissis der litescere, & aliquādo contemnere: in uoluntate, uel necessitate delinquēdi re cogitat etiam pro breuitate supplicij cuiuslibet, non tamen ultra mortem remansuri. Sic & Epicurus omnem cruciatū, doloremq; depretiat, modicum quidem contemptibilem pronuncianto, magnū uero non diuturnū. Enim uero nos, qui sub deo omnium speculatorē dispungimur, quicq; eternā ab eo pœnam prouidemus, merito soli innocentiae occurrimus, & pro scientiae plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus nō diuturni, uerum sempiterni, eum timentes, quem timere debet & ipse, qui timentes iudicat, deum non proconsulem timentes. Constituimus (ut opī nor) aduersus omnium criminum intentionem, quae Christianorum sanguinem flagitat. Ostendimus totum statum nostrum, & quibus modis probare possumus ita esse, sicut ostendimus, ex fide scilicet, & antiquitate diuinarum literarum. Item ex confessione spiritualium potestatum. Quis nos temere audet, non arte uerborum, sed eadem forma, qua probationem constituimus de ueritate? Sed dum unicuiq; manifestatur ueritas nostra, inter rim incredulitas dum de bono sectae huius obducitur (quod usiū iam & de cōmercio innouit) nō utiq; diuinū negotium existimat, sed magis philosophiæ genus: eadem, inquit, & philosophi monent, & profitetur, innocentiam, iustitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo quibus cōparamur de disciplina, proinde illis nō adæquatam ad licentiam, impunitatemq; disciplinæ: uel cur & illi, ut pares nostri, non urgentur ad officia, quae nos non obeūtes periclitamur? Quis enim philosophū sacrificare, aut deierare, aut lucernas meridie uanas proferre cōpellit? Quin immo & deos uestros palāta destruunt, & superstitiones uestras cōmentarijs quoq; accusant laudāribus uobis

uobis. Pleriq; etiā in principes latrant sustinentibus uobis: & facilius statuis, & salarijs remunerantur, quām ad bestias pronunciantur. Sed merito philosophi, non enim Christiani cognominantur. Nomen hoc philosophorū dæmonia non fugat. quidni? cum secūdum deos philosophi dæmonas despūtēt. Socratis uox est, si dæmonium permittat. Idem & cum aliquid de ue*Si demonium*
ritate sapiebat deos negans, Aesculapius tamen gallinaceum profecari iam in permittat
fide iubebat, credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapiens
tissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum. sapientiae testi-
moria reddidit ei uiro, qui negabat deos esse. In quantum odio flagrat ue-
riras, intantum qui eam ex fide præstat, offendit. qui autem adulterat & af-
ficit, hoc maxime nomine gratiam pangoit apud insectatores ueritatis qua
illiosores & corruptores. Mimes Philosophi affectant ueritatē, & affectan-
do corrumpunt, ut qui gloriā captant. Christiani eam necessario appetunt,
& integre præstant, ut qui saluti suæ curant: adeo neq; de conscientia, neq;
disciplina, ut putatis, æquamur. Quid enim Thales ille princeps physicorū
sciscitanti Croeso de divinitate certum renunciauit, commeatus deliberandi
sepe frustratus. Deum quilibet opifex Christianus & inuenit, & ostendit.
& exinde totum quod in deo quæritur, re quoq; assignat: Igitur Plato affir-
met factitatem uniuersitatis, neq; inueniri facilem, & inuentum enarrati
in omnes difficilem. Cæterum si de pudicitia prouocemur, lego partem senti-
tiaz Atticaz in Socratem corruptorem adolescentium pronuntiatam. Se-
xum nec sc̄mineum mutat Christianus. noui & Phrynen meretricē Dio-
genis supra recubantis ardorem subantem. Audio & quendam Speusip-
pum de Platonis schola in adulterio perisse. Christianus uxori suæ soli ma-
sculus pascitur. Democritus execēcando semetipsum, quod mulieres sine co-
cupiscentia aspicere non posset, & doleret si non esset potitus, incontinentia
emendatione profitetur. At Christianus saluis oculis sc̄minam uider, an-
mo aduersus libidinem cæcus est. Si de probitate defendam, ecce lutulentis
pedibus Diogenes superbos Platonis toros alfa superbia deculcat. Chri-
stianus, nec in pauperem superbit. Si de modestia certem, ecce Pythagoras
apud Thurios, Zenon apud Prienenses tyrannidem affectant, Christia-
nus uero nec ædilitatem. Si de æquanimitate cogrediar, Lycurgus à πονερίᾳ
τίχοις optauit, quod leges eius Lacones emendassent, Christianus etiam
damnatus gratias agit. Si de fide comparem, Anaxagoras depositum ho-
stibus denegauit, Christianus etiam extra fidelis uocatur. Si de simplicitate
reconsistam, Aristoteles familiarem suum Hermiam turpiter loco excede-
re fecit, Christianus nec inimicum suum lædit. Idem Aristoteles tam turpi-
ter Alexandro regendo potius adulatur, quām Plato à Dionysio uentris gra-
tia uenitatur. Aristippus in purpura sub magna gratitatis superficie nepo
canit, & Hippias, dū ciuitati insidias disponit, occiditur. Hoc pro suis omni-

Q q 2 atrocitate

atrocitate dissipatis, nemo unquam tentauit Christianus. Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdam à regula disciplinæ, desinunt tum Christiani haberi penes nos. Philosophi uero illi cum talibus factis in nomine, & in honore sapientiæ perseverât. Adeo quid simile Philosophus, & Christianus? gratiæ discipulus, & cœli. famæ negotiator & uitæ? Verborum & factorum operator, rerum ædificator, & destructor: amicus, & inimicus erroris: ueritatis interpolator, & integrator & expressor: & furator eius & curiosus.

Veritas. Antiquitas diuina literaturæ. Antiquior omnibus ueritas (ni fallor) & hoc mihi proficit antiquitas præstructa divine literaturæ, quo facile credam thesaurum eam fuisse posteriori cuiq; sapientiæ. Et si non onus iam uoluminis temperarem, etiam ex currerem in hanc quoq; probationem. Quis Poetarum, quis Sophistarum

A prophetis acceperunt philosophi, si quid restat precipiuntur. qui non omnino de prophetarum fonte porauerit? Inde igitur philosophi sicut ingenij sui rigauerant, ut quæ de nostris habent, ea nos comparent illeis. Inde (opinor) & à quibusdam quoq; eccœta philosophia, à Thebanis dico, à Spartiatis & Arguiis, dum à nostra conantur. Et homines gloriæ (ut dicimus) & eloquentiæ solius libidinosi, si quid in sanctis scripturis offendierunt, digestis pro instituto curiositatibus ad propria opera uerterunt, neq; satis credentes divina esse quo minus interpolaret, necq; satis intelligentes, ut adhuc tunc sub nubilo etiam ipsis Iudeis obumbrata, quorum propria uidebantur. Nam & si qua simplicitas erat ueritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata mutabat: per quod incertum miscuerunt etiam quod inuenierant certum. Inuentum enim solummodo deum, non ut inuenierant, disputauerunt, ut & de qualitate, & de natura eius, & de sede discepere. Alij incorporam assueverant, alij corporalem, ut iam Platonici quam Stoici, alij ex atomis, alij ex numeris, sicut Epicurus, & Pythagoras. alij ex igne, qualiter Heraclito uisum est. & Platonici quidem curantem rerum: contraria Epicurei otiosum & inexercitū, & ut ita dixerim, neminem humanis rebus positum uero extra mundum, Stoici, qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc: intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo intra illud maneat, quod regat. Sic & de ipso mundo natus, innatusne sit, decessurus manerasne sit uariant. Sic & de animæ statu, quam alijs diuinam & eternam, alijs dissolabilem contendunt: ut quis sentit, ita intulit, aut reformauit. Nec mirum

Vetus instrumentum à philosophis interpolatum si uetus instrumentum ingenia philosophorum interuerterunt. Ex horum femine, & nostram hanc nouitiam paraturam uiri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias adulterauerunt, & de una via obliquos mollos tramites & inexplicabiles sciderunt. Quod ideo suggererim, ne cui nota uarietas sectæ huic, in hoc quoq; nos philosophis adæquare uideatur, & ex uarietate defensionum vindicet ueritatem. Expedite autem præscribimus adulteris nostris, illam esse regulâ ueritatis, quæ ueniat à Christo, trâmissa per comitium iouis, quibus aliquanto posteriores diversi isti commentatores probabuntur

probabuntur. Omnia aduersus ueritatem de ipsa ueritate constructa sunt, operantibus æmulationem istam spiritibus erroris. Ab ijs adulteria huiusmodi salutaris disciplinæ suborra, ab his quædam etiam fabulæ immisæ, quæ dissimilitudine fidem infirmarent ueritatis, uel eam sibi potius euincerent: ut quis ideo non putet Christianis credendum, quia nec poetis, & philosophis, uel ideo magis poetis & philosophis existimet credendū, quia nō Christianis. Itaq; & ridemur deum prædicantes iudicaturum. Sic enim & poetæ, & philosophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam cōmine, Gebenna mur, quæ est ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus, proinde deca chinnatur. Sic enim & Pyriphlegethon apud mortuos amnis est. Et si ^{Paradisus ubi} radilum nominemus locum diuinæ amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam ignea illius Zonæ à notitia orbis communis segregatum, Elysij campi fidem occuparunt. Vnde hæc, oro uos, philosophis, aut poetis tam consimilia: non nisi de nostris sacramentis, ut de prioribus. Ergo fideliora sunt nostra magis credenda, quoru^m imagines quoq; fidem inueniunt de suis sensibus. Iam ergo sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod rerū forma nō sustinet. nunquam enim corpus umbra, aut ueritatem imago præcedit. Age iam si quis philosophus ^{De resurrecione} affirmet, ut ait Laberius de sententia Pythagoræ, hominē fieri ex mulo, conditione lubrū ex muliere, & in eam opinionē omnia argumēta eloquū virtute detorserit, nōnne & sensum mouebit, & fidē infiget etiā ab animalibus abstinenzid: Propterea per sualum quis habeat, ne forte bubulam de aliquo proauo suo obsonet. At enim Christianus, si de homine hominē, ipsumq; de Caio Caium reducere repromittat, lapidibus magis, nec saltē cædibus à populo exigetur: Si quæcunq; ratio præst animarum humanarum reciprocandarum in corpora, cur non in eandem substantiam redeant, cum hoc sit restitui, id esse quod fuerat: Iam non ipsæ sunt quæ fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi desinant esse quod fuerant. Multis etiam locis exoptio opus erit, si uelimus ad hanc partem lasciuire, Quis inquā bestiam reformari uidit: Sed de nostra magis defensione, qui proponimus multo utiq; dignius credi hominem ex homine redditurum, quemlibet pro quolibet, dum hominem, ut eadem qualitas animæ in eandem restauitetur conditionem, & si non effigiē. Certe quia ratio restitutionis destinatio iudicij est; necessario idem ipse, qui fuerat, exhibebitur, ut boni, seu contrarij meriti iudicium à deo referat. Ideoq; repræsentabuntur & corpora, quia neq; pati quicquā potest anima sola sine materia stabili, id est carne, eo quod omnino de iudicio dei pati debent. Animæ non sine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt. Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest: Considera temetipsum ô homo, & fidem rei inuenies. Recogita quid fueris ante quam esses, utiq; nihil meminiſſes enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil

Q[uod] fueras

fueras, prius quam esses: idem nihil factus, cum esse desieris, cur non possis effatur sicut de nihilo eiusdem autoris voluntate, qui te voluit esse ex nihilo? Quid noui tibi eveniet: qui non eras, factus es: cum iterum non eris, fies. Redderationem, si potes, qua factus es: & tunc requires, qua fies. Et tamen facilius utique fies, quod fuisti aliquando, qui et que non difficile factus es, quod non quam fuisti aliquando. Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo, quod non fuerat, non minus quam de morte vacacionis. & inanitatis imposuit animatum spiritu omnium animalium animatore: signatum & ipsum, humanae resurrectionis exemplum in testimoniu nobis. Lux quotidie imperfecta resplendet, & tenebre pari uice decadendo succedit, sydera defuncta uiuescunt, tempora ubi finiantur, incipiunt, fructus consumantur & redeunt, certe semina non nisi corrupta, & dissoluta secundius surgunt: omnia pereundo seruantur, omnia de interitu reformatur. Tu homo tantum nomen, si intelligas te uel de titulo Pythiae discens, dominus omnium mortientium resurgentium me, ad hoc morieris ut pereas. ubi cuncti resolutus fuisti, quae cuncte te materia destruxerit, hauserit, aboleuerit, in nihilum prodigerit, reddet te. Eius est nihil ipsum, cuius & totum. Ergo, inquitis, semper moriendum erit, & semper resurgendum. Si ita rerum dominus destinasset, ingratia experiteris conditionis tuarum legem. At nunc non aliter destinauit, quam praedicauit. Quae ratio uniuersitatē ex diuersitate composuit, ut omnia a nullis substantiis sub unitate constaret, ex vacuo & solido, ex animali & itanimali, ex comprehensibili & incomprehensibili, ex luce & tenebris, & ipsa uita & morte: eadem autem quoque ista destinata distincta conditione conseruit, ut prima haec pars, ab exordio rerum quam incolimus, temporali aetate ad finē defluat: sequens uero, quam expectamus, in infinitā aeternitatē propagetur. Cum ergo finis, & limes medius, qui interhiat, affuerit, ut etiam mundi ipsius species transferatur et que temporalis, quae illi dispositioni aeternitatis aulae uice oportenta est, tunc restituetur omne humanū genus ad expungendū, quod in isto anno boni seu mali meruit, & exinde pendendū immensam aeternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, nec rursus ac rursus resurrectio. Sed erimus ipsis, qui nunc, nec alij post. Dei quidem cultores apud deum semper superinduti substantia propria aeternitatis. Profani uero, & non integrati ad deum, in pena et que iugis ignis, habentes ex ipsa natura eius diuinā scilicet subministrationem incorruptibilitatis. Nouerunt & philosophi diuersitatem arcani, & publici ignis. Ita longe aliud est qui usq[ue] humano, aliud qui iudicio dei apparet, siue de cœlo fulmina stringens, siue de terra per uertices montium eructans. Non enim absunit, quod exurit: sed dum erogat, reparat. adeo manent montes semper ardentes, & qui de cœlo tangitur, saluus est, ut nullo iam igni decinerescat. Et hoc erit testimoniu ignis aeterni, hoc exemplum iugis iudicij: paenam nutrientes montes uruntur, & durant. Quid nos centes

*Exemplum
humanae re-
surrectionis*

entes, & dei hostes. Hæc sunt, quæ in nobis solis præsumptiones uocantur, in philosophis & poetis summae scientiæ, & insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti. Illi honorandi, nos irridendi, imò eo amplius & puniendi. Falsa nunc sunt, quæ tuemur, & meritò præsumptio: attamen necessaria: incepta, at tamen utilia. Si quidem meliores fieri coguntur, qui eis credunt metu æterni supplicij, & spe æterni refrigerij. Itaque non expedit falsa dici, nec inepta haberi, quæ expedit uera præsumi. Nullo titulo damnari licet, quæ prosunt omnino. In uobis itaq; præsumptio est hæc ipsa, quæ damnat utilia. Proinde nec inepta esse possunt. Certe & si falsa, & inepta, nulli tamē noxia: nam & multis alijs similia, quibus nullas poenas irrogatis, uanis, & fabulosis inacutis, & impunitis, ut innoxij. Sed in eiusmodi, si utiq; irrisione adiudicandum est, non gladijs, & ignibus, & crucibus, & bestijs, de qua iniquitate saeuitæ nō modo cæcum hoc uulgu exultat, & insultat, sed & quidam uestrum quibus fauor uulgi de iniquitate captatur, gloriantur, quasi non totū, quod in nos potestis, nostrum sit arbitrium. Certe, si uelim, Christianus sum. tunc ergo me damnabis, si damnari uelim. Cum uero quod in me potes, nisi uelim, non potes, iam mox voluntatis est quod potes, nō tuæ potestatis. Proinde & uulgu uanè de nostra uexatione gaudet. Proinde enim nostrū est gaudium, quod sibi vindicat, qui malamus damnati, q̄ à deo excidere. Contrà illi, qui nos oderunt, dolere nō gaudere debebant cōsecutis nobis quod eligimus. Ergo, inquitis, cur querimini quod uos insequamur, si pati uultis, cū diligere debeatis, per quos patimini? Quod uultis, planè uolumus pati, uerum eo more, quo & bellū miles. nemo quippe libens patitur, cum & trepidare, & periclitari sit necesse: tamē & præliatur omnib; viribus, & ninc̄s in prælio gaudet, qui de prælio querebatur, quia & gloriā cōsequitur, & perdam. Prælium est nobis, quod prouocamur ad tribunalia, ut illuc sub discrimine capitis pro ueritate certaueris, obtinere. Ea uictoria habet & gloriam placendi deo, & prædati uiuendi in æternum. Sed obducimur certe, cum obtinuimus: ergo uicius, cum occidimur: denique euadimus, cum obducimur. Licet nunc sarmenticos, & semissios appelleatis, quia ad stipitem dimidijs assis reuincti sarmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus uictoriæ nostræ. Hæc palmata uestis, tali curtu triumphamus, merito itaq; uictis non placemus. Propterea enim desperati, & perditæ existimamur. Sed hæc desperatio, & perditio, penes nos in causa gloriae & famæ uexillū virtutis extollunt. Mutius dextram suam libens in ara reliquit. O sublimitas animi. Empedocles totum sese Catanen-
sium Æneis incendijs donauit. O uigor mentis. Aliqua Carthaginis cōdix trix rogo se secundum matrimonium dedit. O præconium castitatis. Regulus ne unus pro multis hostibus uiueret, toto corpore cruces patitur. O virū fortē, & in captiuitate uictorem. Anaxarchus cum in exitiū, prissanæ pilo

Dogmata
Christianæ fū
dei, ethnici ap
pellabant præ
sumptiones

Sarmenticij
Semissij

contunderetur, tunde tunde aiebat Anaxatichi follem; Anaxarchum enim non tundis. O Philosophi magnanimitatem, qui tali de suo exitu etiam iocabatur. Omitto eos qui cum gladio proprio, alioue genere mortis mitiore, Leona de laude pepigerunt. Ecce enim & tortmentorū certamina coronantur à uobis. Attica meretrix carnifice iam fatigato, postremo linguam suam comedam in faciem tyranni saevientis expuit, ut expueret & uocem, ne coniuratos confiteri posset, si etiam uicta uoluisset. Zeno Eleates cōsultus à Dionysio, quid nam philosophia præstaret, cum respondisset contemptum mortis, impassibilibus flagellis tyranni obiectus sententiam suam ad mortem usq signabat. Certe Laconum flagella sub oculis etiam bortantiū propinoris Lacede moniorum fuderint. O gloriam licitam, quia humana, cui nec præsumptio perdita, nec persuasio desperata reputatur. In contemptu mortis, & atrocitatis omni modo animi tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permisum est, quantū pro deo non licet. Et tamen illis omnibus & statuas diffunditis, & imagines inscribitis, & titulos inciditis, æternitatem quantum de monimentis responstis: scilicet præstatis & ipsi quodammodo mortuis resurrectionem. Hanc qui ueram à deo sperat, si pro deo patiatur, insanus est. Sed hoc agite boni præsides, meliores multo apud populum, si illis Christianos immolaveritis: cruciate, torqueate, damnate, atterite nos. Probatio est enim innocentiae nostræ iniquitas uestra. Ideo nos hac pati deus patitur. Nam & proxime A D L E N O N E M clamando Christianam, potius quam ad leonem, confessi estis labē pudicitiae apud nos atrociorē omni pena & omni morte reputari. nec quicquam tamen profuit. Exquisitor quæq crudelitas uestra, illecebra est magis sectæ. Plures efficiuntur, quoties metimus à uobis. semen est sanguis Christianorum. Multi apud uos ad tolerantiam doloris, & mortis bortantur, ut Cicero in Tusculanis, ut Seneca in fortuitis, ut Diogenes, ut Pyrrhon, ut Calinicu. Nec tamen tantos inueniunt uerba discipulos, quantos Christiani factis docendo. Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non cōtemplatione eius concutitur ad requirendū quid intus in re sit? Quis non, ubi requisiuit, accedit? ubi accessit, pati exoptat? ut totam dei gratiam redimat, ut omnem ueniam ab eo cōpensatione sanguinis sui expediatur? Omnia enim huic operi delicta donantur. Inde est, quod ibidem sententijs uestris gratias agimus. Ut est æmulatio diuinæ rei, & humanæ: cum damnamur à uobis, à deo absoluimur.

APOLOGETICI FINIS.

Vix alibi sic nos inuit collatio Gorziensis ut in hoc Apologetico. Qui quod semper uersatus sit in manibus hominum commendante eum argumento quod tractat, pluriū etiā depravationi obnoxius facilius est, dum quisq; scribit quod sibi uidetur nō consultis uetustis exemplaribus: id quod indicabūt hę nostrę annotationū culæ, uel in hoc utiles ne denuo uetustiss. autor facile cuiusuis temeritate uictietur.

IN CAPVT PRIMVM.

Et ipso uertice.) Ascripsimus ablatium aeditio omissum hic. Et aeditio ipso uertice. Ex col. Gorziensi. Palam dispicere.) Nos, describere. Ex col. Gorz. Sentus est; O antis̄tes Romani Imperij si non licet, ut Christianus aliquis uiua uoce denarret & explicet, uobis in aperto & aeditio ipso ferre uertice ciuitatis praesidens tibus ad iudicandum, quid mereatur causa Christianorū, & qualem nam causam habeant Christiani &c. Si ad hanc solā speciem.) Sic in de Cultu sc̄m. Abstinentiā, inquit, in specie exercere. Iurisconsult. sermo. Q.D. Quā audiatis omnīū causas, quur non etiam Christianorum causam quae ad religionem nostram pertinet, auditis? Domesticis indicis nimis onerata sectaē huius infestatio.) Magnum hic mendum est, siquidem pro onerata debet scribi operata. Nam quemadmodum autores dicere solent operari sacrī, uocabant enim operationes ipsa sacrificia ueteres Acrone Grammatico teste: sic Tertullianus operari subinde cum datiuo construit, pro insistere & uacare, ceu ante quoq; annotauimus. Ita cap. 15. Cætera lasciuiae ingenia, inquit, etiam uoluptatibus uestris per deorum dedecus operantur. Rursum cap. XL. Balneis, inquit, & cauponis, & lupanaribus operati. Hic locus indicat Ethnicos conatos ab h̄js qui familiariter cum Christianis uerbauntur, à famulis inquam & ancillis inuestigare & deprehendere crimina de quibus nostri infamabantur uulgo, ut in ipsis etiam eorum domos, in ipsis basilicas & conuenticula nec opinantibus illis irruerent. Sed nihil unquam deprehensionum est. Hoc idem queritur cap. 7. Etiam domesticis nostris obſidemur, quotidie prodimur: in ipsis plurimum coetibus & congregationibus nostris opprimimur.

In insulis ob Christianos.) Nos præpositionē ob sustulimus & aliter distinximus. In insulis Christianos, Subauditur, esse. Ex col. Gorz. Quanto magis hos Anacharsis denotasset.) Laertius in uita eius, θαυμάζει τός των πολλών ἀγριότερων μὲν οἱ ταχίνι, εργασίαι δὲ οἱ μὲν ταχίνι. Hoc est, Mirari aut se dixit quomodo apud Græcos artifices quidē certarent, uerū iudicaret qui nō essent artifices.

Christianis uero quid simile.) Scripsimus, Christianus. Ex col. Gorz.

Et mercenaria aduocatione.) Hoc est, conductis aduocatis. Confessio eo nomine.) Nos, confessio. Ex col. Gorz. Homicidæ.) Propter infanticidiū. nā de Christianis loquitur. Addit enim, ut de nostris eloq̄js loquar. Titulos accusacionis intelligit. Qualitatē facti, locū.) Addidimus accusatiū numerū. Qualitatē facti, numerū, locū. Ex col. Gorz. De circumstantijs facti loquitur.

IN CAPUT II.

Quot incesta cōcelebrasset.) Pro cōcelebrasset reposuimus, cōtenebrasset. Ex col. Gorz. nam in tenebris res peragebatur iuxta Gentilium mēdacia. Declarat hoc capitis septimi initio, Dicimur sceleratissimi de sacramēto infanticidij, & pabulo inde, & post conuiuiū incesto, quod euersores luminis canes, lenones scilicet, tenerbrarū & libidinū impiarū inuercundia procurent. Atq; hoc sibi uult quod hic dicit, quot incesta cōtenebrasset, nouo uerbo. Si eruisset aliq̄ē.) Hoc est deprehendisset. Eruendi uerbū Tertulliano frequēs. Sic infra, Nisi enim fallor, inquit, leges malos erui iubēt, nō abscondi. Id est, manifestari. Et mandat puniri, ut nocentes.) Nos, Et mandat puniēdos. Ex col. Gorz. Militaris Statio fortitur.) Per sortitionē assignatur. Sed quia nō requirēdos, inuentus.) Adiecimus uerbū est. Ex col. Gorz. Apud uos solos.) Nos, Apud uos soli quæstioni. Ex col. Gor,

Debito poenæ nocens expungendus est.) Expungitur debito poenæ nocens, quum debitum poenæ persoluit. Evidet inuitum non de preterito reum.) Castigauimus. Et quidem inuitum, nec de præterito reum. Ex col. Gorziensi.

Iterum Christianus.) Nos, inter Christianos. Ex col. Gorz. Aliter disquisitatis.) Scripsimus, aliter disponitis. Item mox, id unum contenditis. Ex col. Gorz.

Hoc primum agentes homines, ut nolint.) Restituimus lectionem corruptam, Hoc primum agens, ut homines nolint scire pro certo. Item mox, Ut nomen illius æmulationis inimicum, pro æmulæ rationis. Ex col. Gorz. Deniq; quid de tabella recitatis.) Olim sententia animadversionis capitalis de tabella recitabatur. Pōtius Diaconus in vita Cypriani martyris, Et statim, inquit, sententia ex tabella recitata est. Ipsi nominibus scelerū. Puta furti, ueneficij, latrociniij, & similiū.

IN CAPVT III.

Clausis oculis in odium eius impingunt.) Ita in De resur. carnis, Si tam abrupte ut quidam uolunt clausis (quod aiunt) oculis, sine distinctione, omnem passim carnem & sanguinem à regno dei extrusit. Non ideo bonus.) Non prononc. Ut & in præcedētibus. Alijs quos.) Corremus, Alij quos. Item pro quod collaudant scripsimus, quo laudant, Et mox Quinti amasius pro quā Amasius. Ex collatione Gorziensi. Nam nec nominis est notitia.) Addidimus adieculum certa. Ex col. Gorz. At enim secta oditur.) Secta de religione Christiana. Si qui probant.) Nos, Si qui probat. Si qui pro si quis dictum est. Itē quia nominatur non quia reuincitur. Et ad finem, Postremò legum obstruitur autoritas. Ex collatione Gorziensi.

IN CAPVT IV.

Et iniquā ex arce dominationem.) Pro duabus uocibus. Ex arce, reposuimus unum uerbum, exercetis. Paulopost, pro minime ex illo præiudicio prohibere me potest. Nonne ex illo præiudicio prohibere me non potest. Et infra scripsimus, Liceat non damnentur quā iniquas dicimus. Item, si nomen puniunt, ubi ante fuit si non puniunt. Mox, Incestum cur non requirunt? Infanticidia cur nō extorquent? Ex col. Gorz. Ut in secessu inedia de semetipso iudicari. Hæc est illa apocarterefis Lycurgi. Principalium rescriptorū.) Intelligit rescripta principum.

IN CAPVT V.

Annunciata sibi ex Syria Palæstina.) Hic complusulas mendas sustulimus, in hunc modum restituta lectione. Annunciatum sibi ex Syria Palæstina quæ illuc ueritatem ipsius diuinitatis revelauerat. Et reliqua. Rursus ad finem, Cœtestatur, sicut non palam ab eiusmodi hominibus poenam dimouit. Ex col. Gorz.

Sed tali dedicatore dñationis nostræ.) Neronē uocat dedicatorem damnationis Christianorum, id est, inceptorem. Sic cap. 12. In patibulo primū corpus Dei uestiū dedicatur. Quibus illā Germanicā sitim.) Huius rei meminit antè in libello supplici ad Scapulā præsidem.

IN CAPVT VI.

Quales ergo leges istæ.) Dictionem quæ deerat adiecimus, Quales ergo truces leges istæ. Itē pro dignitatē scripsimus, dignitatū, Quę dignitatū & honestorū nataliū insignia. Deniq; pro Nunc in fœminis, At nūc in fœminis. Ex col. Gorz.

Stuprandis moribus.) Corrumpendis. Vel adhuc flagra rumpentium.) Vnde flagrionū nomen. Video & inter matronas atq; prostibulas.) Hoc ipsum queritur in de pallio. Præter uno dígito.) Præter pro præterquam more Græco qui ita πλάκη etiam usurpant. Sic in Marcionē libro 4. Etiam illis spolijs aureorū & argenteorū uasculorū & uestiū, præter oneribus consparsiōnē offarci natā educit ex Aegypto. Itē alibi rursum. Sic et Cicero loquitur. Ob resignatos cellæ uinariae loculos.) Intelligit prōptuaria quibus etiā signa imprimebātur: quæ resignātur dum auelluntur signa. In Exhortatione cast. dixit, Regendos loculos.

Et pabula

IN CAPVT VII.

Et pabulo Iudæ.) Prodigiose deprauatus locus. Debet enim esse. Et pabulo inde. Hoc est ex eo sacramento infanticidij. Ex col. Gor. Tenebrarum & libidi num impiarū inuerecundiā procurent.) Hoc supra dixit uno uerbo, Contenebra reincesta. Símul atq; apparuit, inimica esse.) Subaudi, cœpit. Ex natura ipsi.) Subaudi, uos. Totum eum ambitū aliter distinximus. Sírenarū.) Nos, Sírenum. Ex col. Gor. Aues sunt in India, autore Dinone, quæ ubi homines cātu demulserint, deinde grauatos somno lacerant, ut est apud Plinium. Ipsos trahens homines;) Ad præsidem. Quæ prodita magis humanā.) Restituimus, Quanto magis talia prodita interim etiam humanā animaduersiōne prouocabūt, q; dum diuinæ seruantur. Item mox, Et arbitris caueant. Rursum, Nisi si impij misus metuunt. Vbi legebatur ante, nūmis. Ex col. Gor.

IN CAPVT VIII.

Vtrum est.) Lege, Vestrum est, Hoc est ethnici poetæ carmē, nempe Maronis. Omnia existimare.) Nos, aestimare. Item ne primum illud os mendacium seminauerit. Ex col. Gor. Etiā quod fama nō distulit.) Distulit, id est, dissipavit. Sic etiam Tacitus loquitur.

IN CAPVT IX.

Tum ille infans necessarius.) Inferuimus datiuum tibi; infans tibi necessarius. Mox scripsimus, panis qui sanguinis uirulentia colligat. Item, Quid nunc; & si omnia ista. ex col. Gor. Aliquis deus cum proprijs filijs mutat. Saturnus non pepercit extraneis utiq; n.p.p.) Sic recōcinnauimus disturbata sententiā, Aut mores suos aliqui deus mutat, quum proprijs filijs Saturnus non pepercit, extraneis utiq; nō parcendo perseverabat. Est aut̄ aliqui deus pro aliquis deus. Ex col. Gor.

Sed bestiarum inquit.) Nos, bestiariorū. Subauditur uerbum præcedens, profluimus, id est, sanguine bestiariorū, hominum uilissimorū qui cum bestijs spectante populo depugnabant. Bestiarij cuiusdam qui natione Germanus fuerit, meminit Seneca. Conuertat ad populum quod uultis.) Conuertat ad populum. Quod uultis exhibet. Item, An naſcentē disturbet. Ex Gor. col. Item illi qui munere.) Gladiatoriū munus intelligit. Munere, id est in munere. Qui propterea quoq; suffocatis & morticinis abstinemus.) Non ita diu est quod Christiani suffocoato uescimur & morticina carne. Nam Betanus presbyter, & itē Rabanus in pœnitentiario, sed & quotquot de hac re supra 400. annos tradiderunt, certum pœnitentia tempus præscribunt, si quis Apostolicam hanc legem fuerit præuaricatus. Extat in Actis. Sed & cadauer animalis tangere, piaculum erat. Confiditis.) Tanquam certi de hoc. Probarentur.) Explorarentur. In auditione custodiarum.) Dum captivi per quæstiones examinantur. Emene dicebant.) Scripsi μέμνεται, præteritum medium est à μάνιον, hoc est, insanijt. Est enim sensus, Oedipū uisum Macedonibus insania nō carere, qui tantopere doleret deincesto cum matre Iocasta commisso, quam imprudēs uxorē duxerat. Qui igitur tam flagitium excusabant, nisi sunt ab eo non abhorrende. Cæterum την απόλειαν, idem est quod insanire fecit, ut Epigrammatū lib. iij. titulo εἰς γυναικας, οὐδὲ σὴν Κύπρος ἐμετεφεγύα;

Ad incestas miscere materias pessumitate luxuriæ.) Depravatissimus locus est, quē sic restituimus ex col. Gor. Ad incesta miscenda supeditante materias passiuitate luxuriæ. Hic rursum habes passiuitatit uocabulū, pro omnifario, ac licentioso usu libidinis. Ita in Pallio, Quātum, inquit, denotatu pasiuitas offert.

IN CAPVT X.

Non impeditis.) Scripsimus, penditis. Paulo post, imò tota est pro immota est. Et mox desperat. Et infra, De quib; eos didicit testimonijū perhibetib; ex col. Gor.

In caput

Postquam Attica hospitia consedit.) Gorziensis collatio docet uetus codicis lectione habere Attica. Ego propositus ausus sum scribere postquam ut sic legas & diligias, In qua Saturnus post multas expeditiones postquam Attica hospitia, consedit.

Quam seminis sui par est.) Par cuius genitiuo. Ita in De patientia, Nisi quod ipsa diuersitas mali & boni, equaliter magnitudinis par est. Sic & alibi sequenumero. Et in hoc capite rursum, Horum autem pares deos. Quoniam sicut homines fuisse.) Apposuitimus accusatiū illos, Q.s. illos homines fuisse. Ex col. Gorziensi. Mancipem quēdā diuinitatis.) Scriptimus ex col. Gorz. Mancipē quidē diuinitatis. Venustus uero mancipē uocat diuinitatis deū illū superiorē ac potiore qui reliquis diuinitatē cōmunicarit. Sutrinæ magistrū Plinius mancipē appellat. Etiā in qualibet re qui summi sunt, mancipes dicuntur. Nec alijs prestare eā. Itē mox, Nisi qui propriè possidebat. Et paulopost. Quū dignius ab initio deū alius quēfecisset, Rursum, Sed nec operæ locū video. Ex col. Gorz. Quū dignius ab initio Deus.) Sensus est, Quū deus ille summus dignius aliquē deū fecisset, id est ab initio non post tot secula, qui summus deus erat desideratus operā mortui putat Saturni ac Iouis & similiū. Male cum Lucullo actū.) Cerasos ad urbis annum DCL XXX. is primū in Italiam uexit ē Ponto. Autor Plin. lib. 15. cap. 25. Et huic cōcedetis op.) Nos, & hinc concedetis op. Item, quū uultis affirmatis. Et paulopost, Quem neminē integrū. Ex col. Gorz. De copia Crassum.) Propriū secutus illū dicitū supposui Crœsum, nā Gracos prius enumerat, deinde Romanos.

Qui Senecā aliquem.) Ita dixit in præcedente capite, Aliquē de sapientia Socratem. Sed nobis dī sunt, inquis.) Nos, inquit. Itē, erga Deos uestros deprehendi. Et mox, quos etiā uindicatis, illuditis. Ex col. Gorz. IN CAP. XII L.

Et unusquisque dominū sanctiorē.) Elegantissimā sententiā fœdere deprauatam sic restituimus ex col. Gorz. Ut quisque dominus sanctiorē expertus est domesticam necessitatē. Sensus est, Ob inopiā dominorū suorū fusiles deorū effigies nunc distracthuntur, nūc uasis & instrumentis domesticis materiā prabent. Publicos.) Publicas deorū statuas. In hastario.) Locū auctionis intelligit, ut declarant seq:

Sub eadē annotatione Quæstoris.) Nā Quæstor aut illud inscribebat cōmentatio suo, aut rei locatæ syngrapham dabat ei inquā qui redemptiurā & conductiōnem operis faciundi uicerat. Porro uocabulum est Adnotatio sacrī scrīnij Cæsarium non incognitum. Liber enim cui titulus Notitia Orientis & Occidentis, indicat Magistrū memoriae solitum Adnotaciones omnes dictere, & emittere, & precebus respondere. Qui magis tributarij.) Subaudi Reipub. dum eorum templā & quae ad statuas conseruādas pertinent, apud Quæstorē conducuntur. Quin ipsi redemptores uidentur habuisse lucrū de conductis. Nam & Anuspex mortuis apparet.) Ministrat. Accepto ferrent.) Nos, ferāt. Et mox, quod pares eis fiant. Ex col. Gorz. Quū de paedagogijs.) Orientis occidentisq; Notitia, quē librum mox citauimus, testatur sub dispositione Castrensis, Paedagogia, Ministeriales dominicos & curas palatiōrū fuisse. Tertul. in Valentianis alludens ad Principale paedagogiū, Et nulla alia supereffent, inquit, de paedagogio nomina. Vbi idem diximus quod hic. Nescio quē Cinædū deū facitis.) Antinoū intelligit Adriani Cæsarī delicias. Cuius meminit Aur. Prudentius in Symmachum libro priore his uersiculis, Quid loquar Antinoū cœlesti sede locatū, Illū delicias nūc dī ui Principis, illū Purpureo in gremio spoliatū sorte uirili, Adrianiq; dei Gavymedem. Nō erat hoc dis. Pergere, sed medio recubante cum Ioue fulcro Nectaris Ambrosij sacrum portare Lyēū, Cūq; suo in tēplis uota exaudire manūt. Et saniosa

IN CAP V T X I I I .

Et satiosa.) Nos, scabiosa. Ex col. Gor. Hic Apollinem Admeto.) Cyprianus martyr in De idolorum uanitate. Apollo Admeti, inquit, pecora paut. Ille Neptuni structorias operas.) Cyprianus eodē libro, Laomedonti, inquit, muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accepit. Qui Aesculapius canit auaritiae merito.) Cyprianus ibidem. Aesculapius, inquit, ut in deū resurgat fulminatur. Et Romanus Cynicus Varro.) Nā libere Varro locutus est de dijs Gentilium. id quod uel ea sententia satis arguat que citari solet de extispicis, Non solum ociosos, sed sordidissimos fuisse deos, si in iecorum & usserum sterquilinio sua occuluerunt consilia, hominibus ab insanis sacerdotibus manifestanda. Idem satyras suas Menippeas à cynico cognominauit.

IN C A P V T X V .

Et Hostiliorum uetusates.) Scripsimus, uetusates ex col. Gor. Planè reli giosiores estis in cauea.) Caeam sequentem uocat, ut Circū furentem, & Scenam fasciuentem, in Marcionem libro primo. Mercurium mortuos cauterio examinantem.) Exploraturum uidelicet per ferrum cädens, an adhuc aliquid uitalis spiritus in eis supereisset: ne quum ipse sit Υγειανος και νερποτυπος, per errorem uiuos pro mortuis ad inferos deduceret. Si maiestatis uestigia absuletat.) Nos, obsoletant. Hoc est obsoleta redditum. Ex col. Gorz.

IN C A P V T X VI .

Quia nec uerebantur.) Scripsimus, uerebatur. nam refertur ad id quod sequitur, uana cultura. Et mox, Et totos cantherios. Ex col. Gorz. Quum lignum aliquod propitiatur.) Apud Gentileis. Nos si forte integrū & totum deo colimus.) Apparet ex hoc loco Crucifixi effigiem sculptilem aut pictam id temporis cruci non solitam addi. Nam paulo post sequitur. Licet solem nō in linteo depictum adoremus. Id à gentilibus natum uidetur, connuentibus sanctis patribus, ut uel sic ad Christianismū illi pertraherentur. Labarū erit argumento. De quo mox. A plaustris de cruce induci.) Ingens mendum hic est in plaustris. Debet enim esse plastis, hoc est figulis. Nam ex argilla gypsoque siebant ut plurimum. Dixit autem capite duodecimo. Quod simulachrum non prius argilla deformat, cruci & frumenti superstructa. Ex col. Gorz. Intestina.) Ligna interiora siue trabes.

Signa ueneratur.) Aquilas, uultus Imperatorū & Genios. Sypara uexillorum.) Vela. De siperis diximus in Valentianis. Tot siperia portarum, Item, Alia autem trans siperium cothurnatio est. Et labarorum.) Labarū insignis uexilli nomen est, quod Imperatorem præcedebat, & a militibus solebat adorari. Id signum tandem Constantinus Aug. aggressurus Maxentium tyrannum per artifices ingeniosos iussit in uexillum crucis transformati, quemadmodum Sozomenus auctore est in historia Tripartita. Meminit huius rei Aur. Prudentius libro priori in Symmachum hijs carminibus:

Christus purpureum gemmanti textus in auro

Signabat Labarum, clypeorum insignia Christus

Scripserat, ardebat summis crux addita cristi.

Ambrosius ad Theodosium Aug. lib. v. epistola xxix. Habebis, inquit, Imperator Comitem præuaricatorem, & huic uexilla cōmittes uictriciæ huic Labarum, hoc est Christi sacratum nomine, qui synagogam instauraret quæ Christum nescit. Iube Labarum synagogæ inferri, uideamus si non resistunt. Crucium sunt.) Propter longas hastas. Aur. Prudentius,

Seu uos procinctus maneat, seu pace quietas

Dicimus leges, seu debellata duorum

Rr Colla

Colla tyrannorum media calcemus in urbe,
Agnoſcas Regina lübens mea ſigna necelle eſt,
In quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

Biforme nomen.) Scripſimus numen. Ex col. Gorz.

I N C A P V T X V I I .

Quod colimus & nos.) Duas diſtiones. Et nos, erasmus ſecuti Col. Gorziens. Iudices quoq; cum teſtatur, illum.) Caſtigauimus, Iudicem quoq; conteſtatur illum, Deus uidet. Ex col. Gor. Aſtipulatur huic loco quod in De reſurrec. carniſ feribit. Vtar, inquit, & conſciencia populi conteinantis deum deorum, Vtar & reliquias ſenſibus cōmunib; qui deum iudicē p̄dican, Deus uidet: &, Deo com mendo. Cyprianus martyr in Dei dolorum uanitate ex Tertulliano ſublectis uer bis, Nam & uulgi, inquit, in multis deum naturaliter conſitet, quum mens & anima ſui autoris & principiis admonetur. Dici frequenter audimus, O deus: &, Deus uidet: &, Deo commando: &, Deus mihi reddet: &, Quod deus uult: &, Si deus dederit. Ad utriusq; meriti diſpuṭationem.) Boni & mali perſolutionem.

Fiunt, nō naſcuntur Christiani.) Hauc ſententiam uſurpat Hieron. ad Lætam, Despuat licet, inquit, & irrideat epiftolam mean, & me uel ſtultum, uel iſtanū clau mitter: hoc & gener eius faciebat anteq; crederet. Fiunt, non naſcuntur Christiani

I N C A P V T X V I I I .

De officio prophetandi.) Nos p̄fandi. Ex col. Gor. Quas ad finem diuini tatis.) Exposcebat ſenſus ut ſcriberem, Ad fidem diuinitatis aedebant. id eſt, ut ha berentur ſive cr̄derentur diuina. Supernomināt.) Cognomināt. ītra uocē ſor.

I N C A P V T X I X .

Prouincia Iudeæ.) Qualia portenta mendarum, bone deus. Scripſimus, Pro uidentia uindex. Quos Menedemus quoq; philofophus prouidentia uindex de ſententia cōmunione ſuſpexit. Intelligit aſſertorem prouidētia. Ex col. Gorziens. Vecigalis libertas.) Pecunia redimitur libertas, id eſt, liberum fit ut adeas ſi nu meraveris pecuniam. Veterum culuſq; ſtili noſtri.) Scripſimus, ueftri. Ex col. Gor. Posthumant.) Posteriores ſunt Moſe. Sic in De reſurrec. carniſ, Omnis enim, inquit conſummatio atq; perfectio, etſi ordine posthumat, effeſtu anticipat.

I N C A P V T X X .

Cum digitorum ſupputarijs gesticulis affidendum eſt.) Veteres, autore Domi no, plicatiſ aut subductiſ digitis numerabant. Hic eſt digitorum gemitus, quos gemituſos Tertullianus appellat. Archiuia.) Grammatophylacia ſive chartophyla cia, que latine Tabularia ac Tablina dicuntur Aduocādi eorū municipes.) Ci ues. Aliqui Manethon Aegyptius, & Berofus Chaldaeus.) Collatio Gorz. aindicat legendū, ſubministrata eſt alioquin, quod non placet. nam dixit aliqui Ma nethon Aegypt. pro aliquis. Si quidem nominibus proprijs adiūcere ſollet aliquis, ut indicauimus compluribus locis. In De reſurrec. carniſ, Alicuius Platonis.

Graecorum etiam censuiales cōſerendi.) Censuiales libros intelligit Paulō poſt scripſimus, Neç hoc tardius. Ex col. Gor. Dum expungitur.) Completur.

Qui iam dicim̄ illis per duos gradus credere.) Nos diſcimus. Ex col. Gor.

I N C A P V T X X I .

Sectam iſtam eſſe ſuffuktam.) Secta, de religione Christiana. Praeter aetatem.) Nam Iudeorum religio uetus, Christianorū recentior. De ipſo ſignaculo cor poris.) Circunciſionem intelligit. Qui nos hominis cultores exiſtimauerunt.) Nos, quis nos hominis cultores exiſtimauerit. Ex col. Gor. Ut deo totum.) Subauditur dicere & dicamus, aut uerbum ſimile. Deriuantes.) Inſtar riui de labentes

labentes. Ob disciplinæ & autoris capacitatem.) Scripsimus, sc̄cū emeritantes, Ob disciplinæ altioris capacitatem. Ex col. Gorz. Aut cornuum.) Cornutum scripsimus ex col. Gor. Alludit ad fabulas Iouis in serpentem, taurum & arietem, cygnum & aquilam, etiam in aurum conuersi, dum amoribus obsequitur.

Determinat factitorem.) Reposui, factitatem. nam hoc uocabulo etiam utitur in Hermogene, & in alijs etiam libris. Hæc Cleanthes in spiritu congerit.) Nos in spiritu. Mox scripsimus, Et idcirco filium dei, & deum dictū. Item, Etsi plures inde traduces qualitatū mutueris. Et paulo post, Qui penes uos eiusmodi fabulas. Et reliqua. ex col. Gorz. Nec alia magis inter nos & illos compulsatio est.) Sic ca. præcedente, Quòd regnis regna compulsant. Nec enim intelligerent priſtinum.) Exigebat sensus, ut pro Nec, scriberem, Ne. Pristinū, id est, priorem, siue primum aduentū. Meritum fuit, delictum eorum.) Imitati Cyprianī martyris lectionem, qui plus q̄ dīmidium hoc caput de uerbo ad uerbum in librum suū de Idolorū uanitate transcripsit, pro delictum eorum, supposuimus delictorum. Ita Cyprianus, Quod aut̄ hoc Iudaorum populus intelligere nō potuit, delictorum meritum fuit. Sequebatur uti magnum aestimarent de potestate.) Cyprianus, Iudæi, qui illum, inquit, crediderāt hominem tantū de humilitate carnis & corporis, existimabant magnum diligentia potestatis. Vbi puto scribendum, de licentia pot. Nec magnum sed Magum, utrobīq. Nam cap. xxiij. sequenti Dicent ibidem, inquit Tertul. ecquis ille Christus cum sua fabula, si homo cōmuniſ conditionis, si Magus, si post mortē de sepulchro à discipulis surreptus. Et reliqua. Proinde magnum uertimus in Magum. Cum illo uerbo.) Malui scribere, Cum ille uerbo.

Paralyticos restringeret.) Hic Cyprian. addit, Claudis gressum daret. Ostendens sese uerbum dei.) Nos se esse uerbum dei. Ex col. Gor. Mox, sponte dimisit. Ex eadem. Sic & Cyprianus, Nam crucifixus, inquit, præuento carnificis officio, spiritum sponte dimisit. Violentia suffragiorum.) Cyprianus suffragijs uiolentis ac pertinacibus. Fallerent suspectos.) Suspectos pro suspicaces siue suspectantes. si. Iudæos ipsos. Sic in de cultu foeminarū, Quid gestis, inquit, aut suspecto, aut nō desideranti placere? Fallerent, id est, laterent. Et populū uectigalē.) Hoc est, obnoxium. A fide.) Nos ad fidem. Ex col. Gor. Id est, ut autoritati primorū illorum fidem haberet populus. Paulò post pro multo melius, scripsimus, multo uerius. De Romulo Proculi solent.) Numerū mutauit uenustatis gratia, quod etiā alibi solet. Hoc narrat & in Marc. lib. iiij. Indignū deniq. inquit, ut Romulus quidem ascensus sui in cœlum habuerit Proculum affirmatore, Christus uero dei, descendens de cœlo sui non inuenierit annunciatore. Quos narratis.) Nos, adoratis. Ex col. Gor. hoc est, deos uestros & dæmonas, quos nos ejcimus de hominibus, per adiurationem.

IN CAPVT XXII.

Sectæ.) Iterū secta de religione Christiana. Illū hominē putare.) Scripsimus, Illum hominē putari. Ex col. Gorz. In agnitionem ueritatis ocularet. Ita in De pœnitētia, Hirundo si excæauerit, inquit, pullos, nouit illós oculare rursus de sua chelidonia. Cyprianus martyr in De Idolorū uanitate, Cæcos, inquit, & ignaros ad agnitionē ueritatis ocularent. Dehortando plane à bono.) Hoc est, dū ipsum dehortatur à bono, quod dæmonia solent. In usum maledictis frequentat, Satanam princ.) Scripsimus frequentat. Nam & satanam p. h. m. g. Ex col. Gor. Auspicata est.) Passiuè, ut & in præcedentib. libris sæpe. In hominis exitium.) Adsum intelligit. Suppetit illis ad utrancq. substantiā hominis alēdam subtilitas & tenuitas sua.) Malim legendum. Ac si cæca ratione.) Quæ nō uidetur, sed latet & ignoratur. Et, quæ illi accuratior pascua est.) Pascua in singulari. Habēs de nocolatu aeris.) Exposcente sensu pro habens supposui, Habent. Et mox pro bene

Rr 2 sicq; bes

ficij, beneficij. Cœlestes sapere paraturas.) Paratura Tertulliani uocabulum in dicatum sæpenumero. Phantasmata Castorū.) Qui toties Romæ uictorias nua etarunt. Et aquam cribro gestatā.) Tucia uirginis Vestallis incesti criminis reæ castitas infamia nube obscurata emersit, aqua in cribro ad ædem Vestæ perlata. Verba Val. Max. lib. viij. Et nauē cingulo promotā.) Simile Claudiæ Vestalis factum. Et barbā tactu irruſatā.) L. Domitio rure quondam reuerten ti, iuuenes gemini augustiore forma ex occurſu imperasse traduntur, nunciaret ſenatui ac populo uictoriā, de qua incertum adhuc erat: Atq; in fidē maiestatis adeo permulſiſſe malas, ut ē nigro rutilum æriq; affimilem capillū redderent. Vnde Aeneas nobarborum cognomen. Ex Suetonio Tranquillo. IN CAPVT XXIII.

Quod alienæ præstant negociaſionī.) Nos, præstat. Item paulo poſt, & una razio eſt iſtigationis. Pro iſtigationis Ex col. Gor. Iſta ipſa uox cœleſtis.) Scripsimus, Iſta ipſa uirgo cœleſtis. Ex eadē. Et ſi quid ad decus facit.) Gorz. ad dedecus facit. Paulo poſt, Adeo nulla eſt diuinitas iſta. Item, Quos enim præſum pſeratis. Et paulo poſt, ſi non Christianorū. Ex col. Gorz. Etiā illud in cōtinenti agnoscitis.) Sic & ante locutus eſt. Iuſtinus ſolet dicere, ex cōtinenti, pro statim.

Et operationib. ſuīs.) Nos, Et operatoribus ſuīs. Item de nomine Christi ualeat, & de cōmemoratione eorum. Et inſra, Credite illis, quū uerum de ſe loquuntur. Ex col. Gor. Quos ſcitis eſſe de ſanguine Christi.) Caſtigauimus, Quod ſciā, etiam de ſanguine Christianorū. Et mox, Tam officioſos ſibi amittere. Paulo poſt adieciimus hæc uerba, quia nec dī. Ut ſic legatur, Si religio nō eſt, quia nec dī, nec pro certo rei ſumus laſſae religionis. Ut Mauritaniae reguli ſui.) Cyprianus martyr in De Idolorum uanitate. Mauri uero, inquit, manifeſte reges colunt, nec uel lamento hoc nomen obtexunt. IN CAPVT XXIIII.

Archigallus ille sanctiss.) Ep̄ord̄kōs. Eſt autē Archigallus princeps gallorum ſuue ſacerdotum exectorū Cybeles. Ita in De refur. carnis, Et tamen calicē non dico uenenarium in quem mors aliqua ructaret, ſed frictricis uel archigalli, uel gladiatoris uel carnificis ſpiritu infectum, quæro an minus damnes & oscula iſforū.

Iam interpreti.) Scripsimus, interemptū. Ex col. Gorzien. Solita aequē impēria mandauit.) Archigallus uidelicet cæteris gallis ſodalib. ſuīs. O ſomniculoſa diplomata.) Codicillos intelligit, ſuue literas quibus mors Imperatoris Marci ſignificaretur. Et eſt Ironia. IN CAPVT XXV.

Quam coluerat Saturn.) Scripsimus quod cōmodius uidebatur, Quem coluerat Saturnus & Iupiter. Quorū regna cōflata ſunt in imperij Romanū ſummatam.) Prouinciales intelligit. IN CAPVT XXVI.

Nunquam dominatur eiſus.) Dominorū cum genituo

IN CAPVT XXVII.

Obſtruimus gradum.) Prouerbialiter dictum. Qui totū hoc agitant.) Nos quiſ totū hoc agitet. Et angelicæ parature.) Paratura Tertulliano frequens uocabulum. Rebellantiū ergastulorum.) In quibus uincit faciunt opus. Ut ante diximus. Ingratis refiſtimus.) Nam mallenſ nos cædere nec congrede cum eis. IN CAPVT XXVIII.

Libens animus inducitur.) Posset etiam legi, indicitur.
Ex qua uelit fronte.) Nam bifrons eſt. Non cuiuſbet mortuo potior.) Sic Plinius, Nulli inferius nobilitate, Hercynium iugum prætendit.

In ciuitatibus denique.) Prodigiosum mendum, nam pro duabus dictionibus, In ciuitatibus, debet unum aduerbiū ſubſtitui, Citius. Citius denique apud uos. Et reliqua. Ex collatione Gorzieni.

In caput

IN CAPVT XXIX.

Et ita nos criminis addicite.) Inserimus genituum maiestatis. Et ita nos criminis maiestatis addicite. Ex col. Gorz. Quod conscientia nostra.) Nos, in conscientia uestra est, quæ uerba parenthesis inclusimus. Et mox pro Itaq; scriptissimus diuinis dictionibus. Ita qui sunt in Cæl. pot. Ex collatione Gorziensi.

IN CAPVT XXX.

Quia illos nos subiçimus.) Prorum æditionum cōiecturas approbat collatio
Gorziensis. Reposuimus ergo, quia illos nō subiçimus rebus suis." Sed uos
religiosi.) Nos, irreligiosi. Ex col. Gorz. A quo sunt secundi, post quem pri-
mi ante omnes.) Sic ad Scapulam, Colimus ergo & Imperatorem sic, quomodo
& nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem à deo secundum, & quicquid est à deo
consecutū, solo deo minorem. Et reliqua. Porro quantum ad Cæsarem attinet, no
luit offendere Gentileis Tertullianus, ut uides. Is Cæsaream maiestatem, secundam
hac de causa nominat cap. 25. Et mortuis antistent.) Antistare pro præcelle-
re. De quo uerbo monuimus ante. Qui eum solū obseruo.) Post hac uerba
adieciimus clausulā ex col. Gor. Qui propter disciplinā eius occidor, qui ei off. po.

IN CAPVT XXXI.

Adulati nunc sumus.) Ironia. Conuenimur in crimen.) Verbum iuris.
Orate, inquit.) Sic etiam in Valentinianis & aliubiloquitor.

IN CAPVT XXXII.

Romani imperij cōmeatu scimus retardari.) Hoc est tanto tempore quāto Ro-
imperium perseuerabit. Ad Scapulā. Christianus, inquit, nullius est hostis, nedum
Imperatoris: quem sciens à deo suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat & reue-
reatur, & honoret, & saluū uelit, cum toto Romano Imperio, quousq; seculum sta-
bit, tamdiu enim stabit. Ita per salutem eorum.) Id sub Francorū regibus pro-
hibitum ostendunt leges eorū, ut ante meminimus. Et pro magno adiumento
habemus.) Nos, Et pro magno id iuramento habemus. Ex col. Gorziensi.

IN CAPVT

XXXIII.

Interest homini.) Pro interest hominis. Sic etiam alibi loquitur. In illo sub, limissimo curru admonetur.) Plinius lib. 33. cap. i. de triumphantibus loquens; Et quum, inquit, corona ex auro Hetrusca sustineretur à tergo, anulus tamen in digho ferreus erat, æqua fortuna triumphantis & servi coronam sustinentis.

Minor erat, si tunc deus diceretur.) Subiecimus post hæc uerba, hanc clausum, Quia non uerè diceretur. Ex col. Gorziensi.

IN CAPVT XXXIII.

Ante ἀποθεωσιν.) Hoc est relationem inter diuos sive consecrationē, quam Herodianus describit initio libri quarti.

IN CAPVT XXXV.

Inducere domui tuæ habitū.) Scripsimus, Induere do. tuæ h. Paulopost, Et ueritatem uestrā. Ironicè loquitur. Et scholæ bestiarū.) In quibus bestiarij quum pugnare discebant, tum alebantur. Eos sua cæde spectantiū oculos, exhibentibus aliquod munus Imperatoribus oblectatiuros, uerisimile est propriā sortem deplo- rantes à conuicjjs in ipsis Cæsares nō abstinuisse. Iam si pectoribus ad translucendū.) Luxta Momī sententiā. Nec illi magis depositulatores Christianorū.) Scripsimus Nec ulli magis, exigente sensu. Depositulabat aut uulgus Christianos ad supplicium, acclamando, Christianos ad leonē. Plane cæteri ordines.) Iro- nia est. Vnde Cassij, & Nigri, & Albini.) Mutat numerū uenustatis causa, more suo. De his meminimus in libri ad Scapulā & in Palliū. Vnde qui fasci- bus eius exprimēdis palæstricā exerceant.) Castigauimus qui fauibus eius exprimēdis palæstricā exerceant.)

mendis. Ex col. Gor. Intelligit Cōmodum Antoninum, cui finita ad occidendum eum cōiuratione Aelius Lætus p̄fectorus, & Martia concubina, p̄mū uenenū dederunt, quod quum minus operaretur, per athletam cum quo exerceri solebat, eum strangulauerunt. Autor Aelius Spartanus. Vnde qui armati palatum irrumpunt.) Nisi fallor, Plautianum designat. Sub ipsa usque impietatis eruptione.) Hoc idem narrat ad Scapulam, Sed h̄dem ipsi, inquit, qui per Genios eorum in pridie usq; iurauerāt, qui pro salute eorum hostias & fecerant & uouerant, qui Christianos s̄ape damnauerant, hostes eorum sunt reperti. Post uindictam parricidarum racematio superstes.) Eleganssima translatio.

IN CAPVT XXXVI.

Ad uelamentū suum potest fangi.) Nos, fungi. Ex col. Gor.

IN CAPVT XXXVII.

Ipsi Bacchanaliū furij. Scriptus, Ipsi Bach. furij. ex col. Gor. Et mox, unquam denotatis. Ex eadem. Si malum malo dispungi.) Persolui. Diuina secta.) De religione Christiana. Sic in De pallio. At ego iam illi etiam diuinæ secta ac disciplinæ cōmercium conseruo. Vis numerorū & copiarum?) Intelligit de numeris militaribus. Solius diuortij inuidia.) Quoniam reūcitis nos. Suffudisset.) Pudescisset.

IN CAPVT XXXVIII.

Inter līcitas factiones, sectam istam.) Sic cap. seq. Christianā factionem uocat.

Etiam æmulis studiorū cōpulsationib.) Ita cap. xxiiij. Nec alia magis inter nos & illos compulsatio. Vnam omnes rempub.) Nos, Vnam omniū rempub. cognoscimus, mundum. Ex col. Gor. Cum ipsis rebus de quib; exiguntur, praterimus.) Gorziensis, prætersumus. Verbum nouū est, siue nouē cōpositum.

IN CAPVT XXXIX.

Corpus sumus.) Collegium. Ita cap. xxvi. Et seculum corpus temporū fecit Coimus ad liter. diuina. cōmemor.) Nos, Cogimur ad lit. d. c. ex col. Gor. Item paulo post. Ut apud certos de dei cōsp. ex eadem. Menstrua die.) In mense se mel. Sic supra dixit. Annua die. Iuris consultorū sermo. Nec in gratijs uoras trinis.) Scriptus, Nec ingratissimis uoratrinis. Si qui in metallis.) Damnati ad fedinas metallorum. Et pro alterutro mori sunt parati.) Addidimus particulam, ut Et ut pro alterutro mori sunt parati? Notam.) Reprehensionem.

Et alibi creandorum.) Extra matrimonii scilicet. Sceleris infames.) Propter incestum. Sic ante dixit, Libidinum insignes. Acescit aer.) Elegans Hyberbole. Alijs coenaturis creditor erit necessarius.) Tam luxuriosas coenas instruunt, ut sit eis opus ab alio pecuniam mutuo sumere. Herculanarum decimarum, pollinctorum sumptus stabularij supputabunt.) Opinor Tertullianum scripsisse, polluctorū sumptus tabularij supputabant. Loquitur enim de diuitiis, qui decimā partem bonorū suorum Herculi pollucebant, epulō uotiuō, cufus latitiam impenſarum arguit magnitudo. Putabatur ea res homines fortunatos redere. Proinde L. Sylla, M. Crassus & L. Lucullus patrimonia sua polluxerūt. In hū siusmodi decimarū Herculanarum sacrificio epuloḡ supra quam dīci possit lauto, maximis sumptib. opus erat, quos à tabulis domesticis cuiuscq; in diarium domini sui referebat, ad Expensi titulū, supputabatq;. Cæterū stabularij diuersorū magistri sunt, & Pollinctores curatores mortuorū. Apaturijs.) Apaturorū celebritas quatuor cōtinuis diebus durabat, quibus sacrificabāt & epulabātur Atheneis publice priuatimq;. Nomen est deductū ab ἀπάτῃ, quod fraudē significat, quam Athen. passi sunt à Bœotij. Reliquū ordinē disciplinæ aestimate.) Ad secimus duas has dictiones, de causa. Reliq. ord. d. de causa aestimate. Et mox, pro Nihil

Nihil utilitatis nisi modestię admittit, scripsimus. Nihil utilitatis, nihil immodestię admittit. Et inferius, Non in cateruas cæsionū, id est, ubi hoies cædunt & cæduntur. Ex col. Gorz. Statim Christ. ad leonem.) Nos, statim Christianos ad leonē ac clamat. Subauditur, proīciendos esse. Sic post mortē Cōmodi Ant. populū ac clamasse Aelius Lampridius autor est, Delatores ad leonē. Speratū ad leonē. Delatoribus fustem. Rursus, Delatores ad leonē te imperante. Igneus imber exsuffit.) Cum priore cōiectura nostra cōsentit col. Gorz. Itaq; scripsimus, exussit.

IN C A P V T . X L .

Vt inofficiosa eius.) Sic dictū quod sequitur, Illius rea est, cuius & ingrata. Sed & alios insuper sibi cōmentaret.) Nos, cōmentata est quos coleret. Ex col. Gorz. Et nocentia iudicē & exactorem.) Nocentia uocabulū usurpat etiam in Marc. lib 2. Exactorē, id est, punitorē. Quib. bonis utebatur.) Scripsimus, Cuius bonis. Ex col. Gor. Deniq; cum ab imbrīb. æstiua, hyberna, suspendunt.) Sic dicit, hīc æstiua & hyberna, quemadmodū in De resur. car. Verna & autumna. Subauditur tempora. Reuoluuntur, inquit, hyemes & æstates, & uerna & autumna, cum suis uirib. morib. fructib. Et imitator Tertul. Cyprianus martyr aduer. Desmetrianū. Nec sic uerna, inquit, de tēperie sua lēta sunt: nec adeo arboreis foetib. autumna fœcunda sunt. Eodem modo dixit Hybernū scribens idem ad Mosen & Maximū. Per uicissitudines mensiū, inquit, trāsmeauit hybernū. Subaudi tempus. Balneis & cauponis & lupanarib. operati.) Operor cum datiuo. Vt operari sa- tris autores dicunt, Et operari liberis Columella. Monuitus ante plus semel.

Aquilicia Ioui imolatis.) Aquilicia dicta ab aquis eliciendis, quod fiebat in magna siccitate. Aquilices siue Aquileges scrutandorum fontium artifices, ab elici- bus dicti, qui sunt capita fontū & scaturigines. Seneca lib. 3. Nat. quest. Sæpe colligitur, inquit, roris modo, tenuis & dispersus liquor, qui ex multis in unū locis confluīt, sudore aquileges uocant. In sacco & cinere uolutātes.) Sic & aliubi lo- quitur per signific. neutralem. Inuidia cœlū tundimus.) Forte sic dictū, ut il- lud in De fuga in persecut. Malo inuidiam ei facere per uoluntatem ipsius pereun- do, q̄z bilem per meā euadendo.

IN C A P V T . X L I .

Semper apud uos sternitur.) Corruptū locum sic restituimus & distinximus, Vos malorum illices semper, apud quos deus spernitur, statuæ adorantur. Paulo post pro duabus dictionib. Hæc ita, reposuimus unam, æquitatē, hoc modo. Quia æquitatem didicimus apud ipsum. Ex col. Gorz.

IN C A P V T . X L I I .

Stabulis.) Stabula sunt diuersoria tum in oppidis & pagis, tum etiam solitaria ubi peregrinantes pernoctent. Cyprianus martyr epist. xiij. tertij lib. Aut si, inquit, in uia stabulū aliquod obſideri & teneri à latronib. cōperit, ut quisquis ingressus fuerit, insidentiū illic infestatione capiatur, nōne cōmeantes, hac opinione cōperita, stabula alia in itinere appetunt tutiora, ubi sint fida hospitia & receptacula com- meantibus tuta. Et calorem.) Nos, & colorem, Ex col. Gor. Rigere & pallere post lauacrum mortuus possum.) Hinc uides apud ueteres Christianos de- functorum corpora lauari solita. Id quod hodie fratribus adhuc est solemne.

Bestiarījs suprema cœnā bestiarī sumebat in publico. Libentius de proprijs locis sumere.) Scripsimus, Liberius de pro. lo. sumo. Ex col. Gorz. Temporū uectig. quotidie decoquūt.) Elegan. dictū pro diminutū se se, siue diminuunt. Ita Plin. lib. xxi. Crocū, inquit, sylvestre optimū, serere in Italia mi- nime expedīt, ad scrupula usq; singula areis decoquentib. Fraude & menda- cio uestrarū professionum.) De professionib. mercium sentit que fiebant apud A- cta. Huiusmodi professionis meminit lib. v. in Marcionem in initio.

Rr 4 Inc.

IN CAPVT XLIII.

Perductores.) H̄i sunt puellarum productores, & stuprorum atq; adulterio sum cōciliatores. Aquarioli.) Lenonū sunt famuli, nomen ab aqua gerenda adepti. Lampridius de Cōmodo Antonino, Aquam, inquit, gessit, ut lenonū minister. Igitur aqua Romæ propter magnitudinē urbīs cara fuit. In h̄is regionibus ui nariolos habere malunt. Ett. q. dispendium est rei nostræ. Scripsimus, rei ue stræ per hāc sectam. Cum aliquo præsidio compensari potest.) Hoc est, cum aliqua utilitate quæ proficiscitur a nobis.

IN CAPVT XLIV.

Quū tot iusti impendimur.) Supplicijs absumimur. Erogamur.) Sic etiā alibi loquitur. Qui sententij elogia dispungitis.) Qui criminibus quæ fass̄i sunt noxijs captiuū, sententias dictatis. Quis māticularius.) Māticulari scribit Festus Pōpeius esse dolose agere, deducitū à māticulās, quæ peras significant, quas quidam attractant ut furentur. Ergo māticularius, fur erit aut nebulo. Aut corruptor.) Ad libidinē refertur. Aut lauantū prādo.) Furē balnearē intelligit. Eiusmodi furū meminit in De fuga in persecutiōe, Inter Tabernarios, inquit, & Lanios, & fures balnearum, & Aleones, & lenones. Vide illic. Deus mūnerarij noxiorum greges pascunt.) Vel gladiatorium, uel bestiariorum.

IN CAPVT XLV.

Vtab incōceptibili.) Priorem conjecturā contextui insertam col. Gor. confirmat Humana itē dānatio imperauit.) Nos, dominatio. Mox, Inde nec plenār, nec adeò timenda estis disciplinae. Item, Tam illa falli facilis. Et rursus, An etiam ab oculis solitariam arcere cōcupiscentiā. Item, ut antiquioris formæ mutatas. Ex col. Gor. Diximus iam de Mosis aetate.) Nēpe cap. xix. Quis sub deo omniū speculatorē dispungimur.) Mercede accepta. Dum de bono se citæ huius obducitur.) Cōuincitur. Hoc uerbo s̄epissimè utitur in libris præcedentibus. Vt in De car. Christi, Hoc quidē, inquit, capitulo ego potius utar, quū adulteratores eius obduxero. In de resur. carnis. Obducti dehinc de deo carnis auctore.

Quod usu iam.) Nos, usui. Item paulo post, Quæ nos nō obeuentes periclitamur. Et infrā, Idem & cū aliquid de ueritate sapiebat. Ex col. Gor. Vt qui saluti suæ curant.) Curare cum datiuo, ut & procurare apud hunc auctore. Mox scripsimus, adeo neq; de conscientia, neq; de disc. ut p. æq. Ex col. Gor. Cōmeatus deliberaudi.) Concessa tempora. Christianus uero nec ciuitatē.) Nos, a dilitatem. Ex col. Gor. Lycurgus ἀποκρήποις optauit.) Hoc alijs uerbis exposuit cap. iiiij. Non enim & ipsius Lycurgi leges à Lacedemonijs emendatae, tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia desemet ipso iudicari? Quid sic ἀποκρήπει & ἀποκρήποις diximus in Marcionem lib. i. ubi sic legitur, Hypocrita ut apocarteresi probes te Marcionitā, id est repudiatorem creatoris. Vt titur hoc uocabulo Fabius Quintil. Instit. or. lib. ix. Huic, inquit, simile in illo de quo supra dixi, cui sua membra laceranti uenenum dedit. Qui hæc ædit, debet hoc bibere: Et in luxuriosum qui apocarteresin simulasse dicit. Nec te laqueū habes quod fauibus tuis irascaris. Sume uenenum, decet luxuriosos bibendo mori. Nepotatur.) Heluatur. Adeo quid simile philosophis & Christianis.) Nos, Adeo q. s. Philosophus & Christianus: Itē paulo post, & si non onus iam voluminis tem perarem. Ex col. Gor. Dum à uestra conantur.) Scripsimus, dum à nostra co nantur. Subaudi, ejcere, hoc est ea quam ex ueteri lege suixerant. Et mox, digestis pro instituto curiositatis ad propria opera uerterunt. Ex horū semine.) De hereticis intelligit Marcione, Apelle, Hermogene, Valentino, cæteris. Vnde dicitur, Philosophi, patriarchæ hereticorū. Et nostram hāc nouitiolam paraturam.) Hoc est

Hoc est nouum instrūmētum. Paratura, uocabulū Tertulliani. Sectæ lenius.) De religione Christiana, ut supra s̄ape. Et ex ueritate defensionū.) Nos, uarietate defensionum. Paulo post, uel eam sibi potius euincerent. Ex col. Gorz.

Decachinnamur.) Deridemur. Materia quādā igneæ illius zonæ.) Substituimus pro materia, maceria. Paulo post, Quod rerum forma nō sustinet.

Multis etiam locis exoptio opus erit.) Obscura uerba sunt. Confugiendum ad diuinationē. Quid si legas, Multis etiam iocis ex ocio opus erit, si uelimus ad hāc partem lasciuire, Quis unquam bestiam reformari uidit? Dum eadem qualitas animæ.) Infulsimus hīc duas dictiones, Hominem, ut, hoc modo, Dum hominem, ut eadem qualitas an. Paulo post, Idem nihil factus, cum esse desieris, cur nō possis esse rursus de n.e.a.u. Item, Animatum spiritu omniū animarū animatore. Ex col. Gor. Lux quotidie īterfecta resplendet.) Hunc locum communem tractat etiam in De resur. carnis, ibi, Dies moritur in noctem. Et reliqua. Tam nomen.) Tam eximium, tam insigne. Dicens.) Legendum, discens, subauditur te, quod præcedit. Per titulū Pythiæ symbolum illud accipe templo Delphī inscriptum ινδικός σταύρος. Nolce te ipsum. Dominum.) Nos dominus. Ex col. Gor. Itaq; aliter distinximus. Tunc restituetur omne humanū genus ad expungendū.) Pro expungēdum, Collatio habet persoluendū. Arbitror glossam fuisse quæ pro uero uerbo recepta sit in contextum codicis Gorz. Nam ad expungendum nihil aliud est, q̄ ad persoluendum. Et exinde deprehendendum.) Nos, pendendum. ex col. Gor. Qui iudicio dei appareret.) Ministrat, seruit.

Non enim assumit.) Scripsimus, absunit. Ex col. Gor. Sed dum erogat.) Ita cap. xlviij. Quum tot innocentes erogamur, id est, impendimur, cōsumimur. Nam & multis alijs similia.) Subaudi, sunt Non quasi totū.) Transpositas dictiones redigimus in suum ordinem. Quasi non totū. Paulo post scripsimus, quod sibi uindicat, qui malumus damnari, q̄ à deo excidere. Ex col. Gor. Sed obducimur.) Hoc est, uincimur, quum uidelicet pro nomine Christi trucidamur. Quum obtinuimus.) Hoc ipsum quod uolebamus, martyriū ipsum, aut uitam æternā. O sublimitas animi. O uigor mentis. O præconium castitatis. Ouisrum fortem. O philosophi magnanimitatem.) Hæc omnia non carent Ironia.

Secundū matrimonī.) Figura græca. Omitto qui cum gladio proprio.) Adsecimus accusatiuum eos. Ex col. Gor. Attica meretrix.) Huius meminit & in libello ad martyres Plinius lib. xxxiiij. Et Iphicratis, inquit, leæna laudatur. scortum hæc, lyrae cantu familiaris Harmodio & Aristogiton, consilia eorum de tyrranicidio, usq; ad mortem excruciatæ à tyrannis, non prodidit. Quamobrē Athenienses eam honore habere uolentes, ne tamen scortum celebrasse uideretur, animal nominis eius fecere; atq; ut intelligeretur causa honoris, in opere lingua ad di ab artifice ueterunt. Tantum honor est tolerantia. Deinde conferunt.) Mendosissimus locus. Sic autem legi debet, Tantum honorem domui cōserunt, quantum sanguinis fuderint. Ex col. Gor. Domui, id est familiæ. Huius diamastigoseos meminit & in libro ad Martyres. Pro amicitia.) Cuius rei præclara extant in literis exempla. Ad lenonem damnando Christianam.) Nos, clamando. ex col. Gor. Quoties metimur.) Occidimur. Metaphora est. Et sequitur, Semen est sanguis Christianorū. Quis enim non contemplatione eius contutitur.) Idem dicit in fine libelli illius supplicis ad Scapulam præsidem.

Vt dei gratiam redimat.) Nos, ut totam dei gratiam redimat. Ex col. Gorz.

ADMONITIO AD LECTOREM DE QVIBVS,
dam Tertullianii dogmatis.



Pud Patriarchas & Prophetas dei nomen olím ineffabile erat, abstrusissima diuinitatis mysteria magis solitos reuereri quam enunciare. Et Christus ipse seruator noster & Apostoli, nobis sacrosanctæ trinitatis arcum paucissimis commendarunt. At postquam hæreticorum temeritas omnia curiosissime perscrutari cœpit, ac de omnibus loqui, etiam altissima fidei secreta in disputatione uocando quæ rectius adoret quis quam excutiat, coacti sunt primi illi Theologi, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, & illorum temporum alij, quanquam subinuiti de diuinis disputatione. quod quam ab illis reuerenter factum sit & modeste, scripta ipsa testantur. Ioannem sane Euangelistam Hieronymus refert, propter Ebionitas refellendos compulsum diuinam edisserere Christi nativitatem. Deinde cum circa salutis annum M C X L. apud Parisios multi essent qui Summulas consarcinarent

Petrus Lom, ex antiquis Theologis, ut Petrus Langobardus, Petrus Abelardus, Ioannes Belebardus thus, Summulæ Langobardi, qui tum in Academia Parisiensi docebat, à schola sti Petrus Abecis recipi cœperunt. Abelardi Theologia, sic enim librum suum inscripsit, à quibardus busdam est erroris notata, cum tamen non ineleganter scripta sit, nam admodum Io. Belebus nuper illam in quadam bibliotheca reperi. Belethus utroq; istorum posterior fuit. Doctores in Receptis igitur Langobardi Collectaneis, qui postea Parisiorū præsul factus est, Theologia tum primum cœperunt qui hæc edidissent, & alijs item prælegissent, doctoris tūlum accipere, qui inquam primum studij autoritatem quæ per exhibitionem bā in iure culi concedebatur, iam consequuti fuissent. nam in uetustioribus Parisiensis Academiac codicibus, qui constitutiones gymnasij continent, Bacellarij nominantur à bacillo, ceu uidetur, deductio uocabulo: ut fuerit uelut quoddam mancipatio signum in huiusmodi aliquod studium baculi traditio, quo sic ab alienis distingue rentur, imitatione antiquitatis, si non Romanorum, certè uel Francorum in Gallia, uel Gothorum atq; Langobardorum in Italia. Quod, de promotione loquor, sub idem tempus in iure apud Bononiam aiunt accidisse post æditam à Gratiano Decretorum rhapsodiam. Mox quum doctorum numerus augeretur, æditæ sunt constitutiones de promotione, de numero annorum, & sancitum est, ut de diuinis differentes, non modo recepta scholæ decreta sequerentur, sed & uocabulis uterentur, & loquendi formulæ in ea schola natis. Ad quæ scriptorum quorumlibet, siue ueterum, siue nouorum sententias exigerent, tantum non hæreseos arguendas si dissiderent. Id autem non sine ratione factū est, ad seruandā uidelicet doctrinæ concordiam. Quod genus sunt in disputatione Trinitatis, Essentia, Personæ, supposita, notiones, relationes communes, personales, personarū cōstitutiæ, principia generationis, spirationis, distinctionis, relationes originis, circuincepsigna naturæ & ordinis, & ex natura rei & originis, & huiusmodi alia multa. Atq; tale quidem est initium regni Theologorum. Porro qui fieri potest, ut ueteres sic loquuti fuerint, ut loquuntur isti qui totam Aristotelis philosophiam in docere ueram in suam Theologiam deriuart: Differens itaque de Trinitate Tertullianus in libro aduersus Praxeam, Pater, inquit, tota substantia, filius deriuatio totius & portio. Quod Theologi Parisienses dicerent iuxta suæ scholæ morem, Pater plenitudinem deitatis possidet in primo signo originis, quia à se eam habet, Filius in secundo signo originis, quia ab uno per generationem communiciat à patre, Spiritus sanctus in tertio signo, quia à duabus per spirationem, eandem numero essentiam cum omnibus essentialibus, nō notionalibus accepit. Atque

Atq; hoc est quod alijs uerbis extulit Tertullianus cum inquit, Ex uno patre omnia quæ in deo, per substantiæ unitatem, & in unitate trinitas unius substantiæ. Item, Vnitas ex semetipsa deriuans trinitatem, non destruitur ab illa, sed administratur, ut tota substantia sit id quod una substantia indiuisa in tribus non solum in altera. Siquidem & Theologis mos est totum id uocare, quod perfectum uolunt dicere. Deniq; uidetur à Tertulliano filius appellari portio, quia nec pater, nec spiritus sanctus est, tametsi unus sunt deus tres personæ, & non filius qui pater, nec pater qui spiritus sanctus. Iam quū filium minorem patre dicit, intelligi debet, non quo ad deitatem quæ sit minor in eo, sed quatenus à patre generante genitus, mitente missus, dante accipiens, faciente factus (ut ipse loquitur) subiçiente sibi omnia à quo accepit, etiam quæ dei. Id quod scholastici uocant in patre autoritatem, in filio subautoritatem, concedentes alium esse habendi modum ea quæ communica sunt per productiones personis duabus. Per gradum in deitate nihil aliud intelligit quam signa originis, & non eundem modum habendi essentiam & essentialia. Quid ni autem gradum concedant, ordinem admittentes? Itaque quum sic dicit, Tres sunt non statu sed gradu, nō substantia sed forma, nec potestate sed specie, unius autem substantiæ & unius status, & unius potestatis, quia unus deus ex quo & gradus isti, & formæ, & species: statū uocat quod scholastici substantiam, gradum quod illi notionem, formam quod illi proprietates, speciem quod illi habendi modum uel signa. Quod autem dicit, filium & spiritum sanctū, secundum & tertium locum sortiri, tam consortes substantiæ patris, membra, pignora, & instrumenta, haud dubie significare uoluit duabus emanationibus productos filium & spiritum sanctum à patre improposito. In eadem substantia eiusdem naturæ tres personas, tres res appellat, intelligens realiter, non essentialiter distinctas, quod Scholastici subtilius tria supposita uocant. Ad hæc filium qui & sermo & sophia patris dicitur, non tam genitum, productum, natum, procedentem, & emanantem dicit quām creatum à patre, conditum & factum, quod alioqui sacrifiteris peculiare est. Sed malo te, inquit, ad sensum rei quām ad sonū uocabuli exerceras. Certi enim deum creari non posse, nec fieri, à quo, & per quem omnia, defera mus locationibus sacris. Proinde propositiones iste, Omnis origo parēs est: quod ab origine est, progenies est. Item, Trinitas per cōsertos & connexos gradus à patre decurrit, De uulua cordis sui pater generat, ad bonū sensum sunt interpretandas. Hoc sane constat, uocabulum alius pro aliud ab illo usurpatum, quum, inquit, Sermo nunquā separatus à patre, aut alius à patre, quia ego & pater unum sumus. Nam alibi dicit, Alium patrem, aliū filium. Alium (inquit) non diversitate aut divisione, sed distributione & distinctione. Patrem enim & filium (inquit) duos dico cōiunctos, indiuisos, cohærentes, non separatos, non diuersos. Item alio loco, ipsum quod pater & filius dicuntur, nonne aliud ab alio est? Itaque clare uides his uocabulis alius & aliud secūs usum quām utitur hodie schola Theologorum. Alioqui in nullo libro cautius legi debet quām in eo quē aduersus Praxeani scripsit, unde periculum esse possit imprudenti lectori. Animæ corpus trubuit Tertullianus, sed sui generis, qualem etiam deo habuit opinionem. Nec tam men hinc (ut Aurelius Augustinus inquit) hæreticus creditur factus. Posset enim quoquo modo putari ipsam naturam substantiamq; diuinam corpus uocare, non tale corpus, cuius partes aliæ maiores, aliæ minores ualeant uel debeant cogitari, qualia sunt omnia quæ proprie dicimus corpora, quāuis de anima tale aliquid sentiat. Sed potuit (ut dixi) propterea putari corpus deum dicere, quia non est nihil, non est inanitas, non est corporis uel animæ qualitas, sed ubiq; totus & per locorum spacia nulla partitus, in sua tamen natura atq; substantia immutabiliter permanet.

Hæc

Hæc Aur. Augustinus ad Quod uult deum. Extat etiam ecclesiasticum dogma tunc. Creatura omnis corporea est, angelii & omnes coelestes uirtutes corporeæ, licet non carne subsistant. Ex eo autem corporeas esse credimus intellectuales naturas, quod localiter circunscribuntur, sicut & anima quæ carne clauditur, & dæmones qui per substantiæ angelicæ naturæ sunt. Est autem hoc dogma in ordine xij. Cæterum diuus Augustinus libro decimo, de Genesi ad literam, errorem Tertullianum his duobus capitibus refellit, sic scribēs, Deniq; Tertullianus, inquit, quia corpus esse animam credidit, non ob aliud nisi quod eam incorpoream cogitare non potuit, & ideo timuit ne nihil esset, si corpus non esset, nec deo uoluist aliter sapere. Qui sanè quoniam acutus est, interdū contra opinionem suam uisa ueritate superatur, quid enim uerius dicere potuit, quam id quod ait quodam loco, Esse corporale, passibile est. Debuit ergo mutare sententiam, qua paulo superius dixerat, etiæ deum corpus esse. Neq; enim arbitror eum ita desipuisse, ut etiam dei naturā passibilem crederet, ut iam non Christus in carne tantum, neq; in carne & anima, sed in ipso uerbo per quod facta sunt omnia, passibilis & cōmutabilis esse creditur, quod absit à corde Christiano. Item cum animæ etiam colorem daret aereum ac lucidum, uentum est ad sensus, quibus eam membratim quasi corpus instituere conatus est, & ait, hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter unus, habens & ille oculos & aures suas, quibus populus deum audire & uidere debuerat, habens & cæteros artus, per quos in cogitationibus utitur, & in somnis fungitur. Ecce quibus auribus, & quibus oculis debuit audire & uidere deum populus, quibus anima in somnis fungitur, cum si ipsum Tertullianum quisquam uideret in somnis, nunquam se diceret ab eo uisum, & cum eo locutum, quem uicissim ipse non uidisset. Postremo si anima seipsum uidet in somnis cum facetiis utique uno in loco membris corporis sui, ipsa per uarias imagines euagatur, quas uidet, quis eam uidit aliquando in somnis aerei coloris ac lucidi, nisi forte ut cætera quæ similiter falso uidet. Nam & hoc potest uidere, sed absit ut eam tamē cum euigilauerit credit, alioquin quādo se alii ter uiderit quod magis crebrum est, aut mutata erit anima eius, aut nec tunc animæ uidetur substantia, sed imago corporis incorporeæ, quæ miro modo sicut in cogitatione formatur. Quis enim Aethiops nō penè semper nigrum se uidet in somnis, aut si in alio colore se uidit, non magis miratus est, si fuit cum illo memoria? Aereo tamen colore ac lucido, nescio utrum se unquam uidisset, si nunquā istum legisset, uel audisset. Quid quod ducuntur homines talibus uisis, & de scripturis nobis uolunt præscribere tale aliquid esse non animam, sed ipsum deum, qualis figuræ sanctorum spiritibus demonstratus est, qualis etiam in sermone allegorico ponitur. Similia quippe sunt illa uisa talibus dictis, ac sic errant cōstituētes in corde suo simulachra uanæ opinionis, nec intelligentes ita sanctos de suis uisis talibus iudicasse, qualiter iudicant, si talia diuinitus in figuris dicta legerent uel audirent: sicut septem spicæ, & septem boues, septem annis sunt: sicut linteum, quatuor lineis alligatum, uelut discus plenus uarijs animalibus, orbis terrarū est cum omnibus gentibus; sic etiam cætera, & multo magis quæ de rebus incorporeis corporalibus significantur, non rebus, sed imaginibus. Et item sequenti capite. Noluit tamen Tertullianus animam crescere substantia, sicut corpus, afferens etiam timoris sui causam, ne etiam decrescere substantia dicatur, inquit, atq; ita defectura creditur. & tamen quia per corpus eam localiter tendit, non inuenit exitū incrementorum eius, quam uult de semine exiguo æquari corporis quantitat, & ait: Si uis eius in quo naturalia peculia consita retinentur, saluo substantiæ modulo, quo à primordio inflata est, paulatim cum carne producatur in membris. hoc forte non intelligemus, nisi adhibita similitudine eorum quæ uideamus, planum faceret quod dicitur.

rebat. Constitue, inquit, certum pondus auri, uel argenti rudem adhuc massam, collectus habitus est illi; & futuro interim minor, tamen continens intra linea moduli totum, quod natura est auri uel argenti: dehinc cum in laminâ massa laxatur, maior efficitur initio suo per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur non dum augetur: & sic quoq; augetur, dum exteditur: licet enim & habitu augeri, cum statu non licet. tunc & splendor ipse prohibetur auri uel argenti qui prius fuerat quidem & in massa, sed obscurior, non tamen nullus. Tunc & alij atq; alij habitus accedunt pro facilitate materiae, qua duxerit eam qui agit, nihil conferens modulo nisi effigiem. Ita & animae incrementa reputanda non substantia, sed prouocativa. Quis hunc crederet cum isto corde tam disertum esse potuisse, sed tremenda ista sunt, non ridenda. ad hoc enim nunquam cogeretur si alij quid cogitare posset quod & sit, & corpus non sit: Quid autem absurdius quam putare massam cuiuspiam metalli ex aliqua parte crescere posse dum tunditur, nisi decrescat ex altera, uel augeri latitudine, nisi crassitudine minuatur: Aut ullum esse corpus manente naturae sua quantitate, quod undique crescat nisi rarefacatur: Quomodo igitur implebit anima ex illa stilla seminis magnitudinem corporis quod animat, si & ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat: quomodo, inquam, implebit carnem, quam uiuiscat, nisi tanto rario fuerit, quanto gran dius quod animauerit: Timuit uidelicet ne deficeret etiam minuendo si cresceret, & non timuit ut deficeret rarefendo, cum non cresceret. Sed quid amplius immorar, quando & sermo pergit in prolixiores modum, quam petit terminandi necessitas, & sententia mea iam satis sit nota, uel quid certum teneam, uel unde adhuc dubitem, & quare dubitem. Proinde & hoc uolumen iam concludatur, ut quæ se quuntur deinde uideamus. Hactenus Augustinus.

Error putantium corpus Christi in eucharistia tantum esse sub figura, iam olim condemnatus est, primum (ut scribit Lanfrancus in libro suo contra Berengarii) in synodo Vercellensi sub Leone pontifice Romano: deinde in cœcilio Turonensi sub Victore pontifice. Postremo in cœcilio sub Nicolao. Adhac Theologi Parisienses hoc dogma communibus calculis inter impia retulerunt.

In libro de Pœnitentia meminit exomologeos id est actus pœnitentie. Cuius adhuc clarum uestigium extat in Halberstadiensi ecclesia, quæ est in Saxonibus. Quam rem & Pius pontifex, & post hunc Volaterranus in literas retulerunt, sed uelut ritum barbaricum. Neuter enim intellexit. Volaterranus institutum uocat inauditum. Est autem huiusmodi. Singulis annis eligitur aliquis e plebe, qui comœdiam pœnitentis ac confitentis agat. Is in capite ieunij quadragesimalis ad templum adductus in cultu lugubri & qui pœnitentem deceat, nimisimum caput obuolutum habens, post sacrum inde ejicitur. Perq; totos illos quadraginta dies nudis pedibus uias urbis terit. Templorum moles circuit tantum, non subintrat, nec cum quoquam sermonem miscet. Canonici huic cibum præbent, quem ille qualem qualem boni consulit. Non indulget somno nisi post medium noctem, idq; in plateis. At in die quæ dominicæ coenæ dicata est, ad templum reducitur, & à sacerdote non absq; longis, sed pulchris ceremonijs absolutus, à plebe stipem accipit. Huic Adamum uocare solent. Atque hoc est quod nonum caput Agathensis concilij præcipit, & refertur etiam à Gratiano distin. I. Est autem tale. In capite quadragesimæ omnes publice pœnitentes qui publicam suscipiunt aut suscepserunt pœnitentiam, ante fines ecclesiæ se repræsentent episcopo ciuitatis, sacerdozio induiti;

Ss nudis

Institutum Ecclie Halberstadiensis.
Pius II.
R. Volaterranus

Presbyter pœnitentium

nudis pediblūs, uultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu & uultu proclamantes. Ibi adesse debent Decani, id est, Archipresbyteri, Presbyteri parochiarum, & presbyter pœnitentum, qui eorum conuersationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus iniungant. Post hæc episcopus in ecclesiam eos introducat, & cum omni clero septem pœnitentia psalmos in terra prostratus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam super eos benedictam spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspirijs eis denunciet, quod sicut Adam projectus est de paradiſo, ita & ipsi ab ecclesia pro peccatis suis abiiciuntur. Post hæc iubeat ministris, ut eos extra ianuas ecclesiarum expellant. Clerus uero prosequatur eos cum responsorio: In sudore uultus tui uescenis. & cætera, ut uidentes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non paruissent pœnitentiam. In sacra autem domini coena, rursum ab eorum decanis, & presbyteris ecclesiarum limitibus represententur. Hac tenus decretum Agathensis Concilij retulimus. Porro de secreta ista confessione re longe saluberrima quod hodie ecclesia utitur, Decretum Vuormaciensis concilij reperi, in hunc modum: Si quis pro aliquo criminali peccato ad nos pœnitentiam acturus uel suscepturn accederit, oportet nos in primis rei ueritatem ad liquidum interrogando discutere. Deinde si fidem rectam & Christianam credulitatem fideliter pronunciet, id est, Pater noster, & Credo in deum, quam statim coram nobis memoriter cane re compellatur. Et si talis persona est quæ non intelligat, neque etiam bene illam memoreriter teneat, exponemus illi prout tunc necesse est. Et ut melius nobis statuto die reddat, præcipiamus. Præterea studiose perscrutandum, an diuersis erroribus sit implicitus: sicut quidam increduli, lapides, lucos, arbores & huiusmodi uanitates relicta ecclesia uenerantur, & uanissimam phantasiam deceptionis illusionem in somnis obseruant. Inquirendum etiam ab eo si uelit pro Christi amore omnem iracundiam dimittere illi cui inimicus est. Aut si habeat quis aliquid aduersus eum, unde reconciliari debeat: sicut dominus in Euangelio docet: Si ergo offers munus tuum ad altare &c. Et alibi ait: Sic & pater meus faciet uobis, si non remiseritis, &c. Et deo in oratione cottidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et de alijs uitij, quantum ei deus dederit posse, deinceps se emendaturum promiserit, tunc cum omni deuotione, ante absidem suspici debet ad pœnitentiam. Atque tale quidem est Vuormaciense decretum.

Quod uero in capite quadragesimæ fieri confessio debeat, aliud decretum repetiri, cuius synodi sit nescio, nam titulo carebat, estque huiusmodi: Presbyteri admoneantur debent plebem sibi subiectam, ut omnis qui se sentit mortifero peccati uulnere fauciatum, feria quarta ante quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad uiuificatricem matrem ecclesiam, ubi quod male commisit cum omni humilitate & contritione cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia pœnitentia, secundum modum canoniceis autoritatibus præfixum. Non solum autem ille qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo quicunque se recognoscit immaculatam Christi tunicam, quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet uenire, cum puritate mentis omnes transgressiones, omnia peccata, quibus dei offendit se incurrit, humiliiter confiteatur. Et quicquid à sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotentis dei ore esset prolatum, ita diligenter attendat, & cautissime obseruet. Consentit cum hoc quod in Poenitentiario Romano legitur, in hunc modum: Hebdomada priori ante initium

tium quadragesimæ, presbyteri plebeium ad se conuocent populu, & discordantes canonica autoritate reconcilient, & omnia iurgia sedent. Et tunc primum consentibus peccata, dent pœnitentiā, ita ut antequam caput ieunij ueniat, omnes confessi pœnitentiā acceptā habeāt, ut liberius dicere possint: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* hucusq; ex Pœnitentiario. Cæterū non solum apud Tertullianū, sed etiam apud eos, qui multis seculis post uixerūt, fit mentio de Exomologesi id est actu pœnitentię, quā Confessio criminum necessario præcedebat, siue publicē fieret de publicis flagitijs, siue priuatim de priuatis. Vnde nostra secreta confessio nata uisitetur, itnō remansisse potius, res non noua sed antiquissima. De qua tamen tanq; de ea quæ præcepta fuerit qui loquuntur, inter ueteres huius temere reperies. De Exomologesi complures elegantissimi sermones extant Cæsarij illius Arelatensis, inter quos eminet ille, cuius initium, *Cæsarius ARE* Quotiescunq;. Quin ipse Ioannes Chrysostomus, quāquam pluribus locis suam latens de Exomologesi & pœnitentia sententiā indicat, uix tamen alibi id uel magis ingenue, uel apertius testatur, quām in sermone, cui titulus est, *Γρ. ματωνιας τοῦ θεοῦ μολυβδων*, quethi ego nuper inter alia eius opera nondum ueria reperti: ubi sic scribit de exomologesi: *Νωὶ δὲ ἡ πάτη τούτη τὸν μαρτύρων δέδουλογόντων. Γαρ τοις λογισμοῖς γράπειν τὴν πεπλακμελημονήν δέδειποις. ἀμάρτυρον ἔσται τὸ δικαιούον. Οὐ δέδειπον μόνον οὐδεμίονος τοις λοιπάς.* Et paulopost, *οὐ τοῦ θεοῦ αἰματηρού δέδειπον τούτοις*. Porro tametsi in collectaneis quibusdam Græcis multa compererim de exomologesi & pœnitentia, partim ex ueteribus; Basilio, Chrysostomo, Maximoq;, partim ex iunioribus Nilo, Clímace, Isaaco, & Thalassio monachis desumpta, placuerunt tamen in primis quæ nuper ex codice quodam uetusiori excripsi, ex libello, *De medicina pœnitentia*, qui Augustino inscribitur, & aliunde etiam per studiosum quempiam sublecta. Nam à Gratiano uarijs locis uarijs titulis citantur. Eaq; uisum est hoc trahisphere, quod hic simul legi possint, quæ alibi uel sparsim, uel truncate habentur. Imo libellus *De pœnitentiis medicina* sic latet inter opera Augustini, ut raro legatur. Vnde hæc sunt pro maiori parte ad uerbum accepta. Sic autem exorditur, *Vita* (inquit) *humana quæ talibet præpolleat fœcunditate iustitiae, sine peccatorum remissione non agitur.* Quoniam filij dei quamdiu mortalitet uiuunt, cum morte confligunt, & sic spiritu dei excitantur, & tanquam filij dei proficiunt ad deum, ut etiam spiritu sancto, adgrauante corruptibili corpore tanquam filij hominis, in quibusdam mortibus deficiant ad seipso, & ideo peccent. Interest quidem quantum. neq; enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaq; sanctoru*vitam* quādiu in hac morte uiuitur, inueniri posse dicimus sine criminе. Vnde Apóstolus eligendum dicit episcopum, si quis sine criminе est. Peccatum autem si dixerimus quia nō habemus, ait alias Apostolus, nosipso seducimus, & ueritas in his nō est. Sed neq; de ipsis criminibus quantumlibet magnis in sancta ecclesia remittendis dei misericordia desperanda est agentibus pœnitentiā, secundū modum cuiuscq; peccati. In actione autem pœnitentiæ ubi tale cōmissum est, ut is qui commisit, à Christi etiā corpore separetur, non tam consideranda est tñnsura temporis quam doloris. Cor enim contritum & humiliatum deus non spernit. Verum quia plerūq; dolor alterius cordis occultus est alteri, nec ad aliorum notitiam per uerba uel quæcunq; alia signa procedit, cum sit corā illo cui dicitur, *Gemitus meus à te non est absconditus, rectie constituunt ab his, qui ecclesijs præfunt, tempora pœnitentiæ ut satisfiat etiam ecclesiæ in qua remittuntur ipsa peccata, extra eam quippe non remittuntur.* Ergo cum tanta est plaga peccati atq; impietas morbi, ut *satisfiat ecclesiæ*

medicamenta corporis & sanguinis domini differenda sint, autoritate antistitis debet se quisque ab altario remouere ad agendā pœnitentiā, & eadē autoritate reconciliari. Hoc est enim indignē accipere corpus & sanguinē domini, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiā. Nā & ipsa pœnitentia quādo digna causa est, ut secundum morem ecclesiæ agatur, plerunque infirmitate non agitur, quia & pudor timor est disdiscendi, dum plus delectat hominum existimatio quād iustitia, quia se quisque humiliat pœnitendo. Vnde non solum cum agitur pœnitentia, uerum etiam ut agatur, dei misericordia est necessaria. Alioquin non diceret Apostolus de quibusdam: Ne forte det illis deus pœnitentiam. Et ut Petrus amare fieret, præmisit Euangelista & ait: Respexit eum dominus. Iudicet ergo seipsum homo uoluntate dum potest, & mores conuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiam præter uoluntatem à domino iudicetur. Et cum in se protulerit seuerissimæ medicinæ, sed tamen medicinæ sententiam, ueniat ad antistites, per quos illi in ecclesia claves ministrantur, et tanquam bonus incipiens esse filius, maternorum membra

*Et hec prima
ris causa fuit
instituēde pu-
blice satisfac-
tiōis sine pœ-
nitentie.*

*Attende lector
quod dicit, cō-
filiūsalubre.
Hoc quosdam
retrahebat à
publica pœni-
tentia.*

*Accusatōr
apud ecclesiā
homines.*

*Documētis &
testimonijs cō-
uicebantur,
quos olim ex/
communicarit
ecclēsia.*

Iudicium.

*Alterū quod
retrahebat
quosdam ab
agenda publi-
ca pœnitētia.*

*Statue Mercuri-
iales*

rum ordine custodito à præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, & supplex. Id tamen agat quod non solum ipsis proposit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplum, ut si peccatum eius non solum in graue eius malum, sed etiam in tanto scandalō aliorum est, atq; hoc expedire utilitati ecclesiæ uidetur ac plebis, agere pœnitentiam non recuset. Non resistat, ne lætali & mortis feræ plagæ per pudorem addat tumorem. Meminerit semper, Quia deus super

bis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quid enim infelicius, quid peruersius q; de ipso uulnere quod latere non potest, non erubescere, & de ligatura plus erubescere. Nemo arbitretur propterea se consilium salubre huius pœnitentiarum débere

contemnere, quia multos forte aduertit & nouit ad sacramenta altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur ut Petrus, multi tolerantur ut Iudas, multi nesciuntur donec ueniet dominus & inluminabit abscondita tenebrarum & manifestabit cogitationes cordis. Nam plerique propterea non

lunt alios accusare, quia se per illos cupiunt excusare. Plerique autem boni Christiani propterea tacent, & sufferunt aliorum peccata quæ nouerunt, quia docimenteris saepe destituuntur, ut ea quæ ipsis sciunt iudicib; ecclesiasticis probari possint. Quamuis enī uera sint quædam, non tamen iudicis facile credēda sunt, nisi certis indicij demonstrentur. Nos uero à communione quenq; prohibere non

possimus, quamuis haec prohibitio nondū sit mortalis, sed medicinalis, nisi aucto sponte confessum, aut aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio accusatum atque conuictum. Quis enim sibi utrumque audet assumere, ut cuiquam ipse sit &

accusator & iudex? Non enim temere & quomodolibet, sed per iudicium ab ecclēsia communione separandi sunt mali, ut si per iudicium auferri non possint, tollerentur potius uelut palea cum tritico usque ad ultimum uentilabrum, uel pīces malic cum bonis, usque ad segregationem quæ futura est in litora, hoc est, in fine seculi. Plerique autem attendunt multos etiam in ipsis honoribus ecclesiasticis præ

positorum & ministrorum, non congruenter uiuere sermonibus & sacramentis quæ per eos populis ministrantur. Omiseros homines, qui eos intuendo Christi obliuiscuntur, qui & tanto ante prædicti, ut legi dei potius obtemperent, quāma imitandi uideantur illi, qui ea quæ dicunt non faciunt. Et traditorem suum tolerans usq; in finem, etiam ad euangelizandum cum cæteris misit. Quinam hominem erit, qui sibi manendū existimet in itinere, cum uiderit missaria lapidea literis plena, uiam docere, & non ambulare? Fortasse alius dicit: Ego iam baptizatus in Christo, quo mihi omnia preterita peccata dimissa sunt. V ilis factus sum nimis iterans

itare aquas meas, & canis horribilis oculis dei conuersus ad ut om̄um suum, quod abibo à spiritu eius, & à facie eius quod fugiam: Quò frater: nisi ad eius misericordia m̄ p̄nitendo, cuius potestatem peccando contempseras. Nemo enim recte fuit p̄nitentia git ab illo, nisi ad illum: ab eius seueritate ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem, ubi eius praesentia nō inueniar? Si ascenderis in cœlum ibi est, si descenderis in infernum adeſt. Recipe ergo pennas tuas in direcūm, & habita in spe. In extremo huius seculi. Etenim illuc manus sua perducet te, & perducet te dextera sua. Quicquid enim feceris, quæcumque peccaueris, adhuc in hac vita es, unde omnino, si sanare nollet, auferret. Cur ergo ignoras, quia patientia dei ad p̄nitentiam te adducit? Qui enim clamando non tibi persuasit ut non recedes, parcendo clamat ut redeas. Sed non sufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfiat domino, per p̄nitentia dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, eo pro perpetra perātibus eleemosynis: Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur deus. Non tis criminibus enim diclum est, ut tantum abstineamus a peccatis, sed & de præteritis (inquit) deprecare dominum, ut tibi dimittantur. Oportet igitur ad p̄nitentiam accedere cum omni fiducia, & ex fide credere indubitanter, p̄nitentia aboleri posse peccata, etiam si in ultimo uitæ spiritu admissorum p̄nitezat, & publica lamentatione peccata prodantur, quia propositum dei quo decreuit saluare quod periret, tum ecclesiæ stat immobile. Et ideo quia uoluntas eius non mutatur, siue emendatione uitæ scitorum tæ, si tempus conceditur: siue supplici confessione, si continuo uita exceditur, uestra Quedam exemnia peccatorum fideliter præsumatur, ab illo, qui non uult mortem peccatoris, sed plaria habet, ut conuertatur à perditione p̄nitendo, & saluatus miseratione domini uiuat. publica confessio Sed fac incertum esse, utrum ignoscat deus, quid perdit homo cum supplicat deo, sicut do qui salutem perdere non dubitauit, cum offendere deum: Quis enim certus est cuimus in p̄ etiam quod Imperator ignoscat: & tamen pecunia funditur, maria transiuntur, fatione ecclesie procellarum incerta subeuntur, & ut mors uitetur, perinde mors ipsa suscipitur, super scistorum applicatur deinde per homines homini. Sine dubitatione fiunt ista, cum sit dubium dogmatum. quo fine proueniant. Et tamen certiores sunt claves ecclesiæ, quam corda regunt: Claves ecclesiæ quibus clauibus quodcumq; in terra soluitur, etiam in cœlo solutum promittitur. sic Et multo honestior est humilitas, qua se quisque humiliat ecclesiæ dei: & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna uitatur. Hæc dicta sunt de publica satisfactione, qua quisque humiliando se non solum coram deo, sed etiam coram ecclesia, quæ habet claves regni cœlorum, in qua fit remissio peccatorum ad arbitrium antistititis, satisfacere debet. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negatus. Sed mutato prius seculari habitu, inde factio. fesso religionis studio, per uitæ correctionem, & iugis imo perpetuo lucru, miserante deo. Ita duntaxat, ut contraria pro his quæ p̄nitent, agat. De quotidianis autem peccata leuiuscumq; peccatis, sine quibus hæc uita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum est enim dicere: Paternoster qui es in cœlis, qui iam tali patre regeneratis sunt ex aqua & spiritu. Delet omnino hæc oratio dominica quotidiana peccata. Delet & illa à quibus uita fidelium etiam scelerata gesta à se p̄nitendo in melius mutata discedit, si quemadmodum ueraciter dicitur: Dimitte nobis debita nostra, quoniam non desunt quæ dimittantur, ita ueraciter dicitur: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, id est, fiat quod dicitur, quia & ipsa eleemosyna est, ueniam homini petenti ignoscere. Ac per hoc ad omnia quæ utili misericordia fiunt, ualeat quod dominus ait: Date eleemosynam, & ecce omnia munera sunt uobis. Non solum ergo qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudoue, Per orationem dominicā etiā crima p̄nitenti remitti tuntur. Ignoscētia eleemosynæ genus

stimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, ægrotæ uel inclusio uisitationem, captiuo redemptionem, debili subuentionem, cæco deductionem, tristri consolationem, non sano medelam, erranti uitam, deliberanti consilium, & quodcunque necessarium est indigenti: uerum etiam qui dat ueniam peccanti, eleemosynam dat. Et qui emendat uerbere, in quem potestas datur, uel coercet alia qua disciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo Iesus aut offensus est, dimittit ex corde, id est, orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, uerum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria poena plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam praefat. Multa enim bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur utilitati non uoluntati. Multa itaque sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus adiuuamur, ut dimittantur peccata nostra, sed ea nihil est maius qua ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Quisquis autem roganti & poenitenti, ex corde non dimittit, nullo modo existimet a deo sua peccata dimitti. Quæ sint autem leuia, quæ grauia peccata, non humano, sed divino sunt pensanda iudicio. Viderus enim quædam ab ipsis quoque apostolis discrimen ignoscendo fuisse concessa, quale illud est quod uenerabilis Paulus coniugibus ait: Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus ut uacatis orationi, & iterum reuertamini in idipsum, ne tentet uos satanas propter incontinentiam uestram. Quod putari posset non esse peccatum miseri scilicet coiugi non filiorum procreandorum causa (quod bonum est nuptiale) sed carnalis etiam uoluptatis: ut fornicationes siue adulterium, siue cuiusquam alterius immunitiae mortiferum malum, quod turpe est etiam dicere, quò potest tentante satana libido pertrahere, incontinentium deuitet infirmitas. Posset ergo, ut dixi, hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset: Hoc autem dixi secundum ueniam, non secundum imperium: Quis autem iam neget esse peccatum, cum dari ueniam facientibus apostolica autoritas fateatur: Tale quiddam est, ubi dicit: Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis uobiscum. Quare non magis iniuriam patimini: quare non potius fraudamini: ut ad illud redeatur, quod Dominus ait: Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Et alio loco: Qui auferunt quæ tua sunt, ne repetas. Prohibuit itaq; suos Apostolos de secularibus rebus cum alijs habere iudicium, quod dicit esse delictum. Et tamen cum finit in ecclesia talia iudicia finiri, inter fratres fratribus iudicantibus, extra ecclesiam uero terribiliter uerat, manifestum est, etiam hic quod secundum ueniam concedatur infirmis. Sunt autem quædam, quæ leuissima putarentur nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fratri suo Fature, reum gehennæ putaret, nisi ueritas diceret: Aut quis existimaret, quæ magna peccatum sit, dies obseruare, & menses, & annos, & tempora, sicut obseruant qui certis diebus, siue mensibus, siue annis uolunt aut nolunt aliquid inchoare: eo quod secundum uanas doctrinas hominum fausta uel infausta existimet temporis, nisi magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait: Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Quæ multa sunt alia peccata, siue in loquendo de rebus & negotijs alienis, quæ non ad te pertinet: siue in uanis cachinnationibus, cum scriptum sit: Stultus in risu exaltat uocem suam, sapiens autem uix tacite ridebit. Siue in ipsis escis quæ ad necessitatem sustentandæ huius uita preparantur, audior atq; immoderatio appetitus: siue in uendendis & emendendis rebus caritatis & utilitatis uota peruersa. Propter haec & huiusmodi peccata, & alia, licet his minoria, quæ fiunt uerborum & cogitationum offenditionibus, apostolo Iacobo confiteat ac dicete: In multis enim offendimus omnes, oportet cottidie crebroq; ore mus dominum

dominum, atq; dicamus: Dimitte nobis debita nostra. Nec in eo quod sequitur, mentiamur: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Pro quibus etiam sacrificia & eleemosynarum & ieiuniorum quisq; pro suis viribus offerre non cesset. Cæterum pro illis peccatis quæ legis decalogus continet, & de quibus Apostolus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt, illa actio poenitentiae subeunda est, in qua maiorem in se quisq; severitatem debet exhibere, ut à precepta seipso iudicatus non iudicetur à domino. Quæ actio poenitentiae tunc erit perfecta & deo acceptabilis, si ascenderit homo aduersum se tribunal metus suæ, & constituerit se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat, sicut comminatur deus peccatori. Atq; ita constituto in corde iudicio adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde sanguis animæ confitentis per lachrymas profluat. Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini. Versetur ante oculos imago futuri iudicij, & cum alij accedunt ad altare dei, ipse uero non accedit, cogitet quā sit contremiscenda illa poena, qua percipientibus alijs uitam æternam, alijs in morte precipitanter æternam. Mensuram autem temporis in agenda poenitentia idcirco non satis adtente præfigunt canones pro unoquoq; crimine, sed magis in arbitrio antistititis relinquendum statuunt: quia apud dominum non tam ualet mensura temporis quā doloris: nec abstinentia tantum ciborum, sed mortificatio potius uitiorum. Propter quod tempora poenitentiae fide & conuersatione penitus abbrevianda præcipiunt, & negligenter protelanda. Extant tamen pro quibusdam culpis modi poenitentiae impositi, iuxta quos cæteræ perpendendæ sunt culpæ, cum sit facile per eosdem modos vindictam & censuram canonum aestimare.

Hæc dicta sunt uelut à præfante in uolumen tribus distinctum libris, quorum primus ea continebat quæ sunt de poenitentia & poenitentibus, criminibus atq; iudicijs. Secundus, maxime de accusatis & de accusatoribus ac testibus, cum cæteris ad hæc pertinentibus ecclesiasticis regulis. Tertius, de sacerdotum ordinibus. Quos libros magno redimere cupiam, sed iniuria temporis & hominum incuria deperditi sunt, solo hoc opusculo saluo quod præfationis illic uicem habet, & huc totum à me est appositum studiosis rerum Christianarum consulturo. Testatur in calce se non tantum Oecumenica concilia secutum, sed quædam ex provincialium synodorum constitutionibus accepisse, in quibus præsidere solet Metropolitanus episcopus, quo libenter legere uelim modo dictos libros. Nam constitutiones Provincialis synodi, quam iussu Ludouici Pj Cæsaris Magoniaci habuit Rabanus Archiepiscopus cum coepiscopis suis, Samuele, Gozaldo, Hene, synodi Magone, Gozbratho, Hemmone, Vualdgaro, Ansario, Otgario, Lantone, Salo, gociacensis, mone & Gebaharto, cū reliquis collegis, coepiscopis, abbatis, monachis, presbyteris, & cæteris ecclesiasticis ordinibus, dici uix potest quā mihi placuerint, dit Rabanus cum nuper in meas manus casu uenissent, sed nec hæ erant integræ, & quod in primis ego cognoscere cupiebam, id deerat. Cæterum ex eo libro modum inquirendorum criminū deprehēdi, ex urbe ut uidetur, à Nicolao pontifice, Ratholdo sanctæ Argentoratensis ecclesiae episcopo missum. Nam saepe sum demiratus quoniam pactio homines ad publicam poenitentiam pertrahi potuerint, cum iste secretioris confessionis modus forte nondum esset institutus præsertim sub præcepto, & sua sponte nullus seipsum facile apud ecclesiam aut ecclesiæ ministrum anti-stitem accuset aut prodat. Sic autem illuc scriptum erat: In concilio publico ab episcopo habitu primitus iurare debent de uillis singulis fidelissimi quique, liberis & seruitres uel quatuor, seu etiam plures, ut rei ueritas omnino inquiratur.

Modus inquisi
rendi in crime
nosos, ut publ
ee penitentem

S. 4

Iuramentum

Iuramentum autem illud huiuscmodi esse debet, Quicquid in illa villa, in qua habitat, ueraciter sciat uel serio audierit acium contra fidem rectam & Christianitatem, episcopum aut eius nuncium, quantum recordari possit, & scientia subministrat, non lateat. Post iuramentum uero episcopus per singula numerare debet, quæ prius iuramento comprehendit: hoc est, si uir super uxorem suam, aliquam clanculo corrupit. Si cum duabus cognatis, siue mulier cum duobus propinquis forniciata sit. Si commatrem spiritalem aut filiolam suam stupro uiolauit. Si qua mulier partum suum necauit, uel conceptum quocunque modo excussit. Si quis cognatum suum uoluntate an casu occidit seu mordridum fecit, & neendum ad publicam pœnitentiam uenit. Si mulier maritum suum, aut maritus uxorem consilia iniquo interemit. Si quis uirum aut foemina ueneno aut alia aliqua potionē occidit, & qui hoc (scilicet uenenum) machinatur. Si sciant diuinatrices uel augures, etiam illos qui per incredulitatem illas inquirant. Si sciant meretrices, quia mertrix appellatur, si uno contemptu cum alijs fornicatur, licet nupta non sit. Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis habent communionem. Si illos sciant, qui conuicti sunt peiurium perpetratte. Si & illos nouerint, qui loca non deo dicata contra fidem ecclesiasticam colunt, & ad Christi ecclesias uenire contemnunt. Illos etiam si sciant, qui indicium obseruare ieunium negligunt. Hæc omnia dum episcopus habeat recitata, iuratores per iuramentum commoneat. Ceteros uero omnes, nobiles & ignobiles, per bannum Christianitatis constringat, ut suprascriuntas res minime carent, ac sic in die iudicij ante tribunal domini nostri Iesu Christi rei occultationis præfatarum rerum nefandarum non inueniantur. Hoc etiam indicat & per bannum contestetur, ut nemo per ullius timorem nec fauorem, uel etiam amicitiam, præfata reticeat ueraciter scita, neq; per odium neque per inimicitiam ullam quicquam alicui inroget, quæ ueraciter non possit probare. Horum aliquasi antea in præsentiam episcopi allata essent, eiusq; iudicio terminata, & postea iterata comperta fuerint, ueluti in initio referantur, & episcopali decreto constituantur.

Habes igitur ex hac inquirendi formula, quomodo homines ad publicam pœnitentiam etiam inuiti fuerint pertracti. nam uerisimile est quosdam melioris naturæ suapte sponte fuisse pœnitentiā amplexos, nemine accusante aut denunciante, sed ualde paucos. Quem morem deprehendorum criminū gratia institutum, quo flagitiis ad pœnitentiam publice peragendam adducerentur, ut pleraq; alia, ex uetusitate relictū, adhuc obseruant apud nos Archidiaconi, cum anno quem bisextilem uocant, dicens circueunt & uisitant. Porro si quis atrocious aut insolentius aliquod crimen designasset, cui dignam pœnam ex pœnitentiario suo non posset iniungere episcopus, ut erat illorum temporum mira similitas, quibus omnes ecclesiæ cathedrales à cœnobitis, quales hodie canonicos Augustinianos mutatis ceremonijs appellant, possidebantur: si inquam episcopus sibi non fideret, mittebat talem ad apostolicam urbis Romanæ sedem, ad quam olim religionis causa frequens confluebat populus ex omnibus orbis regionibus, ubi presbyterorum erat multitudo, quos & uitæ sanctitas & eruditio sacrarum literarum pariter commendabant. Sic Ratholdus Argentoratensis episcopus, presbyterum quendam occisæ matris reum ad Nicolaum pontificem Romanum misit. Quemadmodū indicat huius epistola, qua Ratholdo respōdet, quam Constitutionibus Magontiacensis synodi, quarum ante memini, reperi coniunctionem unā cum duabus alijs ad Carolum Magontiacensem episcopum, quem confratrem suum uocat Nicolaus, & item duabus ad Salomonem Constantiensem episcopum. Citatur hæc à Gratiano xxxij. quest. ii. Latorem. ubi mendum inolevit

*Attende hæc
uerba, nec dū
ad publicam
pœnitentiam
uenit*

*Enormiter fla
gitiosi Romā
mittebantur*

vit in omnibus codicibus, quos ego uiderim, non excusis modo, uerum etiam ma
nu scriptis. Nam pro argenteæ retensis, legendum est, Argentoratensis, ab Argen
torato, quam Germani maiores nostri transito Reno cum magna parte Belgicæ si ecclsiæ suæ
occupatam, mox pro suæ linguae commoditate diuibus primoribus syllabis spo
nomen.
lantes, & torato burgum adjacentes, priuino Toratburg, deinde Strasburg appellatæ Argentoratu
tarunt, ut in antiquis codicibus adhuc legitur, hodie Strasburgum vocamus. Est hodie Stra
autem exemplum pontificiæ epistolæ huiusmodi. N I C O L A V S episcopus, ser
uus seruorum dei, Reuerendissimo & sanctissimo Ratholdo, episcopo sanctæ Ar
gentoratensis ecclesiæ. Dum uniuersis mundi partibus credentium agmina prin
cipis Apostolorum lumenib[us] properant, quidam uir nomine N. uenit uestræ bea
titudinis epistolam gerens, quam nostro contulit præfusatui, cuius paginam per
legentes, matricidam illum esse cognouimus. Quo facto multis fletibus contrista
ti sumus, lachrymisq[ue] profusis ualde doluimus. Idcirco præcipimus, & patrum al
morum censuris statuimus, ut sub pœnitentiæ iugo permaneat, ita ut unum per
unum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilice orans ac deprecans deum
perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo uero anni curriculo, intro
eundi in ecclesiam licentiam habeat. Tamen inter audientes stet, & nondum com
municet. Completo autem trium annorum curriculo, sacræ communionis illi gra
tia cōcedatur. Oblationes uero non offerat, nisi postquam aliorum VII. annorum
curricula expleantur. In his autem omnibus annis atq[ue] temporibus carnem non
manducet, nec uinum bibere presumat, exceptis festis diebus atq[ue] dominicis, & à
Pascha usq[ue] ad Pentecosten. Et quocunq[ue] ire uoluerit, nullo uehiculo deducatur,
sed pedibus profiscatur, arma non sumat, nisi cōtra paganos. Ieiunet autem tres
dies per hebdomadam usque ad uesperam. A propria quidem ac legitima sua con
iuge non separetur, ne fornicationis uoragine corruat, quod nolumus nec opa
mus. Si autem ante trium annorum cursum, finis uitæ illius adpropinquauerit, cor
poris & sanguinis domini nostri Iesu Christi particeps fiat: s[ed]in autem, ut supra sta
tuimus, cuncta efficiantur. Tamen si illius conuersationem & lachrymarum fon
tem in omnibus uideritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, hu
manius circa eum uestra sollicitudo periugil appareat, mitisq[ue] omnibus demon
stretur. Optamus uos in Christo bene ualere. Sed de his iam plus sat. Nam hic
locus plura addere non patitur.

In libro de Monogamia perperam sentit de perpetua uirginitate deiparae Ma
riæ, scribens Christum uirginem enixam, semel nupturam post partum. Vnde
hunc etiam in testem aduocarat Heluidius in libro suo quæ refellit Hieronymus.
Qui calore quidem disputationis commotior factus regessisse uidetur, De Ter
tulliano nihil, inquiens, amplius dico, quām ecclesiæ hominem non fuisse. Huic
errori opponemus Ecclesiasticum dogma, quod incipit: Integra fide credendum
est in ordine L X I X.

Quod si his Theologi placari non poterunt, diuī Hieronymi consilium sequa
mur, Tertullianum sic interdum esse legendum monentis quomodo Origenem,
Nouatum, Arnobium, Apollinarium, & nonnullos ecclesiasticos scriptores Gr[eca]os
pariter & Latinos, ut bona eorum eligamus, uitemusq[ue] contraria, iuxta Apo
stolum dicentem, Omnia probate, quæ bona sunt tenete. Quod Hieronymi con
silium ante etiam indicauimus.

De Tertulliano sic meminit diuus Aur. Augustinus in libro de hæresibus ad
Quod uult deum: Tertullianistæ, inquit, à Tertulliano, cuius multa leguntur opu
scula

Talis erat ue
terum pœnitē
tia publica
Inter audiens
tes, hoc est, in
ter catechus
menos

scula eloquentissime scripta, usq; ad nostrum tempus paulatim deficientes, in extremitate reliquijs durate potuerunt in urbe Carthaginensi. Me autem ibi posito ante aliquot annos (quod etiā te metinisse arbitror) omni ex parte consumpti sunt. Paucissimi etiam qui remanserant in Catholicam transferunt, suamq; basilicā quę nunc etiam notissima est, catholicę tradiderūt. Tertullianus ergo, sicut scripta eius indicant, animam dicit immortalem quidem, sed eam effigiatum corpus esse contendit, neq; hanc tantum, sed ipsum etiam deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum. Nec tamen hinc haereticus creditur factius. Posset enim quoquo modo putari ipsam naturam substantiamq; diuinam corpus vocare, non tale corpus cuius partes aliæ maiores, aliæ minores ualeant uel debeant cogitari. Qualia sunt omnia quę prōprie dicimus corpora, quamvis de anima tale aliquid sentiat. Sed potuit, ut dixi, propterea putari corpus deum dicere, quia non est nihil, non est inanitas, non est corporis uel animę qualitas, sed ubiq; totus, & per locorum spacia nulla partitus, in sua tamē natura atque substantia immutabilitet permanet. Non ergo ideo est Tertullianus factius haereticus, sed quia transiēs ad Cataphrygas, quos ante destruxerat, cœpit etiam secundas nuptias contra apostolicam doctrinā tanquam stupra datnare, & postmodum etiam ab ipsis diuisus, sua cōuenticula propagauit. Dicit sanè ipse animas hominum pessimas post mortem in dæmones uerti. Statum autem animar̄ credit per traducēti propagari. Hæc diuus Augustinus.

Cuius ætate uides libros Tertulliani passim legi solitos, cum dicat, cuius multa leguntur opuscula eloquentissime scripta. Legantur itaq;
& à nobis, sed cum iudicio. Deferendum enim est ecclesiæ, deferendū sanctorum patrum constitutionibus.

F I N I S.

INDEX OMNIVM IN HOC OPERE

MEMORABILIVM DVPLEX, PRIOR QVAE A TER
tulliano traduntur, posterior quæ in B. Rhenani Annotationi-
bus explicantur, complectens, per Ioannem Gastium
fideliter uterq; conscriptus & digestus.

Similitudines & scripture locos inuenies in litera. S.



Aron principalis sa/ cerdos	665	Aduentus Christi secundus	157	Aliena tribus modis sumi	390
Abel, animalis	459	de Aduento Christi error	158	Aliquid in nobisipsis esse	647
Ablui	52	Adulter qui propri	553	Alius personæ nomen non substanc	
Ablutio pedum	615	Adulteri ueritatis	118	tie	476
Abrahe filij secundum fidem	665	Adulterij initium	435	Allegorica	344
Abraham unde amicus dei	134	Adulteriū prop. quid	668.674	Altum est	447
Abraham diuinæ familiaritatis uir	59	Adulterij elogium	668	Ambitio	587
Abraham deo placuit ante circun- cisionem	135	Aegium oppidum	606	Ambitio, & luxus	688
in Abraham tipica fidei contesta- tio	515	Aegrotorum uisitatio	597.618	Ambitionis uires	587
Abstinentes à uino & esu carni- um	596	Aegyptus pro toto orbe	146	Ambitio per carnem placendi deo- displacet	584
Abundantia cōtumeliosa in semet/ ipsa	586	Aegyptus uana superstitione fœ/ data	719	Amentia pro ecclasi	481
Abyssus an sit facta, uel nata	403	Aegyptij crocodilum & Ibis co/ luerunt	204	Amicitia nulla inter cōtraria	552
Accedit pro accident	358	Aemulatio dei propter super/ bos	205 (185	Anacharsis regnum Scybie	
Accepto ferre	135	Aemulationis officiales affectus		pallio mutat	687
Acci patina	453	Aeonum xxx. fabula	119	Anaxagoras depositum hostibus denegauit	735
Accidens quid	359	Aequanimitatis caninæ stupor	1	Anaxarchi dictum, Tunde ana- xarchi follem	739 & 740
Achab meruit ueniam	266	Aes	585	Ancaria dea Aesculanorum	719
Achamoth nomen ininterpretar/ bile	454	Aes collatum	453	Ancillarum dei & diaboli discri- men	597
Acta	518	Aesculapius primus medelas exi- plorauit	523	Angelus dictus fuit Iesus Nau-	
Acta apostolica Cerdon reijc.	129	Aesculapius fulmine interiit	707	147	
Actorum instrumentum	340	Aesculapij pallium cum crepidis		Angelus magni consilij	29
Actus carnis et spiritus discernen- di	553	Aesopii graculus	453 (687	Angelus perditionis	3
Adam integer uir in Genesino/ minatur	572	Actatis autoritas	575	Angeli quare nascendo non acce- perint carnem	224
Adā quur permisſus labi	195	Aeternitatis candidatus	135	Angeli apostatae	348.583.727
Adam colonus paradisi	135	Affectatio & affectio	591	Angeli conuersi in effigiem huma- nam	18.28
Adam promissionem accepit	551	Affectus omnis est calor	686	Angeli qui à spiritu sancto uocen- tur	147
Adam omnibus animalibus nomē imposuit	569	Agape fratrum	539	Angeli aliqui tanquam homines comederunt	97
Adeſalutē negat Tacianus	130	Ay&ta Christianorū cœna	730	Angelicarnem propriam non ge- starunt	22
Adam perfectior, Christus	664	Agnus pasche	151	Angeli induunt humanam super/ ficiem ſalua eorū ſubſtantia	97
Adcognoscere	616	Agonothetes	539	Angeli quibus minifrent	200
Abominatio & cōminatio eſt eius qui nouit irasci	276	Albiniani	639.726	Angelos Plato non negauit	716
Adrumeticus Manilus ad bestias damnatur	640	Aburnus Metelli	177	Angelis nulla reſtitutio repro- missa	29
		Aburnus deus	697	in Angelis an putative caro, quos	
		Alexander Magnus	686	Tt Abraham	
		Alexand. quomodo occisus	454		
		Alexander Macedo Asiam uni/ uersam non tenuit	141		
		Alexandri error	30		
		Alexandri sublimitas	705		

I N D E X

<i>Abraham bospolio suscepit</i>	228	<i>Appelles legem & prophetas res pudiat</i>	129	<i>Aristidis iustitia</i>	705
<i>Angelicum fastigium induere</i>	92	<i>Appellis stemma</i>	117	<i>Aristippus in purpura nepotat</i>	
<i>Angelicorum exercitum auxiliu</i>		<i>Appellite taxantur</i>	629	<i>tur</i>	739
<i>Animae est totum quod sumus</i>	27	<i>Apion historicus</i>	712	<i>Aristoteles Hermia familiarē suā turpiter locū cedere cōpulit</i>	735
<i>Animam magis dominatur, quam corpus</i>	51	<i>Apis edificia</i>	174	<i>Armarium Iudaicum</i>	584
<i>Animam & corpus res diuersae</i>	368	<i>Apocalypsis est Ioannis Euangelistæ</i>	258	<i>Arrius Antoninus</i>	648
<i>Animam nuda paenam subire potest</i>	58	<i>Apocarteresis</i>	175	<i>Asdrubalis uxor cū filijs se incendi dedit</i>	540
<i>Animam responsione sanctitur</i>	85	<i>Apóstolus interpretator utriusq[ue] testamenti</i>	665	<i>Asinari uocati Christiani</i>	709
<i>Animam an corporalis sit</i>	57	<i>Apostoli quid</i>	112	<i>Asinius Celer</i>	683
<i>Animam habet carnem mancipium</i>	97	<i>Apostoli duodecim</i>	294	<i>Asinij Galli luxus</i>	683
<i>Animam non est carnea</i>	26	<i>Apostoli duodeci quare electi</i>	237	<i>Asinus de Aesopi puto</i>	293
<i>Animam corpori ruinam infert</i>	59	<i>Apostoli proprius spiritum sanctū habent</i>	649	<i>Asper preses</i>	640
<i>Anime infirmitas quedam est, si ad deum conferatur</i>	200	<i>Apostoli quid docuerint</i>	107	<i>Aspidem à uipera uenenu mutuari proverbiū</i>	226
<i>Anime profratibus ponēde</i>	630	<i>Apostoli unum locutis sunt omnes</i>	114	<i>Assertor</i>	182
<i>Anime anima sensus</i>	27	<i>Apostoli an omnia sciuerint</i>	113	<i>Affixorum regnum primum</i>	683
<i>Anime natura sensualis</i>	27	<i>Apostoli propter profectum annuntiandi Euangeliū sunt iusfit fugere</i>	628	<i>Astartis Syria dea</i>	719
<i>Anime natatiles et uolatiles</i>	404	<i>Apostoli pacem predicarūt mundo</i>	240	<i>Astronomia stellaris</i>	689
<i>Animā Christus induit carne, nō fecit eam carnēam</i>	27	<i>Apostoli prophete fuerunt</i>	296	<i>Asylum mortis</i>	727
<i>An anima carnem, uel caro animam circunferat</i>	51	<i>Apostoli de capite fidei conueniunt</i>	255	<i>Atheniensium cicade</i>	573
<i>de Anima Tertulliani liber</i>	28.57	<i>Apostoli omnia secundum deum docuerunt</i>	629	<i>Athleta</i>	539
<i>Animatenus saluari</i>	183	<i>Apostolorum catbedre</i>	120	<i>Audentis prima intinctio</i>	556
<i>Anni pubertatis apud Etbinicos</i>	574	<i>Apostolorum album</i>	337	<i>Aufidius Lurco</i>	688
<i>Anniuersariorum pro defunctis origo</i>	669	<i>Apostolorum epistole authēticæ</i>	120	<i>Augustani census</i>	313
<i>Annulo pronubo oppignorare sponsam</i>	698	<i>Apostolorū negotium de veteri et nouo testamento</i>	75	<i>Augustus dominum se dici nolbat</i>	725
<i>Antelij Dij</i>	528	<i>Apostolis Euangeliū predicatione commissa</i>	255	<i>Augusti census</i>	260
<i>Antichristus qui</i>	369	<i>Aquatilis sequela petre</i>	5	<i>Aures cordis necessarie</i>	285
<i>Antichristus quomodo funditus exerendus</i>	180	<i>Aquigena & terrigena animalia</i>		<i>Aurium graciles cutes calendarium expendere</i>	587
<i>Antichristi negant patrem & filium</i>	497	<i>Aquilicia</i>	732 (202	<i>Aurum</i>	583
<i>Antinous Adriani Cesaris</i>	707	<i>Arabie aliquid incendere</i>	524	<i>Aurum Argentum</i>	585
<i>Antinous infelix</i>	527	<i>Arbitrium liberum</i>	674	<i>Aurum ignis esca</i>	598
<i>Antistare</i>	626	<i>Arbitrii infantis Christi</i>	667	<i>Aurum digito unico norūt fami</i>	
<i>Antoninianum uocat Marcionem quod sub Antonino floruit</i>	575	<i>Archemorus misellus</i>	527	<i>mine Ro.</i>	698
<i>Antonius Pius</i>	698	<i>Archibigallus</i>	720	<i>in Auro prima delicta populi Israe</i>	
<i>Antoninus Caracalla lacte christiano educatus</i>	641	<i>Arene atrocitas</i>	728	<i>laelis denotantur</i>	598
<i>Antitheses Marcionis</i>	253	<i>Argumentationes de conjecturis coacte</i>	668	<i>Ausef filius Nane</i>	147
<i>Appellaciani</i>	24	<i>Argumentū singularitatis</i>	483	<i>Autem in scriptura</i>	400
<i>Appelles in quo errarit</i>	119	<i>Arietis inuentores</i>	681	<i>Autorata consuetudo</i>	518
		<i>Aristeas</i>	711	<i>Autorare se ad ignes</i>	548
				<i>Autoritas dominica</i>	662
				<i>Autoritas sexus uirilis</i>	573
				<i>Autoritas trium liberorum</i>	455
				<i>Axionicus Valentini heresim pr</i>	
				<i>retenuit</i>	449
				B <i>Abylon Romane urbis fulgura</i>	146
				<i>Babylonij</i>	583
				<i>Babylonis</i>	

25, 1, 150.

IN TERTULLIANUM

Babylonis turris superbissima	481	Braxcas hereticus	130	Caro mortis	23
in Balneis locum occupare	221	Britannie regnum	141	Caro pro corpore hominis	363
Baptisma	519	Britanicum mare	586	Caro et anima simul sunt sine cal-	
Baptis. repudio seruat Martio	269	Britonum stigmata	573	culo temporis	80
Baptisma et Eucharistia duo sacra		Buccellarum instar maritos	670	Caro interribilis	71
menta primitiae ecclesie	313	uxores dare	145	Caro animae cogitatorum	58
Baptismus ob signatio est fidei	556	Butyro stipendiati	706	Caro modo infuscatur modo illu-	
Baptismum suo baptismo Christus		C Acabulus	211	stratur	53
sanctificauit	143	Kænica	mo	Caro quomodo floruerit ex li-	
in Baptismo angelis renuntia-		Cadauer a cadendo	59	mo	58
mus	584	Cadauera ad multos annos succi-	78	Caro angelificate	65
Baptizat Martion solum celi-		da manent	640	Caro Ade non ex semine uiri fu-	
bes	269	Cecilius Capella	703	cta	36
Baptisant Marcionite solum uir-		Cecitatis due species	1	Caro anime ministri nomine ocb	
gines, uiduas diuortio segregas-		Ceca uiuere	currit	currit	183
tas	187	Cecum bonum	573	Caro salutis est cardo	52
Baptisari pro mortuis	84.356	Cesaris fidem inclamare	454	Carnis resurrectio probatur	183
Barrabas ut bonus donatur	328	Caineorum heresis	119.126	Carnis & sexus necessitas	671
Basilidis errores	125	Cain, Choicus	459	Carnis salutē Ophite negant 126	
Bellone cultus niger	687	Caius Seius	695	Carnis delinquentie	56
Bellum	232. 721.525	Calicis translationē quidam sibi/	629	Carnis nomen	358
Bellum diabolo, pax Christiano/		ipfis præstant	Calumnaeus Innoni uitem in/	Carni fibulam imponere prouer/	
vnu	538	duxit	522	bium	662
Benedici faustum omen ab aliquo		Candida salutis	261	Carnem expirare spiritum	328
referre	223	Candida martyrij	518	Carnem saginari, et spiritum eis/	
Benedictæ mulieres	593 & 594	Candidati eternitatis	94	tire, non prodeſſe	538
Benedictio diuina	616	Candidati diaboli	522	Carnem Christum de syderibus	
Benedictio non muta	618	Candidatus timoris	616	mutuasse dicunt Marcionis/	
Beneficiarij	634	Cantharidis uenena	174	te	21.30
Bestie mutant formam	683	Capillamenta textilia	595	Carpocratis errores	127
Berosus Chaldeus	712	Capillature structores	ibidem	Carthago decimanda	641
Bilis dei propter ingratos	205	Capillorum redundantia honor		Cassiani	634
Blasphemie surculus	194	muliebris	572	Cassidem aut personam alicui in/	
Blaſtus hereticus	130	Caput uiri Christus	352	ducere	27
Bombycis stamina	174	Cancer pio nihil nocet	538	Cassius Severus	703
Bonitas dei	183.196	Cancer etiam domus diabo/		Cassij	726
Bonitas dei certis regulis exami-		li	538	Casus	553
natur	180	Cancer hoc Christiano prestat,		Castigat dominus quos diligit	8
Bonitas temporis eterna	194	quod eremus prophetis	539	Castitas	593
Bonitas sine ratione non est boni/		Cancer pro palestra	540	Castitas Christianorum	703
tas	196	in Carcere Christianus carceri re-		Castitatis exactor omnis mari-	
Bonitatis secundus gradus in ex-		nuntiat	539	tus	593
trancoſ	280	Carda	518	Castoris & Herculis nativit-	
Bonum maxime penes deum, qui		Carnificij munus	699	tas	267
id ſolus etiā dispensat	1	Caro quid	25	Castralucis & caſtra tenebra/	
Bonum facientes ne defatige/		Caro ſpiritum accipit ex fide	91	rum	525
mur	345	Caro minifra animæ	51	Castrenses	526
Bonum uerum & plenū non amas		Caro habitum angelicum ſuceptu-		Cataclysmus propter incredulita/	
re tenebras	598	racet	78	tem	640
Bona inimica, forma & etas	605	Caro animalis	26	Cataclysmus omnium rerum abo/	
Bonus deus ſolus natura	197			litor	584

I N D E X

Catechumeni	518	credit	17.27	Christus veritas non confutus
Catechumenos heretici non habent	122	Christiani	106.559	do
Cato fuit grecis, quos tamen censuit urbe pellendos	684	Christiani non nascimur	711	Christus quomodo à patre exire
Catulli Laureolus	454	Christiani professio	593.596	ueritatem
Canti sapientia, non premio simus	635	Christiani à gentilibus male accusantur	641.727	Christus dicitur unitas
Cebitis tabula	122	Christiani filii lucis	478	Christus in persona Moysis figuratus
Cedere de gradu	109	Christiani imaginarij Cbrisiani	459	Christus fundamentum credentium
Censuales grecorum	712	Christiani magis gaudent damnati, quam absoluti	639	349
Census	527	Christiani aequo omnes amant	727	Christus significatum omnium prophetarum
Census humani generis	663	Christianorum elogia	693	153
Census peccatorius	25	Christianorum ueterum conuentus qualis	729	Christus secessum quare frequenter elegit
Census utriusq; substantie	20.38	Christianorum innocuum mors damno	753	539
Census originis	524	Christianorum seclam non fuit stippendiaria	633	Christus ob nullum delictum crucifixus
Centurionis fides	283	Christianorum in causa quid sit liquidum	689	149
Ceresa ex poto Lucullus promulgavit	704	Christianos quidam noluerunt uidicere	640	Christus carnem et animam suscepit
Ceraunia	583	Christianis que crimina olim obiecta	699	488
Cerdon duos deos introducit	129	Christianis magis occidi licet quam occidere	728	Christus Tiberianus
Ceremonie Iudaice	713	in Christianis nomen damnatur, non crimen	693 et 694	495
Ceremonie ecclesiastice quando coepere	518	de Christianis scelerata gentilium opinio	593	Christi doctrina et miracula
Ceremonie sublate	343	Christus innibilis quatenus sermo	479	Christi qui non sunt
Ceres Apricana	606	Christus filius dei	713	Christi sermonis forma non noua
Cereris sacerdotes	676	Christus legem paternitatis in omnibus extendit	280	270
Cererius Eleusinæ cultus candidus	687	Christus expugnator spiritualium hostium	287	Christi nomen non ex natura
Cereris Apricanae feminæ	654	Christus in prophetis locutus est	225.272	235
Cerinthus diuinitatem Christi negat	127	Christus pacifer	240	Christus habitus duo à prophetis monstrati
Ceruice saltus et insulas ferre	587	Christus quā fidem probet	288	225
Ceruus etatis sue arbiter	683	Christus Fordidatus et exornatus	225	Christi negant quidā crucifixum esse
Ceruus dictamo scit sibi medendum	560	Christus iūsus est sēpe patribus	375	125
Chain semen in area Noe fuit	127	Christus finis legis	366	Christum quidam quasi aquæper fistulam, per Mariam transmisso dicunt
Chameleon	683	Christus in fornace Babylonia iūsus est	267	128
Charismata	353	Christus sequester dei atque hominum	87	Christum quidam confitentur, et Iesum negant
Chiron centaurus	685			37
Christianæ exultationis dies	595			inter Christum et Marcionem
Christianæ conuersationis insignia	616			tempus
Christianæ fidei dogmata ethnici appellabant presumpções	739			178
Christianismus edificatur, quum affligitur	642			Cincius Seuerus
Christianus de uincione deducitur	695			640
Christianus nusq; aliud est	525			Circi insenia
Christianus id quod traditum est				728

IN TERTULLIANVM

<i>Circuncisio despoliatio carnis</i>	51	<i>Condicere pro astipulare</i>	482	<i>Conuersio</i>	494
<i>Circurianiana ingenia</i>	462	<i>Conditio pro creatione</i>	53	<i>Conuertibilem natura</i>	18.20
<i>Claudij Herminiani mors</i>	640	<i>Conditio pro creatura</i>	587	<i>Conuiuum dominicum</i>	615
<i>Claudius Saturninus</i>	532 et 525	<i>Conditio est creature, vel res con-</i>		<i>Cordis duritia usq; ad Christum</i>	
<i>Clausus est interpretatio legis</i>	303	<i>dita</i>	524	<i>regnauit</i>	674
<i>Clausus latus</i>	527	<i>Conditorium diuini thesauri</i>	79	<i>Corinbib; suas virginis uelant</i>	
<i>Clemens à Petro ordinatus in epi-</i>		<i>Confessio delicti</i>	558	<i>de Corio suo ludere prouerbium</i>	
<i>scopum Rom.</i>	118	<i>Confessio simplex et exortans</i>		684	
<i>Cleomachus pugil</i>	685	<i>Martyris nomine</i>	313	<i>Cornelius Nepos</i>	703
<i>Cleopatra mors</i>	540	<i>Confessio nominis Christiani</i>	496	<i>Cornelius Tacitus mendaciorum</i>	
<i>Clerus</i>	672	<i>Confessio satisfactionis consilium</i>		<i>loquacissimus</i>	709
<i>Clerus ne destituat ecclesiam</i>	631	<i>Confessores</i>	518	<i>Coronariae cause</i>	525
<i>Clodina Tatij</i>	177	<i>Confitenda delicta, non neganda</i>		<i>Corona Christi spinea</i>	528
<i>Cœlibes</i>	596	<i>Coniugium Allobylorū lex adi-</i>		<i>Corona à Rom. militibus Christo</i>	
<i>Cœlestis deus Africe</i>	719	<i>mit</i>	666	<i>imposita</i>	525
<i>Celi et terre fugitus primo tene-</i>		<i>Coniugiorum habentia indulta</i>		<i>Coronati olim erant supplices</i>	
<i>bre et abyssus, spiritus et ar-</i>		<i>olim</i>	650	522	
<i>que</i>	402	<i>Connubij fructus</i>	294	<i>Corpus quid</i>	72
<i>de Celo uenire prouerbium</i>	704	<i>Connubium deus Marcionis auer-</i>		<i>Corpus pro substantia</i>	472
<i>Celorum septempplex scena</i>	456	<i>satur</i>	294	<i>Corpus in terram cadere</i>	394
<i>Caena Christianorū, potius disci-</i>		<i>Consilia secunda</i>	613	<i>Corpus sūi pane Christus repre-</i>	
<i>plina dici meretur q;cæna</i>	730	<i>Conscientia pura uiuendum</i>	592	<i>sentat</i>	174
<i>Cænam in unā centū era</i>	698	<i>Consortium onerum domestico-</i>		<i>Corpus Christi panis appellatur</i>	
<i>Cæna centenaria</i>	ibidem	<i>rum</i>	653	151	
<i>Cætus antelucani</i>	695	<i>Cōsortio in spiritali tam nos ipsos</i>		<i>Corpus domini</i>	237
<i>Colarbasus hereticus</i>	12	<i>quam nostros agnoscemus</i>	669	<i>Corporis neglectus</i>	52
<i>Collyrides</i>	595	<i>Consuetu dinis initium ab igno-</i>		<i>Corpora nostra integra et sana</i>	
<i>Collegia sacerdotalis</i>	525	<i>rantia</i>	565	<i>refurgent</i>	93
<i>Colubra Christū demōstrauit</i>	448	<i>Consuetudo multa corroborat</i>		<i>Corporum initatio accidens res</i>	
<i>Columba pudica auis et innocua</i>		519		<i>est</i>	93
668		<i>Consuetudinis patrocinium</i>	519	<i>Corpulentia putativa</i>	229
<i>Columne apostolorum</i>	256	<i>Consuetudinis uis</i>	519	<i>Corpulentiam humanam angelii</i>	
<i>Columne apostolatus</i>	178	<i>Consultatio</i>	518	<i>assumperunt</i>	18.32
<i>Commeatus delinquendi</i>	555	<i>Consus Romuli</i>	177	<i>Corrodere macellum</i>	96
<i>Commeatum lucrari</i>	630	<i>Constantie exempla de affectatio-</i>		<i>Crebrotenus</i>	577
<i>Comitialis morbi remedium</i>	702	<i>ne uenientis</i>	541	<i>Credentium maior pars, simpli-</i>	
<i>Communicatio</i>	615	<i>Continentia instrumentum eternis</i>		<i>ces, imprudentes, et idiote</i>	
<i>Communicacio pacis</i>	113	<i>tatis</i>	606	468	
<i>Compēdiū sermonis</i>	567	<i>Continentia carnis uiduitatem</i>			
<i>Cōpertus est pro comperit</i>	400	<i>prestat</i>	613	<i>Crinium cura</i>	594
<i>Concarnari</i>	34	<i>Continentia uirtute constat</i>	573	<i>Croesi copia</i>	705
<i>Conche maris poma</i>	586	<i>Continentia uirilis</i>	573	<i>Crucifixi typi</i>	236
<i>Concharum aluei</i>	596	<i>Continentia uirtus à deo</i>	575	<i>Crucis figuram ostendunt patriar-</i>	
<i>Concupine quare patribus per-</i>		<i>Continentes</i>	606	<i>che</i>	149
<i>missē</i>	603	<i>Contumacia timorem subuertit</i>		<i>Crucis signatio</i>	616
<i>Cōcubitus, seminariū generis</i>	650	554		<i>Crucis signaculo frontem terere</i>	
<i>Concupiscentia secularis habet</i>		<i>Contumaces patris odit filius</i>	303	519 et 549	
<i>causas</i>	609	<i>Contumelia cōmūnem, uocat coi-</i>			
<i>Concupiscentia carnis etatis officia-</i>		<i>tum</i>	573	<i>Crucis religiosi</i>	709
<i>defendit</i>	609			<i>de Cruce multa</i>	709
<i>Concuſſor</i>	532			<i>Crudelitas est gloria pijs</i>	641
				<i>Culicis tuba et lancea</i>	174

I N D E X

<i>Inter Culpam & causam differen-</i>		
<i>tia</i>	187	
<i>Cultus</i>	585	
<i>Cuncum congregacionis armare</i>		
<i>448</i>		
<i>quo Cuncto decurrentium sit</i>	47	
<i>Cum ipso, hoc est, sicut ipsum</i>	80	
<i>Cupiditas omnium malorum rati-</i>		
<i>dix</i>	62	
<i>Curiosi</i>	634	
<i>Curiositas urbana</i>	692	
<i>Curiositatem Christiani fugiant</i>		
<i>108</i>		
<i>Custodie officium, conscientie of-</i>		
<i>ficium est</i>	447	
D <i>Aemonia</i>	724	
<i>Demoniorum fabula</i>	639	
<i>Damascus in Arabia olim</i>	232	
<i>Damnari Christiani malunt quoniam</i>		
<i>à deo excidere</i>	739	
<i>Damnati sunt qui in carne & spi-</i>		
<i>ritu non resurgent</i>	595	
<i>Darius Melas</i>	142	
<i>David reus stupri</i>	105	
<i>David panes propositionis accesi-</i>		
<i>pit</i>	271	
<i>Debucinari</i>	575	
<i>Decor, felicitas corporis, & di-</i>		
<i>sine plastice accessio</i>	593	
<i>Decrescere ad occursum maioris</i>		
<i>personae</i>	560	
<i>Dedecus voluptuosum</i>	603	
<i>Deus deificus</i>	705	
<i>Deus non est contentiosus</i>	639	
<i>Deus nouus</i>	373	
<i>Deus ab omnibus perpetuo inuocatus</i>	171	
<i>Deus substantiae nomen</i>	387	
<i>Deus non aliud nisi creator</i>	210	
<i>Deus rationalis</i>	470	
<i>Deus unus, summus, magnus</i>	166	
<i>Deus bonus tantum est</i>	185	
<i>Deus: quomodo in corpore nostro</i>		
<i>magnificetur</i>	597	
<i>Deus de Epicuri schola</i>	184	
<i>Deus amic</i>	171	
<i>Deus unicuique civitati proprius</i>		
<i>719</i>		
<i>Deus deorum, & qui solus potens</i>		
<i>641</i>		
<i>Deus in modicis non est despici</i>		
<i>650</i>		
<i>endus</i>	174	
<i>Deus superior, deus bonus</i>	373	
<i>quod Deus dederit, Deus uidet.</i>		
<i>Ego commando &c.</i>	710	
<i>Deus solus, sine origine</i>	337	
<i>Dei quid non sit.</i>	577	
<i>Dei sub arbitrio Christianus debet</i>		
<i>stare</i>	627	
<i>Dei creaturam quidam sibi inter-</i>		
<i>dicunt</i>	596	
<i>Dei descensus</i>	213	
<i>Dei opus quod nascitur</i>	594	
<i>sine Dei uoluntate nihil fieri</i>	623	
<i>Deum in omnia sufficere</i>	555	
<i>Deum agnoscit sola simplicitas</i>		
<i>448</i>		
<i>Deum esse quomodo probetur</i>		
<i>176</i>		
<i>Deo status sui periculum nullum</i>		
<i>est</i>	18.16	
<i>quod Deo congruit, hoc definiter</i>		
<i>dum est</i>	228	
<i>in Deo omnia sunt diuina</i>	205	
<i>Dij seculi</i>	523	
<i>Dij dicuntur homines per fidem fi-</i>		
<i>lii dei facti</i>	477	
<i>Dij Marcionis</i>	175	
<i>Dij dispare Marcionis</i>	168	
<i>Dij quare ex hominibus constituti</i>		
<i>172</i>		
<i>Dij gentilium</i>	703	
<i>Dij non colendi</i>	703	
<i>Dij multi Capitolio expelluntur</i>		
<i>698</i>		
<i>Deorum coledorum studium</i>	699	
<i>Defecerunt quidam discipulorum</i>		
<i>à domino</i>	106	
<i>Defuncti apud Scythas deuoran-</i>		
<i>tur</i>	702	
<i>Defunctos quare uulgas colat</i>		
<i>354</i>		
<i>Delicta filii uirtutem effeminant</i>		
<i>598</i>		
<i>Deliciarum laciniose ineptiae</i>	595	
<i>Delicta corporalia & spiritualia</i>		
<i>552 & 553</i>		
<i>Delicta solus deus dimittit</i>	267	
<i>Delictum incertum aut nullum</i>		
<i>518</i>		
<i>Delictum procerofune necdere</i>		
<i>560</i>		
<i>Delicti sui unusquisque deus fuit</i>		
<i>204</i>		
<i>Delphicæ uaticinatrices</i>	608	
<i>Deluentinus Deus Crustuminicus</i>		
<i>suum</i>	719	
<i>Demetrius phalereus</i>	718	
<i>Deminorare</i>	482	
<i>Demiurgum Valentinianni centu-</i>		
<i>rione in Euangelio esse dir-</i>		
<i>cunt</i>	459	
<i>Democritus quare scipsum excess-</i>		
<i>carit</i>	735	
<i>Demosthenis eloquentia</i>	705	
<i>Demutatio & perditio differ.</i>	91	
<i>Demutatores argenti taxatari</i>	70	
<i>Depalare mundum</i>	400	
<i>Depositum Christiani non negant</i>		
<i>641</i>		
<i>Depreciare Christum</i>	631	
<i>Desertores spiritus</i>	584	
<i>Deuorare dolorē pro abscond.</i>	91	
<i>Diaconice fugiant tempore perse-</i>		
<i>cutionis</i>	638	
<i>Diabolice exagitationis cause</i>		
<i>625</i>		
<i>Diabolus qui</i>	375	
<i>Diab. interpolator nature</i>	586	
<i>Diabolus mendacium diuinitatis</i>		
<i>operator</i>	522	
<i>Diabolus est delator</i>	200	
<i>Diabolus ex propria potestate nō</i>		
<i>potest fidelibus nocere</i>	615	
<i>Diabolus materiam uoluntatis sub-</i>		
<i>ministrat, non uoluntatē</i>	647	
<i>Diabolus uarie emulatur uerita-</i>		
<i>tem</i>	467	
Διαβόλος	375	
<i>Diaboli partes inuertere uerita-</i>		
<i>tem</i>	122	
<i>Diaboli opus</i>	647	
<i>Diaboli negotium quod fingi-</i>		
<i>tur</i>	594	
<i>Diabolo quando ius in nos conce-</i>		
<i>datur</i>	625	
<i>Diamastigosis apud Lacedemo-</i>		
<i>nios solennitas</i>	540	
<i>Diasares deus Arabiae</i>	719	
<i>Dicibula puerilia</i>	456	
<i>Dictata</i>	558	
<i>Dido nuptias secundas renuit</i>		
<i>654</i>		
Didonis		

IN TERTVLLIANVM

Didonis mors	546	Divitiarum leſure	539	Eleusinia ſacra	447
Dies expeditionis, dies ultimi iudicij	606	Doctrina Christi	19.38	Eleutherius episcopus Ro.	117
Dies ſolis, dies dominicus	709	Doctrina mutua coniugatorum	617	Elifij campi	314
Dies domini magnus	61	Doctrine primitive	108	Elogium sacrificij	521
Dies festi quid mali habent	726	Domestici dei Christiani	625	Elogium transgressionis in scripto	71
Digamus primus lamech	650	Domitianus portio Neronis	697	Empedocles in crepidis aeratis inservit	686
Digitus dei	301	Dominica ſolennia	634	Empedocles in ignes Aetnæ mactis diffiliuit	540. 730
Dilectio	624	Dominica ſententia	634	Enoch liber Apocryphus	584
Dilectio ſumnum fidei sacramentum	9	Dominus nomen potestatis	387	Enoch de mundo translatus	135
Diligentia cottidiana	618	Donatiuum uite eternæ	83	Enſis ſermo diuinus	232
Diligentia mutui obsequij	624	Dositheus Samaritanus	124	Ephesiorū inscriptionē in Laodicea tranſtulit Marcion	370
Diodorus Græcus	703	Dotalia	670	Epicurus nihil eſſe post mortem dicit	46
Diodorus ſiculus	522	E Bonum Christum nudum hominem dixit	29	Epicurus cōſiliarius Marcio.	184
Diogenes meridiſ lumine hominem queſiuit	169	Ebionis heres	127	Epicuri deus	276
Diogenes platonis ſuperbos toros deculcat	735	Ecclesia	559	Epiſtates	539
Diogenes Herculem contemnit	708	Ecclesia in attonito eſt	614	Epiſtola ad Laodicenos	361
Diplomata ſomniculosa	720	Ecclesia in tribus	635	Epiſtola ad Galatas Iudaismi ex pugnatrix	338
Dracontarium	528	Ecclesia cura	539	Erat de omni re dici poſſe	400
Discens vocatur Petrus	2	Ecclesiæ autoritas differentiā inter ordinem ex plebem constituit	651	Erithreum pelagus	136
Disciplina	572. 639	ab Ecclesia recedere	19	Errare eſt delinquare	110
Disciplina Christi	574	Ecclesiæ apostolicae matricis originales	113	Erubescens	559
Disciplina naturalis	521	Ecclesiæ quas apostoli, uel apostoli uiri condiderunt	567	Eſaias lunulas reprobat per Esdram omne instrumentum Iudaice literature restauratum	597
Disciplina Christiana	519	Ecclesiæ ordo	670	Eua mater uiuentium	570
Disciplina Christiana diuina	595	Ecclesiæ Marcionis	258	Eue exemplū mulieres notet	585
Disciplina caſtreſis	525	Ecclesiæ quibus ſordeant	617	Euangelium Christi à Rege debet euocare ad gratiam	339
Disciplina pro monitione	377	Ecclesiæ Apostolorum ex traditio	180. 258	Euangelium odio haberi predicatum	275
Disciplina probatio	597	Ecclesiæ recensuſ	220	Euangelium ut ſupplementum veteris instrumenti	396
Disciplinam exigere legem	577	Ecclesiæ apostolicarum autoritas	258. 259	Euangelium lex Christianorū	667
Discipuli ſeptuaginta	294	258. 259	autorem habet	259	
Discipuli paſſiui	449	Ecclesiæ apostolicarum apostolicarum	113	Euangelij hostes uarie puniti	640
Diffuncti officio & honore	292	apostolicarum ſoboles	493	Euangelij commentator	70
Diuerſum eius	472	Eletrū ex auro & argento	493	Euangelij definitiua ſententia	491
Diues difficile coelebs	617	Eletrum ex auro & argento foſderatum	399	Euangeliorum autoritas	255
Diuites à deo taxantur	277	Eleemosyna fine tormento	618	Euangelij temporis ratio autoreſ tam præſcribit	257
Diues aduersus deum	633	Eleemosyna in Ecclesia collecta quomodo & quibus diſpendiſanda	729	Euchariftia	52. 519
Diuina cum humanis non conſerenda	205	Eleemosyna quomodo danda	634	Euchariftia ante omneſ cibū gulaſta	616
Diuina ratio in medulla eſt	48	nomine Eleemosyne & dilectionis operari de bonis alienis	182	Tt 4 Euchariftia	
Diuinitas germana perpetuo fuit	170	Elementa paupertina	174		
Diuinitatis unio deorum multitudinem expellit	483	Elementa omnia cælo aut terra contineri	403		
Diuinitatis censores	193				
Diuinitatis plurimæ gentiles cultores	478				
Diuinitarum contemptus	935				

INDEX

Bacharistrie mentio	326	Festivitas proprie uanitati cedit	449	Forma propria Christianorum	52
Exaggerationis status	367	Fibulam laxare	526	Forma imaginaria	479
Excommunicatus Marcion ob suum primum	129	Fici arbor ualido uento commota acerba sua amittit	404	Forma prestigie	595
Excommunicatio	729	Fides etatis	575	Forme consilium à speculo pertere	575
Excremari	594	Fides sanctis uocibus pascenda	729	Forme dignitas	595
Exemplariū pro exemplar	406	Fides coelestem substantiam spes etat	86	Forme studium in uiris	595
Exemplaria iudicij	560	Fides & sapientia ad tutelam opus	635	Formica stabula	174
Exemplum componitur ex paritate	84	Fides stetit semper in creatore & Christo eius	179	Fortuna muliebris	676
Existimatio humana	652	Fides disciplinatior in ieiunis	624	Forum causarum ob pecunias ad gredi	624
Exomologesis à Domino instituta	568	Fides saluat non exercitatio scripturarum	111	Rossum alicui determinare	109
Exomologesis ministerium poenitentiae	361	Fides miretur obscuritatis propheticæ intellectum	297	Fraternitas facile uirgines fasci pit	576
Exosculatio fratribus	615	Fidei commissum	603	Fraternitatis appellatio	183
Expingere	592	Fidei status allegationem necessitatis non admittit	526	Frater pro Christiano	517
Explicat absolute	683	Fidei regula una	566, 468	Frater se uocarunt Christiani	729
Expugnare argumenta	593	Fidei pastus exscriptaris	616	Fratres appellandi mimici	278
Expumicare	455	Fidem patientia Christi induxit	9	Fridrices	686
Expungere responso	574	cum Fide sua unusquisque cogitare debet	646	Frugalitas seculum spernit	670
Exuffatio	616	Fideles non omnes apostoli	649	Fuga, turpe & indignum, & scille presidium	612
Ezechias fletibus deum flexit	359	Figere gradum	255	Fuga presbyterorum & episcoporum turpis	638
Ezechie spatum uite prolongatur	206	Figulatio hominis	49	Fuga redemptio gratitudo est	632
F Acere aliud, aliud condere Facies ficta	594 (571)	Figure ex rebus consistentibus futurant, necesse	404	Fuga portum dominus monstravit	629
Facies intentionum speculum	56	Figure, imagines, definitiones & forme differunt	665	Fuge preceptum temporale	628
Facies muliebris causa angelorum exterminatorum	571	Filius uisibilis	478	Eugenere persecutionem Christianus non debet	626
Faciem totā arabicae mulieres tegunt	578	Filius dei Moysi locutus est	147	Fumariola	566
Factionis nomen quibus accommodandum	730	Filiij nomen, deus omnipotens, alios simus &c.	482	Funem contentionis ducere	257
Fallacie spiritales	717	Flaminia lex	654	Fune contentioso deducere	78
Fama malum	700	Flos ex uirga Iesse	528	Funem longum delictorum attrahere proverb.	576
de Familia angelica	605	Florum usus	520, & 521	Fur, diabolus	306
Partilia hominum & deorum Vahlenianorum	458	Fœmina naturale uocabulum	569	Furem neminem sue rei esse	306
Fascinum	576, & 577	Fœmina manuult uidere quam uideri	578	Furtum Adam & Eva commiserant	134
Fasti	527	Fœmina habitus duplice speciem circumferre	585	Furtum Iudeorum in Aegypto excusatur	208
Fato bono incurfare	451	Fœnus solum petenti dari	280	G Alerus	595
Fauos post sella gustare	528	Faturatus	458	Galle mulieres	594
Februarie calendae	356	Fontes generis hamani	459	Gallifenes	732
Faces lachrymarum	457	Forculus	528	Gallina una non saginata olim iuferebatur	698
Felices qui	8, 37				
Fenestella annalium commentator	461				
Ferrum	585				
Ferro & eri totius uite necessitas mixta	585				

IN TERTULLIANVM

Gardancum penna	573	Hadrianus curiositatum explorator	698	& in hereticos inuehit	118
Gaudium spirituale	516	Harpocration	522	Hereticis cum quib. cōuersatio	123
Gaudium uolaticum	360	Harpocrates cum cynocephalo	699	Hebionis heres	219
Gebenna ubi	737	curia deorum expulsus	699	Hebrei Iudei	711
Geminas de frontibus draconum erui	986	Heretica licentia, poetica, pietatis	522	Hedere natura cerebrum ab bello	
Gemonij gradus	461	Autoria	168	defensare	522
Geniculationes	641	Hereticum privilegium	30	Helias in coelum sublatus	362
Genitalia elementa	199	Heres quid	566	Helias et Enoch nōdū mortui	94
Gentes ad legem admittende	132	Heresis, Adē delictum	193	Hebseum deus ulciscitur	293
Gentes stillicidium situle	132	Heresis humanae temeritatis est	257	Heracleon hereticus	128, 449
Gentiles beneficio Christianorū à demonijs liberati & morbis	641	negotium	257	Heraclitus tenebrosus	215
Gentilium iniquitas	692	Heresis omnis cuneo usurritatis ex- truditur	180	Heracliti mors	540
Gentilitus	684	Heresis Kata prōclū, Kata phrygas, & eschinem	150	Hercules Nemeus	527
ad Genua frātrum se protenderet	599	Heresim omnē ex ingenij philosophorum animari	336	Hercules in foemina mutatus ex libidine	685
Germanae mulieres	594	Heresis unde dicta	107	Herculea posteritas	683
Germanici baiuli	605	Hereses apud quos ualeant	105	Hermogenes hereticus	118
Germanorum cirri	573	Hereses ab Apostolis prænuntiate	106	Hermogenes pictoriā exerceuit	403, 406
Gestus pronunciantis	400	Hereses apostatas faciunt	106	Hermogenes polygamus & pī	
Gigantum crates	79	Hereses ab idololatria non distin-	122	Herodiani	124, 470
Gladiotenus	641	stant	122	Hesiodi pandora	453
Gloria exaltationis ingenii	593	Hereses damnaticie	110	Hieronym. phoenix Tyri rex	712
Gloria deo nihil perosius	577	Heresi simplicitatem communis	110	Hierophante Aegyptiorum	174
Glorie libidinosum fieri	573	um uerborum in questionē tor-	400	Hierusalem catholica	241
Gradum figere proverb.	574	quent	400	Hilarianus preses	640
Gradum figere	356, 221	Heresi idola fabritantur	483	Hippias interficitur	735
Gradum conferre	133	Heretici manu & sensu scripsi-	121	Hirci duo	158
Gradum inire alium	259	pturas inuertunt	121	Hirei duo quid designent	226
Gradu eodem occurtere	308	Heresi scripturis non conuin-	121	Hirundo pullos nouit medicari	560
de Gradu pellere	265	cuntur	121	Homericentes	122
Gramma	457	Heresi in quibus offendantur	481	Homicidij origo	430
Grammatici ab Aristarcho no-		maxime	481	Homo quando uestitus	684
men habent	695	Heretici loquacitatem facundis	386	Homo rationale animal	470
Grani incrementa	566	ampuntant	386	Homo non natura in bonū dispositus, sed in institutione	197
Gratia dei	ibidem	Heretici ex scripturis sua stabili-	21.36	Homo interior apud Paulum.	76
Gratia dei gubernantur que à domino indulgentur	607	quent	395	Homo factus in animum uiuā, non in spiritum uiuificatorem	200
Gratulatio trepidā	619	Heretici pseudoapostoli	118	Homo caro proprie dicitur	49
Gratuitas diuina	529	Hereticorum mos simpliciter	483	Homo angelos iudicaturus ē	100
Gratuitas pudicitie adiutrix	595	querere	395	Hominis diuersa tēperatura	176
Gule contiles libido & luxuria	207	Hereticorum commercia	123	Hominis uetus & noui moralis differentia, nō substantialis	81
Gymnosopiste Indorum	174	Hereticorum coniectura	483	Hominum raritas, & habitatorum infrequentia	683
Gymnosopiste Indorum sylvis cole	732	Hereticorum ingenia	112	Honorigera nota virginitatis	573
juvū	567	Hereticorum & Ethnicorū diffi-	30	Hospitalitatis confessatio	113
H abitus inter matronas & profibulas sit disseri-		rentia	30	Hospitium	619
men	698	Hereticos nudas noces rapere &	285	Hostem destinare	231
		simplices		Humanus	

Humanæ conditionis contemplatio	17	Instrumenta apostolica	73
Humani generis secūdū (tio 541 reformatio	663	Insuauitatis	539
Humiliatio	625	Inuestis	572
Humilitas	624	Inuocatio Christi	616
Humilitate deo nibil carius	577	Ioānes & Christus cōueniūt	263
Humiles qui	839	Ioānes ueluti limes constituentis inter uetera & noua	312
Hyena sexus est annalis	683	Ioānes quare in Christo scandalizatus	283
Uōsue quid	640	Ioānes an aliquid nescierit	114
Anus unde	528	Ioānes baptista nouum orationis modum induxit	300
Idololatria ex rebus dei constat	586	Ioānes milites ad baptismū ad misit	525
Idololatria secunda	524	Iob exemplum fidei	624
Idololatrie criminis Iudei semper incusati	133	Iob feretrum diaboli	50, 14
Idololatrie sexus est, omne mensum datum deo	122	Ionas à deo transfretare conas	
Idola Nationum argentum & aurum	524	Ionas de alio pīcis (tus 651 post tridui evolutus	69
Idola an prodeſſe poſſint	723	Ione fuga	211
Idolis nibil immundius	524	Ionathas resignatiō ieiunij culpas deprecatione delenit	266
Idoneus cōparatiuum	684	Iordanis dat transītū Iudeis	286
Ieiunationes	641	Iordanis amnis finiū arbiter	632
Ieiunium Heliē & Moysis	96	Joseph Christi figura	149
Ieiunium die dominico nefas durare		Josephus Iudeus	712
cere	519	Josephus qua re patre melior	665
Ieiunia	52, 615, & 624	Ira dei propter scelos	205
Iefus sordidatus	158	Ira dei signa	640
Iefus nauē Moyses secundus	665	Irenaeus omnium doctrinarum cruciōfissimus explorator	449
dictus angelus	147	Isaac Christi exitū denotavit	149
Iefum soluere	369	Isaac figura Christi	236
Igne diaboli iacula	625	Italia Saturnia dicta	704
Ignis Babylonius tres fratres non leſit	94	Iteratio cui non competit	186
Ignes super mœnia carthaginis		Iudas Apostolus usus testimonio	
pependerunt	640	Enoch	585
Igium summa pena	540	Iudam quidam defendunt	126
Ignorantia	553	Iudee morositas	322
Ignorantie malum	692	Iudei propter Christum in dispersione sunt	157
Ignorantia dei qualis	213	Iudeorum heretici	73
Ignorantie pretextum non patrocinari	554	Iudeorū cōuersio ad Christū	355
Imaginarij fructus representatio		Iudeo Deus non reprobendens	
portare	659	Indicium dei non in compede auctio pileo uerti	3
Imaginem Christi portare	86	Indicium est persecutio	623
Imagines quare prohibite	209	Indicium soli deo competere ibid.	
Imber per Christianorum orationem impetratur	641	Indicium dei in dupli sententia statuitur	95
Impatientia unde fit nata	3	Indicij	
Impatientia matrix in omne delictum	4		

IN TERTULLIANVM

I ndictio causa vita	55	Lex primordialis Ade data, mar-	dirigere	31.
Iugo eodem urgeri	202	trix omniū preceptorū dei 134	Lineas insistere	282.
Julie leges	675	Lex & proprie cū euāgelicis et	Lineas aliquas præducere	223
Juno Curitis dea Faliscorum	719	apostolicis literis miscendi 120	Lineis claudere materiam	169
Juno Achea	606	Lex Moysi an omnib. sit data 133	à Lineis excidere	406
Jupiter Olympius	527	Lex naturalis non scripta 134	à Lineis, & in gradum, prouerbia	
Jupiter conuersus in taurum &		an Lex creatoris ab Euāgolio de/	liter dictum	170.
cygnum	204	beat excludi in Christo creato/	Linguā meretrix cometā in facie	
Iurare per Genios cesarum	639	ris	tyranni confituit	540
Iurat deus per seipsum	388	Leges papie	Litare bonorem domino	8
Ius pacis & nomen fraternitas		Leges humane quales	Literatura Iudaica	223
Institutus philosophus (tis 567		Leges sumptuarie	Literatura diuina antiquitas	736
& martyr	449	Legis onera	Literæ seculares	521
Instititia dei iudicis	552	Legis & prophetarū in Christo	Lycurgus quam morte perierit	696
Instititia plenitudo diuinitatis	203	extuctio	Lyncestis aquainebris. 454. 455	
Instititia dei in iuuando bono et ma-		Legis memores incedere debemus	λόγος	470
lo puniendo	5	omni tempore	Loquacitas in ædificatione nulla	
Institutio profectus	566	Legi Christus indulxit obsequū 265	turpis	3
L Aconum flagella	740	Legem etiam patres custodierunt	Loquacitatis uitium	607.
Lædentis fructus in dolore		antequam esset data	Loth uxoris meminisse admones-	
lesi est	710	Leuitæ ante legem	mur	317
per Lamēb institutio dei uim pâsi		Liber bederatus	Lotiois defunctorū antiquitas	733.
Lamia turres	448 (sa 663	Liberalitatem dei quidam faciunt	Lucanus hereticus	47
Lanceare	145	scrututem	Lucanus Marciōis discipulus	129
Lanceatores antequam lancinato-		Liberi patris mysteria	Lucas euangelij Paulini scrip.	256
res	231	Liberorū amariſſima uolup.	Lucae Euangeliū Cerdon solum	
Lances ex argento	698	L:bertas deo competit, non neces-	recipit	129
Lapides sancti	323	sitas	Lucernas habere ardentes	306
Larissæus heros Achilles	685	Libertate mutare	Lucifuga bestia	448
Laterculum	459	Liberum arbitrium	Lucretia sanguine suo maculatam	
Laudis humane sectatores taxan-		Liberū arbitriū habuit Adam	carnem abluit	654.
tur	278	Libidinis inuitator decor	Lucretie mors	540
Laurea militaris	521	Libidinū publicarum nouum con-	qui Luciferi facile possint	616
Lazarus resurrectiōis exēplū	90	sistorium	Ludo & castris se locare	629.
Letio mentio dei	578	Libidinum publicarum loca	Lumbos succingere	306
Leæta meretrix Atheniēsis	540	Licebit pro liquebit	ex Lumbis David fructus	35
Lenociniū pronuntiationis	400	Licentia uerecunda	Luminaria mundi que nos faci-	
Lenocinia forma	598	Licetiasēpe tētatio discipline	ant	598.
Lentulus & Hoffilius Mimogras-		Licentia paſiuſ	Lunchus pro lancea	525
phi	708	Licentia ſecte	Luna solarium	401.
Leo Aegyptius scriptor	522	Licentia heretica	Luna modulationibus menstruis	
Leones Mitbre	174	Lignarius rex	uerat	682.
Leproſi decem mundati	315	Ligna in sabbato colligens quare	Luxuria turpitud. cōtraria	367
Lex in paradiſo data	134	lapidatus	Luxuria fructus pulchritudinis:	
Lex & Euāgeliū distat	254	Lignum in aqua	corporis	595
Lex naturalis	521	Lignum passionis Christi	M achēra Christus fuit	157.
Lex dilectionem dei & timorem		Ligneæ macule	Magi reges	146
precipit	205	Limentinus	Magi persarum	174.
Lex noua in pace constituta	136	Limi rudimenta	Magorum præstigie	717
Lex quo anno post Abram das		ab ipso limite prouerbium	Magister Christianorū solus deus	
Lex ratiōe cōſtat	520 (ta 134.	ad Lineam unam congreſionem	Magnacorona	522 (642
			Malædictio	

INDEX

<i>Maledictionē precauere deb.</i>	276	<i>M. Tullij luxus</i>	688	<i>Matronarū indecentiū cultus</i>	528
<i>Maledictus qui</i>	149	<i>Margarita</i>	585	<i>Mecenius uxorem suam trucidat</i>	
<i>Maleficium nullum sine formis</i>		<i>Maria ex semine David originem</i>		<i>ob uini gustum</i>	698
<i>dine</i>	282	<i>traxit</i>	148	<i>Medi gemmas non curant</i>	586
<i>Malitia quid</i>	211	<i>Marie & Eue comparatio</i>	32	<i>Medicinas muta anime agnos-</i>	
<i>Malitia ab impatientia initium ha-</i>		<i>In Maria abiuncta à Christo figu-</i>		<i>scunt</i>	560
<i>bet</i>	3	<i>ra synagoge</i>	24	<i>Megarenium obsonia</i>	730
<i>Malitia spiritualis exitiū à primor-</i>		<i>Maris rubri diuisio</i>	286	<i>Melampus Argis initiationes bor-</i>	
<i>dio aūspicata hominis</i>	716	<i>Mari fides infamis</i>	682	<i>mines docuit</i>	716
<i>Malus diabolus</i>	555.594	<i>Mars tredecim mensibus in uincu-</i>		<i>Mellis & lactis societas</i>	174
<i>Malum unde</i>	166	<i>lis penè cōsumptus</i>	707	<i>Membra homini cur p̄cipue de-</i>	
<i>Malū uires suas habet</i>	105	<i>Martyres</i>	518	<i>ta</i>	96
<i>Malum foras prouerb.</i>	452	<i>Martyres designati & benedix-</i>		<i>Membra corporis ad quid utilia</i>	
<i>Mala uictoria, non peccatoria</i>	211	<i>isti</i>	539	<i>post resurrectionem</i>	95
<i>Malorum due species</i>	204	<i>Martyrium</i>	52	<i>Membrorū hominis descriptio</i>	95
<i>Mammonam Syriacū uocabulum</i>		<i>Martyria Basiliades negat facien-</i>		<i>Memorie</i>	133
<i>diuitias significare</i>	311	<i>da</i>	125	<i>Menander Ephesus</i>	712
<i>Manceps diuinitatis</i>	704	<i>Massaliter</i>	634	<i>Mendacium non edificatur, siue</i>	
<i>Mandatus pro iussus</i>	472	<i>Mater matuta</i>	676	<i>demolitione ueritatis</i>	192
<i>Manethon Aegyptius</i>	712	<i>Mater ex nupta</i>	570	<i>Mendacio multa sunt necessa-</i>	
<i>Manne escatilis pluuiā</i>	5	<i>Mater à filio alatur, potius quam</i>		<i>ria</i>	215
<i>Manumissionis insignia</i>	94	<i>à parente</i>	666	<i>Mendesius Ptolomeus</i>	712
<i>Manus impositio</i>	52	<i>Matrib. suis Persæ miscetur</i>	702	<i>Mendicos deus curat</i>	274
<i>Manu iniecta detinere</i>	168	<i>Mater familiæ</i>	575	<i>Menedemus philosophus</i>	712
<i>Manibus & pedibus cōstringi</i>	73	<i>Materia philosophica</i>	457	<i>Mentiendi uoluptas quibusdam</i>	
<i>Mappa missa</i>	461	<i>Materie consanguineæ</i>	585	<i>ingenita</i>	700
<i>Marcion Ponticus episcopi fi-</i>		<i>Materiarū hæretici</i>	399	<i>Mentio dei</i>	686
<i>lius</i>	129	<i>Matrimoniu apud deū quid</i>	668	<i>Merari filia</i>	675
<i>Marcion natuitatem Christi ne-</i>		<i>Matrimonium nullius, Christiani</i>		<i>Merce de aternitatis diffun-</i>	
<i>gat</i>	174	<i>adulterant</i>	641	<i>gere</i>	647
<i>Marcion phæasma carnis in Chri-</i>		<i>Matrimonium unum cōcedit Ter-</i>		<i>Mercimoniorum questuosa peri-</i>	
<i>sto fuisse dicit</i>	378	<i>tullianus</i>	187	<i>cula exercere</i>	623
<i>Marcion quedā in scripturis era-</i>		<i>Matrimonium concordia seruat,</i>		<i>Mercurius primus literas enarræ</i>	
<i>fit</i>	366. 18	<i>pudicitia non iterat</i>	674	<i>uit</i>	523
<i>Marcion de thesauro Cerdonis</i>		<i>Matrimonium inter Christianos</i>		<i>Mercurius Trismegistus magi-</i>	
<i>sua profert</i>	282	<i>nos</i>	617	<i>steromnium physiorū</i>	454
<i>Marcion pœnitentiam egit</i>	117	<i>Matrimonij laus</i>	187	<i>Mercurio apud Gallos etas ma-</i>	
<i>Marcionis epistola</i>	17.31	<i>Matrimonij necessitas</i>	604	<i>ior proscatur</i>	702
<i>Marcionis proprium opus</i>	178	<i>Matrimonij causa</i>	605	<i>Meretricis Attice factum egre-</i>	
<i>Marcionis antitheses</i>	ibidem	<i>Matrimonij secreta maculosa</i>	615	<i>gium</i>	740
<i>Marcionis Christus</i>	259	<i>Matrimonij debitum</i>	606	<i>Meretricū cultus matronalis</i>	638
<i>Marcionite taxantur</i>	629	<i>Matrimonij et stupri differen-</i>		<i>Meritorum ordo</i>	84
<i>Marcionite uespis compar.</i>	258	<i>tia</i>	652	<i>Messibus caruerunt gentiles ob-</i>	
<i>Marcionite notantur de separan-</i>		<i>Matrimonia plurifaria apud ue-</i>		<i>uexatos Christianos</i>	640
<i>dis matrimonij</i>	604	<i>teres</i>	603	<i>Mgypto tñtq; quare demiurgus</i>	
<i>Marcionite sepijs pīcibus compa-</i>		<i>Matrimonia fideles gentiliū subs-</i>		<i>dictus</i>	456
<i>rantur</i>	208	<i>cuntes ab omni cōmunicatione</i>		<i>Miles pulchrior in prelio amissus</i>	
<i>M. Aurelius Cæs.</i>	641.697	<i>fraternitatis arcendi</i>	615	<i>quam in fugas saluus</i>	630
<i>Marcus interpres Petri</i>	258	<i>Matrimoniorum felicitas apud ue-</i>		<i>Milesij</i>	583
<i>Marcus magus hæreticus</i>	449	<i>teres Ro.</i>	698	<i>Militia</i>	559
<i>Marei errores</i>	218	<i>Matrix generis humani</i>	570	<i>Militia an Christianis cōuen.</i>	525
				<i>Mille</i>	

Leipz. Acad. Libra. 24.

IN TERTVLLIANVM

Militia annorum error	243	Moyses Adam scribit deum agno uisse	171	N adam Syrus leprosus
Miltiades ecclesiarū sophista	449	Moysi & Christi diuersum exemplum		264
Minervia artium & armorum dea	526	plum	305	Naaman septies se in Iordane lavuisse quid significet
Minervia prima molita nauem	523	Moyses originale instrumentum		264
Minutalia	585	Moyſi manus mutata	92	Nabuchodonosor poenitentia restituitur
Mithrae milites	122	Moyſen ueranom scripsisse dicit Apelles	129	560
Mithrae miles	529	Moyses Apostolus	296	Narem contrahere
Modestia unde dicitur	652	Moyſi quomodo dominus locutus sit	479	173
Modestia pudori procurat	607	Moyſen Petrus in spiritu cognovit		Naso agere
Modestia deo nibil acceptius	577	Mulier non natura nomen uxoris		213
Modestie laus	647	Mulieris ris	570	Nathan consolatur David
Modus in omnibus sit	587	Mulier Euam sc̄e effeſciat	583	266
Modum uocat molem	406	Mulier alijs gladius	592	Nationū conuerſio predicta ante
Monarchia quid	469	Mulieris nomen quomodo usurpandum	569	Christum
Monarchie censuſ totus	469	Mulieres Arabice	578	246
Monarchianorū argumētum, deo nibil esse difficile	474	Mulieres uelate apud Iudeos incedunt	519	Nationum foemine
Monarchianorum deus uerſipelis	489	Mulierum hereticorum audacia		592
Monarchiani heretici	473	Mulum de afino pingere	456	Natiuitas noua
Monela dominica	6	Mundialis lux	476	Natiuitas Christi à prophetis predicta
Monilium pondera	605	Munditiæ simplices	593	Natura legalis
Monogamia	646	Mundus pro homine	546	Natura prima omnium disciplina
Monogamia apud Ethnicos in summo bonore	654	Mundus una respublica	728	Natura legis instar
Monogamie disciplina heresis	661	Mundus ornamenti nomen penes		363
Monogamie duarū nativitatū unum prescriptum	650	Græcos	407	Natura, mater
Monogamie origo humani generis patrocinatur	649	Mundus sublunaris	582	Nature res contraria
Monumenta cadaverum fabula	74	Mundus ornamenti nomen est		Nature contumelia
Monstri nota	521	Mundi tenebre precordia hominum exēcant	538	Naturam legem contestari
Mors Christi pondus & fructus Christiani nominis	227	Mundum à deo factum quomodo prophetæ & apostoli tradant		Nazareni appellantur Christians
Morborum sanatio	236	408 & 409		262
Mors quorum maledicta	165	Mundo nomen lycos acconsumo datum	710	Necessitas
Mors & mortale differunt	91	Munera deo offerenda. Oratio & actio gratiarum	269	Necessitas nulla excusat
Mors ex legē debitum omnīū	669	Munifics	526	651
Mortem finiri Seneca dicit	46	Musce spicula	174	Necessitas carnis
Mortui non sunt lugendi, sed desiderandi	723	Museus Athenis initiationibus homines obligauit	715	Necessitas, fortuna, fatū, idem 94
Mortuorum uocabulum	59	Mutius sc̄euola	540	Necessitati disciplina nō committit
Mortuos etiam pisces eructabant	69	Mutius dextram in atra reliquit	739	526
Moyses propheticus pastor	522			Negotiari lenocinijs
Moyses ante conditam Vrbem uisit	712			ii
				Negatio est martyrij recusatio
				632
				Negatores
				518
				Negatores depulsi à communione
				675
				Nero dedicator persecutiōis Cbrifiane
				697
				Nerius
				598
				Nerius umbilicaris
				34
				Nestoris Cocetum
				453
				Nicolai faedissimi errores
				125
				Nicolaite
				119.187
				Nigidius hereticus
				118
				Nigriani
				639
				Nigei
				726
				Niniuitis misericordia præstatur
				359.206.266
				Nocentissimi qui
				447
				Noe unde iustus
				134-

V u Nomen

I N D E X

Nomen pro Christiana professio/ ne	76	Offendere de limine	448	Oscula filiorum uiduis non pene/ missa	606
Nortia dea Sutrinorum	719	Offensa comes frustrane uolan/ tatis	185	Osiris	923.
Nostrum nibil in mundo	6	Offerre	651	Oues dei Christiani	625
Nonclitas hereticorum	468	Officine ferales	585	P Ala aere dominice purgac/ trix est persecutio	623
Nubendi sepius licentia in ueter e lege castrata	650	Officium naturae	568	Palliatii liberalium artiu professo/ res	689
Nubere rursus pontificem maxi/ mum nefas	607	Officia liberalia	707	Pallium supra tunicam	681
Nubere in domino	613	Officia superficialia	303	Pallium uestis Christianorū	687
Nudipedalia	732	Officia militaria redimere	635	Pallij simplicitas, facilis usus ibidē	
Numerus diuinitatis summa ratiō ne constat	168	Oleo Christiani olim uncti	174	Palma pro uelo palmato	578
Numē Pompiliij supersticio	122	Orantis Christiani habitus ad om/ ne supplicium paratus	724	Pancarpia	453
Nundinatitia capita	568	Orare ad Oriētis regionem	709	Pandora prima feminarum	522
Nuptiae et nuptiae unde dictae	574	Orat Moyses extēsis manibus	150	Panis ex calicis aliquid in ter/ ram decuti anxie ueteres patie/ bantur	519
Nuptiale indumentum	66	Oratio coniugatorum	617	Panis Christus . 157. 174. 486. 237.	
Nuptiae nusquam prohibite	604	Oratio legitima, oratio dominica	625	Super panem gratiarum actionis	
Nuptiarum sarcina	606	Oratio pro inimicis	724	bus fungi	182
Nuptias Marcionite auferunt	660	Oratio innocentis, opima ac ma/ ior hostia	724	Pannis armati	145
Nuptias secundas damnat Tertul/ ianus	693	Orationem facere ad dominū	653	Parabola de nullo nō conuenit	68
Nuptias Marcion non coniungit	269	Orationem spiritus ad deum du/ cit	653	In parabolis quare Christus sit lo/ quutus	70.
Nuptias de ecclesia tollere	613	Orbitates aucupari	11.15	Paracletus quare missus	566
Nuptijs unis Adam ex Eva inter/ se defuncti sunt	650	Ordinatio	607	Paracletus montanicus	635
Nulla sanctitas absq; nuptijs	187	Ordo in ecclesia	651	518.623	
In nuptijs unius summus pontifex		Ordo à principalibus deducen/ dus	47	Paracleti administratio	566
constitutus	122	Ornatus	585	Paradisus ubi	737
Nuria dea Volfiniensium	719	Ornatus uerus mulierū Christia/ narum	599	Paradisus ecclesia	195
O Bedientiā à bestijs requiri mus quā nos negamus 38		Orpheus Pierie homines docuit		Paradisi gratia ex familiaritas	
Oblatio uera	317	initiari	715	dei adempta est Ade	193.
Oblatio panis	122	Omne totum ex integrum est	572	In paradiso dei uero hominum ne/ tus	201.
Oblationes annuas reddere	653	Ononychitis deus Christianorū		Parentum caddauera Ponticiū cō/ uiuio deuorant	165
Oblationes pro defunctis	519	propositus	710	Parthi	586.
Obmussitare	686	Operarij uentris	11.15	Parthi aurum bullarum uice inf/ runt, per omnia que sua	596.
Obsequiū de patientia trahitur	3	Operarum distantia credēda pro/ differentia mercedum	299	Partiarij errores	254.
Obsequiū artificium promerēdi	2	Opus salutis dei solius est	271	Paruulos deus diligit	294
Obsequij ratio in similitudine ani/ morum constituta	554	Opus seruile per omne tempus in/ termittendum	137	Pascha figura Christi	350.
Observationes Christiane	520	Opera carnis damnantur, nō ipsa/ caro	81	Pasche solennia	615
Obsolefacta uox	574	Ex operibus ineūde probationes	196	Passimitus	684.
Obstetrics carnifex	675	196	Passimitas uite	460	
Obstrepitacula	178	Ophitarū error de serpentexal/ tando	126	Passiuus census	665
Obstrueret gradum prouerb.	722	Oscula propinquis quare olim ob/ lata	698	Passiuus connectus	178
Oculare	550.560			Passuum nomen dei	169
Odium Gentiliū erga nomē Chri/ stianum	692			Pastores quidam in pace liones, in	
				prælio cerui	518
				Pater deus inuisibilis	214.478
				Patri	

IN TERTULLIANVM

<i>Patris nomē, deus omnipotens, al-</i>		<i>Philosphorū ingenij omnis he-</i>	
<i>tissimus &c.</i>	482	<i>refis animatur</i>	173
<i>Patrū delicta de filijs exigi à deo</i>		<i>Philumene virgo</i>	117
<i>quomodo intellig.</i>	204	<i>Phœnix resurrectionis typus</i>	54
<i>Paterfamilie</i>	575	<i>Phosphorus rhetor latinus rigis</i>	
<i>Patientia columnā dei</i>	11	<i>dissimus</i>	451
<i>Patiētia Esiae, Stephani et Iob</i>	10	<i>Phryges</i>	583
<i>Patientia dei expectat pœnitentis</i>		<i>Pbryne scortū Diogenis</i>	735
<i>am</i>	206	<i>Physica supersticio</i>	343
<i>Patientia misericordiae mater</i>	2	<i>Pbyfici</i>	660
<i>Patientia instrumentum omnia su-</i>		<i>Physcon insignis ob libidines</i>	686
<i>stinenti</i>	11	<i>Pietatis deposita</i>	729
<i>Patientia idoneus sequester deus</i>		<i>Pipare</i>	455
<i>10.25</i>		<i>Pilatus profusa conscientia Chri-</i>	
<i>Patientia utilitas</i>	7	<i>stianus</i>	715
<i>Patientia exemplum deus</i>	1	<i>Pilati cognitio</i>	459
<i>Patientia divine species</i>	2	<i>Pindarus</i>	522
<i>Patientia effigies & habitus</i>	11	<i>Pifistratus studium bibliothecarū</i>	
<i>Patientiam philosophi communī</i>		<i>habuit</i>	711
<i>studio extollunt</i>	1	<i>Plagiator</i>	182
<i>Patientiam nouam docet Chri-</i>		<i>Plage seculi quare obueniant</i>	732
<i>stus</i>	278	<i>Planus pro impostore</i>	225
<i>Patientiam & diabolus docet II.13</i>		<i>Plastica dei quibus diffliceat</i>	594
<i>Patresfamilie</i>	725	<i>Plato negat ardua fluitasse</i>	682
<i>Patrocinium scripture</i>	519	<i>Platonici animæ immortalitatem</i>	
<i>Patrocinium legis</i>	487	<i>adfirmant</i>	46
<i>Patrocinii originis nostre</i>	664	<i>πλακτος</i>	672
<i>Patrocinium personarum</i>	565	<i>Plini Secundi de Christianis te-</i>	
<i>Patrocinia contumeliosa</i>	II.17	<i>stimonium</i>	693
<i>Panor Hostilij</i>	177	<i>Poene Christianorum cruces &</i>	
<i>Paulus sollicitudini fratrum non</i>		<i>stipites</i>	706
<i>subscriptit</i>	628	<i>Pocinarum ingenia</i>	52
<i>Paulus Hierosolymā quare ascen-</i>		<i>Pœnitentia</i>	551
<i>dens ad apostolos</i>	256	<i>Pœnitētia dei qualis</i>	211.212
<i>Paulū Genesij olim promisit</i>	337	<i>Pœnitentia ex confessione nasci-</i>	
<i>Pauperes animam solum in confi-</i>		<i>tur</i>	558
<i>scato babere</i>	633	<i>Pœnitentia est confessio delicti</i>	
<i>Pauperum curam gerit deus</i>	274	<i>25</i>	
<i>Paiaus sepe se mutat</i>	683	<i>Pœnitentie semper tempus</i>	557
<i>Pauum Hortensius primum occi-</i>		<i>Pœnitentie confessio etiam in bo-</i>	
<i>dit</i>	688	<i>nis factis euenire solet</i>	212
<i>Peccator ante ueniam se desfeat</i>		<i>Pœnitentie boni aut mali apud de-</i>	
<i>556</i>		<i>num non est locus</i>	212
<i>Peccatū per precepti occasionem</i>		<i>Pœnitentiam amat deus</i>	206
<i>seduxit</i>	364	<i>Polycarpus Smyrneorū ecclesiam</i>	
<i>Pectines Solis</i>	448	<i>à Ioanne accepit</i>	118
<i>Peculium seminis</i>	458	<i>Polycratis felicitas</i>	705
<i>Pecunia constare non decet Chri-</i>		<i>Pompæ quare in publicum profe-</i>	
<i>stum</i>	633	<i>runtur</i>	597
<i>Peierare per Genium Cesaris</i>		<i>Pompilinus Numa superstitionum</i>	
<i>723</i>		<i>autor</i>	715

I N D E X

Ponti descriptio	185	περιβολὴ	472	nidem affectat	735
Pontus imhoffitalis	165	Processio	615	Verele Gentilium aduersus	
Porro quirites	454	Proculi eloquentia Christiana		Sus Christianos	692
Portare pro tollere	262	na	449	Querere quid precipue debet	
Posteriora dei uidere	295	Prodigium de civitate in aere pendente	243	mus	109
Posteritatis sollicitudo	605	Produx sicut tradux	34	Questio	518
Potentia dei	196	Prometheus uerus	711	Quæstio orta ex dubitatione precepit tentationem	23
Præceptum principale	367	Pronuntiationes dominicae	106	Quæstio prijs in solatium	518
Præcerpere ex utraq; lingua	469	Prophetæ	710. et 711	Questionis summam certis lincis determinare	133
Præfecti	518	Prophebe non omnia per imagines concionatisunt	60	Quæstiones infructuose uitandas	
Prægnantis uxoris remedii à deo petendum	654	Prophetarum infidolores	276	Quæstus sedere	598
Præjudicium institutionis diuinæ	664	Prophetici	711	Quare homini ad lapsum libertas arbitrij exitiosa fuit	196
Præliorum negotia dolus & iniuritia	146	Prophetici eloquij proprietas	223	Quasi in rem presentem differe	
Præpositi	672	Prophetæ	61	re	236
Præpositi ecclesie in persecutione ne fugiant	631	Prophetæ nouæ uerba	630	Quomodo deus mala cōdere dicitur	
Præputiatio	665	Prouinciam nouam condere	456	Ratio res dei	551. et 552
Præscientia dei testes habet omnes prophetas	196	Psalmi	578	Ratio sine bonitate non est	
Præscripta discipline ecclesiasticae	572	Psalmi penè omnes Christi personam sustinent	475	ratio	196
Præscripta coelestia	617	Psalmi Valentini	31	Ratio consuetudini, traditioni et	
Præsidere	607	Psalmi & Hymni inter duos prouocant mutuo	618	fidei patrocinatur	519
Præsidibus heretici nullam reuerentiam exhibent	123	Psalmum cancre	653	Ratione deum omnia prouideret	
Præstans pro liberali	295	Pseudo apostoli	258	Rebecca exemplum despontarum	
Præstantia in malam partem	553	Pseudochristi	221	Rebecca uclamen uiso sponso insit	
Præstantia pro prestatione	305	Pudens prefectus	641	Reconcludere	482
Præsumptio, timoris impedimentum		Pudicitia Christiana	598	Recumbere in regno dei quid	73
tum	592	Pudicitia gentili familiare	592	Redemptio traditionis apud Delatorem	
Præsumptio inuercundie portio est	556	Pudicitia instrumentum graui		633	
Precari expansis manibus, & nudando capite	723	tas	595	Redemptio capitis & sectæ	633
Precatio nocturna	616	Pudicitia antistes & editus tem		Reginae Romanae dictum egressum	
Presbyteri	729	pli spiritus sancti	591.626	Regnum promissum in terra	243
Precio nullo res dei constat	729	Pudoris armatura	577	Regnum pacificum Christi	240
Principium inceptionis esse uerbum	396	Pueri ab ursis dilacerantur	293	Regnum Christi ubique terrarum	
Principium pro potestate & principatu sumi	396	Pulchritudo nulla cum immunditia		141	
Præfca prophetis	53	594		Regnorum uices	682
Priuilegium personarum	565	Pupilli à Christianis pietate tractantur		Regulus dux Roman.	540
Priuilegium loci	672	641		Regulicruciatus	739
Probatio	625	Pupillorum curam deus habet		Religio non cogenda	639
Problemata eloqui	270	Purpura pudicitie	599	Religionis matrix	316
		Purpure	527	de Religione nemo sua mentias tur	715
		πτωχοί	275	Rempublicam plus toge leserunt quam lorice	688
		Ptolemaeus hereticus	128. 448	Renun	
		Ptolemaeus Philadelphus	711		
		Ptolemai Miscellanea	453		
		Pyriphlegethon amnis	737		
		Pythagoras apud Thurius tyran			

IN TERTULLIANVM

Renuntiare diabolo & pompis	Sabbati dominus	271.272	cit	455
cius	Sabbato pugnarunt Machabei, pu-		Salomon in iram dei lapsus	239
<i>gnando legem reuocarunt</i>	gnando legem reuocarunt	158	Salomon à mulieribus ad idolola	
Representator paterfilius	Sabbato Heliæus Sunamitidis fili-	272	triā inductus, reiicitur	106.210
Reprobatio	lium excitauit	272	Salomon gloriam amifit	356
Repudium ex discordia	Sabbato dei opus faciendum non		Salutatio Iudeorum	345
Repudium cœli angeli passi sunt	humanum	209.272	Salutē contumelia redimere	593
<i>585</i>	Sabine rapte	460	Salutificator Christus	29
Repudium primum Rome quan-	Sacerdos super animam defuncti		Sanctificatio nostra uoluntas dei	
<i>do</i>	<i>non introeat</i>	294	646	
Res nulla est speculum alterius	Sacerdotes pudicitie	597	Sanctificatio multas species has	
<i>406</i>	Sacerdotes templi spiritalis	220	bet	646
Resurreccio	Sacerdotes Saturni crucibus affi-		Sanctitas	624
Resurreccio carnis semper nega-	guntur	701	Sanctitas deo placet	607
<i>tur</i>	Sacerdotes omnes sumus	672	Sanguis quid	25
Resurreccio spiritalis quorundam	Sacerdotalis honor	672	Sanguis Christianorum semen	
<i>59</i>	Sacerdotale officium docere, tin-		est	740
Resurreccio ex sepulcro, quo il-	gere, offerre	573	Sanguis de omnibus bestijs quare	
<i>lati sumus</i>	Sacerdotalia munera laicis das-		exquiritur	69
Resurreccio ianua regni coele-	ta	123	Sanguinis pabulū apud quosdam	
<i>stis</i>	Sacramentum Christianum	224	in usu	701
Resurreccio mortuorum fiducia	496		Sanguinem suum Christus in uino	
<i>Christianorum</i>	Sacramentum ligni	155	conseceravit	326
Resurrectionis clavis	Sacramentum allegoriae	344	Sapientia secularis	107
Resurrectionis humanæ exem-	Sacramentum Christianæ reli-		Sardanapalus quare celebris	686
<i>plum</i>	gionis	256	Sarmentij	739
Resurrectionem carnis in totum	Sacramento diuina satan in idolo-		Satanas transfiguratur in ange-	
<i>Marcion negat</i>	rum mysterijs emulatur	122	lum lucis	92
Resurrectionem credere est inter-	Sacramento figurarum	338	Satan unde ceciderit	201
<i>grum credere</i>	Sacramentorum mentio	174	Satan agnoscit Christū quē. Mar-	
Resurreccio corporis et anime	Sacrificare pro salute imperato-		cion negat	261
Retinacula spei nostræ	ris	639	Satan à semetipso translatus in	
Retributio unde	Sacrificandum pura prece	639	malum	201
Rhodia lex	de Sacrificandi ritu	707	Satane descriptio	722
Ridere ueritati congruit	Sacrificium	597	Satane nihil in seruos dei licet	
Risiloquium	Sacrificium mundum	255	614	
Risus piorum	Sacrificia sine scrupulo	618	Satisfactio confessione disponi-	
Risus dignus est officium	Sacrificia spiritalium	138	tur	558
Roma Babylon	Sacrificia terrena in Cain preo-		Satisfactionis habitus	583
Romana ecclesia sanguine Petri et	stensa	138	Saturnalicia	634
<i>Pauli signata</i>	Sacrificia quare à deo institu-		Saturnia oppidum	703
Romana ecclesia laus	ta	207	Saturnius mons	<i>ibidens</i>
Romana potestates & tribunali-	Sacrificia terrenarum oblatio-		Saturnus primus deus	703
<i>lia</i>	num	138	Saturni cultus ruber	687
Romanensis ecclesia	Sacrificia deo grata	52.139	Saturno infantes in Aphrica im-	
Roman. pontificū autoritas	Sacrorum pater	701	molati	701
Rutilius sanctissimus martyr	Sacrilegi qui dicantur	639	Saturnini heresis	129
S abbatum unde dictum	Sadducei Christiani	73	Saul nequam spiritus suffocauit	
Sabbatum temporale & eter-	Sadducei unde originem habue-		625	
<i>num</i>	rint	124	Saul defector prophete Samue-	
Sabbatum Iosue violauit	Salmacis fons masculos molles-		lis	210
<i>270</i>				

I N D E X

<i>Sanctiuore eversus</i>	105	<i>Gen.4. De homicidio Cain</i>	4	<i>Hiere.11. Venite mittamus in partem eius lignum</i>	150
<i>Scale Iacob persecutio</i>	623	<i>Gen.12. Abraham Saram sororem</i>		<i>Hiere.16. Ecce ego mittam pescatores multos</i>	263
<i>Scandalum male rei exemplum</i>		<i>mentitus</i>	593	<i>Ezech.8. Fili hominis, uidisti quae seniores &c.</i>	152
<i>567</i>		<i>Gen.28. De scala Iacob</i>	244	<i>Ezech.37. De ossibus aridis</i>	67
<i>Scandalum quale peccatum</i>	315	<i>Gen.32. Vidi dominum facie ad faciem</i>	479	<i>C 68</i>	
<i>Scantinia lex in pedicones</i>	572	<i>Gen.38. De Thamar</i>	598	<i>Amos 9. Qui edificat in celum ascensum suum</i>	244
<i>Scenam phantasmatis decurrens</i>		<i>Exod.4. Filius Moysi iubetur ab angelo circuncidi</i>	135	<i>Abac.2. Iustus ex fide uiuet</i>	343
<i>re</i>	230	<i>Exod.4. Manum tuam mitte infra num</i>	56	<i>Malach.3. Sacrificia uestra non excipiunt</i>	255. C 138
<i>Schola bestiarum</i>	726	<i>Exod.12. De furto Iudeorum</i>	209	<i>Zach.9. Et lapidabunt lapidibus funde</i>	322
<i>Scorta publica</i>	707	<i>Exod.14. Pharaonis impoenititia</i>	560	<i>Dan.9. De hebdomadibus</i>	140. C 142
<i>Scriptura non indiget argumentatione nostra</i>	483	<i>Exod.20. Diem sabbati sanctifices</i>	271	<i>Psalm.2. Postula de me</i>	238
<i>Scriptura quod non prohibet aliter permittit</i>	519	<i>Exod.32. De uitulo</i>	5	<i>Psalm.21. Foderunt manus meas et pedes</i>	151
<i>Scriptura differentie patrocinaatur, per uisibilis & inuisibilis distinctionem</i>	479	<i>Exod.33. Non potes uidere faciem meam</i>	478	<i>Psalm.71. Deus iudicium tuum regi da</i>	355
<i>Scriptura figurata utitur translatione hominum, ex comparatione criminum</i>	146	<i>Num.12. In uisione cognoscari lis</i>	293	<i>Psal.109. Sede ad dexteram meam, donec</i>	469
<i>Scriptura plenitudo adoranda</i>	69.398	<i>Num.12. Si fuerit prophetes in uobis in uisione cognoscari illi &c.</i>	479	<i>Prou.8. Dominus creauit me initium uiarum suarum</i>	478
<i>Scriptura incubere</i>	653	<i>Num.22. De Balach maledictione</i>		<i>Matth.4. Si filius dei es</i>	467
<i>Scriptura sua quam rationem spiritus sanctus constituit</i>	397	<i>Deut.21. Maledictus omnis in ligno</i>	342	<i>Matth.5. Beati pauperes spiritu</i>	8
<i>Scriptura instrumentum</i>	519	<i>4. Reg.5. De Naaman Syro</i>	264	<i>Matth.5. Luceat lux uestra</i>	
<i>Scripturam legem condere</i>	577	<i>4. Reg.6. Exiliij ferrum & mensum est in flumine</i>	155	<i>Matth.5. Omnis qui confitebitur in me coram hominibus</i>	304
<i>Scripturae seculares</i>	122	<i>Esa.1. Iuste facite uidue & pupillo</i>	607	<i>Matth.5. Oculum pro oculo &c.</i>	9
<i>Scripturarum consonantia</i>	153	<i>Esa.2. Ex Sion prodituram legem</i>	254	<i>Matth.5. Qui tunicam sustulerit &c.</i>	634
<i>Scripturas ueritas interpretetur, non consuetudo</i>	568	<i>Esa.2. Venite ascendamus in montem domini</i>	240	<i>Matth.6. Sed libera nos a maligno</i>	629
<i>SECVNTVR LOCA scripturæ parsim à Tertuliano illustrata.</i>		<i>Esa.5. Ecce uelociter, leviter aduenient</i>	275	<i>Matth.6. Non potestis deo seruire & mammonæ</i>	311
<i>Gen.1. In principio creauit deus celum & terram</i>	396	<i>Esa.7. Ecce uirgo concipiet</i>	144	<i>Matth.7. De arbore bona & mala</i>	165
<i>Gen.1. Congregetur aqua in congregatione sua</i>	401	<i>Esa.15. Ego sum qui facio pacem, & condo mala</i>	625	<i>Matth.7. Intus lupi rapaces</i>	106
<i>Gen.1. Fructifacet terra herbam foeni &c.</i>	397	<i>Esa.28. Populus meus introit in cellas promas</i>	610	<i>Matth.7. Quarite & inuenietis</i>	108
<i>Gen.2. Non est bonum hominem solum esse</i>	663	<i>Esa.40. Omnis caro foenum</i>	95	<i>Matth.7. Nolite margarita uesta porcis iactare, ne conculet ea</i>	616
<i>Gen.2. Finxit deus hominem de lomo terre</i>	399	<i>Esa.45. Aperiam ante illum portas</i>	140	<i>Matth.8. Vade & ostende te sacerdoti</i>	265
<i>Gen.2. Et accepit dominus deus hominem</i>	387	<i>Hiere.2. Me dereliquerunt fontem aquæ uite</i>	155	<i>Matthei</i>	
<i>Gen.2. Relinquit homo patrem et matrem &c.</i>	569				
<i>Gen.3. De Adam, Eva & satana</i>	4				
<i>Gen.4. Adam ubi es?</i>	212				

IN TERTULLIANVM

Matth. 8. Domine permitte mihi prius ut abeam, & sepeliam patrem meum	666	Luc. 20. Reddite Cesari quae sunt Cesaris	633	1 Cor. 7. Tempus in collecto est, superest ut qui matrimonia habent, tanquam non, &c.	606
Matth. 9. Ut sciatis quod potesta tem habeat filius hominis	268	Luce 20. Si cuius frater mortuus fuerit	666	1. Corin. 7. Si quis frater infideli habet uxorem, &c.	613
Matth. 10. Cum cœperint perse qui uos, fugite de ciuitate, &c.	627	Luce 20. Neque ducunt uxores neque, &c.	603	1. Cor. 7. Sed si duxeris, non delinques	649
Matth. 16. Quia caro & sanguis tibi non reuelauit	489	Lu. 20. Expetiuit uos satanas	624	1. Cor. 11. Debet mulier uelamen tum habere	568
Matth. 16. Nec cui dicerent quod ipse esset Iesus Christus	289	Luc. 24. Quia spiritus carnem & ossa non habet	330	1. Cor. 13. Fides, spes, charitas	9
Matth. 17. Bonum est nos hic esse	291	Ioannis 1. In principio erat sermo	397. 485	1. Cor. 15. Primus de terra terrenus	
Matthei 19. Quos deus coniuxit, homo non separat	312	Ioannis 1. Sine ipso factum est nibil, &c.	481	1. Cor. 15. Caro non omnis eadem caro	89
Matth. 20. Omnia quæcumq[ue] habes, uende & da paup.	318	Ioā. 1. Deū nemo uidit unquā	480	1. Corin. 15. Oportet corruptibile hoc induere, &c.	79
Matth. 22. Seduceorum questio de resurrectione	321	Ioan. 1. Vidi spiritum descendens tem specie columbae	18	1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum dei, &c.	87
Matth. 24. Væ prægnantibus & lactentibus	605	Ioan. 3. Qui habet sponsam	269	1. Corin. 15. Cum subiecta erunt illi omnia	469
Matth. 24. Quæ hora furuentur us est	306	Ioan. 6. Omne quod dedit mibi non perdam ex eo, &c.	71	Gal. 2. de reprobatione Petri	256
Matth. 26. Hoc est corpus meum	326	Ioan. 6. Ut credatis in eum quem deus misit	486	Gal. 4. Factum ex muliere	570
Matth. 26. Spiritus promptus est, at caro infirma	604	Ioan. 6. Caro nihil prodest	73	& 571	
Matt. 27. Deus meus, deus meus ut quid me dereliquisti	496	Ioan. 10. Ostende nobis patrem, et sufficit nobis	489	1. Timothei 6. Quem nemo uidie hominum	480
Mirci 2. Ecce mater tua & fratres foris stant	23	Ioan. 10. Ego & pater unus sumus	487. & 491	1. Io. 1. Quod uidimus, quod audimus, &c.	480
Marc. 5. Quis me tetigit	287	Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum, &c.	491	1. Ioan. 4. Timor non est in dilectione	630
Luce 1. Benedicta tu inter mulieres	570	Act. 13. Vobis oportuit in primis sermonem dei tradi	628	Apoc. 6. Montes tanquam ceras liquescent	404
Luc. 3. Quæ est mater mea	289	Act. 21. Quid facitis lacrymantibus, & conturbantes cor meum	628	Apoc. 17. Sedet in purpura cum coccino	598
Luc. 8. Qui habes aures audiendi	285	Rom. 7. Quæ aut sub uiro est mulier	673	Locorum scripture	
Luc. 10. Quid faciendum mihi, ut consequar uitam æternam	299	Rom. 8. Qui suscitauit Christum, &c.	495	Finis.	
Luc. 11. Siego in Belzebule	301	Rom. 8. Caro aduersus spiritum concupiscit, et spiritus aduersus carnem	660	Secta diuina Christianorum	689
Luc. 11. Vos pharisei exteriora posculi	302	Ro. 13. Mibi ultio, ego rependam	8	Seculum	721
Luc. 12. Dic fratri meo ut diuidat heredem.	305	1. Cor. 7. Bonum mulierem non tangere	661	Seculum emulum dei	578
Luc. 14. Homo quidam fecit causam magnam	309	1. Cor. 7. Melius est nubere quamuri	604. 648	Seculum mortuorum habitatio-	
Luc. 16. Facite uobis amicos de manna iniquitatis	634	1. Cor. 7. Tantum in domino	613. & 614	nem esse quidam dicunt	60
Luc. 18. De publicano & phariseo	318	1. Cor. 7. Cupio autem omnes meo exemplo persecutare	613	in Seculo ubi simus nihil interest	539
		1. Cor. 7. Nuptis denuncio, non ego, sed dominus	648	in Seculo omnia imaginaria & nibil ueri	527
				Secundus hereticus	128. 449
				Securis	527
				Secures edictorum	696
				Sedulitas nugas non facit	607
				Semissij	739
				Senecæ volumen de superstitione	
				Gentilium	706
				Senectus	

I N D E X

<i>Seneckus</i>	594	<i>etio & decore mulierum</i>	592	<i>Spiritus aduersarius unde apparet</i>
<i>Sensus quicq; hominis</i>	520	<i>de manumissione & deo</i>	94	<i>reat</i>
<i>Sentius Saturninus</i>	286	<i>de medico, & instrumentis eius et</i>		<i>661</i>
<i>Sepultura Christi</i>	238	<i>de iudice deo</i>	205	<i>Spiritus mundi</i>
<i>Sepulturarum area</i>	640	<i>de medico, & deo Marcionis</i>	181	<i>Spiritum dei fideles habent</i>
<i>Septuaginta duo interpretes</i>	711	<i>de nummo probato, & paenitenti</i>		<i>649</i>
<i>Seres</i>	583	<i>tie probatione</i>	555	<i>Spiritus sanctus in carcere uadit</i>
<i>Sermo iuxta definitionem grammaticorum</i>	472	<i>de oliua & heresi</i>	121	<i>cum pijs</i>
<i>Sermo optimus minister</i>	194	<i>de pomis & paenitentibus</i>	555	<i>• 538</i>
<i>Serpens eneus</i>	150	<i>de Sagitta & impatientia</i>	7	<i>Spolia figurata</i>
<i>Serperis quare erectus</i>	209	<i>de Sepijs & hereticis</i>	191	<i>Spongia Marcionis</i>
<i>Serpens praeo imaginis diuine à primordio</i>	448	<i>de Sole & patre deo</i>	478	<i>Sponsari</i>
<i>Serpentis salutare spectaculū</i>	237	<i>de ueneno & corpore</i>	358	<i>Sponsaliū naturalium tabule</i>
<i>Serram per eandem lineam recis procare prouerb.</i>	519	<i>Similitudinum finis</i>		<i>575</i>
<i>Serui boni conditio</i>	631	<i>Simon Magus</i>	124. 632. & 707	<i>Sportulam captare ut furunculus</i>
<i>Serui dei</i>	275	<i>Simplicitas sapientie coiuicta</i>	447	
<i>ex auro Seruorum uimacula</i>	586	<i>Simoniana magia</i>	119	<i>Statilius Taurus</i>
<i>Seruos alienos Galba noluit manu mittere</i>	344	<i>Simul pro simulacrum</i>	574	<i>681</i>
<i>Sestertia</i>	698	<i>Simulachra deorum uana</i>	706	<i>Statio</i>
<i>Sestibspiritalis</i>	459	<i>Simulachra sero Romanum inuenita</i>		<i>615</i>
<i>Setthoitarum insana heresis</i>	127	<i>Sta</i>	721	<i>Stationes</i>
<i>Seuerus imperator Christianos defendit</i>	641	<i>Singularitatis exitus cogitans</i>		<i>615. 624</i>
<i>Seuerus pater Antonini Christia norum memor</i>	641	<i>dus</i>	646	<i>Status scripti ex voluntatis</i>
<i>Sibyne</i>	254	<i>Sinus Abrahe</i>	314	<i>Stephanus stantem Christum ad dextram dei uidit</i>
<i>Signari</i>	52	<i>Siparia portarum</i>	447	<i>496</i>
<i>Signatio furtiva</i>	618	<i>Sirenes mostruose, fabuloseq; 223</i>		<i>Steriles & spadones ignominiosi apud Iudeos</i>
<i>Signum belli crepitacillo datum</i>	145	<i>Sobrietas</i>	624	<i>666</i>
<i>Similitudo quid</i>	365	<i>Socrates deierabat quercum, birum & canem</i>		<i>Stigmata corporalia in Christo</i>
<i>Similitudo nulla in contrarijs</i>	365	<i>Socratis sapientia</i>	705	<i>Strobuli Barbarorū</i>
<i>Similitudines marie à Christo ad ducte</i>	308	<i>Socratis criminatores afflitti</i>	708	<i>345</i>
<i>S E Q V V N T V R S I M I litudines quibus Tertullianus uititur.</i>		<i>Socratis uox, si demonium permittat</i>	735	<i>Strophiolum</i>
<i>de Cliete diuinitat et sacrificijs quotidiani Iudeorum</i>	210	<i>Sodalitia</i>	616	<i>Strumentum</i>
<i>de die & resurrectione</i>	54	<i>Solennitates Cesarum multorum malorum causa</i>	726	<i>Strutiocamelus</i>
<i>de febre & heresi</i>	105	<i>Solidū ex testamento capere</i>	675	<i>Stuporata gloria</i>
<i>de gemmis indicis & deo</i>	51	<i>Solis deliquium</i>	640	<i>Sublectionem facere</i>
<i>de gladiatoriibus & hereticis</i>	105	<i>Solem quidam Christianorum deum esse putant</i>	709	<i>Substantia est corpus rei cuiusque</i>
<i>de hereticis & cecis</i>	193	<i>ad Solem uncti</i>	145	<i>Substantia quid</i>
<i>de imagine & anima</i>	199	<i>Sordulenti</i>	559	<i>(404)</i>
<i>de languentibus</i>	1	<i>Spacium temporum</i>	565	<i>Sufficientie usus</i>
<i>de latrocino in alicuius agro</i>		<i>Spado Christus</i>	661	<i>Suffragia prospicere amicitias</i>
<i>Spaosippus i adulterio perijt</i>	735	<i>Spadonatu se assignare</i>	596	<i>rum</i>
		<i>Spadones Euangelici</i>	666	<i>Superbissimi montes</i>
		<i>Spathalium</i>	598	<i>Superinductitij fratres</i>
		<i>de Spectaculis libri duo Tertull.</i>		<i>Susanna in iudicio reuelata</i>
		<i>Speculum</i>	583 (586)	<i>Suspitiones impudicitie provider de</i>
		<i>Speret pro timeat</i>	682	<i>598</i>
		<i>Spaosippus i adulterio perijt</i>	735	<i>Syllogismi Apellis</i>
				<i>T Abule naturales</i>
				<i>T Tabule nuptiales</i>
				<i>Tacianus hereticus discipulus Iustini martyris</i>
				<i>703. 712</i>
				<i>Tallus historicus</i>
				<i>709</i>
				<i>Tartarus</i>
				<i>741</i>
				<i>Tauri Aegyptij antifites</i>
				<i>654</i>
				<i>Temeritatis modus</i>
				<i>557</i>
				<i>Templa Christianorum</i>
				<i>448</i>
				<i>Temporum spoliatores sunt sacri legi</i>
				<i>639</i>
				<i>Tempus patet</i>
				<i>574</i>
				<i>Tempus</i>

IN TERTULLIANVM

<i>Tempus omnia reuelat prouerbium</i>	500	<i>Timor salutis fundamentum</i>	592	<i>Verbum insultatorium & triumphantorum</i>	358
<i>Tempora & antecessores opponere</i>	567	<i>Timor hominis dei honor</i>	557	<i>Verbum Dei administrandum</i>	
<i>Tense</i>	527	<i>Timor iudicij ad bonum conservare</i>	203	<i>egrotis</i>	597
<i>Tentatio Christianorum in carcere</i>	538	<i>Tingere in patrem & filium & spiritum sanctum</i>	492	<i>Verbi audientia</i>	24
<i>Tentationibus via non aperienda</i>	592	<i>Titulus traditionis</i>	519	<i>Verborum sensus, non sonus percep</i>	
<i>Terra reprobationis</i>	147	<i>Titulum incidere</i>	170	<i>piendus</i>	144
<i>Terra homo uere</i>	65	<i>Titulum dispungi</i>	667	<i>Verborum Christi certa est ratio</i>	
<i>Terra pro carne sanctorum</i>	65	<i>Traianus inquiri Christianos uertuit</i>	698	<i>Verecundiae nullum</i>	577
<i>Terra uirgo antequam fieret Adam</i>	31	<i>Traiani impium rescriptum</i>	693	<i>Veritas exurge</i>	568
<i>Terre uarius uestitus</i>	682	<i>Transfiguratio Christi in monte</i>		<i>Veritas imagini respondere debet</i>	
<i>Terre quare deus maledixerit</i>	65	<i>te</i>	91	<i>Veritas nibil erubescit</i>	448
<i>Terre ergastulum</i>	193	<i>Transfiguratio interemptio est</i>		<i>Veritas apud quos non sit</i>	123
<i>Terre filij, prouerb.</i>	704	<i>pristini</i>	493	<i>Veritas antiqua res</i>	566, 736
<i>Terre nomen redigit Hermogenes in materiam</i>	398	<i>Transgressio perditionis humanae causa</i>	71	<i>Veritatis interfector</i>	20
<i>Tertullian. sub seuero floruit</i>	696	<i>Triptolemus nouus</i>	172	<i>Vermē se Christus pronūtiat</i>	197
<i>Tertulliani libri duo de spectaculis</i>	521	<i>Trophonius Bœotie initiationes docuit</i>	715	<i>à Vermib. hostis Christianorum consumitur</i>	
<i>Tertullianus montanizat de unis nuptijs</i>	603	<i>Tunica cutis</i>	51	<i>Verus Antoninus</i>	698
<i>Testamenti noui substantia</i>	496	<i>Tunice cartbaginensium</i>	681	<i>Vespasianus Iudeorum debellar</i>	
<i>Testamenti utriusq; totum instrumentum</i>	484	<i>Tyrijs</i>	583	<i>tor</i>	698
<i>Testamenti ueteris decessio & non uis successio</i>	292	V e amaritudinē habet	276	<i>Vespronius Candidus</i>	640
<i>Testimonium anime Christiane</i>	710	V alentia dea otriculanorum		<i>Vestales</i>	606
<i>Testudo pacuiana</i>	683	<i>Valentinus ingenio et eloquio potens</i>	34, 448	<i>Vestificina</i>	684
<i>Theatri impudicitia</i>	728	<i>Valentini insane fabule</i>	30, 127	<i>Vestimenta Iudeorum quadriginta annis indekrita manserūt</i>	
<i>Thales de diuinitate Croeso quid respondeat</i>	735	<i>Valentini spiritalē examen</i>	460	<i>Vestis prime Mercurius autor</i>	194, 684
<i>Themistoclis militia</i>	705	<i>Valentiniani collegiū inter hereticos frequentissimum</i>	447	<i>Vestium tedia</i>	605
<i>Theodosius hereticus Byzan.</i>	130	<i>Valentiniani qua in re didicerunt errare</i>	95	<i>Vestitus prostitutes</i>	596
<i>Theodosius posterior</i>	130	<i>Valentinianorum doctrine in syllabus Gnosticonum excoleuerunt</i>		<i>Vicarius patris</i>	490
<i>Theopompus historicus</i>	399	<i>Varro cynicus Romanus</i>	708	<i>Vicarius domini spiritus</i>	566
<i>Theotimus circa imagines legis multum operatus est</i>	449	<i>Vasa escaria ac potoria ex are</i>	585	<i>Victoriati</i>	575
<i>Thomas aliquamdiu incredulius</i>	489	<i>Vberum tempore sanguinū mens</i>		<i>Victorini error de Christo</i>	130
<i>Thyreus apollo</i>	528	<i>Vestigalis libertas</i>	711	<i>Victuaria exhibito per mulieres apostolis</i>	667
<i>Tibilenus Norici deus</i>	719	<i>Vedius Pollio seruos murenis obiectauit</i>	688	<i>Vidue</i>	573, 607
<i>Tiberius qdiu regnauerit</i>	143	<i>Velaminis disciplina</i>	577	<i>Vidue iuenculae</i>	673
<i>Tiberij tempore nomen Christianum Romae acceptum</i>	697	<i>Velaminis reuelationes</i>	578	<i>Vidue in Aphrica</i>	606
<i>Timiditas omnia persuadet</i>	634	<i>Venia facilis difficultum ad quod Venimus, prouerb.</i>	615	<i>Vidue non renubentes</i>	605
<i>Timor odium spirat</i>	722		260	<i>Viduarum defensor deus</i>	274
				<i>Viduitatis proposito que officiant</i>	607
				<i>Vigilius Saturninus</i>	640
				<i>Vincula seruorum ex auro</i>	596
				<i>Vino Ro. abstinebat mulieres</i>	698
				<i>Vino nouo es excerebratus</i>	269
				<i>Vir caput non uellet</i>	572
				<i>Vir familiarior dei imago</i>	573
				<i>Viri</i>	

I N D E X

V tri & fœmine coniunctio benedicta à deo	603	V oluntas dei uult bonum	647	A ccusasse si sufficit, nemo innocens	689
à Viro autoritas & solatiū	605	V oluntas sine concupiscentia stirno non est	184	A chillis nomen unde	678
V irga	527	V oluntas non excusat	553	A cinetos	445
V irginari	575	V oluntas pura & inuita, maior & minor	648	A cta commentarij	499
V irgo	607	V oluntas facti origo	553	A ctor & actus	252
V irginis bone publicatio, est stupa passio	568	V oluntatis libertas	647	A ctus	252
V irgines an ecclesiam ornent, uel ecclesia uirgines	576	V oluntate omnia deū creasse	393	A daginatio	252
V irgines dei & hominum	567	V otorum annua nuncupatio	526	A d cognoscere	611
V irgines iunonis Achee et diane & apollinis	676	V sura est fœnoris redundans	281	A dfinis cum genitivo	382, 384
V irginitas gratia constat	573	V tensilitas	585	A dorare stans	508
V irginitas à natuitate 646. & à baptismo	646	V teri naufragantes	675	A duocatio quid	162
V irginitas ostentatitia	568	V ultur sine masculo mater	452	A dificandi uerbum translate	581
V irginitas coacta & inuita quas	576	V ultus gallici	605	A rgion oppidum	602
V irginitas in ecclesia abscondenda	575	V ulua Mariæ patefacta	36	A emulus cum dativo	335, 103
V irginitatis ostentatio non est dignitas	573	V xor conditionis nomen est mulieris	570	A eneatores	513
V iridianus deus Narniensium	719	V xor ad posteritatem et ad uitandum inopiam	675	A enos	445
V irtus duritia extruitur, mollitia vero destruitur	540	V xor pia nulla deformis suo marito	593	A contecios	ibidem
V isitatio captiuorum	619	V xor Job ad prava remedia suasit 10.18		A eon quid	ibidem
V isitatio fratum	615	V xores multas patriarchas habuisse	650	A econum nomina	ibidem
V isceratio distributio carnis	158	V xores Socrates & Cato amicis communicauerunt	729	A esopus graculus	426
V ita deuorat mortale	78	X Ystarches	539	A esopus bistrio	680
V ltuo fructus ire	185	X Ystianitas	728	A ffinitates pretexere	587
V ltio penes ueritatem malignitas redarguitur	734	Z Eliuira mulier	652	A frika distincta in cōuentus	636
V ltionis libido ex impatiens	8.20	Z eno eleates morte egredie contempsit	740	A gonobetes	535
V ltionis metu omnē iniuriam refrenari	279	Z enon apud Prienenses affectat tyrannidem	735	A gape	504. & 533
V ltionem credentes à deo expetare	ibidem	Z enon de deo quid sentiat	715	A genuetos	445
V nbilici spitorum	595	I N D E X I N A N N O / tationes D. Beati Rhenani.		A geratos	445
V ubra sine lumine	386	A Belardi Theologia	754	A gina quid	384
V uare pro unire	492	A bo noctare	610	A lbiani	636
V nde, pro unde unde	398	A brelictia pro derelicta	131	A lbus color innocentie præcipue conuenit	502
V ngi	52	A bsolesto	645	A lcibiades prophanus ad sacra irrepigit	411
V ncio regalis chrismatis probita fieri in captivitate	154	A ngaria	589	A letbid	445
V nitas irrationaliter collecta ha resim facit	468	A cataleptos	445	A lienus cum genitivo	422
V nimiratus	608	A ngelos καὶ ἀγέλων	331	A liqui pro aliquis	331
V nnum quid	651	A ccidere pro accidentis esse	334	A lleluia ab ecclesia Hierosolymitanamutuatum	505
V olatice augurandi scientia	689			A lligi animam deo	40
				A ltaria uenerationi antiquitus suis	549
				A luicare	438
				A mentare	252
				A ntelij dij	516
				A ntie	679
				A oratos	445
				A nabaptiste excors hominum genus	411
				A raçaypazyl	536
				A nennoctus	445
				A ngeli	

ANNOTATIONVM

<i>Angeli exterminati</i>	562	<i>Auspicari</i>	499	<i>C</i> <i>Accum</i>	563
<i>Angelos esse creatores animarum ex igne & spiritu quidam dicunt</i>		<i>Autophyes</i>	445	<i>Calceatus pro calceatione</i>	
465		<i>Autorare</i>	500.537	509	
<i>Anglia uetus Britannia</i>	563	B <i>Abylonica uestes</i>	579	<i>Calceatus simplex Christianorum</i>	
<i>Anna Britannica Maximiliano Cesari desponsata</i>	439	<i>Bacellarij</i>	754	rum	676
<i>Annuersanorum sacrorum cum eleemosynis origo</i>	508	<i>Balnearum fures graviori pena plectendi</i>	622	<i>Calcei multiformes</i>	564
<i>Anonomastos</i>	445	<i>Baptizati uestibus albis induebantur</i>		<i>Calendarium</i>	582
<i>Ansegisus Abbas</i>	500	<i>tur</i>	502	<i>Calliblepharum</i>	590
<i>Anthropos</i>	445	<i>Baptizati non lauabant ea bebedo mada</i>	503	<i>Calices olim lignei</i>	507
<i>Antistare pro excellere</i>	749	<i>Baptizatis uinum & lac datum in Occidente</i>	501	<i>Candida substantiae</i>	247.252
<i>Antistatus pro prælatione</i>	422	<i>Baptizandus nomen dabit</i>	501	<i>Candidatus timoris</i>	611
563		<i>Baptismus nullum tempus habet</i>	510	<i>Candidati</i>	191
<i>Antinous seruus Hadriani Ces.</i>	515	<i>Baptismus puerorum à quibus auctoribus confirmetur</i>	501	<i>Cantica ecclesiastica paschalis</i>	
<i>Anuli ferrei & aurei</i>	580	<i>Baptismus bis in anno celebrari coepimus</i>	500	<i>hebdomados</i>	508
<i>Apaturorum celebritas</i>	750	<i>Baptismi ritus qualis olim</i>	502	<i>Capere</i>	161
<i>Apparere est famulari</i>	41	<i>Baptismo eodem tingebantur olim pueri & senes</i>	501	<i>Caperet pro si fieret, uel si accidere ret hoc iure</i>	189
<i>Apparatio & Apparitores</i>	41	<i>Barbaria</i>	161.561	<i>Capit impersonale uerbum</i>	189
103		<i>Basilides princeps Gnosticorum</i>		<i>Capillamentum</i>	589
<i>Apellantiani Apellite & Apellici</i>	14	<i>410</i>		<i>Carda dea</i>	516
<i>Apellis error de carne Christi</i>	11	<i>Basilius Magnus</i>	543	<i>Carolus magnus</i>	99
<i>Aperte tibie prouerb.</i>	609	<i>Beda Chronographus</i>	543	<i>Carpistes</i>	445
<i>Aphricanum Concilium</i>	507	<i>Benedici & benedicti</i>	218.530	<i>Carthaginensis Aprica</i>	532
<i>Απωκερτέργοις</i>	752	<i>Benedictio baptismi & olei</i>	509	<i>Cassiani</i>	636.678
<i>Απωκερτέρημ</i>	162	<i>645</i>		<i>Castitas mentis & corporis est</i>	646
<i>Apocryphis libris inesse etiam ueritatem</i>	579	<i>Beneficiarij</i>	515.622	<i>Cataphrygarum error</i>	380.689
<i>Apollonius uir disertissimus</i>	46	<i>Bernardus Burgudio Spire ger manice concionatus est per interpretem</i>	423	<i>Kαλγάρη quid</i>	503
<i>Aquarioli</i>	751	<i>Bestia altegradia</i>	565	<i>Catechumeni qui et unde dicti</i>	
<i>Aquileges</i>	218.751	<i>Betanus presbyter</i>	543	<i>249.503</i>	
<i>Aquilices & aquelicii</i>	218.751	<i>Blatire</i>	677	<i>Catechumeni olim & audientes</i>	
<i>Arbiter pro obseruatori</i>	657	<i>Bona fide</i>	412	<i>& auditores uocati</i>	548
<i>Archemorus Lycurgi filius</i>	515	<i>Boni ducere</i>	332	<i>Cato atrox</i>	645
<i>Archidiaconorum officium</i>	764	<i>Böttronatum</i>	509	<i>Caucasus iu hospitalis</i>	161
<i>Archigallus</i>	748. & 41	<i>Bpabētōy</i>	535	<i>Cauillari pro cauere</i>	514
<i>Arretos</i>	445	<i>Britanni</i>	563	<i>Cedo</i>	549
<i>Affentari pro consentire</i>	382	<i>Buccinum</i>	677	<i>Cephidius orator</i>	689
<i>Affector</i>	602	<i>Bulla aurea apud Romanos</i>	590	<i>Ceraunia gemma</i>	579
<i>Asymbolus</i>	419	<i>Burchardus Borbetomagensis episcopus</i>	508	<i>Cerdon Marcionis magister</i>	410
<i>Attilij Reguli pena</i>	537	<i>Burchardi Vnormaciensis liber</i>		<i>Ceremonie populo prosunt</i>	503
<i>Auditores qui</i>	541.547	<i>Bythos</i>	445	<i>Ceremonie secundum ecclesiarum & regionum diuersitatem uariant</i>	561
<i>Auditoribus doctor preficiebas tur</i>	548			<i>Ceremonias gentilium olim Christiani cauebant</i>	497
<i>Auena frumenti uitium</i>	464			<i>Cerorum ardantium ceremonie unde orte</i>	533
<i>Auene falsa doctrina comparas tur</i>	464			<i>Chabrie apophthegma</i>	499
<i>Auidius Cassius</i>	536			<i>Chameleon</i>	678
				<i>Charis</i>	445
				<i>Chlidonia</i>	550
				<i>Cilia</i>	

I N D E X

<i>Cibiliste</i>	217	<i>Communionis nomen</i>	505	<i>Curiositatem Christiani fugiane</i>
<i>Chonradus Pellicanus</i>	506	<i>Coxeba minor</i>	677	98
<i>Christiani cum Christianis non beligerentur</i>	513	<i>Conche maris poma</i>	581	<i>Cylindri</i>
<i>Christiani olim ab omni reipub. administratione alieni</i>	608	<i>Conculcatus</i>	42	<i>Cyprianus martyres magnificat</i>
<i>Christiani Greki vocati</i>	676	<i>Concussor & concussio</i>	621	131
<i>Christiani olim militabant</i>	499	<i>Concussura pro concussione</i>	622	<i>Cypriani sententia de confessio</i>
<i>Christiani sola modestia noti</i>	608	<i>Condicere</i>	163.466.514	ne
<i>Christianorum proscriptio</i>	529	<i>Conditio pro orbe condito</i>	42	<i>D</i> emon paredrus
<i>Christianorum conuentus</i>	505	<i>Confessio primum deo, secundo sa</i>		<i>De calcaria in carbonari</i>
<i>Christianorum veterum studia, officia, ac exercitia</i>	508	<i>cerdoti fiat</i>	543	am
<i>Christianismus modestie professio</i>	578	<i>Confessio abrogata apud Constantinopolim</i>	543	218
<i>Cicade Atheniensium</i>	563	<i>Confessio auricularis non omnino abiicienda</i>	550	Decime Herculane
<i>Cicero orationem in toga candida habuit</i>	336	<i>Confessio secreta unde originem sumpserit</i>	542	677
<i>Cinerarij</i>	612	<i>Confessionis secreta utilitas</i>	758	<i>In dedicationibus epulandi mos, unde ortus</i>
<i>Cnifiones</i>	612	<i>Consciscere</i>	513	508
<i>Circumscribere pro circuducere</i>	163	<i>Consecrationis preces</i>	509	<i>Dedicator damnationis Nero</i>
<i>Cirri</i>	563	<i>Consistorium</i>	42	742
<i>Clarissime facine</i>	637	<i>Consolatorij libelli</i>	529	<i>Defensa pro defensione & vindicta</i>
<i>Claves ecclesie</i>	761	<i>Constitutum pro constitutione</i>	42	190
<i>Cleomachus</i>	679	<i>Consul maior</i>	428	<i>Deferre pro accusare</i>
<i>Clodius Albinus</i>	678	<i>Consultatus pro consuluit</i>	382	498
<i>Clodij Albini mors</i>	635	<i>Contemporare</i>	44	<i>Defunctus pro defunctione</i>
<i>Coccus</i>	549	<i>Contesserare & confessatio</i>	101	434
<i>Coetare</i>	44	<i>Ex continenti, pro statim</i>	748	<i>Degener</i>
<i>Cenacula</i>	415	<i>Continentiam magni facit Terullianus</i>	561.588	436
<i>Cene Christianorum quales olim</i>	504.505	<i>Cothurnus</i>	422	<i>Delatoribus constituantur presaria</i>
<i>Collectae</i>	505.622	<i>Conuenire pro inuenire</i>	251.385	529
<i>Colligere collectam facere</i>	622	<i>Conuerit absolute</i>	562	<i>Declatura pro delatione</i>
<i>Coliphium</i>	536	<i>Conuictus passiuns</i>	331	436
<i>Collyris</i>	589	<i>Conuiuum dominicum olim infatum a gentilibus</i>	610	<i>Deliberatus pro liberato</i>
<i>Commeatus quid</i>	464. & 465	<i>Corone officiales</i>	514	256
<i>Commeatum dare</i>	620	<i>Corone decorum bonos</i>	512	<i>Demiurgos</i>
<i>Commemorari deponentaliter & actiue</i>	620	<i>Corpus pro substantia</i>	12	445
<i>Committere pro peccare</i>	500	<i>Corpus domini peregre olim aduenientibus datum</i>	101	<i>Demosthenis uerfulus cum fugaci exprobraretur</i>
<i>Comparatio pro preparatione & formatione</i>	433	<i>Corpus pro congregacione</i>	101	620
<i>Compendiatum</i>	246	<i>Corpus capillum anime</i>	40	<i>Denotare pro taxare</i>
<i>Compertus deponentaliter</i>	383	<i>Crepitacillum</i>	132	677
<i>Compitum stomachi</i>	45	<i>Croceus color & flammus</i>	589	<i>Designatus quartae declinationis</i>
<i>Communicatio primorum Christianorum</i>	610	<i>Crucis in signando apud Christianos usus</i>	508.509	677
<i>Communicationis in ius accipere</i>	531	<i>Curare cum datiuo</i>	752	<i>Depdare</i>
		<i>Curiosi</i>	622	583

Dici

ANNOTATIONVM

D icibula puerilia	430	quod ex etiā quomodo latinis red datur	656	F Abius presbiter	618
Dictamnum herbam cervi extra bēdis sagittis monstrauere	550	Endromis	679	Faces in nuptijs prefereban tur olim	441
Dictata	531	Enoch liber	578	Facies morosior	564
Diogenis dolium uersatile pretos rium vocatum	636	Entbymesis	449	Facilitatio pro creatione	383
Disciplina Christiana statim ab initio coepit degenerare	579	Epistles	536	Facilitator pro factore	431.466
Discipline encomium	542	Ab equis ad asinos	677	Fastrigium quid	40
Discipline Christianae officia	411	Euphorbus factus Pythagoras	38	Fauos post mellā gustare	516
Dispungere pro absoluere	132	Epicitharisma post fabulam	441	Felicula insula	415
Disputarunt ueteres subinuiti de diuinis rebus	542	Epicuri error de indiuiduis	422	Feriarum olim paucitas mira	501
Diffimulatione deus summe offen ditur	754	Ergastula	581	Festi dies martyrum quare infis tuti	533
Doctores in Theologia primi, & Iure	754	Eruditus quarte inflexionis	436	Fœuda	622
Dominor cum genituo	748	Escatilis	161	Fibulam imponere uel laxare	556
Domus pro familia	580	Esce gloriose	191	514	
Domum locare & redimere	601	Eucharistia olim manibus laicos rum attacta & mortuis in os in serta	507	Fides morata	12
Draconites	581	Eucharistia olim quotidie sumpta	511	Fides ex personis non probanda	98
Dracontarium	516	Eucharistic nomen unde	504	Fideicommissum Fidei cōmissarij	
Ducatio pro ducatu	514	Eucharistic uaria ratio	506	599.600	
Ducator	564	Eucharistic sumende mīda uete rum diuersitas	503	Figulatio	432
Diuersum eius, pro ab eo	465	Euirare	645	Fistule argenteae	508
E Brietas donec exicetur, de mentia est	426	Eumolpus sacra in honorem Eleu fina Cereris instituit	411	Fl. Constantinus	99
Ecclesia mater, domina	530	Europus	383	Fluxura pro fluxu	45
Ecclesiasticus	445	Exalbati	247	Forobanniti	611
Exeo cum genituo	423	Excessus pro morte	441.600	Fraternitas unde	534
Estroma quid	100	Executio pro persecutione	131	Fraternitas pro collegio Christi norum	564
Edictales possessiones	248	Exequi morteni	164	Frigidices	680
Educare pro educere	564	Exerte pro clare	609	Fungi cum accusatio	466
Educari pro educi	678	Exhibitio uictuaria	659	Funem contentionis ducere	131
Edulis in tertia declinatione	336	Existere	253	247	
Eierare uel eiurare	247	Exomologesis	544	G Allorum descriptio	601
513		Exorcismoru antiquitas	513. 626	Gallis obueniū nomen Gar latis à candore corporis	600
Eleemosyne genus ignoscētia	761	Exornata pro ornatu spoliata	589	Garamantes matrimoniorum ex ortes	563
Eleusina sacra	411	Expeditio	619	Gemmarum usus apud Parthos	
Eleusis urbs Attice	ibidem	Expiatus pro expiatione	421	581	
Eleutherius Romanus Pontifex	101.530	Expictio	609	Gemonie scale	442
Elogium quid	637	Exposititij unde dicti	416	Geniculari in adorando	508
Elogium in malam partem	50	Expumicare	428	Genitura	44.423
Elpis	445	Expuncta pro adimplēta	131	Gentilitus aduerbiāliter	678
Elucubratus sum pro elucubrati	383	Expungere responso	563	Genua misericordie dicata	549
Emittere literas	463	Expūgere pro absoluere	333.498	Germanici bauli	601
Empedoclis erēs crepidae	679	Extare pro eminere	591	Germanorum crines	563
		Exterminare quid	611	Gesticuli	746
		Extraneus cum genituo	333.583	Gladiatores	530
		Exules carnis	590	Gnostcorum discipuli nota ali qua insigniebantur	380.445

Xx Gnosti

I N D E X

Gnostici à Valentiniānis descen-		Immatriculati	622	Isidori Rapsodis	344
dunt	410	Impedimenta	579.601	In sinum uertere	621
Graduale	505	Impietas impietati concatenata		Iudeorum arrogans supercilium	
Gradum figere proverb.	567	379		131	
	621	Imprefce	542	Iulia lex de adulteris	439
Gram oculorum uitia	432	Impressius dicere	219	Iulij pontificis maiores qui fuer-	
Gratiani locus emendatur	507	Inalienus	250.535	rint	218
Gratias agamus, sacerdotis uox	504	Inbonitas	535	Iulij Firmici locus restituitur	657
		Incontinenti pro statim	100	Iuppiter taurus aut cygnus	13
H Abere pro posse	424	Incriminatio	42	Iurare per Genium Cesaris	636
Hereditas fiduciaria	600	Incunabula pro initijis	101	Iuridici	636
Hereses unde dictae	98	Indignus pro indignitate	162	Ius trium liberorum	429
Hereses à philosophia subornan-		Inducere consultationem	619	Iustitium	41
tur	98	Infantes antequam lac gustarunt		I Abarum	745
Hereses febri comparantur	98	olim corpore & sanguine dor-		Laboratorium	563
Halberstadiensis ecclesie institu-		mini pasti	500	Lac & mel olim pueris datum	
tum	757	Infirma pro imperfectis	600	501	
Hatto Basiliensis episcopus	543	Ingratia	546	Lactes	40
Hedone	445	In honestas pro deformitate	132	Laciniosus sermo	562
Helucus	512	Initiati solum ad sacra admissi-		Laciniosa onera	246
Hen, Henonis, Henotes	445	411		Laconum flagella	537
spæ	162	In ludia ansmarum	41	Lactantij error	217
Heraclitus morbo aquæ intercus-		In orari	41	Lancas uestes in ædes sacras ins-	
tis laborauit	536	In opia luxus comes	548	ferre apud Aegyptios nephas	
Hermiani heretici	379	Inprope	644	513	
Hermaphrodit qui & Androgy-		Inquit pro inquiunt	562	Lane ex Miletō	579
ni	442	Inrecognitione	643	Langia fons	515
Hermogenes	379.380	Insinuare pro in sinum abscondi-		Laniste	530
Hesychius Leuitici interpre-		dere	42	Lapsi quidam quomodo in ecclesi-	
543		Insulæ nomen	415	am recepti	531
Hiarba rex seipsum interficit	645	Intercalare	334	Lares dij domestici	610
Hieronymus multa ex Tertullia-		Interest pro differt	513	Laterculum libri nomen	437
no mutuatus	131	Intestinum iter	250	Laterenses	253
Hieronymus Rome male audiuit		Intimare	43.428.581	Lauandi consuetudo frequens	
642		Intinctio	456	apud ueteres	505
Hieronymus exomologesim Fa-		Introitus	505	Laureatus mimus	424
biola describit	544	Inuadere	546	Lecticarij	680
Hicronymilocus restituitur	531	Inuestis	562	Lectio prophetica, uel apostolica	
Higinus pontifex Ro.	410	Inuxora virginitas	644	uel euangelica	505
Hogestus pro pulchro	15.218	Ioannes Chrysoſt.	543	Lemnisci & Lemniscate corona-	
Honesti pro honoratis	637	Ioannes Geilerius cōcionator Ar-		515	
Hordearij gladiatores	536	gentinenſis	545	In pace leones in prælio cerui	
Horos	445	Ioannes Gerson theologus	545	pruuerb.	499
Horothetes	418.445	Ioannis Hierosolymitani error		Lex Papia Poppæa	660
Horrentia	251	432		Lex P. Scantinij	659
Hypethra	510	Irenæus Graece scriptit	423	Leucippi error de individuis	
I Anei	622	Irenæi laus	410.415	422	
Idololatria non gratuita	515	Irenæi error	217	Libido pro appetitu & inclina-	
Illustres matrone	590	Irenæus Polycarpum uidit	513	tione	384
Imago Christi culta à gnosticis		Irenæi loca restituuntur	418. et	Libidinosus glorie	564
445		419.420.435.424.425.428		Licentia in bonam partem	622
				Licentia	

ANNOTATIONVM

Licentia passiuā	600	M. Aemilius Scaurus	680	Miriones qui	400.
Licinia lex aduersum sodalitiam	611	Marcus Antichristi precursor	413	Miscellanea Ptolemei	421.
Licit pro claruit	334	M. Aufidius Lurco	680	Missa pro missione	249.
De limine offendere	412	M. Antonini exercitus fulmina ia-		Misse nomen unde	249.504.505.
Linea extrema proverbiū	381	culantur	637	Missarum olim numerus	507
Lineas producere	218	Margaritarum dos in quo consi-		Mithra	102.
A lineis excidere	384	stat	579	Mithra est Persis sol	162.
Lineis iisdem dimicare	331	Maria an Christo adheserit	11	Mixis	445
Liquuit pro innotuit	14	Maria an patefacti corporis lege		Mœchia pro adulterio	656
Litare cum accusatio	412	pepercrit	11	Monas	445
Liuī locus restituitur	331	Maritus cur mulieri necessarius		Monarchiani	462.
Logos	445	609		Monogenes	445
Lucanus hereticus	39	Marucini populi Italie	335	Monotes	445
Lucri ducere	336	Martyr qui	529.610	Montanus cum insanis uatibus pe-	
Ludouicus Pius	99	Martyres designati	529	rij suspendio	463
Lunule	590	Martyres frumento comparans		Montani dogmate Tertullianus	
Lupæ pro meretricibus	414	tur	618	infectus	599
Lutatius Statij interpres	517	Martyres quanti olim	463	Mortuoru corpora olim lota	751.
Lux figura spiritus sancti	412	Martyrum commemoratio anti-		Mortuos cremare quando institu-	
Luxuria pro congressu uiri cum		qua	533	tum	514.
muliere	335	Martyribus multa prisci contule-		Mosaica lex pro tempore exhibi-	
Lyncurium	443	runt	530	ta	131
Lyncestis aqua temulentos facit		Materiarij	379	Mulctatus est pro mulctauit	383
426		Matriculati, Matriculae	622	Mulier omnes suspicionē mali cui-	
Lyncestis Macedonie populi		Matrimonio cur Tertullianus		bet	587
426		ET multi ueterum paulo iniquios		Mulieres apud Catiphrygas sa-	
Lytrotes	445	refuerunt.	642	cerdotio funguntur	445
M <i>Acaria</i>	445	Matrimonia clandestina inhibens		Mulierum prætextus	587
Macariotes	445	da	612	Mulieres luxui dedit natura	587
Macherae	102	Matrimonia duo pontifici maxi-		Mulierum Christianarum præ-	
Magonciacensis synodi constituti-		mo non licet iterare	602	cipua causa in publicum pro-	
tiones	763	Matrix	618. ET 622	decundi	587
Malum foras, proverbiū.	418	Matthæi laus	16	Multitia	679
Mandator quis	217	Maturans gratia	546	Mulum de asino pingere	429
Mandatus passiuā	466	Memoriam alicuius esse in benedi-		Mundities simplex in cultu mu-	
Mandatarius	217	tione	101	lieris	587
Mancipes	744	Mensa in ecclesia pro pauperibus		Munerarius	525
Mappa signum dabatur Circen-		Mensor	161 (504	Munifices milites	515
sibus	443	Merces improfesse	331	Munificum pro munificem	515
Marcellina Romæ suos nota ali-		Meritorium pro taberna merito-		Munus officium significare	515
qua insigniebat	445	ria	415	Mures pontici	161
Marcellina alūna impietatis	380	Metaxwyeús	418	Mutare uerbum absolute	677
Marcion Cerdonis discipulus		Metari	431.565	Myrtus arbor Veneri consecrata	
159		Metatores ET metata	677	514	
Marcion ponticus semel atq; ite-		Metricos	445	Myro coronari	514
rum ab ecclesia eictus	464	Metropator	445	N <i>Ae pro certe, profecto</i>	15
Marcion fuit stoicus	98	Mide rosetum	516	<i>334</i>	
Marcion impugnat Christi huma-		Miltiades ecclesiistarum sophists		Necessariores	580
nitatem	11	415		Nectarius episcopus Constantino-	
Marcionite taxantur	600	Minutalia	161.581	politanus	543
				Nemea sacra	515

I N D E X

Nestor gule magister	421	Orientis respectus	509	Peccatorū ingens discrimē	762
Neuius Laureolum fabulam in car cere scripsit	424	ad Orientem quare ueteres Chri stiani precari soliti &	412	Pelorides	581
Nigriani	636	Olibertus	543	Pentecoste	509
Noetiani	462	P Accem dare	531	Penula	499
Nolentia	163	Paganus duo significat	514	Peregrinus philosophus	537
Nomen offerre	533	Pala	618	Perennare	44.547
Nonacris regio	426	Pallium quale gestamē	564.576	Perfunctorium	163
Nouatio mater diffidij	501	Pancarpia	421	Perilitari	499
Nouitioli	547	Pandore fabula apud Hesiodum		Periscelis	591
Nucetum	430	420		Pero	582
Numerius philosophus	411	Panis uulgaris etiam reuerenter		Petrosius	564
Numero aduerbum	416	tractandus	509	Peruigilium paschæ	608
Nundinare	564	Par cum genituio	248.334	Pescennius Niger interficitur	636
Nuptiales tabule	609	Paracletos	445	Petitores	611
Nuptias secundas cur Tertullia nus damnet	642	Paratura substantiæ	14.189	Phaneroscis	102
De nuptijs secundis sententia Au gustini	380	428.499.657		φοῦ	416
Nus	445	Parentum uocabulum	531	Phidias Athenienfis	40
O Bducere	16	Parere pro apparere	41	Philippus Epif.Cretenfis	160
Obducere pro refellere	384	Pariare	13.251.336	a Philosophia quare caendum	
Obducti pro conuidi	466	Particulæ olim igne consumeban tur	507	98.410	
Obire pro ambulare	550	Paruit pro apparuit	162	Philosophi patriarche hereticos	
Oblatio	505	Paschalis hebdomada feriendo		rum	379
Oblatio pro lapsis	533	transacta olim	501	Physici	655
Oblatio in conciliatione matrimo niij	508	Paschæ dies peculiariter resurre ctioni dicatus	501	Pictas uestes acu Phryges inues terunt	579
Oblaqueare	40	Pascua in singulare numero	747	Pictoria ars per se non mala	380
Obloqui	618	Passiuitas quid	249.679	Picture in templis unde	508
Obnoxius cum genituio	250	Passiuitas pro dissolutione	385	Pipare & pipatio	660
Obstruere gradum prouer.	748	Passiuitali	414.516	Pipatio	427
Obuenire	436	Passiuitas uite	438	Pistis	445
Obuentiones	436	Passiuitus	249.678	Poenitentia ueterum publica qua lis fuit	765
Occursura pro occurſu	191	Passiuum dei nomen	16	Poenitentiam precedere exomolo gesin	545
Officia	513	Passiuum pro promiscuo	161	Poenitentie certæ leges condende	
Officiorum communium ratio	587	Passiuus census	657	542	
Officinae ferales	580	Passiuus pro inconstante & ami biguo	332	Poenitentie modus apud veteres	
Olympici certaminis institutor	515	Patagium, patagiati, & patagias		757.762.5763	
Hercules	515	rij	678	Poenitentialis liber	542
ὅλωθο quid	384	Paternus proconsul	532	Poeticus pastor	510
ὄντοις quid	441	Patricos	445	Plagiator	663
Operari	741	Patripassiani	462	Planitus	678
Operor cum datiuo	751	Paulus Vuolcius Abbas Hugonis		Plato fragmentis quibusdam suam philosophiam adumbrat	410
Opbitæ	104	ani coenobij	505	πλειάδες	55
Orationes Christianorum	505	Pauli epistola ad Hebreos tempo re Tertulliani Paulus non tri buta	331	Pleroma	445
Ordinatio	602	Peccantia delictorum	132	Plinius de antelucano Christiano rum conuentu	507
Orientis uocabulo Christum in/ telligi	412	Peccata aduersus decem precepta		Plurimū pro maxima parte	334
		762		Plurimū pro plerung;	250
				Polycarpus discipulus Ioan.	503
				Polycarpi	

ANNOTATIONVM

P olycarpi dictū de Marcione	160	t inianae schole	413	S adduceorum propinquī & cyp-
P ontificis Ro. authoritas summa olim	463	P ustulare	581	rotes
P ontius diaconus	532	Q ve pro utra	562	12.22
P ontius Paulinus	501, 508	Questui sedere	591	Salio pro transfilio
P osthumare posthumatus posthu- mus	44.442	Quanti pro quot	637	334
P ostremissimus	588	Quasi in limine occurrere	658	Salis & aquæ benedictio
P oterat absolute cū ablative	413	Quo pro qua propter	336	426
P otitus cum genitivo	413	R abanus	543.763	Salutatio Christianorū olim oſca-
P raxeas in Africa uixit	463	Raimundus Fuggerus	445	lo
P raxeiani unde	462	R atholdus Argentoratensis epis-		564
P redicare pro prædicere	620	scopus	764	Sancti qui olim
P regnatus, us, ui, pro impregnas- tione	12. & 132	Ratio sine bonitate non est ratio		101.609
P relegare pro prius legare	599	545	S æctissimi episcopi unde dicti	609
P reparatura	249	Rationale	619	Sanguinem dominicū laici fistulis
P repositus militaris officij uoca/ bulum	530	Recidivus	251	olim hauriebant
P re scriptiue	246	Reconsuevit pro consuevit	590	505
P re scriptus quartæ inflexio.	643	Recordatus, us, ui.	39	Saporem pro sapientia
P residentes	602	Refrigerare absolute	466.638	Sarabara uestis
P residentes sunt presbyteri	508	Regum nomen Cesaribus accomi-		45.679
P restans pro liberali	251	modatum	610	Satisfaccipere pro satisprestare
P reter cum genitivo	429	Remediari	637	599
P reter pro preterquam	251	Remissa pro remissione	244	Satisfagentes pro satagentes
251.429.742		Renuntiare nuptijs	600	599
P retorium quid	636	Renuntiatio pro demonstratione		Satisfactio pro criminibus
P retextū in neutro genere	589	12		761
P resbyteri primi epis. uocati	510	Repastinari pro obrui	190	Saturnalia
P ristinus pro antiquo	512	Repastinatio	645	622
P ristinum pro prius	464	Retractare Tertul. quid	465	στάμμα quid
P roarche	445	Rhodia lex	218	Scapula præses Carthaginis
P rocessio	608	Rituales libri	500	Scena phantasmatis
P rocessionum ceremoniae antique non contemnende	609	Romana fides	99	219
P rocliани	465	Romana ecclesia, maxima & anti-		Schola scrupula
P rocliū pro procliuitate	609	q <small>u</small> ffissima ab Irenæo uocatur	463	679
P rocōfiliū magistrat. annuus	532	Romani præfulis iudicij olim mar-		Scrupulositas
P rocurare cum datiuo	431.512	gnæ autoritatis	99	679
P roducta secula	332	Rosa centenarie	516	Scyta
P rofiteri es alienum	331	Rotomagen. concilij Canon	507	635
P romethei fabula	15	Ruma uel Rumen quid	39	Secundinus manicheus
P romulsiſ & promulſidariū	680	Rudolphus Habispurgius	99	421
P ronus cum datiuo	385	S Abbatū iudeis quid signifi-		Seleuciani heretici
P ropator	445	cat	430	379.465
P rospicientia	434	Sabelliani	462	Selga urbs
P salmi olim in ecclesia lecti uel cantati	565	Sabinarum raptus	440	878
P υχικός qui Paulo	464	Sacerdotes olim uxores habuerūt		Semina præceptorum
P tolemaeus uelut flasculus Valens		765	15	
		Sacerdotum officio. apud Gnostis-		Septentriones
		cos mulieres fungebantur	445	502
		Sacramentū pro iusurando	535	Sequitatorium
		Sacramenta funesta	463	45
		Sadducei iusti interpretantur	12	Sequestrare quid
				579
				Seræ Scythica gens
				500
				Serram reciprocare
				582
				Sestius medicus de castore
				161
				Seuerus Augustus
				678
				Si qui, pro si quis
				465.618
				Sige
				445
				Sigillarium pro sigillari
				421
				Silentium initiandis indicebatur
			411	
				Silentij periphrasis
				411
				Simul pro simul ac
				246
				In sinum conferre
				621
				Singillario pro singulari
				429
				Siparia
			411.745	422
				Siparium quid

I N D E X

<i>Sodalitates</i>	610	<i>Syades uel sucule</i>	15	<i>Timor iudicij salutem adserit</i>
<i>Solenne pro affecto</i>	248	<i>Symphone</i>	445	189
<i>Solox</i>	679	<i>Synecrasis</i>	445	à Toga ad pallium prouerb. 677
<i>Sophista quid apud ueteres</i>	415	<i>Synesis</i>	445	Tormentorum uaria genera 536
<i>Soracus autor</i>	581	<i>Synthesis uestis</i>	679	Traditiones ecclesiastice obser-
<i>Sordulenti</i>	549	<i>suosilae</i>	610	uande 531
<i>Sordidus pro parco</i>	480	<i>Syzygia</i>	445	Traducere tradiciones 101.102
<i>Soter</i>	445	<i>Ex tabella sententiam animaduer-</i>		Transfunctorum quid 415
<i>Spatbalium</i>	591	<i>sionis capitalis recitari</i>	742	Transfunctoria pro perfundor-
<i>Sperare pro timere</i>	550.588	<i>T</i> Abernarij	622	ria 103
<i>Spirante pro aspirante</i>	333	<i>Tabularia uel tablina</i>	746	<i>Triburiensis synodus</i> 507
<i>Spiritales</i>	655	<i>Tauri populi aduenas pro uicti-</i>		<i>Tunica pro corte</i> 13
<i>Sponsari</i>	564	<i>mismacclarunt</i>	161	<i>Tyrium uestimentum</i> 549
<i>Sponsus & sponsa ad sacrum olim</i>		<i>Templorū in fiscum aliquid con-</i>		<i>Tyrus insula</i> 579
<i>conueniebant</i>	612	<i>ferendum</i>	689	<i>V</i> Alentiniani Augusti crux
<i>Sportula</i>	219	<i>Tenebra canine</i>	610	debitas 557
<i>Sportulantes fratres</i>	534	<i>Teniae, tensa</i>	511	Valentiniani peruterrissimi pano-
<i>Sp.Carbilius Ruga</i>	658	<i>Tertullianus quo tempore uixerit</i>		re sophistæ 420
<i>Stabula,stabularij</i>	750.751	<i>Tertul. quo tempore Chri/</i> (498		Valentiniani se Gnosticos dixi-
<i>Stationarij</i>	609	<i>sti fidem receperit</i>	678	runt 444
<i>Statio</i>	619.638	<i>Tertul. Montanizat</i> 463.	599	Valentinianorum collegium 420
<i>Stationes apud Christianos</i>	513	<i>Tertul.ad Cataphrygias transi-</i>		Valentinianorum sanctitas 437
<i>Stauros</i>	445	<i>464</i>		Valentinianorum prefecti ueſtū
<i>Stoici materia deo coeternam po-</i>		<i>Tertul. quare de consortio ecclē-</i>		tur idolothytis 437
<i>nunt</i>	336	<i>sie electus</i>	389	Valentinus platonice philosor-
<i>Stringere pro perstringere</i>	334	<i>Tertul.maris accolae fuit</i>	419	phieſtator 98.430
<i>Strobulus</i>	563	<i>Tertul.ab August. excusatur</i> 455		Valentis Augusti crudelitas 557
<i>Stropha quid</i>	219	<i>Tertulliani tempore multa rece-</i>		Vedius Pollio eques Ro. 630
<i>Strophia & strophiola</i>	516	<i>pta, que tamen in Euangilio</i>		Vedij Pollionis seutia in seruos
<i>Structus pro constructo</i>	443	<i>non scripta</i>	503	40
<i>Struma</i>	40	<i>Tertul.specialiter aduersus ecclē-</i>		Vehitur pro inuebitur 534
<i>Strumentum</i>	602	<i>siam texuisse uolumina</i>	464	Vejetiæ concilium indictum 542
<i>Struthiocamelii Aprici uel Aes-</i>		<i>Tessera</i>	101	Velate sunt uirgines & mulieres
<i>thiopici</i>	565	<i>Testudo ex quibus rebus contexi-</i>		apud Carthaginenses 561
<i>Styx</i>	426	<i>tur</i>	535	Vergiliæ 15
<i>Sua fronte proponere pro.</i>	659	<i>Testudinis descriptio</i>	678	Vernaculum 561
<i>Suasisti pro persuasisti</i>	579	<i>Tetrao ales</i>	162	Veruecina 233
<i>Subare</i>	659	<i>Τετρίγοφόρος</i>	563	Vesticeps 561
<i>Subdiales statuae uel areæ</i>	516	<i>Theleſis</i>	445	Vesuvius Campania mons 550
<i>Subſuſio</i>	562	<i>Theodoricus Ostrogotus Ro.rex</i>		Victoriatus 564
<i>Subradiare</i>	42	<i>Theodorus Cantuariensis</i> (678		Victorinus hæresim præcepta
<i>Subſciua pro ſubſciua</i>	162	<i>archiepiscopus</i>	543	roborauit 463
<i>Succidisse pro ſuccubuſſe</i>	511	<i>Theodulphus Aurelianus epis-</i>		Viduatum 563
<i>Suffectura</i>	164	<i>copus</i>	542	Virginari 564
<i>Suffectionia pro patientia</i>	248	<i>Theologi officium</i>	415	Virgines dei 646
<i>Sulla mathematetus</i>	423	<i>Theologorum regni initium</i> 754		Virgines sacratas Ambroſij tem-
<i>Supparare, ſupparatura</i>	414	<i>Theophilus Antiocheniſus epis-</i>		pus habuit 561
		<i>scopus</i>	160	Virginū raptus prohibitus 646
589.657		<i>Theopompus historicus grecus</i>		Vifcellie legis poena 440
<i>Supparari genus</i>	45	<i>Theristrum</i>	679	Visitatio fratrum 603
<i>Supplicamentū pro ſupplicio</i>	620	(383)		Vitellianus papa 543
<i>Suſpectus pro ſuſpicante</i>	431	<i>θυραὶ</i>	516	Vltio

ANNOTATIONVM

Vltio diuina sepe presto fuit per secutoribus	635	Innocentia vocata	357	X Ystarches	535
Vnare	466	Vthina oppidum	659	Xystus	535
Vnde, pro unde unde	414	Vtica oppidum Africæ	636	Eus Cœs quid	162
Vox ad quod tempus roboretur	564	Vulturum in genere marem non nasci	417	Zenobemis autor	579
Vrsæ due, una Mica aurea, altera		Vxoris sue Tertullianus in testas mento memor	599	Quibwq quid	220
				Zoe	445
				FINIS.	

INDEX TERNIONVM

a* b* abc defghijklmnopqrstuvwxyz ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
AaBbCcDdEeFfGgHhIiKkLlMmNnOoPpQqRrSsTtVvXx

Omnes sunt terniones, exceptis b* & Xx duernionibus.

BASILEÆ PER HIER. FROBENIVM ET NIC. EPISCO/
pium, Mense Martio. M. D. XXXIX.



